This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com


Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

1 -6

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 891) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIMA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS LOCUPLETATA INDICIBUS IN QUODQUE RELIGIONIS PUNCTUM, DOGMATICUM, MORALE, LITURGICUM, CANONICUM, DISCIPLINARE, HISTORICUM, ET CUNCTA ALIA SINE ULLA EXCEPTIONE; SED PRÆSERTIM DUOBUS INDICIBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, MOXVE POST PERACTOS INDICES STABIT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALIS AMPLECTITUR, ET AD DUODECIM ET CENTUM VOLUMINA UNA CUM INDICIBUS PERVENIET; POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA OCTO ET QUINQUAGINTA VOLUMINA RETINEBITUR; UTRAQUE VIGESIMA QUARTA DIE DECEMBRIS 1860 OMNINO APPARUERAT, SED SINE INDICIBUS. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT, SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. ATTAMEN; SI QUIS EMAT INTEGRE ET SEORSIM COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO NOVEM VEL PRO SEX FRANCIS OBTINEBIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS XXXIV.

SS. MACARII AMBO, ÆGYPTIUS ET ALEXANDRINUS. HISTORIA LAUSIACA.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MOENIA PARISINA.

1860

Digitized by Google

Digitized by Google

SÆCULUM IV, ANNUS 390.

ΤΩΝ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΕΡΩΝ ΗΜΩΝ

ΜΑΚΑΡΙΟΥ,

ΤΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ,

ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΩΣ,

ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

SANCTORUM PATRUM

MACARII ÆGYPTII,

MACARII ALEXANDRINI,

OPERA QUÆ SUPERSUNT OMNIA;

AD FIDEM VATICANI, VINDOBONENSIUM, BEROLINENSIS, ALIORUM CODICUM, PARTIM PRIMUS EDIDIT, PARTIM EDITA RECOGNOVIT, GRÆCE ET LATINE, HENRICUS JOSEPHUS FLOSS, PHILOS. ET SS. THEOL. DOCTOR, SS. THEOLOGIÆ IN UNIVERSITATE BONNENSI PROFESSOR, NEMPE A PRINCIPIO VOLUMINIS AD COLUMNAM 448 INCLUSIVE, CÆTERIS COLUMNIS INDE AD FINEM AB EDITORIBUS *Cursus completi* SUMMA CURA ABSOLUTIS.

ACCEDIT, AB IISDEM EDITORIBUS RECOGNITA,

PALLADII HELENOPOLITANI EPISCOPI HISTORIA LAUSIACA.

TOMUS UNICUS.

VENIT 10 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1860

R. 7015 Digitized by Google

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO XXXIV CONTINENTUR.

SS. MACARII AMBO, ÆGYPTIUS ET ALEXANDRINUS.

De SS. Macariorum, Ægyptii et Alexandrini, Vitis quæstiones criticæ et historicæ ab Henr. Josepho Floss scriptæ cum duplici Appendice. *col.* 1

S. MACARII ÆGYPTII SCRIPTA.

Apophthegmata. 229
Epistolæ. 405
Preces. 445
Homiliæ. 449
De custodia cordis. 821
De perfectione in spiritu. 841
De oratione. 853
De patientia et discretione. 865
De elevatione mentis. 889
De charitate. 907
De libertate mentis. 935

S. MACARII ALEXANDRINI SCRIPTA.

Apophthegmata. *col.* 235
Sermo de exitu animæ justorum et peccatorum. 385

APPENDIX AD MACARIORUM OPERA.

Palladii Helenopolitani episcopi Historia Lausiaca. 991
(*Ut fidem liberemus quam in Palladio Helenopolitano episcopo* (*tom. hujus Patrol. LXV*) *dedimus, Historia Lausiaca ex editione* Ducæana et Coteleriana *cum interpretatione Rosweidi prodit.*)

AVIS.

On nous a demandé, de toutes les parties de l'univers catholique, pourquoi le tome XXXIV^e^ de notre *Cours complet de Patrologie Gréco-Latine*, commencé dans le premier mois de 1858, n'était point terminé en 1860, tandis que presque tous les volumes subséquents l'étaient depuis plus ou moins longtemps.

Nous voudrions ne pas répondre à une question si naturelle et si universelle; mais, quelque douloureux qu'il nous soit de le faire, force nous est de dire au moins la partie de la vérité nécessaire à notre justification.

En conséquence, nous répondons que c'est par la faute du collaborateur qui s'était chargé d'annoter les Macaire. Par convention explicite, datant de 1856 et renouvelée en 1857, le savant docteur devait nous livrer, en peu de mois, la copie entière de son volume; mais, sous des prétextes sans cesse renaissants, le manuscrit ne nous a été livré que tardivement et par petites parties, pour être ensuite retenu tout à fait. Nous pouvons dire avec vérité que, dans les 28 ans de notre carrière de grand éditeur catholique, aucun des milliers d'auteurs ou de traducteurs avec lesquels nous avons eu des rapports, ne nous a fait ainsi tendre la langue. Cependant, pour porter la patience aux limites les plus extrêmes, nous l'avons attendu jusqu'au dernier volume de notre *Patrologie;* et ce n'est qu'arrivés là que, forcés de voir, malgré plus de 50 lettres affranchies de notre part, qu'il n'y avait plus rien à attendre, nous nous sommes mis de guerre lasse, ou pour mieux dire par force majeure, à éditer le volume béant depuis 3 ans. Dieu seul sait les peines et les frais de toutes sortes que nous avons eu à subir pour un seul tome manquant à une si vaste collection! Une masse d'acheteurs de France et surtout de l'étranger n'ont jamais voulu épouser une publication ainsi tronquée. D'autres ont refusé de payer les volumes reçus antérieurement et postérieurement par la seule crainte de ne jamais recevoir le 34^e^. Et, le long de l'édition, en ne le voyant jamais sortir de dessous presse, tous s'applaudissaient de leur prudence à n'avoir pas voulu souscrire ou payer.

Nous le répétons : il nous est on ne peut plus pénible de dévoiler ces petites misères intérieures; mais pouvions-nous rester sous le coup de réclamations ou de reproches si multipliés? Du reste, cette peine, croyons-nous, est adoucie devant Dieu comme devant les hommes, en ce que, malgré des pertes proportionnées à l'étendue du plus grand ouvrage qui jamais ait été édité dans le monde, nous avons eu le courage chrétien de ne pas nommer l'auteur de tant de frais et de tant de sollicitudes.

Quoi qu'il en soit, nous espérons que les lecteurs ne perdront rien de ce qu'ils avaient droit d'attendre. Nous avons fait tous nos efforts pour continuer sans trop d'inégalité le travail abandonné; de sorte que, si quelques intérêts sont blessés, ce sont les nôtres seuls. LES EDITEURS.

Col. 493, D 2, μετάστασις l. ξδιάστασις. Col. 520 A 14, συνέθειαν l. *συνήθειαν*. Col. 532 B 2, τὴν l. τῆς. Col. 566 C 2, non l. *nunc*. Col. 570 C 1. et ignis æterni l. *et ab igne æterno*. Ibid. 2, constituit l. *constituit nos*. Col. 617 C 1, ἵνα l. *ἵνα*. Col. 738 C 3, est l. *es*. Col. 741 B 12, ἢ l. ᾗ. Col. 747 C 6, ob l. *ab*. Col. 768 A 15 C ρχεται l. *ἄρχεται*. Col. 822 in Monito lin. 2, Georgio Pretio l. *Pritio*. Ibid lin. 6, l. *Vindobonensis*. Col. 825 A 12, insectis l. *infectis*. Col. 830 B 2, ipsoque l. *ipsosque*. Col. 846 A locum ex psal. CXVIII sic lege, *ad omnia mandata tua dirigebar; omnem viam iniquitatis odio habui*. Col. 850 D 1, terrentis, l. *terrenis*. Col. 858 A 9, vieæ l. *vineæ*. Col. 860 C 9, dele τό. Col. 862 D 1, quet l. *queat*. Col. 929 C 1, κατά l. μετά. Col. 949 C 14, φιλάνθρωπόν, dele accentum ultimæ. Col. 951 A 9, dictum est l. *ut dictum est*. Col. 956 C 7, δόξας l. δόξης.

PARISIIS. — EX TYPIS L. MIGNE.

Digitized by Google

DE SANCTORUM MACARIORUM

AEGYPTII ET ALEXANDRINI

VITIS

QUAESTIONES CRITICAE ET HISTORICAE.

SCRIPSIT EDITOR. EDITIO RECOGNITA.

INDEX CAPITUM.

CAPUT I. *Prolegomena.*
CAPUT II. *Palladius de sancto Macario Aegyptio.*
CAPUT III. *Palladius de sancto Macario Alexandrino.*
CAPUT IV. *Rufinus de sanctis Macariis Aegyptio et Alexandrino.*
CAPUT V. *Evagrius, S. Hieronymus, Cassianus de sanctis Macariis Aegyptio et Alexandrino.*
CAPUT VI. *Collectionis Rosweidianae liber tertius, quintus, sextus, septimus vitarum Patrum et sententiae Patrum Aegyptiorum de sanctis Macariis Aegyptio et Alexandrino.*
CAPUT VII. *Apophthegmata a Possino et a Cotelerio edita, inedita codicum Vindobonensium appendix Cotelerii Apophthegmatum, vitae Sanctorum de sanctis Macariis Aegyptio et Alexandrino.*
CAPUT VIII. *Sanctorum Macariorum Aegyptii et Alexandrini exilium sub Lucio Ariano Alexandriae episcopo. Socrates, Sozomenus, ceterique rerum ecclesiasticarum scriptores de iisdem. Quando memoria sanctorum Macariorum Aegyptii et Alexandrini agatur.*
CAPUT IX. *A sanctis Macariis Aegyptio et Alexandrino Macarium S. Antonii ministrum aliosque cognomines diversos esse ostenditur.*

1 CAPUT PRIMUM.

PROLEGOMENA.

§ 1. In vastissimis Libyae desertis, haud procul a Nitriae paludibus nitro uberrimis, quatuor ad hodiernum diem exstant monasteria. Quorum unum, quod ab Itali cujusdam, qui paludes istas pretio conduxit, castello in Nitria sito, quantum horis circiter octo asino vectus permeabis, spatium abest, ad nostra usque tempora *monasterium sancti Macarii* appellatur; reliqua singula, singulis distincta nominibus, in universum *Abu Macar* monasteria vocantur, et tota regio *Macariana eremus*. Qui illic degunt monachi paucissimis anni diebus carne vescuntur, ceterum pane vivunt et lentibus bulbo et oleo permixtis, atque in cellulis, quae non nisi per arctissimam portam lucem intromittunt, habitant precibus dediti. Primo mane surgunt et in ecclesiam properant, ubi adsistunt innixi baculis, Macarianis hodieque nominatis. Rariorem ad quem ibi vitae tempora producant finem, exemplum senis ostendit illius a Tischendorfio, cuius narratione utimur (1), ibi conspecti, centum viginti annos nati, senectute, vigiliis et pernicioso sub fervescente sole arenae colore oculorum lumine privati, animo coelum spectantis et vix unam diei horam somno largientis. Fratres in universum pedibus, quoad calor arenae permittit, inopertis incedunt, ecclesiam non nisi nudis pedibus intrant. Quodsi Tischendorf habitum fratrum illorum ex omni parte descripsisset, veteres non dubito Scetis solitudinis 2 fratres — sic enim Macariana ista

(1) Constantin Tischendorf Reise in den Orient 1846 T. I p. 110 sqq.

Digitized by Google

eremus et antiquis et nostris temporibus vulgo appellatur — eos nimirum, qui ab Evagrio, Cassiano, aliis describuntur, ante oculos habere crederes. Ipsa monasteria etiamnunc quadrata aut quadrilonga forma sunt et muris, intra quos hortulus nutritur, obsepta. Fac te videre illic senem quendam caecum, ter altare circumgredientem et iuvenili voce alleluia canentem, aut illum centum viginti annos natum, cella egredientem et abeunti tibi benedicentem, ineffabili sine dubio et ipse, sicut Tischendorf, perfundereris venerationis sensu. Circum ea, quae dixi, quatuor monasteria et Nitriae montes, qui, paullulum eminentes, paludes illas in ampla valle sitas includunt, in arenosis atque immensis solitudinibus, permulta hinc illinc moenia conspiciuntur testantia, quanta olim ibi exstiterit copia monasteriorum (1).

§ 2. Macarius ille, cuius nomine eremus et monasteria hodiedum appellantur — ipsius imago, qua baculo innixus conspicitur, istic frequentissima est (2) — nisi me omnia fallunt, Aegyptius Macarius fuit, primus Scetis solitudinis incola (3), clarus virtutibus, egregius atque invictus athleta Dei (4). Ac moenia vicina, quae in mediis illis desertis creberrima exstant, monasteriorum, quae a quarto saeculo circum Nitriam et in Cellulis floruerunt innumera, venerandae antiquitatis reliquiae sunt, neque iniuste fratres Macariani coenobii ex traditione monasterium suum ante mille quingentos annos fundatum esse contenderunt (5), quod, licet non de muris, qui nunc cernuntur, tamen de prima coenobii fundatione certo dici potest. Nec silentio praetereunda esse perpulchra illa traditio videtur, qua praeterito 3 saeculo cuidam in illis regionibus peregrinanti (6) abbas Macariani monasterii affirmavit, in Scete et in Nitriae montibus tot olim exstitisse monasteria, quot annus dies numeret; idque, si rem, non verba spectas, cum variis quarti et quinti saeculi enarrationibus optime convenit. Etiam Ludolfus, rector ecclesiae parochialis in Suchem, dioecesis Paderbornensis, in libro « De itinere terrae sanctae, » quem circa a. 1350 composuit, de illis monasteriis haec tradidit: « Item in Aegypto adhuc quam plurima stant integra claustra et monasteria, ecclesiae et eremitaria, sed tamen deserta, et optime depicta, sed pictura per Saracenos est diversimode vituperata. Item in desertis Aegypti adhuc tot stant cellulae et sanctorum Patrum eremitaria, quod in aliquibus locis, ut credo, per duo vel tria milliaria, de uno ad aliud possit sagittari, et in quam pluribus adhuc degunt Indi Nubiani et Suriani, ad ordinem sancti Antonii et Macarii se habentes. In his desertis Deus per sanctos Patres multa mirabilia est operatus, et specialiter in loco qui *Stichi* [leg. *Scithi*, *Scete*] dicitur, per sanctos Antonium et Macarium, ut in vitis Patrum continetur. In hoc deserto est locus sub altissima et artissima rupe, quo sanctus Antonius degebat, et ex illa rupe fonticulus effluit ad semijactum lapidis currens in sabulum, ut aqua fluida nivem intrat et ultra non apparet. Idem locus a plurimis causa devotionis et delectationis visitatur, atque etiam per gratiam Dei et honorem sancti Antonii multae infirmitates ex ipso fonte sanantur et fugantur. Nam eius specialibus precibus ex rupe creditur fonticulus effluxisse, quod etiam bene patet, quia non videtur plus fluxisse, quam ad modicum habitaculi sui, et hortulum suum irrigasse (7). »

Macarii Aegyptii monasterium in Scete situm « per diei et noctis iter » a Nitria distabat, ut refert scriptor libri secundi Vitarum Patrum, quas edidit Rosweidus (8); Nitriae montium monasteria fundaverat S. Ammon, qui superstite etiam S. Antonio diem supremum obiit (9), ideoque, quod infra patebit, Macarios nostros aetate aliquantulum praecessit. Ille vero locus, ubi alter Macarius, Alexandrinus cognominatus, qui aequalis

(1) Tischendorf l. l.; G. Wilkinson Modern Egypt and Thebes 1843 Vol. I p. 382 sqq.

(2) Tischendorf l. l. p. 123.

(3) Cassian. Coll. XV cap. 3, Cassiani Opp. ed. Gazaeus. Lips. 1733 p. 468, Migne Patrol. T. XLIX p. 995.

(4) Historia Lausiaca Palladii Macarios Aegyptium et Alexandrinum vocat *γενναίους ἄνδρας καὶ ἀκαταγωνίστους ἀθλητάς*. Cf. infra Caput II.

(5) Tischendorf l. l. p. 127.

(6) Patri Sicardo, Tischendorf l. l. p. 117. Cf. Wandslebii descriptionem monasteriorum codice arabico antiquo desumptam in libro cui titulus: Paulus Sammlung der merkwürdigsten Reisen in den Orient T. III p. 255 sqq.

(7) Ludolfi, rectoris ecclesiae parochialis in Suchem, *de itinere terrae sanctae* liber. Nach alten Handschriften berichtigt herausgegeben von Dr F. Deyks. Stuttgart 1851 p. 61 sq.

(8) VV. PP. ed. Rosw. lib. II cap. 29 Ed. Antv. 1628 p. 481, 1. Cf. infra Caput IV.

(9) Vita S. Antonii, S. Athanasii Opp. ed.

Digitized by Google

Aegyptio fuit, sedebat, ob cellularum ibi dispersarum multitudinem Cellia seu Cellulae nominabatur, quae eodem illo auctore distabant decem fere milliaria a Nitria in interiore deserto (1). Unde colligitur, Alexandrini habitationem, licet Nitria in medio utriusque posita esset, certe haud multum ab Aegyptii monasteriis remotam fuisse. Tanta autem fama duorum Macariorum erat inter illius regionis fratres, ut eidem auctori patres quidam in Celliis narrarent, duos in locis istis Macarios « quasi duo caeli lumina refulsisse (2), » et Palladius, qui una cum Macario Alexandrino tres annos habitaverat in Celliis, illorum laudes referens singulari quadam introductione opus sibi esse putaret, *ne tanta narrans mentiri videretur* (3). Vitae severitas paene incredibilis tum in innumeris Aegypti monasteriis vigebat, quo referenda sunt crebra et longa ieiunia (4), omnis fere carnis abstinentia (5), vigiliae (6), habitatio in cellulis, in quibus vix poterat corpus moveri (7), et alia, quae duriora in monasteriis exerceri solebant. A monachis in monasteriis degentibus distinguendi sunt eremitae, qui maioris spiritualis perfectionis gratia, abbate consentiente, in interiorem solitudinem se abdebant, ubi parvam cellam inhabitantes singulis diebus aquam e monasterio missam cum pane recipiebant (8); nonnumquam vero et ipsi locum aquosum sibi eligebant, quo sererent et panem sua manu conficerent (9). Sed eremitica vita etiam abbates aut senes monasterio-

A rum saepissime utebantur, ita quidem, ut soli se in cellam monasterio vicinam reciperent, quod quidem de S. Antonio (10), Macario Aegyptio (11), aliis relatum legimus. Eremitarum denique severitatem longissime superabant anachoretae (12), qui, saepenumero totam paene vitam in interiore solitudine sine ulla hominis ope degentes, per quinquaginta saepe annos et amplius nullius hominis vultum adspiciebant, radicibus, pomis, herbis vescentes. Nec sine voluptate fervescentem solis ignem, sitis ardorem, defectum aquae in honorem Christi ferebant. Nonnunquam viator, desertum peragrans, ante ipsorum obitum quasi a Deo missus superveniebat, qui nudos eos longisque capillis in corpore obtectos in ultima hora reficiebat et honesto tumulo sepeliebat (13). Fratres autem in monasteriis semper nudis pedibus et baculis innixos incessisse, caput cucullo indutum et humeros scapulari, corpus zona cinctum habuisse, insuper melotem i. e. ovinam pellem gessisse, apud Evagrium (14), Cassianum (15) et in Vitis Patrum editionis Rosweidianae copiosissime narratur.

§ 3. Solitariam in Aegypto vitam quarti saeculi et, quo inde late diffusa est, in Syria et Palaestina uberius describere, ab hoc loco alienum est. Quanquam haec pauca adiungenda duximus. Pater monachicae institutionis in Aegypto S. Antonius magnus fuit; nam « necdum [ante eum] tam crebra erant in Aegypto monasteria, neque omnino quis-

Bened. Patavii 1777 T. I P. II p. 672 (cap. 60); VV. PP. Rosw. p. 51, 1 (cap. 32). Vita S. Pachomii cap. 1, VV. PP. Rosw. p. 113, 2.

(1) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 22 p. 478, 1.

(2) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 28 p. 479, 2.

(3) Hist. Laus.; cf. infra Caput II.

(4) Alii post quinque dies, alii post duos, alii post tres, alii semel tantum in hebdomade comederunt, alii hebdomades integras ieiunarunt. Cf. Rosweidi *Indicem rerum in vitas Patrum* s. v. *ieiunium*.

(5) « De carnibus vero et vino tacere melius puto quam quidquam dicere, quando nec apud plurimos quidem monachorum istiusmodi aliquid reperiatur. » Vita S. Antonii, S. Athan. Opp. l. l. p. 638 (cap. 7), VV. PP. Rosw. p. 38, 1 (cap. 6).

(6) Vigiliae et nocturnae orationes apud monachos creberrimae erant. Cf. Rosweidi *Indicem* s. v. *vigiliae*.

(7) Talem cellulam inhabitavit Macarius Alexandrinus. Cf. infra Caput III.

(8) Sulpicius Severus Dial. , cap. 10, Gallandii Bibl. PP. T. VIII p. 405, 2, Migne Patrol. T. XX p. 190. Cf. Vit. S. Antonii, S. Athan. Opp. l. l. cap. 50, VV. PP. Rosw. cap. 24, 25.

(9) Ita S. Antonius. Vita S. Antonii, S. Athan. Opp. l. l. p. 665 (cap. 50), VV. PP. Rosw. p. 48, 2 (cap. 25).

(10) Vita S. Antonii, S. Athan. Opp. l. l. p. 662 (cap. 45), VV. PP. Rosw. p. 47, 2 (cap. 22).

(11) Cf. infra Caput II.

(12) « Habitant plerique in eremo sine ullis tabernaculis, quos anachoretas vocant; vivunt herbarum radicibus, nullo unquam certo loco consistunt, ne ab hominibus frequententur; quas nox coegerit, sedes habent. » Sulp. Sever. Dial. I cap. 15 (Rosw. l. l. p. 540, 2).

(13) Vita Onuphrii, VV. PP. Rosw. p. 99 sqq. De coenobitis et anachoretis cf. S. Hieron. ep. 22, Opp. ed. Migne T. I [Patrol. T. XXII] p. 419 sqq. Cassian. Coll. XVIII cap. 4 sqq. Opp. ed. Gazaeus p. 516 sqq., Migne Patrol. T. XLIX p. 1093.

(14) In libro, qui inscriptus est *Capita practica ad Anatolium*. Galland. Bibl. PP. T. VII p. 553 sqq.

(15) Cf. de coenobiorum institutis lib. I Cassiani Opp. ed. Gazaeus p. 4 sqq., Migne l. l. p. 59 sqq.

Digitized by Google

quam aviam solitudinem noverat, sed quicunque in Christi servitute sibimet ipsi prodesse cupiebat, non longe a sua villula separatus instituebatur (1). » S. Antonius vero, licet vita eius multos patres ad imitationem inflammaverit, et « cunctis ad imitandum praeclare proposita (2) » novum illum ad eremos concursum multum promoverit, minime hunc interiorem gentis Aegyptiae religiosum animi sensum temere procreavit, verum tempora illa Aegypti ad **6** vitam monachicam quam maxime inclinabant. « Post persecutionem Diocletiani et Maximiani crudelium principum multitudo gentium [in monasteria] intravit, et fecunditas Ecclesiae fructus amplissimos coepit exhibere (3). » Nam « considerantes, qui de gentibus in Christo crediderant, martyrum passiones, eorumque sincerum circa Christum confessionis affectum, coeperunt et ipsi per gratiam Domini Sanctorum vitam conversationemque sectari, et huius institutionis esse, ut etiam his illud aptaretur Apostoli : Circumierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes, angustiati, afflicti, quibus non erat dignus mundus, in solitudinibus errantes et montibus, in speluncis et cavernis terrae (4). » Vides studium martyrii, timorem Dei, atque curam verae salutis animae viros illos in eremum eduxisse, in qua vitam in Deo collocatam viverent, et morte pro Christo in persecutionibus subeunda non dignati nunc sibi ipsi et mundo morerentur, ut exsurgerent in Christo. Anachoreticam et solitariam quarti saeculi vitam continuatum martyrium dicas, novum quoddam martyrii genus, quod, quo magis ipsorum voluntatem Deus ducere dignaretur ad exitum, ipsi sibi imponebant, ac tanquam viam perfectiorem securioremque sibi eligebant, saecularem vitam, id quod bene observes, minime despicientes (5). Ex illo autem interiore tantum, quod spiritus effervescens operatur, desiderio sanctitatis exemploque a senibus sanctis ad imitandum proposito explicari potest, quod tota quasi Aegyptus senes **7** illos in deserto sit secuta, et una cum iis lubentissime asperrimos vitae labores tulerit, quod post sex vel septem decennia vastissimae solitudines monasteriis sanctisque viris ita fuerint refertae, ut, « quanti populi habebantur in urbibus, tantae paene in desertis haberentur multitudines monachorum (6), » quod ad horribiles Scetis locos e palatio Arsenius (7), e mollibus aedibus iuvenes tenerae aetatis (8) ad labores vix ferendos properaverint, quod Nitria mons quinque millibus (9), Scete magno numero monachorum (10), Cellia innumeris abundaverint cellulis (11), regiones ad Memphim et Babylonem pertinentes ingenti monachorum multitudine affluxerint (12), circa Nilum numerosissima conspecta sint monasteria (13), quod Serapion fere decem millia monachorum rexerit (14), quod in Tabennis Pachomius pergrandem fratrum copiam regula tenuerit (15), civitas autem Oxyrynchus in Thebaide monachis fuerit intrinsecus et extrinsecus repleta et circumdata, eius aedes publicae nec non templa antiquae superstitionis a monachis inhabita-

(1) Vita S. Antonii, S. Athan. Opp. l. l. p. 634 (cap. 3), VV. PP. Rosw. p. 36, 2 (cap. 3).

(2) Vita S. Pachomii cap. 1, VV. PP. Rosw. p. 113, 2.

(3) Ibid. p. 114, 1.

(4) Prolog. in Vitam S. Pachomii, ibid. p. 113, 1.

(5) Revelatur, Paphnutium sanctitate similem esse symphoniaco cuidam, qui in vico quodam cantandi arte victum quaerebat. Eundem revelatur similem esse praeposito vici cuiusdam vicini. Idem sanctitate similis iudicatur negotiatori Alexandrino viginti millibus solidorum mercimonia tribus navibus deferenti ex Thebaide. VV. PP. Rosw. lib. II cap. 16 p. 473 sqq. ; Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 44, 45, 46. Macario vox Dei : « Macari, » inquit, « necdum ad mensuram duarum mulierum pervenisti, quae in proxima pariter habitant civitate. » Ibid. lib. III cap. 97 p. 515, 1. Talia vero exempla in VV. PP. multa inveniuntur.

(6) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 7 p. 461, 2; Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 52, Opp. Meursii ex recens. J. Lami Florentiae 1746 T. VIII p. 497.

(7) *Index* Rosweidi s. v. *Arsenius*.

(8) VV. PP. Rosw. lib. VI libell. 3, 2; lib. III cap. 195. Cf. infra Caput VI.

(9) Hist. Laus. l. l. cap. 8 p. 359.

(10) Cf. infra Caput II.

(11) VV. PP. Rosw. lib. III cap. 26 p. 501, 1; lib. II cap. 22 p. 478, 1.

(12) Ibid. lib. II cap. 18 p. 476, 1.

(13) Sulp. Sev. Dial. I cap. 10, 17, Galland. Bibl. PP. T. VIII p. 405. 407, Migne Patrol. T. XX p. 190. 195.

(14) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 18 p. 476, 1; Hist. Laus. cap. 77 Opp. Meurs. l. l. p. 537. Codicibus Vindobonensibus Historiae Lausiacae nihil de Serapione continetur, cf. Palladii *Historiam Lausiacam ad codicis Vindobonensis fidem a nobis breviter delineatam*, infra huic nostrae editioni Historiae Lausiacae praepositam.

(15) Vita S. Pachomii, VV. PP. Rosw. p. 112 sqq.; VV. PP. Rosw. lib. III cap. 34; Hist. Laus. cap. 39, Opp. Meurs. l. l. p. 454. Monasterium quoque virginum S. Pachomius sorori suae exstruxit. Vita

Digitized by Google

ta sint, et per totam illam civitatem multo plura monasteria, quam domus exstiterint, ita ut urbs tota una ecclesia esse videretur, atque episcopus loci viginti millia virginum et decem millia monachorum **8** inibi habitare affirmaret (1). Ex interno tantum martyrii sensu, qui totam Aegyptum inflammabat, ex adspectu libidinosae paucorum paganorum vitae, ex desiderio anteactae vitae severiore disciplina corrigendae, e senum eremitarum constantia, patientia, virtutibus, miraculis Dei ope patratis, intelligi potest ille concursus ad monasteria vitaeque severitas, quae nimia saepenumero cuipiam videatur e vulgari more modoque iudicanti, atque effecit, ut exeunte quarto saeculo Aegyptus cunctis terris religionis facem praetulerit. S. Hieronymus e Dalmatia, Rufinus ex Italia, Sulpicius Severus e Massilia, Evagrius e Ponto, Palladius e Constantinopoli, Cassianus aliique e Palaestina, nobiles viri et feminae (2) e Roma Aegyptum petunt, ut adspectu et consuetudine senum fructus Spiritus sancti sibi colligant. Ad Francos (3) usque et Indos (4) fama curationum, quas per senes Deus efficiebat, penetravit. Aegyptus unum monasterium, cuius filiae essent Syria et Palaestina (5), esse videbatur. Tanta vero inter omnes monachos disciplina vigebat, tamque mire quemvis trahebat seniorum exemplum, ut duo iuvenes, aegroto eremitae ficus aliquot deportare iussi, cum a via aberrassent, post nonnullos dies defuncti fame invenirentur in deserto, intactis ficubus, quas aegroto traditurі fuerant (6). **9** Qua obedientia quosdam modum severitatis excessisse vix negari potest; sed e contraria parte libertatis atque inertiae modus multo saepius exceditur, et extraordinaria tempora non ordinariis normis diiudicanda sunt. Simeon Stylites (7) ille, qui totum paene vitae tempus in columna stabat, et altero genu arescente vermibusque e corpore ebullientibus in altero sano insistebat solo per integros multos annos, qui, quum mater clamaret: Pater tuus propter te tristitia confectus decessit, ac lacrimas profunderet acerbissimas, ita ut testante discipulo, qui vitam eius descripsit, omnes qui aderant flerent, ipse quidem « audiens vocem genetricis suae posuit faciem suam in manus suas et ploravit amare (8), » sed de proposito suo hominum vires excedente moveri non poterat: ille, inquam, Simeon Stylites quid non exemplo severitatis suo effecit! quot paganos incultos hoc inaudito spectaculo Christo lucratus est! quanta nominis fama per totum percrebrescens Orientem infideles concussit et Christianos inflammavit! Fructus autem quam uberes e mirabili illo Orientis ad angelicam vitam volatu in Ecclesiam redundarint, et argumento sunt quarti et quinti saeculi Patres, qui sancto studio eius temporis nutriti ad maximam illam sanctitatis et magnitudinis claritatem evehebantur, et ostendunt cetera quae sequuntur saecula, quibus monachica vita ad occidentales quoque regiones accessit. In quas e monachica vita, praecipue inde a tempore S. Benedicti, fructus redundasse amplissimos, nemo negat.

§ 4. Sed incommoda quoque ex indiscreto quorundam et superabundanti studio (9) interdum emanasse fatendum est. **10** Quid, quod ipsi fundatores et primi illius vitae auctores, quum ingens hominum multitudo cuiusvis aetatis omnisque vitae conditionis atque ge-

Pach. cap. 28 p. 124, 1; cf. Hist. Laus. cap. 40 sqq., ibid. p. 457 sqq.

(1) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 5; Paradisus Opp. Meursii T. VIII p. 642; Codd. Vindobb. Hist. Laus., cf. Palladii *Historiam Lausiacam ad codicis Vindobonensis fidem a nobis breviter delineatam*, infra huic editioni Historiae Lausiacae praepositam: edita vero exemplaria Historiae Lausiacae de Oxyrycho civitate nihil narrant. De monasteriis civitatis Antinoi in Thebaide sitae cf. Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 96.

(2) Fabiola, Paula, Marcella, aliae, quarum vitas S. Hieronymus pulcherrime epistolis suis descripsit. S. Hieron. Opp. ed. Migne T. I [Patrol. XXII].

(3) Vita S. Hilarionis cap. 17, VV. PP. Rosw. p. 79.

(4) Vita Barlaam eremitae a Joanne Damasceno conscripta cap. 1, VV. PP. Rosw. p. 213, 1.

(5) S. Hilarion († 371), S. Antonii discipulus, prima Palaestinae et Syriae monasteria exstruxit. In cuius vita haec leguntur: « Habebat Dominus Jesus in Aegypto senem Antonium, habebat in Palaestina Hilarionem iuniorem. » Vita Hilarion. cap. 10, VV. PP. Rosw. p. 78, 1. De S. Hilarione cf. Sozom. Hist. Eccl. lib. III cap. 14 ed. Henricus Valesius p. 519 sqq., et Epp. S. Hieron.

(6) Cassian. lib. V de spir. gastr. cap 40, VV. PP. Rosw. p. 551, 1, Cassiani Opp. ed. Gazaeus p. 165 sq., Migne Patrol. T. XLIX p. 263 sq.

(7) VV. PP. Rosw. p. 170 sqq.

(8) Ibid. cap. 8 p 172, 2.

(9) Huc pertinent Valens, Hero, Ptolemaeus, virgo lapsa, Stephanus, Eucarpius, de quibus narrat Historia Lausiaca ed. Meurs. capp. 32. 33. 34. 35. 105. Alios infelices monachos recenset Cassian. Coll. II. capp. 5. 6. 7. 8.

Digitized by Google

ueris ad eos conflueret, ad finem, quem initio sibi proposuissent, non pervenire se questi sint! Illo quo S. Antonius moriebatur anno S. Hilarion, qui in Syriae desertis monasteria instituerat, cum grande aedificium et multitudinem secum habitantium turbasque eorum cerneret, qui diversis languoribus et immundis spiritibus occupatos ad se deducebant, ita ut omni genere hominum tota solitudo repleretur, quotidie flebat moerens ac dicens: rursus se ad saeculum reversum esse, monasterii nomine ad dispensationem fratrum se villae possessiones et supellectilem habere; quare postea aedes in Juliani Apostatae persecutione, dum ipse abfuit, dirutas restituere noluit, sed in vastitates secessit (1). Neque infitior, indignos nonnunquam ad monasteria confugisse, cuius rei exempla apud scriptores invenimus, licet plurimi impii senum mansuetudine pii tandem effecti sint (2); immo ipsas haereses ex caecis nonnullorum studiis interdum processisse (3). Sed nihilominus tempora illa salutem Ecclesiae quam maxime promoverunt. Quod tribus prioribus saeculis martyres, id quarto et ineunte quinto saeculo anachoretae, **11** eremitae, monachi Orientis, tanquam novi quidam innumeri martyres (4) efficiebant. Nam ut martyrum cruciatibus fides ac vita Christianorum sibi facem accendebat, ita severitate illorum, qui mundum prorsus spernebant, ceterorum fidelium voluntas incendebatur. Ut martyrum constantia paganismi vim frangebat, ita solitariorum exemplum ultima templa diruit. Ut e vultu martyrum, quum ad crudelissima supplicia pergerent, hilaritas et laetitia coeli effulgebat, ita in ardore et studio, quo monachi omnia carnis supplicia ipsi sibi imponebant, christianae religionis virtus revelabatur. Ut tria priora saecula sine historia martyrii eorum, qui se Christo addixerant, intelligere nequis, ita quarti et quinti saeculi Ecclesiae historia cum hoc novo martyrio monachico, ex quo iustam lucem suam accipit, arctissime cohaeret. Macariis autem nostris id debetur, quod post Antonium primi fere exstiterint magnae illius in Aegypto saeculi quarti religiosae animorum inflammationis auctores et promotores: quo quidem in genere quantum excelluerint, viva illa traditio, quae Macarii nomen ad hodiernum diem prae ceteris omnibus, qui in istis vastitatibus Libyae olim vixerunt, per quindecim saecula tulit (5), luculenter demonstrat. Signa vero et prodigia ab his senibus facta, quamvis a scriptoribus illius temporis saepenumero praeter verisimilitudinem narrentur, vix tamen semper psychologice, ut nonnulli fecerunt, aut alio quodam naturali modo interpreter. Quisquis Christiano nomine non indignus est, magnis temporibus manum Dei in hominibus magna fecisse profiteri paratus est. Idque ipsum cur hic non statuatur, quum idem in apostolis et Patribus Ecclesiae minime infitiemur, non intelligo. In fabulosa autem narrationum *forma* si saepenumero offenderis, scito et cum gentis Aegyptiae indole et cum singulari senum vivendi genere temporumque insuper natura eam intime cohaerere; quocirca illis libris de **12** patribus eremi scriptis poesin quandam contineri dixerim a factis ac prodigiis senum profectam, sed fama et poetica gentis atque aetatis indole mire excultam et exornatam.

§ 5. Sed haec de primordiis vitae monachicae sufficiunt. Jam antequam, quae de Macariis leguntur, digerere incipiamus, de fontibus breviter monendum est. Auctores, qui Macariorum tempore aut paullo post mortem eorum in Aegypto fuerunt, ita ut vel Macarios ipsi viderint, vel ab eorum aequalibus edocti sint, nomino Evagrium, Rufinum, S. Hiero-

(1) Vita S. Hilarion. cap. 23 sqq., VV. PP. Rosw. p. 81, 1 sqq.

(2) Ipsos latrones ab iis conversos et monachos factos esse legimus. VV. PP. Rosw. lib. X cap. 166 p. 912, 1; lib. I p. 77, 1; Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 99, passim. A veris monachis, coenobitis nimirum et anachoretis, de quibus solis hic agitur, distinguendi sunt isti pseudomonachi, quos S. Hieronymus Remobooth, Cassianus Sarabaitas, alii Βόσκοι seu pabulatores vocarunt. S. Hieronymus: « Hi, » inquit, « bini vel terni, nec multo plures simul habitant, suo arbitratu ac ditione viventes, ... et quasi ars sit sancta, non vita, quidquid vendiderint, maioris est pretii . . . . . Apud hos affectata sunt omnia: laxae manicae, caligae follicantes, vestis grossior, crebra suspiria, visitatio virginum, detractatio clericorum, et si quando dies festus venerit, saturantur ad vomitum. » Ep. 22, S. Hieron. Opp. ed. Migne T. I. [Patrol. T. XXII] p. 419. Cassian. Coll. XVIII, 7, Opp. ed. Gazaeus p. 521, Migne p. 1102 sq.

(3) Hist. Laus. ed. Meurs. c. 36. De monacho, qui in sectam Hieracitarum incidit, vide infra Caput II. De monachis Origenismum profitentibus cf. Sulp. Sev. Dial. I cap. 6, Galland. Bibl. PP. T. VIII p. 404, 2 sqq., Migne Patrol. T. XX p. 187.

(4) Cassianus anachoretas et coenobitas « vivos martyres » vocat. Coll. XVIII cap. 7 ed. Gaz. p. 522, Migne p. 1106.

(5) Tischendorf l. l. p. 119.

Digitized by Google

nymum, Palladium, Cassianum. Quorum, si Macarios spectas, locupletissimus atque fidissimus testis est Palladius, qui secundo Theodosii magni imperantis anno ad portum Alexandriae appulit (1), triginta sex mensibus in monasteriis, quae circa Alexandriam erant, peractis in montem Nitriae secessit (2), et in Celliis, in quibus novem annos transigebat, tres una cum Macario Alexandrino vixit (3). Aegyptius vero Macarius anno, antequam Palladius in solitudinem egrediebatur, mortuus erat (4). Itaque facile intelligis, auctoritatem Palladii maximi faciendam esse, idque eo magis, quum se fidum spectatorem exhibeat, et longa annorum serie « ex virtute gesta sanctorum sanctarumque in Aegypti solitudine et in Libya et Thebaide et Syene et Tabennis, deinde in Mesopotamia, Palaestina et Syria, et in partibus Occidentis et Romae et in Campania et in iis, quae sunt circa eas, partibus » ipse peregrinando cognoverit (5). Liber, quem Palladius de monachis edidit, Lauso cuidam praeposito dedicatus est, unde nomen *Historiae Lausiacae*, aut simpliciter *Lausiacae* (graece Ἱστορία πρὸς Λαῦσον) traxit. Cuius tres exstant latinae versiones valde inter se differentes. Ex quibus ea, quae ceteris duabus multo locupletior est, Gentiano Herveto **13** A interprete CLI capita complectitur (6). Altera, quae pariter ac ceterae apud Rosweidum legitur, incerto vetere interprete, capitibus XX constat (7). Tertia denique, itidem incerto vetere interprete, LVIII capitibus prodiit hoc indice: « Heraclidis paradisus (8), » qui quidem titulus falsus est, quum legendum sit « Palladii paradisus, » ut est in vetustissimo codice eiusdem versionis ineunte sec. IX scripto, quem adii Romae in bibliotheca monasterii *Yerusalemme in Croce* (9). Heraclidis paradisus alius omnino liber fuisse videtur, cuius codices Romae in bibliotheca Christinae regi- B nae asservantur (10). Sed ad illas tres versiones **14** Historiae Lausiacae accedit graeci textus itidem triplex editio, quarum nulla cum versionibus convenit. Princeps graeca editio prodiit ex codice bibliothecae Palatinae cura Meursii capitibus CIII (11), eaque haud parum a versione Herveti, prorsus autem a ceteris versionibus distat. Quo quidem textu Meursiano longe pleniorem e codicibus Regiis una cum versione Herveti capitibus CLI edidit Fronto Ducaeus (12). Denique capita nonnulla in hac ceterisque editionibus omissa tanquam nova quaedam illius editionis supplementa vulgavit Cotelerius (13). Quibus additamentis et Ducaei et Cote- C lerii auctam editionem iam habes in collectione

(1) Hist. Laus. cap. 1. Opp. Meurs. T. VIII, p. 348.

(2) Ibid. cap. 8 p. 360.

(3) Ibid. cap. 21 p. 396.

(4) Ibid. cap. 20 p. 396.

(5) Prolog. ad Hist. Laus. Opp. Meurs. l. l. p. 340; VV. PP. Rosw. p. 706.

(6) Primum prodiit Parisiis 1555, 4°; recusa est ibidem 1570, 4°, atque cum scholiis Laurentii Barrensis in eius historia christiana veterum Patrum Paris. 1583 fol. p. 55, nec non in Bibl. PP. cur. de la Bigne Paris. 1589 et 1610 T. VII, in VV. PP. Rosw. lib. VIII p. 704 sqq., et in Meursiana editione Historiae Lausiacae Palladii, Opp. Meursii T. VIII p. 334 sqq.

(7) Edita est in Vitis Patrum, quae triplici vice sine typographi, loci et anni nota tempore nascentis typographiae prodierunt, fol.; recusa in Theodorici Loher a Stratis prototypo veteris ecclesiae, Coloniae 1547, fol., et in VV. PP. Rosw. p. 984 sqq.

(8) Eam sub titulo : « Heraclidis paradisus » primus videtur edidisse Jac. Faber Stapulensis Paris. 1504. Collata cum codice ms. Veneto, qui non Heraclidem, sed Palladium scriptorem recte profitetur, prodiit in Vitis per Aloysium Lipomannum collectis T. III Venet. 1554. Denique exstat in VV. PP. Rosw. p. 939 sqq. De variis hisce trium versionum editionibus cf. Jo. Alb. Fabricium in Bibliotheca Graeca, Opp. Meurs. ex rec. Lami T. VIII p. 667, 1, infra in initio nostrae editionis Historiae Lausiacae, et VV. PP. Rosw. Proleg. XIV, p. XLIV.

(9) Huius Bibliothecae codice XLI fol. 9 haec legis : « *Incipit liber, qui appellatur paradysus Palladii monachi, qui fuit discipulus Evagrii.* Multi quidem multos variosque libros, cet. » Textus codicis a libro impresso parum nobis discrepare visus est. Codex Venetus quoque Palladium scriptorem prae se fert.

(10) In catalogo latino Bibl. Christinae Romae legis : « Cod. Nr. 432 Heraclidis paradisus sive lib. de VV. SS. Patrum ad Lausum praepositum palatii. » Nomine scriptoris omisso in catalogo latino Bibl. Vaticanae legitur : « 2. Paradisus, liber sic inscriptus de Vitis Sanctorum, 353 Nr. 499; denuo 363 Nr. 1312. » Graviter dolemus, quod rebus gravioribus nimis occupati hos codices, cum Romae essemus, examinare non potuimus.

(11) Lugd. Bat. 1616, 4°. Meursius notas addidit eruditas, nonnulla etiam e codice Bibliothecae Regiae Parisiensis, cum Lutetiae versaretur, supplevit.

(12) Auctarium Bibl. PP. Paris. 1624, fol., T. II p. 893 — 1053; Bibl. PP. Paris. 1654 T. XIII p. 893-1053. Accedunt Ducaei notae.

(13) Eccl. Graec. Mon. Lut. Paris. 1677 T. III p. 117 — 120 et p. 158 — 170.

Digitized by Google

Operum Meursii ex recensione Joannis Lami (1). Caveo teste in Isaaci Vossii bibliotheca codex Lausiacae inveniebatur, qui editis duplo auctior fuit (2). Ex omnibus vero istis, quae habentur, editionibus nulla ita comparata est, ut genuini textus speciem prae se ferat. Vides igitur, difficultatem maximam hic nobis oboriri. Sed commode evenit, ut in bibliotheca Caesarea Vindobonensi genuinam, quod mihi quidem videtur, Historiam Lausiacam adhuc incognitam repererim in duobus Codd. Mss., quorum utroque integra continetur, membranaceo et pervetusto uno, chartaceo altero (3). Ac genuitatis **15** notam huic inedito textui vindico cum propter nexum rerum, a qua parte nihil desideratur, tum propter simplicitatem dictionis et praeclaram totius libri dispositionem. Edita exemplaria Historiae Lausiacae si cum textu horum codicum confers, mire interpolata et babylonica quadam confusione affecta apparent, ita ut, quae in medio libro legenda sunt, legantur in fine, et, quae ad finem pertinent, medium locum occupent (4). Quare primum genuino Historiae Lausiacae de Macariis textu, quem ex codicibus descripsi, infra utemur; deinde edita exemplaria comparabimus. Varietates illae in exemplaribus inde natae esse videntur, quod ex aliis de vita patrum eremi scriptis modo plura, modo pauciora in Historiam Lausiacam translata, atque antiquis iam temporibus cum ea commixta sint. E quo numero praecipue illum Heraclidis paradisum fuisse existimo, qui dedicatus fuisse videtur (5) eidem Lauso praeposito, cui Palladius Historiam Lausiacam inscripsit. Sic ex prooemiis duobus Historiae Lausiacae, quae Meursiana editio affert, prius, quod a verbis : *Ἐν ταύτῃ τῇ βίβλῳ κ. τ. λ.* incipit (6), equidem Heraclidi tribuerim. Nam Palladium ambas dedicatorias epistolas, quae ibi leguntur, operi suo praefixisse vix credideris : Vindobonenses vero codices, priore omissa, statim ab altera, quae incipit : *Μακαρίζω κ. τ. λ.* (7), ordiuntur. Praeterea edita Historiae Lausiacae exemplaria haud exigua receperunt incrementa e graeco et latino textu libri VV. PP., qui in collectione Rosweidi ordine secundus est (8). Atque ipsum hunc librum, ut mox videbimus, Rufinus e graeco in latinum **16** sermonem transtulit, quam versionem iam S. Hieronymus bene cognovit. Graecum autem exemplar in Lausiaca scribenda, ut patebit, ipse Palladius adhibuit. Ex quibus colligitur, ea quae in editis Historiae Lausiacae exemplaribus praeter illud, quod codex Vindobonensis suppeditabit, reperiantur, e fonte satis antiquo fluxisse, atque etiam observatu dignissima esse. De singulari vero necessitudine, quae inter istum Heraclidis paradisum, hunc librum secundum et Historiam Lausiacam Palladii intercedere videtur, disseremus.

§ 6. Expedita hac difficultate ad novam haud minus incommodam accedimus, quam affert Rufinus. Is sub Valentis imperio, quum S. Athanasio mortuo Lucius Arii sectator in episcopatum Alexandriae per fenestram, ut dicunt, se intrusisset, una cum senibus in deserto vivebat, dirasque Lucii persecutiones sustinebat. Nam istas turbas describens ipse : « Per idem, » inquit, « tempus patres monachorum vitae et antiquitatis merito Macarius et Isidorus aliusque Macarius atque Heraclides et Pambus, Antonii discipuli, per Aegyptum et maxime in Nitriae deserti partibus habebantur viri, qui consortium vitae et actuum non cum ceteris mortalibus, sed cum supernis angelis habere credebantur; *quae praesens vidi loquor, et eorum gesta refero, quorum*

(1) Jo. Meursii Opp. ex rec. Jo. Lami T. VIII Florentiae 1746, fol., p. 334 — 670.

(2) Guill. Cave, Scriptt. eccles. Hist. litt. de *Palladio* ed. Bas. 1741 T. I p. 376. Meursius quoque Palladii quandam διήγησιν περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον διαλαμψάντων πατέρων invenit. Atque Meursius : « id quoque opus », inquit, « si placere hanc Historiae Lausiacae editionem intellexero, communicabo. » Sed nunquam hoc praestitit, neque satis certo scimus, quid illo inedito libro comprehensum sit. Cf. Opp. Meursii T. VIII p. 332. 668. [infra initio nostrae editionis Historiae Lausiacae].

(3) Alter est Cod. ms. hist. graec. Bibl. Caes. Vindob. Nr. 84, olim 29, membran., pervetustus, optimae notae, 4°, et constat foliis 123. Alter chartaceus est Cod. ms. hist. graec. N. 9, olim 42, antiquus, fol. maiore, quo Lausiaca continetur fol. 163 — 230. Cf. Commentt. Lambecii Vindob. 1782 T. VIII p. 663. 840; de Nessel Catal. P. V. p. 143. 31.

(4) Ordinem, quo res in textu codicum Vindobonensium narrantur, legis in *Palladii Helenopolitani episcopi Historia Lausiaca ad codicis Vindobonensis fidem breviter delineata*, infra huic nostrae editioni Historiae Lausiacae praeposita.

(5) De hac re infra videbimus.

(6) Opp. Meurs. l. l. p. 333.

(7) Ibid. p. 337.

(8) VV. PP. Rosw. p. 448-485.

Digitized by Google

in passionibus socius esse promerui (1). » A multitudo referebat (5). » Qua in epistola quum Rufinus S. Athanasio superstite in Aegyptum venisse videtur; etenim Melaniam, cuius Rufinus in itinere comes fuit, S. Athanasius ovina pelle, quam ipse a Macario abbate dono acceperat, donavit (2). Atque **17** Melania, postquam res suas Alexandriae vendidit, montem Nitriae ingressa cum sanctis patribus dimidium fere annum versabatur. Quos deinde a praefecto Alexandriae relegatos in Palaestinae regionem circa Diocaesaream sitam secuta est, suisque et opibus et manibus sedulo adiuvit (3). Rufinum vero una cum Melania in Palaestinam advenisse S. Hieronymus audiverat, qui Florentio scribit : « Et quia frater Rufinus, qui cum sancta Melania ab Aegypto Hierosolymam venisse narratur . . . (4). » Epistolam eidem Rufino reddendam S. Hieronymus literis ad Florentium iunxerat, in qua legimus : « Audio te Aegypti secreta penetrare, monachorum invisere choros, et caelestem in terra circumire familiam; » tum : « Rufinum enim Nitriae esse, et ad beatum perrexisse Macarium, crebra commeantium

senes Aegypti « confessores et voluntate iam martyres » nominet, tempus istius persecutionis, quam Lucius agitabat, aperte significatur (6). Ille quidem nuntius, Rufinum cum Melania Hierosolyma advenisse, vanus fuerat; nam Rufinus nondum eo venerat (7) : probat tamen haec altera epistola, Rufinum tunc senes Aegypti **18** invisisse. Atque hic ipse de Nitria et de Macario a se visitatis in Apologia [Invectiva] II : « Ego, » inquit, « qui sex annis Dei causa commoratus sum, et iterum post intervallum aliquod aliis duobus [Ed. Bened. B post intervallum *aliquot aliis diebus*], ubi Didymus..., et ut ad eremi magistros veniam, quibus et attentius et frequentius vacabamus, ubi Macarius Antonii discipulus, et alter Macarius, et Isidorus, et Pambus... (8). » Sex isti anni, de quibus loquitur, quin migrationem ipsius ex Aegypto in Palaestinam antecesserint, dubium esse nequit. Istos quoque duos annos [vel *aliquot dies*], quia Palladius Rufinum, Aegypto relicta, Hierosolymis una cum Melania degisse narrat (9), in alteram **19** [brevem] quandam

(1) Hist. Eccl. lib. II cap. 4 Auctt. Hist. Eccles. Basil. 1544 p. 242, Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 271, Migne Patrol. T. XXI p. 511.

(2) Textus Meursii eo loco, quo de hac pelle narratur, corruptus est. Legitur enim : « Κώδιον προδάτου μεγάλου ἤνεγκεν [ἡ ὕαινα] τῷ ἁγίῳ καὶ μακαρίῳ Μακαρίῳ, ὅπερ κώδιον οὗτος ὁ τοῦ Χριστοῦ δοῦλος καταλέλοιπεν τῷ ἁγίῳ καὶ μακαρίῳ Ἀθανασίῳ τῷ μεγάλῳ, ὡς δὲ καὶ ἡ μακαρία δούλη τοῦ Χριστοῦ Μελάνη μοι εἶπεν, ὅτι *παρὰ τοῦ ἁγίου καὶ θαυμασίου ἀνδρὸς Μακαρίου* ἐγὼ ἔλαβον τὸ κώδιον ἐκεῖνο κ. τ. λ. (Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 21 p. 410.) Ubi sine dubio legendum est : παρὰ τοῦ ἁγίου καὶ θαυμασίου ἀνδρὸς *μακαρίου Ἀθαναsίου* κ. τ. λ. Codices Vindobonenses Historiae Lausiacae recte scribunt : ὅπερ κώδιον αὐτὸς κατέλιπε τῷ ἁγίῳ Ἀθανασίῳ τῷ ἐπισκόπῳ. Καὶ ἡ μακαρία δὲ Μελάνη εἶπέ μοι· ὅτι παρὰ τοῦ ἁγίου Ἀθαναsίου ἐκεῖνο τὸ κώδιον ἔλαβον, ξένιον τῆς ὑαίνης λεγόμενον. Aliter omnino de pellis donatione refert fragmentum, quod exstat in codice ms. theol. graec. Bibl. Caes. Vindob. Nro. 274, olim 238, chart. fol. 247, 2, in harum quaestionum Appendice priore sub IV typis excusum, ubi legimus : Κώδιον, ὅπερ ὁ ἅγιος Μάρκος καταλέλοιπε τῷ ἁγίῳ Μακαρίῳ τῷ μεγάλῳ, καὶ οὗτος τῇ μακαρίᾳ Μελάνῃ ἀφῆκεν τὸ ξένιον τῆς ὑαίνης ἐπιλεγόμενον. Sed hoc fragmentum recenti manu negligenter scriptum non potest auctoritati codicum illorum Historiae Lausiacae opponi. Neque vero Marcus, sed Macarius Alexandrinus, pellem a laena accepit, quam Athanasio reliquit. Rufin. Hist. Eccl. lib. II cap. 4 l. l. De permutatione nominum Μάρκος et Μακάριος cf. infra Caput III.

(3) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 117 Opp. Meurs. l. l. p. 594.

(4) Ep. 4, S. Hieron. Opp. ed. Migne T. I [Patrol. T. XXII] p. 336.

(5) Ed. 3, ibid. p. 332. 333.

(6) S. Hieron. Opp. ed. Migne T. I [Patrol. T. XXII] Praef. p. XLIX.

(7) « Rufinus autem frater, ut scribis, necdum venit. » S. Hieron. cap. 5 ad Florentium, ibid. p. 336.

(8) Rufini Apologia [Invectiva] in S. Hieronymum lib. II cap. 12 Opp. ed. Vallarsi p. 367 cum nota, Migne Patrol. T. XXI p. 594; S. Hieron. Opp. ed. Bened. T. IV P. II. p. 424.

(9) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 119 Opp. Meurs. l. l. p. 596. Palladius tradidit, *Rufinum Hierosolymis viginti septem annos una cum Melania hospites undique adventantes excepisse.* Quod non omnino verum esse potest. Nam Rufinus iam duos annos Aquileiam reversus Anastasio Papae anno 301 scripsit, *se post triginta fere annos parentibus redditum esse.* Rufini Apologia ad Anastasium cap. 1, Opp. ed. Vallarsi p. 403, Migne Patrol. T. XX, p. 623. S. Hieron. Apol. II, S. Hieron. Opp. ed. Bened. T. IV p. 389. Idem fere Rufinus passim in Apologiis [Invectivis] in S. Hieronymum tradit. Rufini Apol. [Invectiva] lib. II cap. 22, Opp. ed. Vallarsi p. 331, Migne l. l. p. 560; S. Hieronymi Opp. ed. Bened. T. IV p. 376. Ergo Rufinum, qui in Aegypto per sexennium degit, plus annos viginti duos Hierosolymis vixisse, statui nequit. At error

Digitized by Google

commorationem cadere credideris, quam Rufinus Alexandriae fecerit, antequam in Palaestinam abiret. Certe hi duo anni [vel *aliquot dies*] annum 385, quo Theophilus episcopus Alexandriae factus est (1), antecedunt. Nam S. Hieronymus in Apologia Rufino : « Tu, » inquit, « postquam hic [Theophilus] episcopus factus est, Alexandriae non fuisti (2). » Hinc igitur Rufinum bis tantum Alexandriae et quidem ante annum 385 fuisse, satis in promtu est.

Quorsum haec, quae de Rufino disputavimus, spectent, iam, quaeso, perpende. Legimus enim apud S. Hieronymum : « Huius [Evagrii] libros per Orientem graecos et interpretante discipulo eius Rufino latinos plerique in Occidente lectitant. Qui librum quoque scripsit quasi de monachis, multosque in eo enumerat, qui nunquam fuerunt, et quos fuisse describit, Origenistas, et ab episcopis damnatos esse non dubium est, Ammonium videlicet, et Eusebium, et Euthymium, et ipsum Evagrium, Or quoque et Isidorum, et multos alios, quos enumerare taedium est, et iuxta illud Lucretii (I, 935 sqq.) :

Ac veluti pueris absinthia tetra medentes
Cum dare conantur, prius oras pocula circum
Contingunt dulci mellis flavoque liquore.

Ita ille unum Joannem in ipsius libri posuit principio, quem et catholicum et sanctum fuisse non dubium est, ut per illius occasionem ceteros, quos posuerat, haereticos ecclesiae introduceret (3). » Hisce S. Hieronymi verbis quin liber indicetur, quem Rosweidus « secundum librum VV. PP. » inscripsit (4), in quo de Joanne primo loco, deinde de Ammonio, Evagrio, Or, Isidoro, **20** aliis multa leguntur, dubitari nequit. Fateor, de Eusebio quidem et de Euthymio nihil haberi in illo Rosweidianae collectionis libro secundo : at S. Hieronymum ea nomina cum Eulogio et Didymo, qui in libro leguntur (5), confundere, aut corruptionem longa temporum serie in ipsos codices aut libri aut S. Hieronymi epistolae irrepsisse, consentaneum est.

Itaque verbis illis S. Hieronymus Rufinum libri istius significat scriptorem, non Evagrium, uti nonnulli (6) contenderunt, quod, qui locum S. Hieronymi attente legerit, sibi facile persuadebit (7). Accedit, ut complures codices manu scripti, inter quos unus vetustus, quem Rosweidus in edendis vitis adhibuit, Rufini nomen aperte profiteantur (8).

Unde iam difficultas satis magna oritur. Nam si in librum secundum accuratius inquiris, luce clarius apparet, Rufinum esse non posse auctorem.

Primum enim auctor libri secundi non tem-

Palladii facillime inde explicatur, quod Rufinus Hierosolymis una cum Melania vixit, quae viginti septem annos Hierosolymis fuit. Hist. Laus. cap. 117, 118. Melania, Hieronymo teste, quem de hac re bene edoctum esse oportebat, *Hierosolyma* venit anno X Valentis imperatoris, i.e. anno 374. (Hieron. Chronicon.) Idem quod Palladius (Hist. Laus. cap. 117) indicat, Paulinus Nolanus (Opp. ed. Lebrun ep. 29) non negat. Paulinus (l. l.) Melaniam « post quinque lustra » Romam remeasse ait, numero usus pleno, qui non urgendus, sed ad accuratiorem Palladii summam explicandus est. Inde vero, quod editus Palladii textus (cap. 119) habet, Melaniam triginta septem annos hospites excepisse, nequaquam cum Tillemontio statuas, eam decem annos in Aegypto quoque mansisse, quum apertum errorem scriptoris hic deprehendamus, qui pro κη', i.e. viginti septem posuerit λη', i. e. triginta septem. Haec de Melania annotavimus, quia in hoc capite Tillemontium (Mémoires ed. Paris. T. X p. 596. sqq. 821 sqq.), Rosweidum (Rufini et Melaniae peregrinatio VV. PP. p. 425 sqq.) et Stiltingium (Vita S. Hieron., AA. SS. Boll. Sept. T. VIII p. 552 sqq.), licet ipsi inter se multum discrepent, graviter errasse invenimus. Superest, ut annotemus, Rufinum senes quoque Mesopotamiae « apud Edessam et in Carrarum partibus » vidisse (Rufin. Hist. Eccl. lib. II c. 8 Opp. ed. Vallarsi p. 279, Migne Patrol. T. XXI p. 517), quod iter, postquam Hierosolyma venit, instituisse videtur.

(1) Socr. Hist. Eccl. lib. V cap. 12. Sozom. Hist. Eccl. lib. VII cap. 14. Tillemont Mémoires pour servir à l'histoire ecclésiastique, Paris. 1707 T. IX p. 594. XII p. 447, 2. Fleury Hist. Eccl. Ed. Aug. Vind. ac Oenop. 1768 T. IV p. 755.

(2) Apol. III, S. Hieron. Opp. ed. Bened. T. IV p. 455.

(3) Ep. 133 ad Ctesiph., S. Hieron. Opp. ed. Migne T. I [Patrol. T. XXII] p. 1151.

(4) VV. PP. Rosw. p. 448 sqq.

(5) Capp. 14 et 24 p. 472, 2 ; 479, 1

(6) Baronius, alii.

(7) Librum Xysti Pythagoraei *ab eodem scriptore* sub nomine Sixti Papae et martyris, et librum Eusebii Caesariensis sub nomine Pamphili martyris editos esse, illa epistola S. Hieronymi docet, cuius apologia eandem hanc fraudem *Rufino* tribuit. S. Hieron. Ep. 133 l. l. Apol. adv. Ruf. lib. II ed. Bened. T. IV p. 419 ; lib. III ibid. p. 449. Cf. Tillemont Mémoires T. XVI p. 657, 1.

(8) VV. PP. Rosw. Proleg. § X p. XXVII.

Digitized by Google

pore Valentis imperatoris paullo post S. Athanasii mortem (373), aut ante annum 385 monasteria Aegypti lustravit, quo tempore Rufinum in Nitria versatum esse cognovimus, sed multo post exeunte anno 394 sub finem imperii Theodosii Magni, qui obiit anno 395 d. XVI Calend. Februarii (1); socium vero itineris Palladium habuit, qui Historiam Lausiacam scripsit. Quae quidem ex libro secundo ipso dilucide colliguntur. Nam auctor huius libri statim ab initio haec narrat : Fuisse septem, se nimirum cum sex sociis, qui Joannem eremitam prope Lycum civitatem convenissent. Joannem ipsis, quum **21** ab eo profecturi essent, praedixisse, hac ipsa die victorias religiosi principis Theodosii de Eugenio tyranno reportatas Alexandriae nuntiatas esse, ipsumque Theodosium non multo post *propria morte vitam finiturum*. Triduo autem post discessum suum de morte Joannis se in itinere certiores esse factos (2). Sed eadem haec, quae in libro secundo Rosweidianae collectionis latino sermone leguntur, graece expressa fere ad verbum in Historia Lausiaca Palladii exstant, hoc uno discrimine, quod, quae noster ipse expertus est, Palladius a sociis narrata esse refert. Septem fratres peregrinos omnes fuisse in solitudine Nitriae, se quidem, nec non beatum Evagrium, Albinum et Ammonium. Scire se omnes studuisse, quaenam Joannis virtus esset, sed dubitasse Evagrium, an omnino eum convenire possent. Quare postero die, occlusa cella, solum se, nesciis sociis, ad Joannem in Thebaidem profectum esse. Quum vero ab eo reversus sociis rem narrasset, post duos menses hos quoque senes ad Joannem venisse, sibi autem narrasse. Sequuntur fere ad verbum, ut monuimus, illa, quae modo ex libro secundo retulimus (3). Eugenium vero tyrannum Theodosius apud Alpes devicit anno 394 d. VIII Idus Septembris (4). E quibus colligitur, scriptorem libri secundi senes Aegypti invisisse exeunte anno 394, et Palladium eius itineris, quod e Nitria ad Joannem in Lyco fecerat, socium habuisse.

Alterum quidem, Palladium scilicet scriptoris libri secundi socium in itinere fuisse, alius quoque huius libri locus comprobat. Legimus enim, Apollonium monachis suis tres dies, antequam scriptor libri secundi cum sociis eum convenerit, praedixisse : « post triduum adfuturos tres fratres de Hierosolymis venientes (5). » Sed idem Palladius quoque triduo ante suum **22** adventum ab Apollonio praedictum esse in Historia Lausiaca iisdem plane verbis narrat (6). Ubi ne offendaris, quod Palladius dicitur venisse Hierosolymis. Nam Palladius, etsi novem annos ordinariam sedem in Celliis fixerat, hoc tamen ipso tempore nonnunquam peregrinatus est. Circa annum 394 Hierosolymis adfuit. Quod epistola indicat, quam paullo ante ad episcopum Hierosolymorum a S. Epiphanio scriptam anno 394 S. Hieronymus latine reddidit. Cuius in fine S. Epiphanius : « Palladium vero, » inquit, « Galatam, qui quondam nobis carus fuit, et nunc misericordia Dei indiget, cave, quia Origenis haeresim praedicat et docet, ne forte aliquos de populo tibi credito ad perversitatem sui inducat erroris (7). » Exeunte anno 394 (8) Palladius Joannem in Lyco invisit, atque sex illi socii se Hierosolymis venisse aperte fatentur; nam Joanni : *Pro utilitate*, inquiunt, *animarum nostrarum ad te venimus ab Jerusalem, ut, quod auditione acceperamus, id cerneremus oculis* (9). Ex quibus, quando Palladius Hierosolymis fuerit, et quando inde redux factus sit, apparet. In eodem vero reditu Hierosolymis Palladius cum duobus sociis Apollonium quoque inviserit necesse est. Nam altero in Palaestinam itinere valetudinis gratia tribus annis post, quam Joannem in Lyco inviserat, suscepto non in Aegyptum rediit, sed in Bithyniam venit, ubi episcopus ordinatus est (10).

23 Constat ergo, scriptorem libri secundi

(1) Socr. Hist. Eccl. lib. V cap. 25.

(2) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 1. p. 451, 1. 457, 1.

(3) Hist. Laus. cap. 44 Opp. Meurs. l. l. p. 468. 472. 488.

(4) Socr. Hist. Eccl. lib. V cap. 24. Cf. Baronii Annal. a. 394 num. V sqq. ed. Luc. T. VI p. 145. Fleury Hist. Eccl. T. IV p. 1034.

(5) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 7 p. 464, 1.

(6) Hist. Laus. cap. 53 Opp. Meurs. l. l. p. 503.

(7) Ep. 51. S. Hieron. Opp. ed. Migne T. I [Patrol. T. XXII] p. 527.

(8) Duobus scilicet mensibus ante victoriam, quam Theodosius d. VIII Id. Septembris de Eugenio reportavit, Alexandriae nuntiatam.

(9) Hist. Laus. cap. 44 Opp. Meurs. l. l. p. 473; VV. PP. Rosw. lib. II p. 451, 1.

(10) Hist. Laus. cap. 44 Opp. Meurs. l. l. p. 472. Tillemontius (Mémoires T. XII p. 656, 2) autumat, scriptorem libri secundi Apollonium senem ante annum 385 invisisse; sed locus, quo Tillemontius innititur, a latino libri interprete perpe-

Digitized by Google

et cum Palladio exeunte anno 394 Hierosolymis in Aegyptum venisse, Apolloniumque una cum eo invisisse, et e numero sex sociorum Palladii fuisse, qui Joannem in Lyco senem adierunt. Sed ut ista argumentatio iusto fundamento nitatur, res gravis explicanda superest. Multa enim capita libri secundi, inter quae totum illud de Apollonio, paene ad verbum in Historia Lausiaca habentur. Unde igitur haec necessitudo?

Quam, si utrumque librum accurate examinaveris, maximam esse invenies. Nam quae illic de senibus Thebaidis et circumiacentis regionis leguntur, cuius quidem generis sunt, quae de Joanne in Lyco, abbate Ben, civitate Oxyryncho, Theone, Apollonio, Coprete, ex ore Copretis de Patermutio, abbate Syro, Isaia et Paulo, de Pithyrione, Eulogio, Apelle, ex ore Apellis de Joanne quodam, denique de Paphnutio referuntur, ea omnia tam accurate Historia Lausiaca continentur, ut fere nulla nisi latini et graeci idiomatis differentia appareat. Reliqui autem tres senes e regione Thebaidis, quorum liber secundus mentionem facit, duo Ammones scilicet, de quibus capitibus IV et VIII narratur, et Elias, in Lausiaca plane omittuntur. Illa vero quae de Nitria eique confinibus, quorum e numero sunt narratio de Ammonio, Evagrio, Cronio, de Macariis, de Ammone primo Nitriae monacho, de Paulo Simplice, ipsa quoque regionis descriptio, porro quae de senibus Alexandriae, quo pertinet relatio de Isidoro et de Didymo, in libro secundo exstant, ea apud Palladium longe aliter et multo uberius describuntur. Idem de Serapione regionis Arsenoitis valet; de Origene vero et Piammone Palladius nihil tradit. De abbate Or quomodo auctores inter se differant, infra exponetur. Epilogus denique, quo liber secundus finem itineris Aegyptiaci narrat, non minus in Historia Lausiaca reperitur.

En necessitudinem, quae inter librum secundum et Historiam Lausiacam, quam codices Vindobonenses exhibent, intercedit. His enim genuinum Lausiacae textum contineri supra monuimus. Sed unde talis necessitudo librorum istorum, qui de **24** senibus Thebaidis eadem eodem plane modo narrant, nata est?

Res sane duplici tantum modo explicari potest. Aut enim alter scriptor ipse librum alterius e capitibus illis de senibus Thebaidis compilavit, aut tertius quidam spuria illa intulit. Posterius statui nequit. Nam Historia Lausiaca codicum Vindobonensium ita comparata est, ut de tot capitibus spuriis cogitare prorsus nequeas; sin capita ista e Historia Lausiaca tanquam spuria tolleres, partem libri integram desiderares. Liber vero secundus si capita ista de senibus Thebaidis tanquam spuria tollantur, vix libri nomen retinet.

Difficillimum igitur est ad credendum, illa capita in alterutro libro, aut in utroque, spuria esse. Verum multae rationes admonent, ut Palladium ipsum e libro secundo ea mutuatum esse et Historiae Lausiacae suae intexuisse statuamus.

Primum enim Palladius Historiam Lausiacam multo post, quam liber secundus editus est, vulgavit. Nam Historia Lausiaca prodiit, quum Palladius « tricesimum tertium annum ageret in conversatione cum fratribus et vita solitaria, vicesimum autem episcopatus, totius autem vitae quinquagesimum tertium (1). » Ac Palladius ad fratres venit « viginti annos natus Theodosio Magno iterum consule, » i. e. anno Christi 388 (2). Quare Lausiaca ante annum 421 non edita est. S. Hieronymus vero, qui librum secundum novit, mortuus est anno 420, et Rufinus, quem libri secundi interpretem esse probabimus, iam anno 410 obiit (3). Unde librum secundum Historia Lausiaca aetate multo priorem esse sequitur.

Quod si constat, facillime intelligitur, Palladium saltem libri secundi caput de Joanne in Lyco compilasse. Totum enim libri caput de Joanne in Lyco etiam in Historia Lausiaca paene **25** ad verbum exstat (4). Sed unum locum, quo liber secundus commemorat, septem simul fratres ad Joannem venisse (5), scriptor huius capitis Lausiacae correxit : *se*

ram redditus est, quod, si Historiam Lausiacam de eodem sene contuleris, facile intelliges. Ceterae autem difficultates, quae Tillemontio aliud tempus itineris Aegyptiaci indicare visae sunt, facillime explicantur.

(1) Hist. Laus. prolog., Opp. Meurs. l. l. p. 340, VV. PP Rosw. p. 706.

(2) Hist. Laus. cap. 1, Opp. Meurs. l. l. p. 348 cum nota Meursii.

(3) Tillemont Mémoires T. XII p. 303. 313. Epistolam ad Ctesiphontem S. Hieronymus anno 415 scripsisse videtur. S. Hieron. Opp. ed. Migne T. I [Patrol. T. XXII] Praef. p. LXXXIX.

(4) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 1 p. 449 - 457; Hist. Laus. cap. 44. 45. 46. 47. Opp. Meurs. l. l. p. 464-485.

(5) VV. PP. Rosw. l. l. p. 441, 1.

Digitized by Google

primum, sex postea Joannem adiisse, ac sibi de sorte sua futura a Joanne varia praedicta esse (1). Quae praedicta de Palladio valent. Unde apertum est, Palladium ipsum illud caput libri secundi mutuatum esse, e suis vero illa, quae visitationem Joannis accuratius ac uberius explicent, addidisse. Nam etiam libri secundi caput de Joanne in Lyco genuinum esse S. Hieronymus testatur (2).

Sin autem Palladius unum caput libri secundi satis longum in Historiam Lausiacam suam transtulit, quid obstat, quin et cetera capita, quae utrique libro communia sunt, ab eodem Historiae Lausiacae intexta esse dicamus, praecipue, quum Palladius, ut saltem e capite de Joanne haud dubie constat, scriptoris libri secundi in itinere socius fuerit, quocum una Hierosolymis venerat.

Ergo probabile est, Palladium, quum Historiam Lausiacam scriberet, capita illa de senibus Thebaidis e libro secundo in eam transtulisse. Iam vero istam necessitudinem, si tertius quidam capitum compilator statuatur, iuste explicari non posse, supra vidimus. Quare solum restat, ut statuamus, ista capita ab ipso Palladio Lausiacae intexta esse. Id vero rectius explicari nequit, quam eo, ut Palladium non solum Joannem in Lyco et Apollonium, de quibus iam certo constat, sed ceteros quoque omnes Thebaidis senes una cum scriptore libri secundi invisisse, eademque ista una cum eo expertum esse opinemur. Quapropter postea, quae socius bene exposuerat, in librum suum recepit; quae vero longiore habitatione ipse melius quam socius cognoverat, scilicet quae ad senes circa Alexandriam et in Nitria eique confinibus habitantes spectant, suo Marte descripsit. **26** Quod si contendimus, necessitudo ista te amplius offendere nequit.

Itaque necessitudine, quae libro secundo Rosweidianae collectionis intercedit cum Historia Lausiaca Palladii, iuste explicata, conclusio, scriptores horum librorum exeunte anno 394 socios itineris in Thebaide fuisse, non evertitur, sed magnopere confirmatur. Redeamus nunc ad gravissimam rem, quaerentes, num hic socius Palladii et libri secundi scriptor Rufinus fuerit, nec ne. Quod quidem fuisse nequit. Nam supra (3) ostendimus, Rufinum post annum 385 in Aegypto non amplius adfuisse. Neque in Rufini libris, neque in illa dissensione, quae Rufino cum S. Hieronymo fuit, de itinere, quod exeunte anno 394 aut omnino post annum 385 in Aegyptum susceperit, quidquam invenitur. Palladius denique, si Rufinus itineris socius fuisset, de eo in Historia Lausiaca aliter sane scripsisset, ac scripsit (4).

Hinc igitur satis perspicuum videtur, Rufinum illum Palladii socium et libri secundi scriptorem non esse. Quod alio firmissimo argumento probatur. Legimus in libro secundo: « Narrabant autem nobis quidam ex patribus, qui ibi [in Celliis] erant, quod in locis istis duo Macarii quasi duo caeli lumina refulsissent (5). » Ergo scriptor libri Macarios, quibuscum se in Nitria versatum esse Rufinus supra ipse nos docuit, ipse non cognovit. Quo fit, ut Rufinus libri secundi scriptor esse non possit. Neque Evagrium eius libri scriptorem existimare licet, quod quispiam fortasse e verbis S. Hieronymi supra allatis conficere velit. Nam Evagrius itidem se cum Macariis conversatum esse ipse testatur (6).

Apparet, uti probavimus, Rufinum librum secundum non composuisse. Sed eum, nisi S. Hieronymus et codices antiqui omnino erraverint, saltem interpretem libri esse necesse est. **27** Atque librum istum, qui in collectione Rosweidi idiomate latino exstat, primitus graece scriptum fuisse, si textus graeci fragmenta a Cotelerio vulgata (7) aut fragmenta, quae in Historia Lausiaca Meursianae editionis servata sunt (8), contuleris, facile tibi persuadebis. Itaque iam de interprete, num Rufinus sit nec ne, accurate videamus.

Ac primum quidem, quia in libro secundo Macarius Alexandrinus, qui Palladio oculato teste in Celliis vixit (9), in Scete habitasse dicitur (10), nemo inducatur, ut statuat, Rufinum interpretem non esse, quippe qui, si fuisset,

(1) Hist. Laus. l. l. Opp. Meurs. l. l. p. 468-472.

(2) Ep. 133 ad Ctesiph.

(3) Initio huius §.

(4) Hist. Laus. cap. 118. 119.

(5) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 28 p. 479, 2.

(6) Capita practica ad Anatolium 93. 94. Galland. Bibl. PP. T. VII p. 565.

(7) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. III p. 171-184. Opp. Meurs. l. l. p. 639 sqq.

(8) Multa enim libri istius capita graece in Historia Lausiaca legi, supra (p. 23) ostendimus.

(9) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 21 Opp. Meurs. l. l. p. 396. Cf. infra Caput III.

(10) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 21 p. 481, 1.

Digitized by Google

talem errorem, quia cum Macariis ipse versatus est, correxisset. Nam error illi relationi non inest, quum Macarius Alexandrinus eodem Palladio teste non in Celliis solum, sed interdum in Scete quoque habitarit, ubi cellam habuit (1). Deinde Rufinus, licet in interpretandis libris summa cum libertate versetur, vix unquam tamen artem criticam sic exercuit, ut scriptorem emendarit. Quare, si scriptor errasset, id a Rufino correctum esse vix exspectari posset. Denique num omnino Rufinus, qui in summa illa rerum perturbatione, quum Lucius monachos eremi exagitaret, Macarios in Nitria convenit (2), de habitatione singulorum tam accurate edoctus fuerit, admodum potest dubitari. Istinc igitur nihil obstat, quominus Rufinum libri secundi interpretem esse dicamus.

Iam porro, quod Rufinum interpretem esse comprobet praeter S. Hieronymi verba et codicum testimonia, audi. In libro enim secundo, in fine narrationum de Macariis locum legis, qui a nemine nisi a Rufino scriptus esse potest. Locus hic **28** est : « Sed et multa, ut diximus, alia de operibus sancti Macarii Alexandrini mirabilia feruntur, ex quibus nonnulla in XI libro Ecclesiasticae Historiae inserta, qui requirit, inveniet (3). » En apertam allegationem Continuationis Historiae Ecclesiasticae Eusebii, quam scripserat Rufinus. Neque vero talis parenthesis a Rufino interprete textui adiecta offendat, quum Rufinus in interpretandis libris maxima cum libertate versari soleat. Ad Continuationem autem istam provocat, in qua scripserat de Macario haecque verba addiderat : « Verum si singulorum mirabilium gesta [a Macario scilicet] prosequi velimus, excludimur a proposita brevitate, maxime cum haec narrationem proprii habere operis mereantur (4). » Ad ea igitur verba, quin ille locus libri secundi respiciat, dubitari nequit. Neque, quum scripserit : « ut diximus, » dubitationi locus relinquitur, Rufinum ut Continuationis, ita et illius loci libri secundi esse scriptorem, ipsius autem libri secundi si non scriptorem, tamen interpretem.

Quod de libri istius interprete disputavimus, praefatio quoque libri (5) saltem aliquatenus comprobare videtur. Quae graece bis habetur, et in « Paradiso, » cuius fragmenta Cotelerius edidit (6), et in priore prooemio Meursianae editionis Historiae Lausiacae (7). Atque edita Paradisi fragmenta, inter quae etiam praefatio, satis accurate cum libro secundo conveniunt. Contra a prooemio isto Meursianae editionis praefatio Paradisi et libri secundi hisce gravibus capitibus differt. Ubi enim scriptor prooemii se rogatu Lausi praepositi scripsisse ait, ibi praefatio illa scriptorem « in gratiam fratrum in monte Oliveti commanentium » scribere perhibet. Rursus prooemii scriptor addit, se et de mulieribus dicturum, quod autem praefatio omisit; neque libro secundo de mulieribus quidquam continetur. Ceterum praefationem inter et prooemium istud intimam necessitudinem **29** esse, in aperto est. Quid igitur? Num prooemium istud, an illa praefatio vel Paradisi vel libri secundi prius exstitit?

Quae res, nisi forte codicibus aliquando decernatur, ad liquidum vix perducetur. Si vero coniecturis uti licet, prooemium aetate prius esse dixeris. Vix enim quisquam loco verborum : *librum in gratiam monachorum in monte Oliveti commanentium scriptum esse*, dedicationem ad Lausum ponet, aut librum de mulieribus quoque narraturum esse falso addet, nisi ut sic nova praefatio prodeat, qua alii cuipiam libro praefetur. Iam vero Historia Lausiaca genuinum prooemium, quo liber Lauso dedicatur, habet. Quare nemo, ut alterum cum altera ad Lausum dedicatione fabricaret et adderet, compelli potuit. Neque alius liber, cui libri secundi praefatio sic depravata praefigi potuerit, cognoscitur. Unde praefationem istam illo prooemio aetate priorem esse parum verisimile est.

Quapropter haec coniecerim. Cum multa significent, Lauso dedicatum et Heraclidis librum fuisse (8), quid, si prooemium istud, quod ad Historiam Lausiacam non pertinere supra ostendimus, reapse libri Heraclidis

(1) Hist. Laus. l. l. p. 408.

(2) Rufini Hist. Eccl. lib. II cap. 4 ed. Basil. l. p. 242, ed. Vallarsi p. 27, Migne l. l. p. 511.

(3) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 29 p. 482, 2.

(4) Rufin. Hist. Eccl. lib. II cap. 4, l. l.

(5) VV. PP. Rosw. p. 548.

(6) Eccl. graec. Mon. l. l.; Opp. Meurs. l. l. p. 639 sqq.

(7) Opp. Meurs. l. l. p. 333 sqq.

(8) Heraclidem librum de vitis patrum Lauso dedicatum scripsisse cum codicibus Vaticanis, quos supra recensuimus, tum eo probatur, quod in fine et libri a Rosweido sub Heraclidis nomine editi et Historiae Lausiacae a Meursio editae *epilogus ad Lausum* exstat, qui codicibus Vindobonensibus testibus ad Historiam Lausiacam non pertinet. Cf.

Digitized by Google

prooemium, Heraclidis vero illum habendum esse librum dicamus, quo liber secundus et Historia Lausiaca innituntur?

30 Quod si statuis, difficultates omnes facile explicantur. Heraclides enim, Rufinus et Palladius amici et Origenistarum duces fuerunt (1). Rufinus in monte Oliveti cellam habens, ut Melania coetui virginum, ita ipse congregationi monachorum praefuit (2). A quibus ut librum de senibus componeret rogatus, ex Heraclidis amici libro quae sibi usui erant congessit et ore latino edidit. Opusculum, quod sic nascebatur, monachis Oliveti inscripsit, atque, quia monachi muliebria non curant, quae Heraclides de mulieribus habebat, omisit. E senibus praecipue Origenistas attulit, quapropter in S. Hieronymi accusationem incurrit, qui Rufinum, quum quasi novus liber ita prodiret, auctorem dicere iure aliquo potuit. Nec non istiusmodi compositionis vestigia liber secundus aliquantum prae se ferre videtur.

Isto igitur modo difficultates facile solvuntur. Sed si illa posueris, Rufini librum ut ore latino ita et graeco exstitisse statues. Quod cum fragmenta Cotelerii postulant, tum libri secundi narratio de Or abbate comprobare videtur. Sic enim Palladius de eo scripsit : « Magno huic sancto suo testimonio tribuit virtutem universa fraternitas, praecipue autem ancilla Dei Melania, quae hunc montem ante me est ingressa. Ego enim eum non offendi vivum (3). » Ergo Or abbas mortuus fuit, antequam Palladius senes Thebaidis adiit. Liber vero secundus longa utitur narratione, quae incipit : « Vidimus et alium apud Thebaidem A venerabilem virum Hor nomine (4). » Itaque scriptor huius capitis libri secundi abbatem vidit, quem Palladius non amplius vidit. Quanquam eum una cum scriptore isto senes Thebaidis invisisse supra ostendimus. Fateor huius quidem difficultatis explicandae varia sane genera excogitari **31** posse. Sed quia Melania Or abbatem adiit, de quo eximia Palladio narravit, verisimillima explicatio haec esse videtur, Rufinum una cum Melania ad abbatem Or esse profectum, atque in componendo libro secundo illa de hoc sene suo Marte addidisse. Iam vero eadem de abbate narratio, quae latine in libro secundo exstat, gracce B quoque servata est inter quaedam fragmenta a Cotelerio edita et in Meursiana editione Lausiacae (5). Unde, cum et alia graeca libri secundi fragmenta inveniantur, eum librum existimabis et latine et graece exstitisse, ut usui graecorum ac latinorum monachorum inservire posset. Nomen Paradisi graeco exemplari inditum inde explicatur, quod Heraclidis liber, cuius pars erat, Paradisus inscriptus fuit

Atque haec existimatio nostra, Rosweidianae VV. PP. collectionis librum secundum etiam graece exstitisse, codicum fide egregie probatur. Nuper enim Montefalconii bibliothecam C Coislinianam (Paris. 1715 fol.) evolvens, p. 138 indicem offendi libri graeci, qui codice LXXXIII saeculi circiter X continetur, inscripti : *Ἱερωνύμου ἡ κατ' Αἴγυπτον τῶν μοναχῶν ἱστορία*, cuius capita cum libro secundo omnino ita concinunt, ut omnis dubitatio tollatur. Id quod ei, qui rem accuratius examinaverit, plane apparebit (6). S. Hieronymo hunc librum falso attribui, non est quod pluribus dicam.

Palladii Historiam Lausiacam ad codicis Vindobonensis fidem breviter delineatam, infra huic nostrae editioni Historiae Lausiacae praepositam. De libro graeco ab Historia Lausiaca diverso, qui Cotelerio et Caveo testibus in codicibus mss. sub nomine Heraclidis exstat, non satis compertum habemus. Trithemius in libro de Scriptt. Eccl. : « Heraclides, » inquit, « inter alia scripsit ad aedificationem legentium opus insigne de vita et conversatione sanctorum patrum in eremo vel in coenobiis degentium sub regula, cui titulus est Paradisus. » Sed cui liber dedicatus sit, Trithemius non addit. Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. III p. 566. Cave Scriptt. Eccles. Hist. litt. s. v. *Heraclides*. Trith. de Scriptt. Eccl. cap. XCIII.

(1) Palladii Dial. de vit. S. Joannis Chrysost. cap. XX, S. Chrysost. Opp. ed. Montfaucon (Paris. 1734 sqq.) T. XIII p. 76 sqq., Galland. Bibl. PP. T. VIII p. 520. Tillemont Mémoires T. XI. Cave Scriptt. Eccles. Hist. litt. s. v. *Heraclides*.

(2) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 118 Opp. Meurs. l. l. p. 596. Rufin. Apol. [Invectiva] in S. Hieron. lib. II cap. 8, Opp. ed. Vallarsi p. 363, Migne Patrol. T. XXI p. 591, S. Hieron. Opp. ed. Bened. T. IV p. 420.

(3) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 11, l. l. p. 369.

(4) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 2 p. 457, 2.

(5) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. III p. 159 ; Hist. Laus. ed. Meurs. l. l. p. 371.

(6) Montefalconius illum librum ita describit : « Cod. LXXXIII, olim CCCXLVIII, membranaceus X circiter saeculi, foliorum 357. Continet ea quae sequuntur... fol. 266 *Ἱερωνύμου ἡ κατ' Αἴγυπτον τῶν μοναχῶν ἱστορία*, i. e. *Historia monachorum Aegyptiorum*. Liber Hieronymo perperam adscriptus. Similis fere argumenti librum Palladio adscriptum iamdiu notum fecit Joannes Meursius, in praefatione videlicet ad Lausiacam Historiam, quod opus graecum primus edidit ille Lugduni Batavorum a. 1616. *Est*, inquit, *in bibliotheca mea eiusdem au-*

Digitized by Google

Itaque hoc obtinuisse mihi videor, illa conjectura difficultates optime solvi; quas vix alia ratione tam facile solvi crediderim. Sin autem vera sunt, quae conjecimus, Rufinum interpretem libri secundi esse, atque quodammodo auctorem dici posse, denuo intelligitur (1).

Sed conjecturas mittamus, atque ex iis, quae de libro secundo disputavimus, quae certa sunt, in unum componamus. Ea quidem huc redeunt. Graecus scriptor rerum, quae in libro secundo leguntur, certo non cognoscitur. Nec solum liber secundus, sed etiam graecus liber, e quo ille hauriebatur, Palladii Historiam Lausiacam aetate multum antecedunt. Deinde e libro secundo, aut, quod verisimilius est, ex eodem, quo is utebatur, fonte Palladius ea, quae ad senes Thebaidis pertinent, aliaque nonnulla in Lausiacam suam transtulit. Latinus denique **32** libri secundi interpres Rufinus est, qui librum in eam formam redegit, quae nunc habetur. Accedit coniectura, Heraclidis fortasse librum fuisse, e quo libri secundi scriptor et Palladius hauserunt. Quantopere vero optandum sit, ut singulae vitae patrum eremi hucusque non editae, quarum multos codices graecos in bibliothecis vidimus, nec non Heraclidis paradisus, Historia Lausiaca Palladii graecumque libri secundi nostri exemplar edantur vel ad melioris fidei codices excudantur, unde nova lux huius quaestionis oriri possit, facile patet (2).

Expedita iam de libro secundo quaestione de Rufino id solum restat monendum, alium insuper fontem historiarum de Macariis ab eo relictum esse in *Continuatione* illa operis Eusebii, quam modo laudavimus.

§ 7. Et haec quidem de Rufino. Nunc ad Evagrium transeamus, qui varia de senibus scripta reliquit, in quibus de Macario ter tantum loquitur. Fuit is natu maior Palladio; hic enim apud Socratem illius discipulus appellatur, ita tamen, ut paullo post mortem

etoris διήγησις περὶ τῶν κατ' Αἴγυπτον διαλαμψάντων ἁγίων πατέρων. Id quoque opus, si placeret hanc Historiae Lausiacae editionem intellexero, communicabo [Cf. annotationem nostram supra p. 14 not. 5]. An idem qui hic noster liber fuerit, incertum est. Vide notas Frontonis Ducaei in Lausiacam Palladii Tom. II Biblioth. Patrum graecolatinæ. Auctoris praefatio praemittitur, cuius initium hoc: *Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ θέλων πάντας ἀνθρώπους σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν· ὁ καὶ ἡμᾶς καθοδηγήσας ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, καὶ ὄφεις ἡμῖν μεγάλα καὶ θαυμαστὰ καὶ γραφῆς ἄξια* etc., i. e. *Benedictus Deus, qui omnes homines vult salvos fieri, et ad veritatis agnitionem venire. Qui et duxit nos in Aegyptum, ibique nobis ostendit magna et mirabilia, memoria scriptoque digna.* Hunc librum conscripsit, inquit, *παρακληθεὶς συνεχῶς ὑπὸ τῆς εὐλαβοῦς ἀδελφότητος τῆς ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει τῶν ἐλαιῶν πολιτευομένης*, i. e. *frequenter rogatus a religiosa fraternitate quae in sancto monte Olivarum conversatur.* Describit autem vitas sanctorum Patrum Joannis Lycopolitani, abbatis Or, Ammonis, abbatis Ben, monachorum civitatis Oxyrynchi, Theonis, Eliae, Apollo, Amun, Copretis, Patermutii, abbatis Surus, abbatis Elle, Apelle Joannis, Paphnutii, Pityrionis, Eulogii presbyteri, Isidori, Serapionis, Appollonii martyris, Dioscori, monachorum Nitriae, alterius Ammonii, alterius Didymi oculatissimi, Chronidis et eorum qui cum eo erant, Macarii Aegyptii, Amun, Macarii cognomento πολιτικοῦ, Pauli simplicis, Ammonae, et Joannis. Deinde enumeratione facta periculorum, quibus hac in peregrinatione perfunctus est, claudit fol. 322, verso. »

(1) Tillemont. Mémoires T. XII et iterum T. XV statuit, Rufinum librum secundum non nomine suo scripsisse, sed alterius, Petronii scilicet Bononiensis episcopi, *cuius itineri describendo calamum suum commodarit.* Nititur Tillemontii argumentatio loco Gennadii, qui cap. XLI: « Petronius, » inquit, « scripsisse putatur vitas patrum monachorum Aegypti. » Sed doctum virum errasse dissertatio de vita Petronii, quae AA. SS. Boll. Oct. T. I p. 422 sqq. exstat, pag. 428. 429, dilucide ostendit.

(2) In codice ms. 11831 Bibliothecae Burgundicae Bruxellensis Sec. XVII, 4°, invenimus *Διηγήματα περὶ τοῦ βίου τῶν ἁγίων πατέρων*, in quorum fine haec verba leguntur: « *Ex ms. Bibliothecae Augustanae ταύτας τὰς διηγήσεις descripsit fide qua debuit Danielis Davidis ex fratre nepos Hoeschelius Anno S. N. 1664 mense Januario.* » Is, qui codicem descripsit, in schedulae fronti adglutinatae pag. 1 notavit haec verba: *Τοῦ μακαρ. καὶ ἁγιωτάτου Παλλαδίου ἐπισκόπου Ἑλενουπόλεως πρὸς Λαῦσον πραικότατον διηγήματα περὶ τοῦ βίου τῶν ἁγίων πατέρων. Ex codice membranaceo Bibliothecae Augustanae. Quod in margine saepiusculе huius apographi compendiose legitur exaratum* σημ, *nihil aliud est quam* σημείωσαι *i. e. nota, observa*, » etc., pag. 2 indicem capitum latine apposuit. Capita autem graeca illius libri ita se excipiunt: I. *Περὶ Ἰωάννου τοῦ ἐν Λυκῷ, ἐστὶ δὲ πρὸς τὴν Θηβαΐδος.* Ἐθεασάμην οὖν ἐν τοῖς ὁρίοις Λυκῶ τῆς Θηβαΐδος τὸν μέγαν καὶ μακάριον Ἰωάννην ἄνδρα ἅγιον ἀληθῶς κ. τ. λ. (in cod. p. 1 sqq.). II. *Περὶ Ἥρωος τοῦ ἀκριβοῦς καὶ ἐναρέτου τὸν βίον καὶ κεκοσμήκοντος...* γειτνιῶν μοι Ἀλεξανδρέως κ. τ. λ. (p. 30 sqq.), finitur μετ' ὀλίγας ἡμέρας. III. *Περὶ τῶν Ταβεννησιωτῶν καὶ*

Digitized by Google

Valentis Augusti, qui anno 378 obiit, uterque floruerit (1). Evagrius in solitudinibus Aegypti ipse solitariam vitam duxit, et Palladio teste quinquaginta quatuor annos natus in solitudine animam efflavit (2). Unus ex septem sociis fuit, inter quos Palladius et libri secundi scriptor e Nitria ad Joannem in Lyco profecti sunt (3). Scriptor quidem iste Evagrium in Celliis vidit (4); Evagrius ipse in libris ad Anatolium amicum scriptis se in Scete residere profitetur (5). Quum Evagrius tribus solis locis (6) de Macariis loquatur, neque, de quonam Macario narret, ubique addiderit, licet aetate ceteris antecedat, et una cum Macariis in illis regionibus **33** eodem tempore vixerit, post Palladium et Rufinum testem audiri eum consentaneum videtur.

§ 8 Venimus ad S. Hieronymum. Qui non nisi oblata occasione obiterque de Macariis loquitur, sed unam nobis difficultatem de Macario quodam obiicit (7), quam suo loco expediemus. Multum temporis in Aegypto illum A transegisse vix crediderim. Id enim ex Rufini Apologia [Invectiva] II colligi potest, qua legitur: « Ceterum iste [S. Hieronymus], qui in tota vita sua non totos triginta dies Alexandriae, ubi erat Didymus, commoratus est, per totos paene libellos suos longe lateque se iactat Didymi videntis esse discipulum, et καθηγητήν, id est praeceptorem, in Scripturis sanctis habuisse Didymum. Et omnis ista iactantia uno mense quaesita est (8). » Quanquam autem S. Hieronymus Alexandriae aliquantisper tantum Didymum auditurus consedit, tamen, antequam in Palaestinam rediret, Aegypti monasteria peragravit. Ipse enim scribit: « Contendi Aegyptum, lustravi monasteria Nitriae et inter Sanctorum choros aspides latere perspexi (9), » Origenistas intelligens, quibus favebat Rufinus. Singula igitur, quae per S. Hieronymi opera sparsa de Macariis leguntur, post Evagrii loca diiudicabimus. B

§. 9. Ultimus se nobis offert Cassianus. Is exeunte saeculo quarto, quum iuvenis esset,

τὰ περὶ τὸν ἅγιον Παχώμιον. Ταβέννησις ἐστι τόπος ἐν τῇ Θηβαΐδι κ. τ. λ. (p. 33 sqq.), finis : ἀκοινωνήτους ποιήσας. IV. *Περὶ τῆς ὑποκριτομένης μωρίαν παρθένου.* Ἐν τούτῳ τῷ μοναστηρίῳ παρθένος τις ἦν κ. τ. λ. (p. 40 sqq.), finis : καὶ ὑπὸ τῶν πλειόνων μυσαττομένη. V. *Περὶ Πιτηρούμ* [finis huius nominis in codice lectu difficilis est]. Περὶ ταύτης τῆς ὁσίας τῷ ἁγίῳ Πιτηρούμ [nomen lectu difficile est] παρέστη ἄγγελος κ. τ. λ. (p. 42 sqq.), finitur : περὶ τῆς γενναίας ταύτης μακαρίας. VI. *Περὶ Διδύμου τοῦ ἀπὸ ὀμμάτων καὶ ἑρμηνέως τῶν θείων Γραφῶν*, κ. τ. λ. (p. 45 sqq.), finitur : καὶ τὴν ἑβδομάδα, καὶ εὕρηται οὕτως. VII. *Περὶ Παφνουτίου.* Μιᾷ τῶν ἡμερῶν συνδραμόντος καὶ Παφνουτίου κ. τ. λ. (p. 47 sqq.), finitur : τοὺς ἀλλοφύλους εἰς τὸ ὄρος τοῦ δουκᾶ. VIII. *Περὶ τοῦ ἄλλου Παφνουτίου.* Ἐθεασάμεθα δὲ καὶ τὸν τόπον Παφνουτίου κ. τ. λ. (p. 56 sqq.), finis est : καὶ ἀγγέλων ἀναλαμβανόμενον ὑμνούντων τὸν Θεόν. IX. *Περὶ τοῦ ἐν ἁγίοις καὶ μεγάλου πατρὸς Ἀπολλῶ.* Ἐθεασάμεθα δὲ καὶ ἕτερον ἄνδρα ἅγιον κ. τ. λ. (p. 63 sqq.), finitur : Ἱερουσαλὴμ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ὑμῶν. X. *Περὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Κόπρη, ἐν οἷς καὶ περὶ τοῦ μεγάλου πατρὸς Πατερμουθίου.* Ἦν δέ τις πρεσβύτερος ἔχων πλησίον ἐκεῖ κ. τ. λ. (p. 85 sqq.), finis : τὴν τῶν ἀδελφῶν ἀνάπαυσιν. XI. *Περὶ τῆς ἀειμνήστου καὶ μακαρίας Μελάνης.* Ἡ τρὶς μακαρία Με[illegible] Σπάνη ἦν κ. τ. λ. (p. 98 sqq.), finitur : ἐν Ἱερουσαλὴμ ἔχουσα συνοδίαν παρθένων. XII. *Ἔτι περὶ τῆς μεγάλης καὶ ἁγίας Μελάνης λόγος ἕτερος τοῦ αὐτοῦ.* Περὶ τῆς θαυμασίας καὶ ἁγίας ἐν γυναιξὶ Μελάνης κ. τ. λ. (p. 100 sq.), finitur : ἄπρακτα μετανοούντων ὀψὲ τοῦ καιροῦ. XIII. *Περὶ Μελάνης τῆς νεωτέρας.* Ἐπεὶ δὲ προϋπεσχόμην ἀνωτέρω διηγήσασθαι περὶ τοῦ παιδίου Μελάνης κ. τ. λ. (p. 105 sqq.), finis : καὶ παρθένων καὶ δουλίδων. XIV. *Περὶ Πιννιανοῦ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς.* Ὁμοίως καὶ Πιννιανὸς ὁ τότε ἀνὴρ αὐτῆς, νῦν δὲ τῆς ἀρετῆς σύνεργος κ. τ. λ. (p. 109), finis : ἔργοις τῆς ἀρίστης πολιτείας. XV. *Περὶ τῆς ὑποδεξαμένης παρθένου τὸν μακάριον Ἀθανάσιον.* Παρθένον οἶδα τὴν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἣν κατεῖληφα κ. τ. λ. (p. 109 sqq.), finis : εἰς τὴν ἐμὴν δόξαν καὶ ἀσφάλειαν. XIV. *Διήγησις Ἱππολύτου τοῦ γνωρίμου τῶν ἀποστόλων.* Ἐν ἄλλῳ βιβλιδαρίῳ [cod. *βιβλιοθηκαρίῳ*] ἐπιγεγραμμένῳ Ἱππολύτου κ. τ. λ. (p. 112 sqq.), finis : μακαρίων στεφάνων παρὰ τῆς τούτου φιλανθρωπίας ἠξιώθη. Itaque hoc opus non tam libro collectionis Roswcidianae secundo cognatum, quam e singulis capitibus Historiae Lausiacae compositum esse intelligitur. C

(1) Hist. Eccles. lib. IV cap. 23 ed. Valesius Mog. 1677 p. 238.

(2) Hist. Laus. cap. 88 Opp. Meurs. l. l. p. 549. D

(3) De hac re supra p. 21 disputavimus.

(4) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 27 p. 479, 1.

(5) Galland. Bibl PP. T. VII p. 553.

(6) Ibid. p. 561. 565.

(7) In vita S. Pauli eremitae, S. Hieron. Opp. ed. Bened. T. IV. P. II p. 69.

(8) Rufini Apologia [Invectiva] in S. Hieronymum lib. II cap. 12, Opp. ed. Vallarsi p. 367, Migne Patrol. T. XXI p. 594; S. Hieron. Opp. ed. Bened. l. l. p. 422.

(9) Apol. adv. Rufinum lib. III, S. Hieron. Opp. ed. Bened. l. l. p. 459 sq. De itinere S. Hieronymi in Aegypto cf. S. Hieron. Opp. ed. Migne T. I [Patrol. XXII] p. 60 sqq.

Digitized by Google

ex coenobio Bethlehemitico in Aegyptum venisse videtur (1), et in sola Thebaidis eremo septennium explevit (2); unde colligere licet haud exiguum temporis spatium reliquae peregrinationi—nam multum peregrinatus est—ipsum impendisse. Neutrum Macariorum superstitem invenit, sed, quae in Collationibus Patrum de iis refert, ex **34** ore Serapionis senis, et Nesterotis, antiquissimi anachoretae, accepit (3). Nihilominus libri Cassiani ad cognoscendam indolem et disciplinam solitariorum illius temporis magni pretii sunt et ob integritatem scriptoris et ob prudens, quo eum excellere arbitror, iudicium.

§ 10. Commemoratis auctorum, qui cum Macariis vixerunt, aut ab eorum aequalibus de iis edocti sunt, scriptis restat, ut de ceteris fontibus, quorum auctores et aetatem nescimus, quaeramus. In his numerandi sunt Rosweidianae collectionis tertius (4), quintus (5), sextus (6) et septimus (7) liber VV.PP., atque liber sententiarum patrum Aegyptiorum (8). Qui quidem libri quibusnam graecis scriptoribus—nam primitus graece compositi fuerunt—originem debeant, ignoramus, ac sola latinorum interpretum nomina cognita sunt, ex quibus istos quoque antiquissimis illis temporibus scriptos esse apparet. Tantum vero abest, ut iis propria contineatur temporum senumque descriptio, qualem libri Palladii, Rufini, aliorum praebent, ut nihil nisi collectio relationum et sententiarum videantur congestarum ex variis de senum vita et disciplina scriptis sive deperditis aut in pulvere adhuc delitescentibus, sive iam excusis. Nihil, qui eos concinnavit, ipse vidit, nihil ipse percepit, nihil ipse expertus est. Incipiens ab aliqua historiuncula alteram et tertiam addit, quae singulae singulos senes spectant, ac saepenumero ipsis verbis auctoris cuiusdam, quem novimus, ita ut compilationem undique manifestam deprehendas. Magni autem, dummodo quae confuderunt acriter dispiciamus, aestimandi sunt libri illi, quum multa nobis referant, quae apud auctores Macariis aequales non leguntur, et fortasse ex scriptis sunt desumpta, quae aetatem Macariorum attingunt. **35** Liber quartus Rosweidianae collectionis supra haud nominabatur, quod non nisi excerptis Sulpitii Severi et Cassiani locis constat, qui melius in plenis eorum libris leguntur, et ad superiorum scriptorum classem pertinent. Neque Sulpitius Severus de Macariis expresse uspiam loquitur. Libro nono et decimo VV. PP. Rosweidianae collectionis nihil de Macariis continetur. Iam vero quod ad librum tertium et septimum attinet, animadvertendum est, omnes locos, qui in septimo leguntur de Macario, si eadem narratio in tertio quoque reperitur, cum huius libri relatione prope ad verbum consentire. Unde efficitur, alterutrum interpretum in libro conscribendo non solum eundem graecum textum, sed etiam alterius versionem ad manus habuisse. Verum inter librum tertium et quintum ea tantum similitudo intercedit, ut in narrationibus de Macariis, quae in utroque leguntur, concinnatores eodem graeco textu usos esse statui oporteat. Quod idem de nexu inter sextum et tertium librum valet, hoc solo discrimine, quod una de Macariis narratiuncula in utroque iisdem verbis reddita est. Sententiae denique patrum Aegyptiorum a Rosweido in fine collectionis editae paucissima dumtaxat in nostram rem suppeditabunt.

§ 11. Sed ad fontes a Rosweido editos alii accedunt. Inter quos primo loco nominanda videntur illa *Apophthegmata patrum*, quae apud Cotelerium Eccl. Graec. Mon. T. I p. 338 sqq. habentur, alphabetico ordine digesta. Quod opusculum, cuius primam mentionem saec. XII factam esse invenio (9), ita compositum est, ut singulorum patrum nominibus narrationes, quae de iis circumferebantur, subiunctae sint. Codices ego Viennae duos inspexi, unum membranaceum et pervetustum (10), **36** alterum chartaceum (11). Qui quidem codices ab exemplari Cotelerii non-

(1) Cf. Cassiani Opp., Alardi Gazaei ep. ad lectorem initio. Oudin. Commentar. de Scriptt. ecclesiast. T. I p. 1133 sqq.

(2) Coll. XVII cap. 31, Opp. Cassiani ed. Gazaeus p. 513, Migne p. 1087.

(3) Cf. infra Caput V.

(4) VV. PP. Rosw. p. 492 sqq.

(5) Ibid. p. 562 sqq.

(6) Ibid. p. 644 sqq.

(7) Ibid. p. 665 sqq.

(8) Ibid. d. 1002 sqq.

(9) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 166 cum nota Cotelerii p. 747. Cf. infra Caput VII.

(10) Cod. ms. hist. graec. Bibl. Caes. Vindob. Nr. 44, olim 41 fol. Apophthegmata illa exstant a fol. 1 usque ad fol. 141, 2. Codicem maximopere dignum, qui cum exemplari Cotelerii conferatur, descripsit Lambecius Commentar. T. VIII p. 838.

(11) Cod. ms. hist. graec. Nr. 9, olim 42 in fol. maiore. In principio et fine mutilus est. Apophthegmata illa habentur fol. 1—80. Codicem Lambecius descripsit l. l. p 840 sqq.

Digitized by Google

nullis locis differre, atque etiam locupletiores esse videbantur, ita ut maximopere digni sint, qui cum edito textu Cotelerii conferantur. Observandum autem est, compilatorem illius opusculi Apophthegmata inscripti in praefationis fine de appendice quadam a se adiecta loqui, qua « senum effata, quorum nomina non nominantur, » collegerit (1). Eam igitur appendicem, quam nuspiam editam videmus, chartaceo illo altero codice a fol. 80, 1 usque ad fol. 163, 1 contineri existimo, quippe quo continuo post Apophthegmata collectio narrationum de patribus sine inscriptione sequatur; sed initium deesse videtur. Hae autem narrationes solummodo usque ad fol. 145, 2 de senibus anonymis agunt, unde aliae nonnullae de senibus, quorum nomina addita sunt, sequuntur, atque inter eas tres de Macariis, quas e codice descriptas iusto loco adjungemus. Neque illud hic omittamus, in altero quoque, membranaceo illo et pervetusto, codice post Apophthegmata a fol. 141, 2 usque ad fol. 158 quasdam narrationes continuo sequi inscriptas : Διήγησις ἐκ τοῦ βίου τοῦ Ἀββᾶ Δανιήλ. Ἦν τις γέρων ἐν τῇ Σκήτῃ... (2). Itaque alteram habemus Apophthegmatum appendicem, quae tamen, quum nomina senum, de quibus agitur, adscripta sint, eadem illa, cujus Apophthegmatum praefatio memorat, esse nequit. De Macariis huic alteri membranacei codicis appendici nihil inest.

Iam praeter illa Apophthegmata et quae cum iis cohaerent, alia quoque nonnulla Apophthegmata, quae Possinus prior, 37 deinde Pritius edidit (3), adhibebimus, nec non ea, quae passim in vitis Sanctorum, quas Bollandistae ediderunt, habemus (4). Porro quae de exilio senum temporibus illius persecutionis a Lucio excitatae e Rufino, Socrate et Sozomeno repetuntur, non omittemus, ac locum denique e vita S. Posthumii examinabimus, quo lis de Macario S. Antonii discipulo, num unus ex nostris Macariis fuerit, nec ne, discernetur (5). Neque vero nostrum esse illud visum est, eorum quoque Historiae Ecclesiasticae scriptorum, qui fontibus illis primariis innituntur, ex iisque res et verba hauserunt, e quorum numero Socrates, Sozomenus, deinde Suidas, Nicephorus Callistus sunt, locos relationesque in medium proferre, quippe quibus parum proficere possimus. Attamen eos breviter recensere a re alienum non esse putavi.

Stratam igitur viam alacriter iam nunc insistamus, singulis de Macariis in unum componentes et claram idoneamque eorum effigiem, quantum possumus, depingentes. Ac primum quidem Palladium testem audiamus.

CAPUT II.

PALLADIUS DE SANCTO MACARIO AEGYPTIO.

§ 12. Palladii Historia Lausiaca, quae codicibus Vindobonensibus continetur, de duobus Macariis incipit hoc modo : « Sanctorum et immortalium patrum, Macarii Aegyptii et Macarii 38 Alexandrini, egregiorum et invictorum athletarum, honestae vitae certamina, quae sunt multa et magna, vereor dicere et descri-

(1) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 339 : Ἐπειδὴ δέ εἰσι καὶ ἕτεροι λόγοι γερόντων ἁγίων καὶ πράξεις μὴ ἐμφαίνοντες τὰ ὀνόματα τῶν τε εἰρηκότων αὐτοὺς καὶ πραξάντων, τούτους μετὰ τὴν συμπλήρωσιν τῶν κατὰ στοιχεῖον ἐν κεφαλαίοις ἐξεθέμεθα.

(2) Brevem hoc loco notitiam rerum, quae in altera hac, membranacei codicis, appendice continentur, cum lectore communicare lubet. Ubi fol. 141, 2 — fol. 158 narrationes septem leguntur ita inscriptae : I. *Διήγησις ἐκ τοῦ βίου τοῦ ἀββᾶ Δανιήλ.* Ἦν τις γέρων ἐν τῇ Σκήτῃ ὀνόματι Δανιὴλ καὶ εἶχε μαθητήν. συνώκησαν δὲ τῷ μαθητῇ αὐτοῦ κ. τ. λ. II. *Περὶ τοῦ ἀδελφοῦ ἀπὸ ὀμμάτων.* III. *Περὶ τῆς ἁγίας καὶ σώφρονος κόρης.* IV. *Περὶ τῆς πατρικείας μετονομασθείσης εὐνοῦχος.* V. *Περὶ ἀργυροπράτου καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ.* Ἦν τις ἀργυροπράτης ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ νεώτερος ὀνόματι Ἀνδρονίκος κ. τ. λ. VI. *Περὶ τῆς προσποιουμένης μεθύειν.* VII. *Περὶ τοῦ Λατόμου.* His igitur capitibus codex terminatur. Recentior manus in fine adscripsit : *τέλος τῶν ἀποφθεγμάτων καὶ πράξεων τῶν ἁγίων πατέρων*, quae respicere videntur ad vocabula ab eadem manu in folio chartaceo fronti codicis adglutinato scripta : *βίβλος περιέχουσα Ἀποφθέγματα καὶ πράξεις ἁγίων πατέρων συναθροισθεῖσα ὑπὸ διαφόρων ἁγίων καὶ σοφῶν ἀνδρῶν.* Apophthegmata autem, quae codicis fol. 1, 1—141, 2 leguntur, hoc titulo antiqua manu scripto : *βίβλος περιέχουσα Ἀποφθέγματα καὶ πράξεις ἁγίων πατέρων* insignita sunt.

(3) Thesaurus Asceticus sive syntagma opusculorum octodecim a graecis olim patribus de re ascetica scriptorum. Ea nunc primum prodeunt e vetustissimis mss. codicibus eruta, collectore atque interprete Petro Possino Soc. Jesu. Parisiis 1684, 4. Apophthegmata exstant p. 243 sqq. Sancti Patris Macarii Aegyptii opuscula nonnulla et apophthegmata ed. Jo. Georgius Pritius Lipsiae 1699. Apophthegmata exstant p. 231 sqq. Eaque typis repetivimus infra in harum quaestionum Appendice altera sub II.

4) Cf. infra Caput VII.

5) Cf. infra Caput VIII.

Digitized by Google

bere, ne iis, qui talia minus curant, mendax esse videar propter immensam magnitudinem exercitationum vires naturae excedentium. Sed et eorum gratia, qui virtutibus spiritus ornati dona divina experti sunt dignis distributa, virtutes enarrabo sanctorum Macariorum, qui nomina quoque sanctis suis certaminibus asceseos digna possidebant. » Qua singulari atque insolita introductione usus Palladius Macarios sane prae ceteris senibus, quorum res gestas narravit, magnopere praedicat. Ac pergit ita narrare : « Primum quidem Macarii Aegyptii, qui vixit integros nonaginta annos, virtutes proferam. Is in solitudinem triginta annos natus ascendit, in qua annos sexaginta peregit. Tanta labores exercitationis tulit constantia, ut post decem annos insigni quadam distinctione dignus habitus παιδαριογέρων vocaretur, quia citius, quam pro aetate, virtutibus profecerat. Quadraginta enim annos natus potestatem expellendi daemones, gratiam curationis, spiritumque prophetiae accepit, et honorabili quoque sacerdotio dignus existimatus est. Cum ipso duo habitabant discipuli in intima solitudine, quae vocatur Scete. Quorum unus semper prope illum erat eorum causa, qui veniebant, ut curarentur ; alter seorsum sedebat in propria cella. Procedente autem tempore vir sanctus perspicaci oculo praevidens, ei, qui sibi ministrabat, Joannis nomine, qui postea presbyter factus est in ipsius vicem : Audi, inquit, frater, meam admonitionem, quoniam te tentat spiritus avaritiae. Ita enim equidem vidi, neque ignoro, si meam aequo animo tuleris exhortationem, in opere Dei hoc loco consummaturum te esse gloriosumque fore et flagellum non appropinquaturum tabernaculo tuo. At si me non audieris, Giezi in te finis veniet, cujus et morbo laboras. Haec dicta sunt quinque annos antequam sanctus obiit. Et quindecim annis post mortem Macarii quum Joannes bona pauperum avertisset, ita laboravit elephantiasi, ut in corpore eius non inveniretur integer locus, in quo quis digitum figere **39** posset. Ita in eo, qui non obedierat, prophetia sancti viri impleta est. De cibo autem et potu supervacaneum est narrare, quoniam ne apud socordiores quidem monachos monasteriorum, quae extra sunt, inveniri ingluvies possit aut alia quaedam a consuetudine eorum, qui in istis locis morantur, diversa vivendi libertas, cum propter inopiam rerum necessariarum, tum propter zelum Dei inter eos, qui ibi habitant, unoquoque semper proximum variis vitae institutis vincere contendente. Atque ad aliam hujus viri exercitationem quod spectat, ipse dicebatur adsidue in ecstasi esse, et majori tempore Deo magis quam rebus terrenis occupari. Nec pauca feruntur miracula ab eo peracta.

« Libidinosus quidam homo, Aegyptius genere, captus erat amore cuiusdam pudicae mulieris, quae viro nupserat. Quum desiderio frustraretur, convenit magum, cui : Fac, inquit, arte tua, aut ut amet me, aut ut maritus eam foras eiiciat. Magus, quae poterat expertus, quoniam castum ejus animum dimovere non posset, effecit, ut equa videretur iis, qui eam intuebantur. Maritus ergo ejus ubi foras venit, in forma equae eam conspicatus ingemuit ac flevit de iis, quae acciderant. Vocatis deinde vici presbyteris eam ostendit, sed ne hi quidem rem intellexerunt. Quum igitur illa tribus diebus nihil omnino comedisset, postremum Deus, sanctum suum glorificaturus, cogitationem marito iniecit adeundi cum ea sanctum virum in solitudine ; quare is capistro ligatam ut equam duxit, ubi vir Dei habitabat. Appropinquanti fratres : Quid, inquiunt, huc equam adduxisti? Ille respondet : Ut iusti oratione misericordiam consequatur. At hi : Quid tandem mali habet? Respondet : Haec, quam videtis equam, cara mea uxor erat, et, quid iam ei acciderit, nescio. Revelata autem sancto omnia erant, quae femina pateretur, et Deum orabat pro ea. Illi vero quum ista audivissent, referunt ad servum Christi Macarium, dicentes : Equam aliquis huc adduxit. Quibus is : Vos, inquit, estis equi, qui equorum oculos habetis ; illa autem femina est, ut est creata, et ita transformata oculis tantum **40** apparet eorum, qui sunt decepti. Deinde aqua benedicta nudam, quam adduxerant, a summo vertice aspersit, quumque super caput eius precatus esset, statim omnibus eam videntibus femina apparuit. Atque vir Dei ei cibum apponi iussit. Tum eam commonuit, dicens : Nunquam non compareas in ecclesia Dei et in communione mysteriorum Christi; haec enim tibi acciderunt, quia iam quinque hebdomadibus non accessisti ad intemerata Christi mysteria. Ita eam corpore et anima sanatam dimisit.

« Porro dicebatur posteriore vitae suae tempore subterraneum fodisse cuniculum in dimidii spatium stadii et speluncam adiecisse. Si quando igitur complures ei erant molesti,

Digitized by Google

occulte e cella egressus abiit in speluncam, ita, ut nemo eum inveniret. Abiens vero per cuniculum viginti quatuor orationes dicebat usque ad speluncam, et rediens totidem.

« De eo quoque fama exiit, quod mortuum suscitarit, ut convinceret haereticum, qui resurrectionem corporum non profitebatur. Quae quidem fama constans fuit in solitudine.

« Alias ad ipsum mater adduxit adolescentem, qui a daemone vexabatur, a duobus adolescentibus utrimque constrictum. Eamque in eum vim daemon exercuit, ut trium modiorum panes comederet et amphorae Ciliciensis aquam biberet. Quos cibos exinde eructans in vaporem resolvebat, tanquam igne consumerentur. Est enim ordo quidam daemonum, qui igneus vocatur; qui quidem non essentia, sed, ut in hominibus quoque invenitur, mente potius differunt. Iste igitur adolescens, si a matre non satis ei suppeditabatur, saepe propriam suam edebat corporis egestionem et lotium bibebat. Flente matre et lamentante sanctumque enixe obtestante, istum sanctus excepit et supplex pro eo Deum oravit. Ac post duos dies miserum daemon cruciatum remisit. Tunc matri ejus : Quantum, inquit, vis, ut comedat? Quam, cum decem libras significasset, increpavit, quia nimium dixisset; atque iterum super adolescente precatus cum ieiunio septem dierum, daemonem ingluviei ab eo expulit et cibum ei constituit trium librarum panem, quem comedere deberet, **41** si operaretur. Ita et hunc virtute divinae gratiae sanatum matri reddidit.

« Talia Deus stupenda miracula fecit per dilectum suum Macarium, cuius immortalis anima nunc est cum angelis. Ego sanctum ipse non conveni; anno enim, antequam in solitudinem ingrediebar, obierat (1).»

§ 13. Hisce ea, quae Historia Lausiaca codicum Vindobonensium de Macario Aegyptio habet, continentur. E quibus singula si conferas, cognosces, textum Meursii in hoc quidem capite rebus vix differre, sed depravationibus scatere. Ad ea autem, quae commemoravimus, adnotanda nobis haec esse videntur.

Primum quidem e verbis, quibus duos discipulos una cum Macario in Scete habitásse legimus, unum in cella Macarii, alterum in propria cella, nemo concludet, alios solitarios una cum Macario inibi non vixisse. Senes enim abstinentia et virtutibus insignes procul aliquantum a monasteriis, quibus praeerant, sibi cellam instituere solitos esse supra docuimus (2). Ita S. Antonius legitur duos pariter ad mortem usque secum discipulos habuisse, ceteris monachis, qui sub ejus disciplina vivebant, in vicinitate degentibus (3). Solitarios vero praeter duos illos cum Macario in Scete habitasse, iam inde patet, quod Macarius presbyter Scetis fuit.

Narratio, quae sequitur, de femina in equam mutata etiam in libro secundo (4), sed nuspiam alibi invenitur. Nec libri secundi narratio tam large exculta est, atque illa Palladii, neque mulier est, sed virgo, filia patris familias vicini oppidi, quae, ut verbis ipsis utamur, « per phantasias magicas videbatur hominibus in equinum animal versa, ut putaretur equa esse, et non puella. Hanc adduxerunt ad eum [Macarium **42** Aegyptium]. Tunc ille perconctatus, quid vellent? Aiunt parentes eius : Equa haec, quam vident oculi tui, puella virgo et filia nostra fuit, sed homines pessimi magicis artibus in animal hoc quod vides mutaverunt eam. Rogamus ergo, ut ores Dominum, ut commutet eam in hoc quod fuit. At ille ait : Ego hanc, quam ostenditis mihi, puellam video nihil in se pecudis habentem; hoc autem, quod dicitis, non est in eius corpore, sed in oculis intuentium. Phantasiae enim daemonum sunt istae, non veritas rerum. Et cum introduxisset eam cum parentibus suis intra cellulam, flexis genibus orare Dominum coepit, simulque et parentes rogat secum Domino supplicare; et post haec perungens eam oleo in nomine Domini, omni fallacia visus expulsa, virginem videri omnibus ut etiam sibi videbatur effecit. » Verisimile est, utramque et Historiae Lausiacae et libri secundi narrationem ex eodem fonte manasse. Quod facilius creditur, quum ex iis, quae supra disseruimus (5), constet, Palladium, qui Lausiacam scripsit, aut librum secundum aut, quod nobis probabilius visum est, textum graecum, e quo liber ille fluxit, adhibuisse

(1) Textus graecus legitur infra in harum Quaestionum Appendice priore sub I.

(2) Cf. supra p. 4.

(3) Vita S. Antonii, S. Athanas. Opp. T. I P. II p. 689 sqq:, Rosw. VV. PP. 59 sqq.; Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 26 Opp. Meurs. l. l. p. 419.

(4) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 28 p. 480, 1; Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 194, Migne Patrol. T. XXI p. 451.

(5) Cap. I §. 6.

Digitized by Google

Eundemque, qui anno post mortem Macarii Nitriae montem intravit, ubi decem fere annos solitudini Scetis vicinus degit (1), accuratiorem famae relatorem duxeris, praesertim quum Rufinum infidum interpretem esse constet.

Quod ad fabulam ipsam attinet, magicas artes apud Aegyptios ab antiquissimis inde temporibus in usu fuisse, non est, quod dicam. Legimus etiam, Commodo imperatore Philippum Aegypti administratorem « cunctis curiositatem magicam sectantibus finem imposuisse (2). » Quarto saeculo imperatores adversus magos leges sanxerunt (3), quarum una eorum quoque scientiam proscribit, qui magicis accincti artibus aut contra salutem hominum moliri, aut pudicos animos ad libidinem deflexisse **43** detegantur (4). Iuvenis e regione Gazae urbis oriundus, de quo in vita S. Hilarionis († 372) narratur, a magis edoctus sub limen domus puellae amatae tormenta quaedam verborum et portentosas figuras in aeris Cyprii lamina sculptas defodit; quo facto insanire virgo coepit, inclamare nomen adolescentis, et prae amore in furorem verti, quo a S. Hilarione liberatur (5). In nostra fabula magus feminam, cui turpem amorem iniicere nequit, non ita mutat, ut sit, sed ut videatur tantum equa esse. Apud veteres ethnicas gentes legimus, homines quosdam in animalia ita converti, ut re vera animalia sint, quorum naturam, mente integra servata, accipiant. Quod experti sunt socii Ulyssis, Actaeo, Io, alii a Circe, Diana, Jove aliisve diis in animalia mutati (6). Ac magi medii aevi ipsi quidem formam ac naturam animalium induunt, cuius rei exempla apud veteres quoque non desunt (7), neque tamen alios in animalia vertere potuisse dicuntur (8). Quare et ab istis antiquis et ab hisce medii aevi mutationibus nostra probe est distinguenda, quae, magicis praestigiis effecta, non in corpore feminae, sed in oculis intuentium exstitit. Talem autem vim, qua hominum oculi decipiuntur, magis attribuunt S. Lactantius, Tertullianus (9), Minucius Felix. E quibus S. Lactantius : « Magorum quoque ars, » inquit, « omnis ac potentia horum [daemonum] aspirationibus constat, a quibus invocati, visus hominum **44** praestigiis obcaecantibus fallunt, ut non videant ea, quae sunt, et videre se putent illa, quae non sunt (10). » Minucius Felix : « Magi quoque, » inquit, « non tantum ciunt daemonas, sed etiam, quidquid miraculi ludunt, per daemonas faciunt; illis adspirantibus et infundentibus praestigias edunt, vel quae non sunt, videri, vel, quae sunt, non videri (11). » Sed exempla, magos praestigiis effecisse, ut homo conspiceretur animal, multa inveniri vix crediderim (12). Quanquam alia oculorum ludibria

(1) C. infra Caput III §. 20.

(2) S. Eugeniae vita cap. 1, VV . PP. Rosw. p. 340, 1.

(3) Tit. Cod. de maleficis et mathematicis (IX, 18).

(4) Lex 5 Cod. l. l.

(5) S. Hilarionis vita cap. 14, VV. PP. Rosw. p. 78, 2 sqq.

(6) Odyss. X, 229 sqq.; Ovid. Metam. lib. III, 193 sqq.; Aeschyl. Prometheus; Ovid. Metam. lib. I, 610.

(7) Herod. IV, 105.

(8) Grimm Mythologie Ed. I p. 623. Ubi vir doctus non omnino vere dixisse videtur; nam in Trithemii Chron. Hirsaug. ed. Francof. 1601 ad a. 1010 de iuvene a duabus vetulis in formam asini mutato legitur. Cf. Vinc. Bellov. Spec. Nat. III, 109. Heliodorus quemvis hominem in quodlibet animal mutare poterat. Cf. Fazelli rerum Siculorum decas I lib. III, 1, 59 sqq. Grimm illum locum libri sui ipse iam reprobasse videtur; nam in altera editione non habetur.

(9) Apolog. cap. 22. 23.

(10) Divin. instit. II, 15 S. Lact. Opp. ed. Migne T. I p. 332.

(11) Octavius cap. 26, Bibl. Patrum Eccl. Lat. select. c. Gersdorf Vol. XIII Lips. 1842 p. 57, Migne Patrol. T. III p. 322.

(12) S. Augustinus de civ. Dei XVIII, 18 : « Et nos, » inquit, « cum essemus in Italia, audiebamus talia de quadam regione illarum partium, ubi stabularias mulieres, imbutas his malis artibus, in caseo dare solere dicebant, quibus vellent seu possent viatoribus, unde in iumenta illico verterentur, et necessaria quaeque portarent, postque perfuncta opera iterum ad se redirent, nec tamen in eis mentem fieri bestialem, sed rationalem humanamque servari, sicut Apuleius in libris, quos Asini aurei titulo inscripsit, sibi ipsi accidisse, ut accepto veneno, humano animo permanente, asinus fieret, aut indicavit, aut finxit ». Augustinus addit : « Haec vel falsa sunt, vel tam inusitata, ut merito non credantur ». S. Aug. Opp. ed. Migne T. VII [Patrol. XLI] p. 574. Trithemius l. l. : « Contigit, » inquit, « circa haec tempora Henrici imperatoris mirabile factum. Iuvenis quidam maleficio duarum vetularum in formam asini mutatus est, ita ut omnibus videntibus asinus appareret, quod multis impossibile videtur non intelligentibus, quod permissione divina spiritus malignus oculos hominum mirandis ludificationibus illudere potest. » Cf. Vinc. Bellov. l. l. et Fazelli l. l. In Chronici Hirsaugiensis editione altera locupletiore, S. Galli 1690

Digitized by Google

a magis facta medio aevo saepe narrantur. Faustus, ut unum tantum prodam, currum foeno oneratum devorare ac postea evomere videtur, vina, quae compotores optant, e mensa elicit, efficitque, ut quisque nares ceterorum pro uvis habeat (1). Neque, utrum daemonis ope magus Aegyptius equae speciem suggesserit feminae, a Palladio et libro secundo edocemur (2). In apocrypha S. Basilii vita — saeculo **45** mea quidem sententia octavo vel nono conscripta — de amatore traditur, qui suadente mago diabolum ipsum adit, apud quem per literas Christo renuntiat, sed nuptiis factis ad poenitentiam se convertit (3). Atque incolae Siwah Oasis hodiedum magos sibi amorem mulierum conciliare posse credunt (4).

46 Iam, quomodo Macarius feminam a magi praestigiis solvat, animadverte! Orationibus ad Deum praemissis infelicem aqua benedicta a summo inde vertice capitis madefacit, ut Palladius narrat, oleo sancto perungit, testante libro secundo. Quod quidem utrumque, et oleum et aqua benedicta, apud senes Aegypti in usu fuit ad magorum fallacias evertendas. Olei usus ad curandos infirmos, aquae benedictae ad magorum incantationes solvendas frequentior fuisse videtur. Aqua benedicta et

T. I p. 155, eadem, ut videtur, historiuncula ad a. 1013 haec traditur : « Circa haec tempora res miranda contigisse in Burgundia legitur, de qua multi sapientes diversimode opinantur. Mulier quaedam saga, quales vulgo recte maleficas appellamus, iuvenem quendam poculo excantato diabolicis non dubium carminibus in bestiam commutasse visa est, ita quod omnibus, qui eam viderant, non homo, sed asinus apparebat. Quae res quam sit facilis permittente Deo, ac sagae cooperante diabolo, iam dudum sententia doctorum exploratum habemus, qui confirmant, diabolo non esse difficile, modo cunctipotens permiserit Deus, hominum decipere sensus. »

(1) Die Sage von Doctor Johannes Faust unters. von H. Düntzer 1846 p. 177. 203. 70. Similia prodigia in oppido Crucenaco magister Theodo Magus fecit. De quo Trithemius in chron. Spanheim. ad a. 1262 ed. Francof. a. 1601 p. 284 haec narrat : « Anno Joannis abbatis huius monasterii X, venit quidam homo ex partibus inferioribus ad terras istas, qui vocabatur magister Theodo, magus et praestigiator admirabilis, qui multa et incredibilia fecit prodigia. Nam in oppido Creutzenacht coram omni populo publice in foro caput famuli sui amputavit, quod post spatium unius dimidiae horae corpori iacentis restituit. Cum canibus in aere quasi ad venandum ambulare videbatur, ascendens atque descendens, et clamans in altissimis quasi a remotis. Armatum hominem devorasse putabatur. Currus quoque lignis seu foeno oneratos cum equis devoravit, sicut nescientes modum putabant. Alia quoque stupenda fecit, quae scribi hoc in loco superfluum duxi. »

(2) Magos vim suam ad prodigia facienda a daemone repetere credi solet. De prodigiis autem, quae daemonis ope edunt, S. Augustinus l. l. : « Firmissime tamen, » inquit, « credendum est, omnipotentem Deum omnia posse facere quae voluerit, sive vindicando, sive praestando, nec daemones aliquid operari secundum naturae suae potentiam, quia et ipsa angelica creatura est, licet proprio sit vitio maligna, nisi quod ille permiserit, cuius iudicia occulta sunt multa, iniusta nulla. Nec sane daemones naturas creant, si aliquid tale faciunt, de qualibus factis ista vertitur quaestio; sed specie tenus, quae a vero Deo sunt creata, commutant, ut videantur esse quod non sunt. Non itaque solum animum, sed nec corpus quidem ulla ratione crediderim daemonum arte vel potestate in membra et lineamenta bestialia veraciter posse converti, sed phantasticum hominis, quod etiam cogitando sive somniando per rerum innumerabilia genera variatur, et cum corpus non sit, corporum tamen similes mira celeritate formas capit, sopitis aut oppressis corporeis hominis sensibus, ad aliorum sensum nescio quo ineffabili modo figura corporea posse perduci, ita ut corpora ipsa hominum alicubi iaceant, viventia quidem, sed multo gravius atque vehementius quam somno suis sensibus obseratis; phantasticum autem illud veluti corporatum in alicuius animalis effigie appareat sensibus alienis, talisque etiam sibi homo esse videatur, sicut talis sibi videri posset in somnis, et portare onera; quae onera, si vera sunt corpora, portantur a daemonibus, ut illudatur hominibus, partim vera onerum corpora, partim iumentorum falsa cernentibus. » S. Aug. Opp. ed. Migne T. VII p. 574 sq.

(3) Vita S. Basilii, scriptore Pseudo-Amphilochio, cap. 8, VV. PP. Rosw. p. 156, 1 sqq. cf. AA. SS. Boll. Junii T. II p. 307 sqq. Hoc antiquissimum pacti cum diabolo initi exemplum est, si Pseudo-Amphilochius fabulam, quam ab Helladio Basilii ministro se accepisse refert, revera e vita S. Basilii, quam Helladius scripsit, mutuatus est. Foederibus Theophili vicedomini (AA. SS. Boll. Febr. T. I p. 484. 888; *Sommer* de Theophili cum diabolo foedere Berol. 1844), Militarii (*Mone* Anzeiger 1834 p. 266 sqq.), Heliodori (Vit. S. Leonis Cataniae Episc. AA. SS. Boll. Febr. T. III p. 224), aliorum cum diabolo ictis non amor puellae iniiciendus, sed honores, divitiae, artes magicae expetuntur.

(4) V. Minutoli, Reise zum Tempel des Jupiter Ammon in der libyschen Wüste und nach Oberaegypten, herausg. von Dr. Toelken, Berlin 1824 p. 179.

Digitized by Google

oleo sancto Macarius Alexandrinus daemoniacum curat (1). Aqua illa S. Hilarion incantationes magorum a stabulo Itali avertit (2), Macedonius mulierem daemone ingluviei liberat (3), insanae medetur (4), Aphraates equum Imperatoris sanat (5), locustas arcet (6). Aqua a senibus benedicta « salutare pharmacum » vocatur, quo et morbi depelluntur, et daemones fugere coguntur (7). Exorcismos tamen a senibus ad daemonem emovendum adhibitos esse non reperi.

Porro causam, cur magus feminae nocere potuerit, Macarius hanc indicat, quod quinque ea hebdomadibus non accesserit ad intemerata Christi mysteria. Quibus verbis eucharistiam intelligi, vix ambigere poteris. Eucharistia autem illusiones daemonum arceri aut, si adhibitae sunt, destrui, saepissime legitur. Cassianus, ut unum e multis exemplum afferamus, iuvenem, sumpto pane caelesti, ab impudica daemonum illusione liberatum esse tradit (8). Atque alia exempla, quibus eucharistia praestigias daemonum solutas esse docemur, Delrio congessit, ad cuius librum deregamus (9). Si vero intima cum **47** Christo consociatione et crebro ad eius mysteria accessu fallaciae daemonum eliduntur, quanto magis praestigiae hominum, quibus daemon vim nocendi suppeditat, diluentur !

§ 14. Sed transeamus ad cetera, quae de Macario Aegyptio Palladius retulit. De cuniculo a Macario acto, per quem, si qui ei molesti erant, in speluncam abibat, apud solum Palladium legimus. De mortuo vero, quem resuscitavit, ut haeretico resurrectionem corporum persuaderet, liber secundus (10), Cassianus (11), nec non appendix ad Apophthegmata, quae typis nondum vulgata est, fuse narrant. Cassiano quidem rem « antiquissimus anachoreta » Nesteros exposuit, ut ostenderet, patres non nisi extrema et inevitabili necessitate coactos signa fecisse. Ac Nesteros haereticum appellavit Eunomii sectatorem ; liber secundus « Hieracitam, quod genus haereseos invenitur apud Aegyptum » vocat. Eumque Hieracitam fuisse, quia resurrectionem carnis negavit, probabilius est, Eunomianis, utpote Arianorum asseclis, de trinitate errantibus (12). Haereticus, arte dialectica usus, sinceritatem fidei catholicae subvertere conabatur et « magnam iam multitudinem hominum deceperat, » ut Cassianus, « per multam loquendi artem plurimos fratrum, qui habitabant in eremo, conturbarat, » ut liber secundus perhibet. Macarius igitur, a catholicis viris, qui ruina tantae subversionis gravissime movebantur, rogatus, ut simplices **48** animos totius Aegypti ab infidelitatis naufragio liberaret, advenit (13), quo praesente haereticus pravam fidem suam itidem asserere ausus est (14). Tum sanctus « Aristotelicis spinis » impeditus (15), quoniam verba simplicia callidis argumentis elidi et fidem fratrum periclitari videret (16), multiloquio haeretici apostolica brevitate finem imponens (17) : Quid, inquit, opus est, nos verbis contendere ad subversionem audientium ? Exeamus ad sepulchra et nomen Domini super mortuum, qui primus inventus fuerit, invocemus et, cui nostrum concesserit Dominus, suscitare mortuum, sciant omnes, quia illius fides probatur a Deo (18). Qui sermo omnibus, qui aderant, fratribus placuit. Iam vero narratio Cassiani differt. Libro enim secundo Macarius cum Hieracita statim, ut vi-

(1) Cf. infra Caput III.

(2) Vita S. Hilarion. cap. 14, VV. PP. Rosw. p. 79, 1.

(3) VV. PP. Rosw. lib. IX cap. 13 p. 830, 1.

(4) Ibid.

(5) Ibid. cap. 8 p. 821, 1.

(6) Ibid. p. 821, 2.

(7) Ibid. cap. 21 p. 840, 2.

(8) Collat. XXII cap. 6. Cassiani Opp. ed. Gazaeus p. 581, Migne p. 1225.

(9) Disquisit. magic. lib. VI cap. II Sect. III Q. 3 ed. Mog. 1624 p. 985 sqq.

(10) Cap. 28 VV. PP. Rosw. p. 480, 2.

(11) Coll. XV cap. 3. Cassiani Opp. ed. Gaz. p. 468, Migne p. 995.

(12) Eunomius corpora resurrectura esse non negavit ; nam in fidei confessione sua : « Posthaec, » inquit, « credimus in eam, quae per Salvatorem futura est, resurrectionem corporum, horum scilicet ipsorum quae dissoluta sunt, una cum propriis membris ac partibus, nullo deficiente aut immutato ex iis, quae uniuscuiusque corpus componebant, dum viveret ». Basnage lect. antiqq. T. I, 180. De Eunomio cf. ibid. p. 172 sqq. Tillemontius (Mémoires ed. Brux. 1719 T. III P. III p. 998) monet, Hieracitas, qui et de Trinitate falsa docuerint, Eunomianos appellari posse. Sed hic de haeretico agitur, qui corporum resurrectionem negarit, quod quum in Eunomianos non cadat, ille haereticus Eunomianus vocari prorsus nequit.

(13) Cass.

(14) Lib. sec.

(15) Cass.

(16) Lib. sec.

(17) Cass.

(18) Lib. sec.

Digitized by Google

detur, ad sepulchra venit, eumque hortatur, A ut mortuum in nomine Domini evocet. Sed Hieracita : Tu, inquit, qui proposuisti, prior evoca. Macarius igitur, in orationem ante Deum prostratus, postquam sufficienter oravit, elevatis sursum oculis : Domine, ait, quis nostrum rectam fidem teneat, ostende elevato hoc mortuo. Id cum dixisset, fratris cuiusdam, qui nuper sepultus erat, nomen evocat. Quo de tumulo respondente, accedentes fratres continuo, quae superposita fuerant, auferunt, et eductum e sepulchro vivum exhibent. Hieracita vero, ubi haec vidit, obstupefactus in fugam vertitur et a fratribus cunctis insequentibus extra terminos terrae illius exturbatur. B Apud Cassianum vero res aliter se habet. Ibi enim non statim ad sepulchra procedunt, sed haereticus, quum illa sibi a Macario proposita esset doctrinae probatio, coram circumstante plebe pudore constrictus assentiri se simulat, seque crastino die adfuturum promittit. Postridie autem exspectantibus omnibus, qui spectaculi cupiditate **49** commoti ad locum condictum studiosius confluxerant, mala conscientia infidelitatis suae exterritus aufugit ac protinus e terra Aegypti decessit. Quem quidem Macarius, usque ad horam nonam cum multitudine praestolatus, quum declinasse C videret, assumpta plebe ad sepulchra perrexit, et mortuum e temporibus Pharaonum ad respondendum sibi evocavit, quem deinde cum ceteris in pace dormire iussit. Atque Nesteros addit : « Haec igitur eius [Macarii] virtus et gratia, quantum in ipso fuit, semper fortasse latuisset, nisi eum necessitas totius provinciae periclitantis, et erga Christum plena devotio amorque sincerus istud exercere miraculum compulisset. Quod utique ut ab eo fieret, non ostentatio gloriae, sed caritas Christi et totius plebis extorsit utilitas; ut beatum quoque Heliam fecisse Regum lectio manifestat, qui ignem de caelo super hostias impositas pure idcirco descendere postulavit, ut periclitantem Pseudoprophetarum praestigiis fidem totius populi liberaret. » En satis magnam differentiam ! Libro enim secundo est fratris cuiusdam corpus humatum, quod evocatur, apud Cassianum antiqua mumia e tempore Pharaonum. Qua idem occasione data Aegyptiorum morem, ob Nili inundationem corpora defunctorum pigmentis redolentibus condita editioribus cellulis recondendi, uberius describit. Nam mos corpora humandi apud Aegyptios demum inde a S. Antonio obtinuit, qui pulverem pulveri reddendum esse censuit (1). Praeterea mumia illa, postquam locuta est, denuo dormit, a Domino resuscitanda in fine temporum ; frater vero libri secundi, terra detecta, surgit, prodit, nec eum in tumulum revertisse legimus. Deinde quod haereticus apud Cassianum secreto aufugit, libro vero secundo a Macario convictus fugatur, levioris momenti differentia est.

Sed narrationibus libri secundi et Cassiani longe copiosior est illa, quae in ista Apophthegmatum appendice typis nondum vulgata exstat. Quam, etsi longa sit et amplificata, tamen **50** quum quaedam habeat memoratu digna, latine redditam integram apponere placuit :

« Senex tradidit de abbate Macario. In terra Arsenoita monachus quidam sedebat, qui multos annos vitam sanctorum egerat. Cui, quum gloriae cupidus esset, propter superbam elationem et temeritatem spiritus pythonis insedit, qui primum a vera fide eum depulit, tum ad doctrinam eorum, qui Hieracitae vocantur, adduxit. Atque hi Salvatorem humanam assumpsisse carnem, nostrumque, quo vestiti sumus, corpus resuscitari negant. Tria esse principia iidem dicunt, Deum, materiam et malum, quibus quisque construatur, neque Deum Verbum hominem esse factum perfectumque hominem assumpsisse, neque omnino servari causam omnium rerum effectricem. Ita vero ipse perversus animas seduxit quingentas. Quod effecit multa multis et quidem variis prorsus modis loquendo, interitum scilicet, inventa, mortisque despectum. Nec non daemonia eiecisse ferebatur secundum illud in evangeliis : Signa facient et prodigia, ut, si fieri possit, etiam electi seducantur. Multum enim principes daemonum in hoc genere valent ad illa nimirum ipsa abolenda ; nam libenter consentiunt in interitum animarum. D Loci igitur episcopus cum clero suo virum Dei Macarium abbatem adiit, quo summa cum reverentia salutato : Si vis, inquit, veni nobisque succurre. Nam si te superstite vicinitatem nostram non purgamus, omnes illi adhaerebunt, et facillime fiet, ut plures etiam, quam hucusque, errori subiecti seducantur. Cui ille respondet : Ecce ego plebeius homo quid ei faciam? Episcopus autem perstitit venerabundus et : Ita, inquit, confido, si tu veneris, Deum pacificaturum Ecclesiam suam ; saepe enim

(1) Vit. S. Anton. cap. 90, S. Athan. Opp. t. I. p. 689.

Digitized by Google

ma h proposueram, aa te proficisci, sed prohibuit clerus, ne mundanis hominibus derisui fierem. Iam vero non amplius ferens populi corruptionem et etiam Dei, qui ait : Sanguinem ipsius quaeram e manu vestra, accusationem timens te adii, missus a Deo. Tum ille surrexit, eumque ad seductorem secutus est. Quem ubi vidit, episcopo : Hic, inquit, spiritum principem habet, eumque eiiciendi **51** meum opus non esse scito; nam contra hos spiritus nondum omnino certavi. Duo enim agmina daemonum esse sancti aiunt, unum eorum, qui libidines corpori infundunt, alterum eorum, qui spirituales afferunt errores. Quod quidem alterum genus difficile est ad subigendum. Eos enim satanas immittit magis et seductoribus et haeresiarchis et veneficis et si qui alii id generis sunt. At episcopus : Quid ergo, inquit, faciemus? Respondet senex : Precibus opus est; nam sermo non proficit. Iubent igitur procedere seductorem, isque ad eos egressus est. Quem statim episcopus lingua adortus : Cur, inquit, tanto temporis spatio nobiscum non communicasti? Cui ille : Quia, inquit, non recte sentitis. Tum sanctus Macarius : Tune igitur, inquit, recte sentis? Sane quidem, ille respondet. Macarius : Quid vero est, quod tu sentis? Ille : Num recte creditur, carnem et ossa suscitari? Sanctus respondet : Si ex nobis loquimur, bene loqueris. Sin veritas id voluit, quid obloqueris? Sed ne multa verba perdamus, dicam tibi, quid sentiamus; quibus si assentieris, bene facies; sin minus, Deo repugnas, cuius dogmata spernis. At ille : Ego, inquit, prior fidem meam exponam. Tum Macarius : Prava, ait, fides ne nominetur, sed dicamus catholicam Ecclesiae fidem. Et statim innuit episcopo, ut eam profiteatur. Qui circumstante populo incipit fidem ita exponere : Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, et in coessentiale eius Verbum, per quod aeva fecit, quod in consummatione temporum in abolitionem peccati apparuit in carne, quam e sancta Maria virgine susceperat, quod crucifixum, mortuum et sepultum est, et resurrexit tertia die, sedetque ad dextram Patris, ac denuo venturum est in tempore futuro, iudicare vivos et mortuos; et in Spiritum sanctum, Patri eiusque Verbo coessentialem; credo in resurrectionem quoque animae et corporis, sicut Apostolus ait : Seminatur corpus naturale, suscitatur corpus spirituale, et rursus : Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptibilitatem. Post haec Macarius haeretico : Vides, inquit, quid dicat. Is vero respondet : Mihi quidem e verbis noli fidem **52** afferre, sed eamus ad sepulchra; si unum ex ibi iacentibus suscitaveris, sciam vos bene sentire; ipse ego animam sine corpore afferam. Sanctus vero Macarius ad episcopum conversus : Multum, inquit, nefas sane, Deum tentare, neque dignaturum esse eum propter unum daemoniacum tantum facere signum confido. Respondet episcopus : Minime, pater, veruntamen propter totam vicinitatem. Tunc abierunt ad sepulchra. Incipit Hieracita invocare daemonem, sed minime potuit animam evocare tenuem ac nudam. Quum igitur nihil effecisset — ipsi enim revera repugnabat Spiritus sanctus — iis : Propter incredulitatem, inquit, vestram non possum animam evocare. Statim Macarius indignatus genua flectit, nihil vero promisit, et quum unam horam in oratione perseverasset, in conspectu omnium surrexit, et sepulchro palma pulsato — baculi enim, quibus monachi illius regionis utuntur, rami palmarum sunt — hominem suscitat non in terra defossum, nuper mortuum, sed ex antiquis aliquem. Tum Hieracita vocato : Quaere, inquit, ex hoc, num suscitetur corpus. Qui tanto signo exanimatus, postquam daemon ab eo discessit, ad pedes sancti provolutus est cum cuncto populo. Quum vero eum occidere quaererent, Macarius eos prohibuit, atque in eremum eum abduxit. Suscitatus autem, interrogatus, num Christum profiteretur, dixisse fertur, se ne audivisse quidem de eo in vita sua. Pharaonis enim regis tempore se obiisse dixit, ideoque ante adventum Christi vixit. Quem quum baptizasset Macarius, secum habuit tres annos, quibus elapsis veram illa dormitionem dormivit, ita, ut ei aptetur verbum Domini : Neque hic peccavit, neque parentes eius, sed ut reveletur gloria Dei. Interrogavit autem episcopus sanctum Macarium, an non gloria in cor eius ascenderit, tam multis ante eum procumbentibus ob tantum signum. Cui respondet : Cuius cor otium habet gloriam hominum respiciendi, is Deum nondum cognovit. Is enim, quidquid facit, hominibus facit. Qui vero dignus est habitus afflatu Dei, is in multo certamine versatur, quasi in novacula staret, timens, ne decidat. Talis unum solum habet desiderium, egrediendi **53** scilicet e corpore. Quod vero ad gloriam attinet, haec ei ne in mentem quidem venit. Hanc autem ei doctrinam dedit : Adduc mibi.

Digitized by Google

inquit, aliquem in mari ambulantem et coelum versus oculos in solem, cuius radiis sustentetur, defigentem; cui quis praecipiat : Si locum, in quo ambulas, adspicis, in mare submergeris, quid ei accidet, si inobediens fuerit? Ita, qui in gloriam Dei oculos intendit, gloriam, quae ab hominibus provenit, pedibus calcat. Hanc autem si respicit, ab illa decidit. A qua si deciderit, multis aliis affectibus agitatur. Cetera vero huius sancti, quam misericors fuerit et fraternus, et quantam habuerit discretionem in operibus, nunc quidem silebo(1).»

Haec igitur narratio a duabus istis, quas e libro secundo et e Cassiano supra attulimus, eo potissimum differt, quod resuscitatum a Macario baptizatum esse et tribus annis in eremo transactis denuo obiisse docet, quod liber secundus non habet et Cassianus aperte negat. Quando vel a quo narratio scripta sit, neque ex ea ipsa, neque aliunde satis constat. Fides, quam episcopus exponit, Spiritum sanctum Patri et Filio *ὁμοούσιον* vocat. Qua voce synodus Constantinopolitana et symbola fidei de Spiritu sancto non utuntur (2). Sed Spiritum Patri et Filio *ὁμοούσιον* iam S. Athanasius appellat (3). **54** Unde verisimile est, eam vocem in Aegyptiorum formulis fidei antiquo usu receptam fuisse. Quia vero e verbis, quibus symbolum Constantinopolitanum de Spiritu sancto loquitur, in illa, quam episcopus exponit, fide ne unum quidem legitur, formulam totamque istam, cui inserta est, narrationem satis antiquam esse facile credideris. Hieracitas resurrectionem corporum negasse S. Epiphanius docet, qui doctrinam eorum large exposuit (4). Neque vero S. Epiphanius, neque S. Hilarius (5), neque alius quisquam, quantum invenio, retulit, Hieracitas tria rerum principia agnovisse et, Deum Verbum hominem factum esse, causamque omnium rerum effectricem servari, infitiatos esse. Unde hisce nova aliqua de Hieracitis edocemur, quibus fundamenta doctrinae, quam profitebantur, dilucidius cognoscuntur. Ad illud vero enuntiatum Macarii, se contra daemones principes nihil valere, quod spectat, idem S. Antonius quoque professus est teste Palladio (6). Mortuum ad respondendum evocatum esse legimus in libro Samuelis (7). Umbrae mortuorum evocatae esse dicuntur in Homeri *Νεκυίᾳ* (8), apud Lucanum (9), Tacitum (10), Plinium (11), Philostratum (12), Dionem Cassium (13), **55** alios (14). Apud quos umbrae interrogatae aut respondent, aut respondere detrectant; deinde ad inferos revertuntur (15). Moses, ne Iudaei magos, qui *νεκρομαντεῖα* faciunt, adirent, lege vetuit (16). *Νεκρομαντεῖα* superstitiosa esse Cicero ostendit (17). Tertullianus illas manium apparitiones fallacias daemonum appellat (18). Quod

(1) Textus graecus legitur infra in harum quaestionum Appendice priore sub V.

(2) Symbolum concilii Constantinopolitani de Spiritu sancto haec habet : « Καὶ [πιστεύομεν] εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, τὸ κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν ». Mansi Conc. Ampl. Coll. T. III p. 565. Iisdem fere verbis de Spiritu sancto cetera quoque fidei symbola loquuntur.

(3) « Καὶ οὐκ ἄδηλον, ὅτι οὐκ ἔστι τῶν πολλῶν τὸ πνεῦμα, ἀλλ' οὐδὲ ἄγγελος, ἀλλ' ἓν ὄν, μᾶλλον δὲ τοῦ λόγου ἑνὸς ὄντος ἴδιον, καὶ τοῦ θεοῦ ἑνὸς ὄντος ἴδιον καὶ ὁμοούσιόν ἐστι.» S. Athan. Ep. ad Serapion. cap. 27. S. Athan. Opp. ed. Petav. 1777 T. I P. II p. 540. S. Athanasius Spiritum sanctum cum Patre et Filio eiusdem substantiae(τῆς αὐτῆς οὐσίας) esse ait. De Incarn. contra Arian. cap. 9. 19. Opp. S. Athan. l. l. p. 701. 708. Spiritum sanctum σὺν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ τῆς μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας τε καὶ ἐξουσίας esse docet Damasus papa (366-384) in epistola, quam scripsit Paulino episcopo Antiocheno. Mansi Conc. Ampl. Coll. T. III p. 488. Sanctam trinitatem consubstantialem (ὁμοούσιον τὴν ἁγίαν τριάδα) praedicat Meletius episcopus Antiochenus. Ibid. p. 339. Cf. S. Epiphan. haer. 76 et in Ancorato. Spiritus Patri « consubstantialis » iam vocatur in liturgia S. Iacobi fratris Domini, cf. Binterim Denkwürdigkeiten T. IV P. II p. 149.

(4) Haer. 67.

(5) Hilarius de Hieraca disputat De Trin. lib. VI, 12. S. Hilar. Opp. cur. Migne T. II p. 165 sqq.

(6) Hist. Laus. cap. 29 Opp. Meurs. l. l. p. 433.

(7) Sam. I, 28.

(8) Od. XI, 23 sqq.

(9) Phars. VI, 632 sqq.

(10) Annal. II, 28.

(11) Nat. Hist. XXX, 6.

(12) Vit. Apoll. Tyan. IV, 16.

(13) Hist. Rom. LXXVII, 15.

(14) Hor. sat. I, 8, 41. Plura exempla habet Delrio Disquisit. magic. II, Q. 26.

(15) Apollonius (apud Philostratum l. l.) de umbra Achillis, quam evocarat : « Ταῦτα, inquit, εἰπὼν ... ἀπῆλθε ξὺν ἀστραπῇ μετρίᾳ, καὶ γὰρ δὴ καὶ ἀλεκτρυόνες ἤδη ᾠδῆς ἥπτοντο. Ed. Olearii Lips. 1709 fol. p. 154.

(16) V Mos. XVIII, 11. III Mos. XIX, 31.

(17) Tusc. disp. I, 16.

(18) Lib. de anima cap. 57. Tertull. Opp. ed. Semler T. IV p. 284 sqq., Migne Patrol. T. II.

Digitized by Google

idem fere senserunt S. Chrysostomus, S. Augustinus, alii (1). Nec minus postero quoque aevo imagines mortuorum a magis excitatae esse leguntur. Sic, ut haec tantum exempla prodam, Basilio imperatori filii umbra a Santabareno monacho ostenditur (2); a Fausto Helena formosissima femina scholaribus monstratur (3). Ab his igitur magorum fallaciis aut ludibriis miracula senum plane differunt. Qui non magorum instar imagines tantum efferunt, sed Christi ope, ut anima in corpus redeat, totusque homo reviviscat, efficiunt. Submersos quidem, suffocatos et sine baptismo mortuos senum ope vel oratione resuscitatos esse, centies legitur (4). E quibus ii, qui resuscitantur, ut baptismum accipiant, vel aliud ipsis aliisve utile opus peragant, expleto hoc munere statim denuo mori solent; ceteri saepe **56** longum etiam tempus vivunt (5). Sed mortuos ad respondendum evocatos esse raro invenitur. Macarius Aegyptius duos alios defunctos, non quidem, ut resurgerent, sed ut e tumulo sibi ad interrogata responderent, coegisse (6), atque etiam, ut cranium alicuius defuncti, quod super terra invenit, sibi de poenis inferni loqueretur (7), effecisse fertur. Mortuus vero ad corporum resurrectionem probandam resuscitatus esse in vita S. Patricii quoque plane consimili modo traditur (8). Quia Palladius narrat, constantem in solitudine famam fuisse de mortuo, quem Macarius resuscitarit, ut corporum A resurrectionem Hieracitae probaret, neque quando et qua oblata occasione id factum sit, addit, credideris, varias de hoc prodigio iam illis Palladii temporibus exstitisse narrationes magnopere inter se discrepantes. Quae si non exstitissent, Palladius historiam prodigii haud omisisset.

§ 15. De illo adolescente, qui tam multos panes comedebat cibosque comesos evomebat, a Macario Aegyptio sanato solus Palladius tradit. Hominem illustrem, qui a daemone furioso **57** occupatus pariter propria comedebat excrementa, sanavit S. Antonius (9). Mulier B quaedam, quae quotidie triginta gallinas comedebat neque cibi aviditatem explere poterat, sanata est a S. Macedonio (10). Adolescenti isti morbum ingerit daemon ingluviei, qui ex ordine est eorum, qui ignei vocantur. In vita S. Antonii, ubi de daemonibus large disseritur (11), ordo quidem igneorum daemonum non distinguitur. De gradibus vero daemonum scribens Trithemius : « Multa enim, » inquit, « sunt genera daemonum, et certis inter se gradibus distant, ratione locorum, in quae cadentes a principio sunt detrusi. Primum quidem genus daemonum appellatur igneum. Quod circa superiorem pervagatur aerem, C nec unquam ante iudicii diem ad inferiora demergitur, sed continuo sub regionibus permanentes lunaribus nullum habent cum hominibus in terra commercium(12).» Quam Trithemii descriptionem igneorum daemonum

p. 747 sqq. Sauli Samuelem vere apparuisse docuit Justin. Resp. ad Quaest. 52 Quaestt. Christian.

(1) S. Chrysost. homil. 29 in Matth., Opp. ed. Montfaucon T. VII p. 366 sqq., S. Aug. de Civit. Dei lib. X, 9 sqq. et passim. Cf. Justin. Apol. II cap. 5 sqq. ed. Paris. 1638 p. 65 sqq., ed. Otto Ienae 1842 T. I p. 295 sqq.; Orig. contra Celsum I, 68 et passim.

(2) Michael Glycas annal. Pars IV ed. Bonn. p. 550.

(3) H. Düntzer Die Sage von Doctor Johannes Faust p. 175; cf. ibid. p. 159 sqq. Delrio Disquisit. magic. l. l.

(4) In *indice morali* cuiusvis fere tomi AA. SS. Boll. s. v. *mortuus* plurima exempla laudantur.

(5) Mortuus monachus, a S. Comgallo resuscitatus, quindecim postea annos vixit. AA. SS. Boll. Mai. T. II p. 581, d.

(6) Cf. infra Capita IV et VI.

(7) Cf. infra Caput VI.

(8) Patricio, Hiberniae apostolo, regulus, quem baptizarat : « Si, » inquit, « avum meum a diebus multis incineratum resuscitaveris in virtute Jesu Christi, firmiter credam resurrectionem mortuorum. » Patricius cum regulo et plebe multa ad tumulum accessit. Quem cum baculo Jesu signasset humumque erui fecisset, facta oratione hominem in admirationem omnium et confirmationem fidei catholicae resuscitavit. Qui poenas inferni enarrat, baptizatur et eucharistia percepta in eodem sepulchro in Domino dormit. Neque quisquam eorum, qui aderant, de resurrectione mortuorum amplius dubitavit. AA. SS. Boll. Mart. T. II p. 557, e. At, D inquies, quomodo homo, qui poenas inferni sustinuit, baptizari, eucharistiam percipere et salvari potest? Eadem difficultas etiam in narratione de cranio, quod Macario Aegyptio de poenis inferni loquitur, occurrit. De qua infra Cap. VI. Sed Patricii prodigium illi, quod in resuscitando mortuo Macarius edidit, simillimum est.

(9) Vit. S. Antonii, VV. PP. Rosw. cap. 36, S. Athan. Opp. cap. 64 p. 674.

(10) VV. PP. Rosw. lib. IX cap. 13 p. 830, 1.

(11) Vita S. Antonii, S. Athan. Opp. cap. 22—43.

(12) Jo. Trithemii Lib. octo quaestionum ad Maximilianum Caesarem q. VI. Cf. Delrio Disquisit. magic. lib. II Q. 27 Sect. 2.

Digitized by Google

maxima ex parte falsam esse bene Delrio animadvertit, qui tamen concedit, igneos ideo vocari daemones, quia in aeris regione superiore maneant (1). Sed Palladius daemonem, qui adolescentem istum agitabat, igneum ideo vocat, quia cibi, quos infelix iste evomebat, tanquam igne consumebantur; quare daemon ille propter naturam suam, quae igni comparari potest, neque propter suam in aere habitationem igneus vocatur. Adolescens vinculis adstrictus ad Macarium ducitur; daemoniaci enim, ne noceant, vinculis constringi solebant (2).

§ 16. E verbis denique Palladii, quibus narrationem ille de Macario Aegyptio concludit, quando hic Macarius mortuus sit, definiamus. Palladius: « Ego, » inquit, « sanctum ipse **58** non conveni; anno enim, antequam in solitudinem ingrediebar, obierat (3). » Ergo, quando Palladius solitudinem ingressus sit, quaeritur. Ipse se Alexandriam venisse refert secundo consulatu Theodosii Magni (4). Quem gessit Theodosius, fastis consularibus testibus, collega Fl. Cynegio, anno Chr. 388 (5). Palladius ab Isidoro xenodocho Dorothei senis, prope Alexandriam habitantis, disciplinae traditus est, quam non totos tres annos sustinuit, quia in morbum vehementem incidit (6). Tribus vero annis in monasteriis, quae circum Alexandriam erant, peractis in montem Nitriae se contulit, ubi annum integrum degit. Tum demum in *intimam solitudinem*, qua Cellia seu Cellulae significantur (7), venit (8). Ergo, num inter Palladii adventum in montem et in solitudinem distinguendum sit, quaeritur. Palladius de habitatione sua *in monte* saepe loquitur (9). Nathanael senem obiisse narrat quindecim annos ante suum adventum in monte (10). Evagrium, in monte Nitriae quum habitasset biennium, tertio anno ingressum esse tradit solitudinem (11). Unde inter adventum in monte et adventum in solitudine Palladius ipse distinguere videtur. Quod Bollandus statuit (12), Tillemontius in ambiguo relinquere videtur (13). Ac Bollandum secuti sunt Caveus (14), Possinus (15), Fabricius (16), **59** de Nessel (17), Pritius (18). Sed num recte omnino senserint, ambigo. Vix enim dubium esse videtur, quin Palladius dicere voluerit, Macarium Aegyptium *anno antequam ipse illas regiones accesserit* obiisse. Atque mons Nitriae Sceti solitudini propinquior fuit, quam Cellulae (19); neque, cur Palladius annum mortis Macarii a tempore adventus sui in Cellulis definierit, intelligitur. Accedit, quod Palladius inter montem Nitriae et *intimam* solitudinem distinguit, quare adventu in solitudine adventum in Nitria significari probabile est. Nec Palladium dicere voluisse, Macarium Aegyptium anno antequam ipse in *solitudinem Scetis* venerit — nam Palladius solitudinem Scetis bis invisit — obiisse, facile credes; id enim Palladii verbis non inest.

Quare probabilior sententia haec esse videtur, Macarium Aegyptium anno antequam Palladius in montem Nitriae venit, i. e. anno 390 (20) mense Januario, ut Martyrologia tradunt (21), mortuum esse. Unde natus est anno Chr. 300, et eremum intravit anno Chr. 330. Nam in solitudinem venit triginta annos natus, in qua sexaginta annos usque ad mortem suam explevit.

§ 17. Hactenus ea, quae ad Palladii de Macario Aegyptio narrationem erant annotanda. Restat, ut videamus, quomodo ea, quae adhuc e codicibus Vindobonensibus protulimus, in

(1) Delrio Disquis. magic. l. l.

(2) Daemoniacos catenis oneratos adduci legis in Vita Hilarionis capp. 12, 13, et innumeris aliis locis.

(3) Supra p. 41.

(4) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 1 Opp. Meurs. l. l. p. 348.

(5) Ab Almeloven Fasti Rom. Consul. ad ann. Chr. 388 ed. II Amstelod. 1740 p. 166. Relandi Fasti Consul. ad ann. Chr. 388 Trai. Bat. 1715 p. 493. Tab. Chronolog. auct. de Graveson in eius Hist. eccl. ed. Mansi T. IX (Venet. 1761) p. 84, 2.

(6) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 2 Opp. Meurs. l. l. p. 349.

(7) Ibid. cap. 21 Opp. Meurs. l. l. p. 396.

(8) Ibid. cap. 8 Opp. Meurs. l. l. p. 360. 361.

(9) Ibid. cap. 10. 11. 12. 15.

(10) Ibid. cap. 21 Opp. Meurs. l. l. p. 385.

(11) Ibid. cap. 88 Opp. Meurs. l. l. p. 553.

(12) AA. SS. Jan. T. I p. 1007.

(13) Not. 7 de Macar. Aeg., Mémoires ed. Brux. T. VIII P. III p. 1423.

(14) Scriptt. eccles. Hist. litt. s. v. *Macarius senior.*

(15) Thes. Ascet. Paris. 1684 Proleg. § V.

(16) Bibl. Graec. ed. Harles. T. VIII p. 361.

(17) Supplem. Commentar. Lambec. Vindob. 1690 T. II in indice alphabetico s. v. *Macarius cognomine Magnus.*

(18) Macarii Aegyptii Opusc. et Apophthegm. Lips. 1699 Praef. § IV.

(19) Cf. supra p. 3.

(20) De tempore, quo Palladius in Nitriam venerit cf. infra Caput III § 21.

(21) Cf. infra Caput VIII.

Digitized by Google

singulis editionibus Historiae Lausiacae exhibeantur.

E quibus graeca Meursii editio et interpretatio Herveti a nostro codicum Vindobonensium textu raro atque levissimis tantum rebus differunt. Neque in Paradiso, Heraclidi perperam tributo, ulla gravior differentia invenitur. Multo **60** autem locupletior ceteris in hoc capite est antiqua ista versio, quae in Rosweidi appendice exstat. Quae primum post illam de femina in equam mutata historiam hanc de puella addit :

« Alia quoque puella ad eum deducta est, cuius obscoena corporis ita ex omni parte computruerant, ut consumptis carnibus interiora quoque et secretiora naturae nudarentur, ac vermium inde ebulliret innumera multitudo, ita ut non accederet quisquam ad eam prae foetoris horrore. Haec cum allata a parentibus et proiecta fuisset ante fores eius, miserans virginis cruciatus : Aequo animo esto, inquit, filia; haec tibi ad salutem Dominus, non ad interitum dedit. Unde providendum est magis, ut sanitas tua nullum tibi periculum inferat. Et cum stetisset in orationibus per septem continuos dies, et oleum benedicens in nomine Domini perungeret membra eius, ita eam sanam reddidit, ut et reparata naturae qualitas et perfecta muliebris in ea species appareret, essetque ei de cetero inter homines conversatio absque pristinae infirmitatis obstaculo (1). »

Haec narratio etiam libro secundo iisdem verbis legitur, neque vero eam alibi reperi (2). Quae antiqua versio de resuscitatione mortui habet, cum narratione libri secundi pariter ad verbum conveniunt. In fine autem capitis de Macario Aegyptio, postquam dictum est, eum anno antequam Palladius solitudinem intraverit, obiisse, antiqua ista versio longam hanc historiam addit, quam ita adumbratam nuspiam invenio :

« Quodam tempore cum ad beatum Macarium quidam venisset, desiderans in proposito monachorum servire Christo, et deprecaretur sanctum senem, ut instrueret eum ac doceret, et ex fonte doctrinae salutaris, quae in eo per Spiritus **61** sancti gratiam abundabat, confirmaret et, qualiter posset iuvante Domino insidias atque impugnationes maligni evadere, praemoneret, respondens beatus Macarius dixit : Si vere desideras ex toto corde renuntiare huic saeculo, filiole, et adhaerere Domino Salvatori, sicut dicit Propheta in psalmo : Adhaesit anima mea post te, me autem suscepit dextra tua — parata enim est dextra Domini, confugientes ad se suscipere — oportet te renuntiare huic mundo et omnes actus eius abiicere, sicut dicit Apostolus scribens ad Colossenses : Mortui enim estis huic mundo, et vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum enim Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. Haec audiens junior dixit : Crede mihi, beatissime pater, quia et mentem meam alienavi ab hoc mundo et ab omnibus, quae in eo sunt, ut iam tanquam mortuus degam in huius temporis vita. Cognovi enim, quoniam temporalia et transitoria atque corruptibilia sunt omnia, quae in hoc mundo videntur esse bona. Tunc dicit ei senior : Audi me, fili, et vade ad sepulchra mortuorum, et quamplurimis iniuriis, multis conviciis ac maledictis, etiam et lapidibus eos deteslare, ut provocati irritentur adversus te. His auditis iunior statim perrexit ad monumenta mortuorum. Cumque secundum praeceptum beati senioris multis eos, ut putabat, iniuriis affecisset, reversus ad sanctum Macarium dixit ei quod fecerat : interrogavitque eum senior, si nihil ei respondissent illi mortui? Et respondens dixit : Nihil penitus dixerunt, domine. Iterum autem praecepit ei dicens : Perge crastino die, et multis praeconiis collauda et glorifica eos. Abiit iterum frater ad sepulchra mortuorum, et coepit laudare honorificisque sermonibus glorificare eos dicens : Vos magni estis, et sancti, et similes apostolicis viris, et iustitia magna in vobis est. Et alias quamplurimas laudes cum ad eos dixisset, reversus ad cellam dixit seniori : Ecce secundum praeceptum tuum, domine pater, laudavi et glorificavi illos mortuos, et nihil mihi penitus dixerunt. Tunc dixit ei sanctus Macarius : Considera, fili, quoniam, sicut injuriis et contumeliis exprobrasti illos mortuos, **62** et nihil tibi locuti sunt, ita ergo et tu, si vis salvus esse et in sancto proposito placere Salvatori nostro, imitare ipsum Dominum Salvatoremque nostrum, sicut dicit beatus Joannes apostolus et evangelista : Qui dicit, se in Christo manere, debet, quemadmodum ille ambulavit, et ipse ambulare. Unde et in

(1) VV. PP. Rosw. p. 989, 2.

(2) Virginem simili morbo laborantem sanavit S. Antonius. Vit. S. Antonii cap. 58, S. Athan. Opp. p. 670 sqq.

Digitized by Google

Evangelio quidem legimus, quoniam ipsi perfidissimi nostrae fidei aemuli Judaei multas iniurias, instigante humani generis hoste diabolo, in Dominum nostrum Jesum Christum Salvatorem dixerunt : Samaritanum esse, et daemonium habentem, et in Beelzebub principe daemoniorum eiicientem daemonia; nam et seductorem eum ausi sunt dicere : et haec omnia patienter ipse pius Dominus noster Jesus Christus caeli, terrae et maris, omnium quoque eorum, quae in eis sunt, creator sustinuit, ut nobis patientiae suae, lenitatis et humilitatis praeberet exemplum. Nam si voluisset potentiam suae maiestatis ostendere et injurias vindicare, omnem subito mundum in chaos deduceret, et nec genus hominum, nec ipse saltem appareret mundus, sed in momento omnia interirent. Verumtamen noluit haec facere inenarrabilis Christi Domini pietas bonitatis, qui non ad puniendum, sed ad salvandum venerat mundum. Ideo enim patienter omnia sustinuit, ut nobis exempla patientiae et humilitatis ostenderet. Unde et sequentibus se discipulis dixit : Discite a me, quia mitis sum et humilis corde, et invenietis requiem animabus vestris. Sed et omnes a saeculo sancti, tam prophetae quam apostoli, opprobriis et iniuriis ac diversis afflicti tormentis semper immobilem virtutem patientiae et humilitatis tenuerunt, et nequaquam humanis laudibus sunt decepti. Respuentes namque inanis gloriae praesentis vitae vanos rumores,illam solam caelestem aeternamque gloriam concupiscunt, qui Christo placere desiderant, quae ex Deo est et permanet in aeternum; cuius claritatis splendorem nulla humana lingua potest exponere. Haec ergo exempla patientiae et humilitatis considerans, filiole, si quando irrogatae tibi fuerint iniuriae, fortissime virtutem patientiae et humilitatis custodi, imitans Prophetam qui dixit : Ego autem tanquam surdus non audiebam **63** et sicut mutus non aperiens os suum, et factus sum sicut homo non audiens, et non habens in ore suo redargutiones. Quod certe ad commonendum sensum nostrum quotidie in synaxi psallitur. Cave etiam, ne vana gloria laudeque hominum delecteris, et perdas omnia, quae laborando in bonis operibus acquisieris, fructusque ieiunii et abstinentiae tuae vigiliarumque et orationum mercedem in aeterna vita non consequaris a Domino, quia ipse dixit in Evangelio de iis qui laudes hominum quaerunt : Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Et alia multa sunt, quae de cavenda vana gloria sanctae Scripturae admonere non cessant. Cave ergo, o fili, et neque ad irrogatas iniurias exardescat in iracundia animus tuus, et si incitatum fuerit cor tuum, ipse tamen districte in timore Domini refrena ab iracundia animum tuum, ut possis virtutem humilitatis ac patientiae custodire; et tunc veraciter ostendis, quod promisisti dicens, quia tanquam mortuus degas in hoc mundo, si nihil turbulentum respondeas iis qui tibi iniurias irrogant, sicut nec illi de monumentis mortui, in quos multas injurias et convicia dixisti, et nihil tibi penitus responderunt. Ideoque oportet, ut fortiter custodiamus virtutem humilitatis ac patientiae, quatenus possimus ad caelestia praemia et ad aeternae vitae gloriam pervenire, sicut dicit in Apocalypsi Dominus : Tene, quod habes, ne alius accipiat coronam tuam (1). »

Haec longa ad fratrem admonitio cum ingenio et indole homiliarum Macarii Aegyptii tam egregie concinit, ut eam e homiliis compilatam et historiae illi de fratre iussu Macarii sepulchra adeunte additam esse haud aegre credideris. Quae historia, omissis ista exhortatione et doctrinis, in Apophthegmatis exstat his fere verbis : « Frater convenit abbatem Macarium Aegyptium, cui : Abba, inquit, dic mihi verbum, quomodo salver. Ait senex : Vade in sepulchrum et maledictis mortuos impete. Abiens igitur frater eos conviciis et **64** lapidibus appetiit, reversusque annuntiavit seni. Qui ab eo quaerit : Nihilne tibi responderunt? Ille : Nihil. Tum senex : Iterum, inquit, proficiscere cras, eosque laudibus effer. Pergens itaque frater collaudavit eos vocans : Apostoli, sancti, iusti. Tum adiit senem dixitque : Laudavi. Qui : Nihilne, inquit, tibi responderunt? Frater : Nihil. Tunc senex infit : Nosti, quantis eos contumeliis affeceris, nec quidquam responderunt tibi, et quantis eosdem laudibus ornaveris, nihilque ad te prolocuti sunt. Ita et tu, si salvari cupis, mortuus fias, neque iniurias hominum nec laudes eorum cogites instar mortuorum : sic enim poteris salvus fieri (2). » Eandem historiam nuspiam alibi inveni.

Antiqua autem versio deinde hanc aliam addit Macarii Aegyptii doctrinam : « Sanctus abbas Macarius commonebat saepe discipulos

(1) VV. PP. Rosw. p. 990, 2.

(2) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 538 s. v. *Macarius Aegyptius* § XXIII; in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

Digitized by Google

suos et docebat eos dicens : Mementote semper, quia ante conspectum Domini omnipotentis conversamini, qui prospicit omnium hominum cogitationes et singulorum corda scrutatur. Quod etiam et sanctae Scripturae testantur, et Apostolus docet et dicit : Vivus est enim sermo Dei et efficax et acutior omni gladio ancipiti et pertingens usque ad animae divisionem ac spiritus compagum quoque et medullarum, discretor cogitationum et intentionum cordis; et non est ulla creatura invisibilis in conspectu eius; omnia autem nuda et aperta sunt oculis eius. Ideoque si nos, fratres, pulsaverit delectatio carnis et concupiscentia fornicationis, festinemus repellere et abiicere de corde nostro sordidissimam et pessimam cogitationem, invocantes intentissime adiutorium Domini nostri Jesu Christi in orationibus ac ieiuniis, ut virtute potentiae suae eripiat nos et protegat et conterat Satanam sub pedibus nostris. Oportet ergo, ut etiam nosmetipsos poenitendo et a peccatis abstinendo corripiamus, dicamusque ad animam nostram : Quoniam delectatio quidem corporis, quae te male oblectat, ad modicum tempus est; nam tormenta et **65** cruciatus animae et corporis in igne aeterno gehennae in perpetuas permanent poenas. Illud etiam admonentes animam nostram dicamus : Si erubescis homines similes tui peccatores, ne videant te peccantem, quare non magis revereri et timere debes maiestatem Dei omnipotentis, qui omnium secreta cordium considerat, sicut et Apostolus ait : Omnia nuda et aperta sunt oculis eius. Talibus ergo cogitationibus si increpamus nosmetipsos, continuo timor Domini venit in corde nostro, et in amorem castitatis confirmatur anima nostra, etiam et ad omnia praecepta Domini facienda incitamur, adiuvante nos gratia Domini nostri Jesu Christi, qui servientibus sibi in sanctitate et castitate promisit caelestia et aeterna donare in illa gloriosa futuri saeculi vita, cum angelis sanctis in perpetui luminis splendore semper gaudere (1). »

Et haec quidem antiqua versio de Macario Aegyptio praeter ea, quae codices Vindobonenses et ceterae Historiae Lausiacae editiones versionesque habent, sola exhibet. Posterior exhortatio, quam attulimus, tota e mente Macarii Aegyptii, quae ex homiliis cognoscitur, concepta est. Humilitas autem cordis, timor Domini, studium castitatis, praecipua illorum monachorum praecepta fuerunt (2). Ac peccantibus magis erubescendum esse propter Deum omnipraesentem, quam propter homines, meretricem quandam Ephraem Syrus insigni modo edocuit (3).

Restat, ut sententiam Macarii, quae ultimo antiquae versionis capite legitur, hanc addamus : « Dixit abbas Macarius : Si aliquem corripueris commotus ad iracundiam, propriam passionem adimples. Nec enim, ut alium salves, teipsum perdere debes. Erue proximum tuum a peccatis sine improperio, in quantum praevales, quia ad se Deus convertentes non proiicit. Sermo autem malitiae non demoretur in corde tuo contra eum, ut possis dicere : Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Dei autem est dimittere et confirmare **66** petitionem nostram (4). » Cuius quidem sententiae prior pars in collectionis Rosweidi libro tertio et quinto atque in Apophthegmatis a Cotelerio editis legitur (5), eamque Macarii Aegyptii sententiam esse, e libro quinto (6) collectionis patet.

Sed iam iis, quae singula Historiae Lausiacae exemplaria de Macario Aegyptio praebent, cognitis, ad ea, quae de Macario Alexandrino a Palladio narrantur, transeundum est.

CAPUT III.

PALLADIUS DE SANCTO MACARIO ALEXANDRINO.

§ 18. Historia Lausiaca, quae in codicibus Vindobonensibus legitur, postquam de Macario Aegyptio illa retulit, ita pergit narrare : « Sanctum vero Macarium Alexandrinum conveni, qui presbyter erat Celliorum, quae dicuntur. In quae ego novem annos secessi, ex quibus tres mecum vixit ille Macarius in quiete degens. Atque alia quidem ipse vidi apud eum optimae eius vivendi rationis opera et signa, alia ab iis, qui una cum eo vixerunt, didici, alia denique a compluribus aliis audivi. Exercitatio igitur Macarii magni, ut ego et multi apud eum didicimus, haec fuit. Si

(1) VV. PP. Rosw. p. 991, 1.

(2) Cf. Evagr. Capita practica, initio. Galland. Bibl. PP. T. VII p. 553.

(3) VV. PP. Rosw. lib. V cap. 21 p. 598.

(4) Cap. 22, 17 VV. PP. Rosw. p. 1001.

(5) Lib. III cap. 87 ; lib. V libell. 4, 28. Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 586 s. v. *Macarius Aegyptius* § XVII ; in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(6) Lib. V libell. 4, 28 legis : « Dixit *item* Macarius ; » sed capite antecedente de « Macario *maiore in Scithi* » narratur.

Digitized by Google

quod opus exercitationis aliquem unquam fecisse audierat, idem efficere ardenter studuit. Hic igitur sanctus, quum audiisset, Tabennesiotas per totam quadragesimam nulla re vesci, quae igni admota esset, statuit et ipse septennio nihil, quod per ignem transiisset, comedere, et septem annis nihil aliud gustavit, nisi cruda olera, et si quae forte invenisset legumina humectata. De alio audierat, qui libram panis comederet; quare fregit, quae habuit, buccellata et in lagenam immisit, statuens tantum comedere, quantum manus ipsius sursum tulisset. Magna autem haec quoque fuit continentia. Nam festive nobis narrabat: Plura quidem frusta apprehendebam, sed efferre non poteram ob angustiam foraminis. Publicanus enim, inquit, mihi non permittebat omnino **67** non vesci. Sic igitur tres annos peregit, quatuor quidem vel quinque uncias comedens et modicum aquae bibens. Olei autem sextarium toto anno in alimentum consumebat. Statuit aliquando superare somnum, ut ipse nobis narravit: Totis viginti diebus et noctibus sub tectum non sum ingressus, interdiu quidem aestu urebar, noctu vero febri rigebam. Quod nisi tectum citius essem ingressus, inquiebat, et somno usus essem, cerebrum ita mihi esset arefactum, ut, quin in ecstasin agerer, parum abesset. Et quantum, inquit, in me fuit, vici somnum, quantum opus est, naturae concedens.

« Quum hic sanctus mane in cella sederet, in pede eum culex pupugit, quem, sanguine saturatum, dolore tactus manu elisit. Deinceps vero se reprehendit, qui se ipse ultus esset, seque condemnavit, ut sederet nudus sex menses in palude Scetis, quae est in vasta solitudine. Ubi culices possunt vel aprorum pelles sauciare, quum sint aeque magni ut vespae. Ab iis igitur totus ita sauciatus est, ut et aculei in toto corpore ipsius viderentur, ac nonnulli crederent, elephantiasi eum laborare. Reversum vero in cellulam suam ex sola voce cognoverunt Macarium esse.

« Cupiit aliquando, ut nobis ipse narravit, ingredi monumentum, quod dicitur κηποτάφιον Jannes et Jambres magorum, qui fuerunt tempore Pharaonis, videndi causa, aut daemones, qui ibi sunt, conveniendi. Dicebantur enim multi iique feroces ibi ab illis collocati esse daemones per excellentiam magicae artis, qua primas quoque illo tempore partes apud Pharaonem habuerunt. Qui ita nacti potestatem in Aegypto, tempore vitae suae ex quadratis lapidibus construxerunt illud opus, in quo monumentum fecerunt, et multum auri deposuerunt, omnis quoque generis arbores plantarunt, et puteum aquae maximum foderunt, sperantes quidem fore, ut post suum hinc illuc discessum fruerentur deliciis in hoc paradiso. Servus igitur Christi Macarius quum viam, quae ad hunc hortum ducit, ignoraret, sola conjectura secutus est astra, sicut nautae, qui maria transmittunt. Sic totam pervasit solitudinem. Fasciculum vero arundinum tenuit, ex quibus unam in unoquoque **68** milliari tanquam signum posuit, cuius ope remearet. Novem diebus prope illum hortum venit, et nocte oppressus parum dormivit. Improbus vero daemon arundines illas collectas ad caput eius posuit, fortasse Dei permissu ad maiorem sancti exercitationem, ne in arundinibus ducibus spem suam haberet, sed magis in gratia Dei, qui per columnam ignis et nubis quadraginta annos in ista solitudine populum Israel non obedientem et repugnantem deduxit. Surgens igitur arundines colligatas invenit. Sanctus autem: Ubi, inquit, ad hortum propius accessi, ex eo egressi sunt mihique occurrerunt septuaginta fere daemones variis formis praediti, alii quidem clamantes, alii vero exsilientes, alii cum magno fremitu in me dentibus stridentes. Ceteri tanquam corvi volantes audebant vultui meo insultare dicentes: Quid vis, Macari, tentatio monachorum? Quid ad nos accessisti? An nos quoque contra aliquos monachorum machinati sumus? Quae nostra sunt, habes illic cum tui similibus, solitudinem dico, e qua cognatos nostros fugavistis. Tecum nihil commune habemus: quid nostra loca ingrederis? Anachoreta contentus esto solitudine. Qui hunc locum aedificarunt, eum nobis adsignarunt. Non poteris hic manere. Quid quaeris ingredi locum, quem nemo hominum, qui vixerunt, ex quo tempore fratres, qui eum condiderunt, a nobis hic sepulti sunt, est ingressus? Sanctus: Quum, aiebat, multum insuper turbarent lamentarenturque daemones, dixi: Ingrediar tantum, videbo, et hinc recedam. Daemones: Hoc, inquiunt, nobis promitte in conscientia tua. Et quum dixissem: Hoc faciam, confestim evanuerunt. Ingressus igitur, aiebat, vidi omnia. Ubi inveni cadum aeneum, catena ferrea pendentem ex puteo, sed tempore consumptum, et fructus malo-

Digitized by Google

rum siccarum, quae intrinsecus vacuae erant. Sanctus igitur quum absque perturbatione illinc recessisset, per viginti dies remeavit. Consumptis vero cibariis solitudinem peragrans paene nihil omnino gustavit, quod res quoque probavit; atque tentata est tolerantia eius. Quum vero iam parum abesset, quin collaberetur, ei visa est unum fere stadium distans puella quaedam **69** munda linea veste induta, quae urnam tenebat aqua stillantem atque eum provocabat. Tres igitur dies ingressus eam vidit, neque assequi potuit; spe autem bibendi languorem sustinuit. Post quam apparuit multitudo bubalorum; reperiuntur enim in illis regionibus. E quibus, aiebat, una vitulum habens mihi ex adverso stetit. Cuius uterum quum lacte fluere viderem, accessi, et usque ad satietatem nutritus sum. Ac divino iussui parens me secuta est usque ad cellam, et me quidem nutrivit, neque vero vitulum suum admisit

« Rursus alias hic virtute praeditus vir, quum prope folia et sarmenta puteum foderet in recreationem monachorum, ab aspide morsus est. Quod animal letale venenum habet. Apprehensam igitur a faucibus aspidem sanctus ambabus manibus discerpsit, et : Quum, inquit, te non miserit Dominus meus, quomodo ausa es ad me accedere?

« Hic Macarius magnus diversas cellas in solitudine habuit, in quibus certamina virtutis peregit : unam quidem in Scete, quae regio est in interiore vasta solitudine, unam in Libya in Celliis, quae dicuntur, et aliam in monte Nitriae. Ex quibus aliae quidem ostio carebant, in quibus Macarius dicebatur tempore quadragesimae sedere in tenebris. Altera autem cella multo angustior erat ceteris, in qua nec pedem extendere poterat. Tertia vero amplior erat, in qua etiam eos conveniebat, qui ad ipsum ventitabant.

« Hic vir sanctus tantam multitudinem sanavit eorum, qui a daemonibus vexabantur, ut eos numerando haud facile percenseres. Quum nos adessemus, ad hunc sanctum virgo Thessalonica oriunda, nobilis genere et in hac vita dives, apportata est, quae multis annis paralysi laborabat. Atque ad eum adducta prope cellam sancti proiecta est. Qui misericordia commotus quum preces fundens et oleo sancto eam propriis suis manibus ungens viginti diebus super eam sedulo ac multum orasset, sanam in civitatem eius dimisit. Quae propriis pedibus regressa, copiosam sanctis oblationem misit.

« Hic magnus Macarius quum audiisset, Tabennesiotas praeclarum habere vitae institutum, mutata veste et adsumpto mundano operarii habitu, spatio quindecim **70** dierum in Thebaidem, per solitudinem profectus, pervenit. Ubi quum in monasterium Tabennesiotarum venisset, Pachomium eorum archimandritam quaesivit, virum probatissimum, qui gratiam prophetiae habebat. Cui tamen Macarium magnum esse abscondebatur. Eum igitur cum Macarius convenisset : Oro te, inquit, domine, suscipe me in monasterium tuum, ut monachus fiam. Cui Pachomius : Aetate tam provectus qui deinceps te exercere poteris? Fratres a iuventute se exercent, et in laboribus adoleverunt, neque ferunt laborem. Tu vero hac aetate non potes sustinere tentationes exercitationis. Offenderis, exibis et maledices nobis. Neque eum suscepit. Ille autem perstitit ac ieiunus remansit septem dies. Deinde Macarius magnus. Me, inquit, suscipe, abba, et nisi ieiunavero, sicut illi, et operatus fuero, quae operantur, tum iube me eiici e monasterio. Magnus igitur Pachomius fratribus persuadet ut eum suscipiant. Conventus autem illius monasterii constat mille·quadringentis viris in hodiernum usque diem. Hoc igitur monasterium Macarius magnus intravit. Brevi autem tempore post erat quadragesima. Ac Macarius magnus, quum vidisset unumquemque diversa suscepisse vivendi instituta, alium quidem vespere, alium post duos, alium post quinque dies comedere, alium etiam stare per totam noctem, interdiu autem ad opus sedere : ipse, quum ramos sibi palmarum multos madefecisset, in angulo uno stetit, neque, donec quadragesima impleta esset et pascha advenisset, panem neque aquam tetigit, neque genu flexit, neque sedit, neque accubuit, neque omnino aliud quidquam gustavit, nisi cruda crambes folia, quae sumpsit die dominica, ut videretur comedere neque in aliquam de se opinionem incideret. Atque, si quando propter necessitatem suam egrediebatur, citius regrediens stetit ad opus manus suae, neque os aperuit, nec pauca locutus nec multa, sed stetit silens. Neque prorsus aliud quidquam, nisi orationem egit in corde, et ramos tractavit quos habebat in manibus. Haec autem omnes exercitatores illius monasterii quum vidissent, insurrexerunt adver-

Digitized by Google

sus praefectum suum atque : **71** Undenam, inquiunt, nobis adduxisti hunc hominem tanquam sine carne degentem ad nostram condemnationem? Aut eum hinc eiice, aut bene scito, nos omnes hinc hodie esse recessuros. Quae quum Pachomius magnus a fratribus audiisset, sciscitatus est de eo. Et quum didicisset eius vitae instituta, Deum oravit, ut, quis esset, sibi revelaretur. Revelatum est ei, Macarium monachum esse. Tum dominus Pachomius eius manum prehendit eumque foras eduxit; atque quum in domum oratorii, ubi est altare, eum deduxisset amplexusque esset : Tune, ait, es venerande senex? Tune es Macarius, idque celasti, nec mihi manifestasti? Ex multis annis cupii te videre, quum de te audirem. Habeo tibi gratias, quod subegeris filios meos, ne alte sentiant de exercitatione sua. Rogo te, recede in locum tuum; nos enim satis aedificasti; atque ora pro nobis. Deinde ab eo rogatus, petentibus quoque omnibus fratribus, recessit.

Rursus alias hic vir impatibilis nobis narravit : Omne, inquit, vitae monachicae institutum, quod expetebam, expertus ad aliud tandem spirituale desiderium veni. Statui enim ad tale operum desiderium accedere. Volui, inquit, quinque dies solam mentem meam reddere a Deo individuam, neque aliud quidquam omnino cogitare, sed ei soli adhaerere. Quod quum apud me statuissem, cellam meam atque extrinsecus aulam clausi, ut nulli advenienti responsum darem. Ac steti incipiens a secunda, menti meae praecipiens et dicens : Vide ne descendas e coelis; ibi angelos habes et archangelos, supernas potestates, Cherubim ac Seraphim, Deum horum omnium effectorem. Illic versare. Ne sub coelum descendas; ne incidas in mundanas cogitationes. Sic, inquit, quum duobus diebus ac duabus noctibus perseverassem, ita daemonem irritavi, ut flamma ignis fieret, mihique omnia, quae in cellula erant, combureret, ita ut etiam storea, in qua stabam, concremaretur, et sic me quoque totum aduri existimarem. Postremum timore affectus tertio die destiti ab hoc proposito meo atque, quum mentem meam amplius indivulsam tenere non possem, descendi in contemplationem huius mundi, **72** ne id mihi reputaretur in superbiam

« Quondam quum ad hunc sanctum venissem, extra cellam eius iacentem inveni vici cuiusdam presbyterum, cuius caput ita erat exesum morbo qui cancer dicitur, ut et ipsum os totum appareret in vertice. Neque eum ad colloquium admittebat. Rogavi igitur ac : Precor, inquam, miserere huius miseri, et saltem responsum ei da. Respondit mihi : Indignus est, qui sanetur. Haec enim ei immissa est disciplina. Sin eum vis sanari, suade ei, ut deinceps abstineat a sacrificio. Ego : Cur, inquam, obsecro? Respondet : Fornicans sacrum peregit ministerium, unde iam castigatur. Quodsi metu desistat ab iis, quae per contemptum ausus est facere, Deus eum sanabit. Hoc ei, qui affligebatur, dixi. Qui iureiurando apud Deum pollicitus est, se non amplius sacerdotis munera esse obiturum. Tum eum suscepit eique : Credisne, inquit, esse Deum, quem nihil latet? Ille respondet : Maxime, rogo te. Deinde : Num, inquit, potuisti illudere Deo? Respondet : Non potui, mi domine. Magnus : Si agnoscis, inquit, peccatum tuum ac disciplinam Dei, qua haec subiisti, te corrigas in posterum. Qui confessus est peccatum, et fidem dedit, se non amplius esse peccaturum, neque altari ministraturum, sed laici sortem amplexurum. Deinde sanctus ei manus imposuit. Qui paucis diebus sanatus est, capillique capitis ei creverunt, et in domum suam reversus glorificavit Deum, ac gratias egit sancto.

« Rursus vidi ad eum adduci puerum a spiritu maligno vexatum. Cui sanctus manum dextram in caput imposuit et sinistram supra cor, ac tamdiu oravit, donec fecisset eum pendere in aere. Puer igitur, sicut uter inflatus, in corpore maximopere intumuit, deinde, quum subito exclamasset, per omnes sensus aquam emisit; quae quum desiisset, in eam, qua initio fuerat, mensuram rediit. Eumque quum oleo sancto unxisset et aqua benedicta perfudisset, patri reddidit, ac vetuit, ne carnem nec vinum attingeret quadraginta diebus. Puero quidem ita sanato eos dimisit.

« Hunc Macarium magnum quondam vexarunt cogitationes vanae gloriae, quae eum e cella eiicere tentarunt, **73** et suggesserunt ei, ut dispensationis gratia Romam pergeret, iustamque causam allegarunt sanationem eorum, qui ibi sunt, infirmorum. Valde enim in eo adversus spiritus operabatur gratia Domini. Longo autem tempore ab iis tentatum, quum non obediisset, ut egrederetur, acrius agitarunt. Prostratus igitur sanctus in limine cellae suae pedes foras emisit, daemonibusque vanae gloriae : Trahite, inquit, me et vellite, daemones, si potestis. Ego enim meis pedibus alias non abibo. Sin potestis talem me deportare,

Digitized by Google

quo dicitis perveniam. Atque iuravit iis : Sic, inquit, iacebo usque ad vesperam. Nisi me moveritis, vobis non obediam. Quum vero immotus mansisset, sero vesperi tandem surrexit. Sed nocte adventante rursus eum vehementius etiam insectati sunt. Quare sanctus surrexit, duorumque fere modiorum sportam arena implevit, qua humeris imposita totam solitudinem pervasit. Cui occurrit Theosebius Cosmetor Antiochenus, et : Quid, inquit, portas, abba ? Cede mihi onus, neve ipse vexeris ! Ille autem : Vexo, inquit, eum, qui me vexat. Ipse enim quum lascivus sit, mihi peregrinationes suggerit. Sic vero quum se multum permovisset, in cellam intravit contrito corpore (1). »

§ 19. Haec hucusque Historia Lausiaca, quae in codicibus Vindobonensibus legitur, sub indice : De Macario Alexandrino. Sequitur in codice membranaceo sub indice : « De Marco » (2), in codice chartaceo sub indice : « De Marco exercitatore » (3) caput quoddam, cuius maxima pars in editis Historiae Lausiacae exemplaribus de Macario Alexandrino agit. Neque ipse codex membranaceus sibi constat, qui senem, de quo narratur, modo Marcum, modo Macarium indicat. Chartaceus autem semper quidem Marcum nominat, quem tamen saepe *ὁ μακάριος μάρκος* (4) **74** appellat. Quae quum ita sint, fas erit, hoc quoque caput, quod in codicibus Vindobonensibus : « De Marco » inscribitur, apponere et, num in eo de Marco, an de Macario narretur, dispicere. Quod quidem ita praestabimus, ut textum codicis membranacei latine redditum apponamus, variantes autem nominis senis illius lectiones, quae in codice chartaceo habentur, sub textu annotemus. Ita enim codicis membranacei Historia Lausiaca narrare pergit : « De eodem sancto Marco magno exercitatore (5) hic admirabilis Macarius hoc incredibile nobis narravit : Quum sacro, inquit, munere fungerer, tempore distributionis mysteriorum Christi ego observavi, Marco exercitatori nunquam me dedisse oblationem, sed angelus ei dabat de altari. Ego vero solum splendorem manus vidi eius, qui ei oblationem dabat. Hic vero Marcus quum iunior esset (6), vetus et novum testamentum memoriter didicit, fuitque insigniter mitis atque castus, si quis alius.

« Quodam die quum otium mihi esset, ad eum in extrema eius senectute perrexi. Quem quum ego, utpote qui rudis essem, supra hominem esse existimarem, ut etiam fuit, ostio cellae ipsius adsedi et, quid loqueretur vel ageret, auscultavi. Solus igitur intus quum iam centum fere annos haberet dentesque amisisset, secum et cum diabolo pugnavit ac : Quid tandem, inquit, vis, male senex ? En vinum bibisti et oleum tetigisti. Quid vis amplius tibi faciam, vorax in canitie, serviens ventri ? Ita se ipse contumeliis castigavit. Diabolo autem : Recede, inquit, a me, diabole. Consenuisti mecum in pigritia. Infirmitatem corporis mihi inflixisti. Vinum et oleum me percipere fecisti. Voluptarium me reddidisti. Quid tibi insuper debeo ? Nihil invenis in me, quod deripere velis. Recede ergo a me, inimice hominum. Ac veluti latro **75** sibi ipse : Agedum, inquit, nugator, in canitie vorator et in heluatione senex ! Quamdiu etiam tecum ero ?

« Paphnutius quoque Christi servus et praeclari huius viri discipulus haec nobis narravit : Quodam, inquit, die, quum Macarius domi in aula sederet (7) et animum Deo intentum haberet, hyaena catulum caecum suum attulit, et ostio aulae capite pulsato ingressa est, illo etiam sedente. Cuius ante pedes eum proiecit. Sanctus igitur Macarius quum catulum accepisset (8) eiusque in oculos spuisset, oravit, et statim catulus vidit. Quem quum lactasset, hyaena abiit. Die autem sequenti pellem magnae ovis sancto Marco attulit (9), quam quidem pellem is sancto Athanasio episcopo reliquit; beata autem Melania mihi

(1) Textus graecus legitur infra in harum Quaestionum Appendice priore sub II.

(2) Graece : Περὶ Μάρκου. Cf. harum Quaestionum Appendicem priorem sub II c. nota.

(3) Graece Περὶ τοῦ Μάρκου τοῦ ἀσκήτου. Cf. infra Appendicem l. l.

(4) Litera prima nominis proprii in codicibus Vindobb. minuscula esse solet, unde nomen proprium Μακάριος ab adiectivo μάκαριος in iis scriptura non differt.

(5) Περὶ τοῦ ἁγίου τούτου μάρκου τοῦ μεγάλου ἀσκήτου. ..Cod. chartac. rectius : Περὶ μάρκου τοῦ μὲν ἀσκήτου...

(6) Οὗτος δὲ ὁ μάρκος νεώτερος ὤν... Cod. chartac. : Οὗτος δὲ ὁ μακάριος μάρκον νεώτερος ὤν... Ubi μάρκον positum esse pro μάρκος, neque pro μάρκου, ut quispiam fortasse crediderit, e codicis scriptura intelligitur.

(7) ... καθεζομένου τοῦ μακαρίου οἴκου. Cod. chart. : ... καθεζομένου τοῦ μακαρίου καὶ ἀθανάτου μάρκου.

(8) Τοῦτον τὸν σκύμνον λαβὼν ὁ ἅγιος Μακάριος. Cod. chart. : *T.* τ. σχ. λ. ὁ ἅγιος μάρκος.

(9) Ἤνεγκε τῷ ἁγίῳ μάρκῳ uterque codex.

Digitized by Google

dixit, se a sancto Athanasio illam pellem, quae munus hyaenae appellabatur, accepisse. Id autem Dominus fecit, ut gloriosum redderet servum suum, sicut etiam in Elia et in Daniele fecit.

« Dicebatur hic sanctus, ex quo baptizatus esset, humi non spuisse per sexaginta annos. Annos enim quadraginta natus baptizatus est (1). Statura autem illa aetate satis minuta ac rara fuit ; pilos in solo labro habuit, atque in suprema parte menti habuit paucos. Nam propter nimios exercitationis labores ne pili quidem menti eius enati sunt.

« Hunc sanctum die quodam conveni valde anxius animo et : Abba, inquam, Marce (2), quid faciam; nam affligunt me cogitationes insusurrantes mihi : Nihil facis; recede hinc. Sanctissimus Marcus mihi respondit (3) : Dic tu, inquit, cogitationibus tuis : Propter Christum parietes **76** custodio. Haec quidem e multis magnisque signis ac certaminibus inclyti et virtute ornati Marci (4) indicavi. »

Cum duobus codicibus Vindobonensibus de hoc loco componendus est tertius quidam codex bibliothecae Caesareae Vindobonensis (5), in quo capitibus asceticis cuiusdam Marci inscriptis : Τοῦ ἁββᾶ μάρκου περὶ τοῦ πνευματικοῦ νόμου (6) prologus praemittitur (7) e capite Historiae Lausiacae, quod attulimus, compilatus. Qui incipit verbis : Οὗτος ὁ ἀθάνατος καὶ μακάριος μάρκος νεώτερος ὢν παλαιὰν καὶ καίνην γραφὴν ἀπεστήθισεν..... Tum sequitur : Περὶ τούτου ἔφη ὁ μὲν μακάριος ὁ Ἀλεξάνδρινος πρεσβύτερος ὤν, ὅτι μάρκῳ τῷ ἀσκητῇ οὐδέποτε ἔδωκα ἐγὼ προσφοράν... Qua narratione de oblatione, quam Marco seni angelus dederit, finita, alteram legis de catulo ac pelle hyaenae, quae incipit verbis : Οὕτως ὁ μέγας καὶ ἀθάνατος μάρκος· ποτὲ καθεζομένου ἐν τῇ αὐλῇ τῆς κέλλης αὐτοῦ καὶ τῷ θεῷ προσομιλοῦντος ὕαινα τὸν ἑαυτῆς σκύμνον τυφλὸν ὄντα ἤνεγκε καὶ ῥίπτει αὐτὸν εἰς τοὺς πόδας τοῦ ἁγίου, ὃν καὶ ἐθεράπευσεν ὁ ἅγιος· τῇ ἑξῆς ἡμέρᾳ κώδιον προβάτου μεγάλου ἁγίῳ ἤνεγκε, ὅπερ ὁ ἅγιος μάρκος καταλέλοιπε τῷ ἁγίῳ μακαρίῳ. Qua quidem narratione prologus iste terminatur (8). Marcus pellem, ab hyaena sibi oblatam, hoc prologo teste, S. Macario reliquit, a quo eam S. Melania accepit (9).

Ergo in codice, e quo prologus compilabatur, res illae non minus de Marco narratae esse videntur.

Quid autem, si in codicibus Vindobonensibus in illo capite erratum sit ? Quid, si index ille : « De Marco » margini adscriptus reapse ad solam prodigiosam Macarii Alexandrini de Marco, cui oblationem angelus dederit, narrationem pertinet, ac librarii ipso hoc indice, ut aut nomen μακάριος in μάρκος mutarent, aut voci μακάριος alteram μάρκος adderent, adducti sunt!

77 Quod quidem cum per se non abhorreat a verisimilitudine, textu editionum versionumque Historiae Lausiacae comprobari videtur. In textu enim Meursii, Cotelerii (10), Fronto-Ducaei, atque in versione Herveti, narratis iis, quibus in codicibus Vindobonensibus historia Macarii Alexandrini finitur, primum narratio Paphnutii de catulo ac pelle ab hyaena *Macario* Alexandrino oblatis, tum cetera, quae in codicibus usque ad finem capitis habentur, subiunguntur. Deinde post verba : « Haec quidem e multis et magnis signis ac certaminibus inclyti ac virtute praediti *Macarii* significavi » eiusdem Macarii de Marco, cui oblationem angelus dederit, narratio legitur; ac tum demum sub indice : « De Marco » hunc senem sacras scripturas edidicisse, probum et castum fuisse et cetera, quae de Marci secum et cum diabolo certaminibus attulimus, usque ad verba : « Quamdiu etiam tecum ero » sequuntur.

Ergo in editionibus graecis Historiae Lausiacae et in versione Herveti maxima pars capitis, quod in codicibus : « De Marco » inscriptum est, ad Macarium Alexandrinum refertur; reliqua vero, quae de Marco agunt, novo capite comprehenduntur.

Aliter vero se habet in Paradiso atque in versione Historiae Lausiacae antiqua. In quibus narrationes capitis illius eodem pror-

(1) Τεσσαρακονταετὴς γὰρ ἐβαπίσθη. Cod. chart. : T. γ. ἐβαπτίσθη ὁ γνήσιος τοῦ Χριστοῦ δοῦλος μάρκος.

(2) Ἀββᾶ Μάρκε uterque codex.

(3) Ἀποκρίνεται μοι ὁ ἁγιώτατος μάρκος uterque codex.

(4) ... τοῦ ἀοιδίμου καὶ ἐναρέτου μάρκου... uterque codex.

(5) Cod. ms. theol. graec. Nr. 274, olim 238 chart.

(6) Excusa sunt in Magn. Bibl. VV. PP. Paris. T. XI p. 888.

(7) In codicis fol. 247, 2.

(8) Cf. harum Quaestionum Appendicem priorem. sub IV.

(9) Cf. supra p. 16 not. 2.

(10) Cotelier. Eccl. Graec. Mon. T. III p. 162.

Digitized by Google

sus ordine sequuntur atque in codicibus Vindobonensibus. Neque vero Paradisus sibi constat, qui pariter atque codex membranaceus Vindobonensis nomen senis modo Marcum, modo Macarium indicat. Nam quum primum de *Marco* narrasset, postea scribit: « Ad hunc [Marcum] cum venissem diceremque: Abba *Macari*. . . . », tum in fine capitis: « Haec pauca de multis ex factis sancti *Macarii* vel dictis significavi. » Contra in versione Historiae Lausiacae antiqua totum caput ad *Macarium* refertur, qui Palladio ante cellam eius sedente et auscultante secum et cum diabolo ista confabulatus sit, et cui plane omnia, quae capite illo habentur, conveniant. Neque in ea Marci mentio fit, nisi ut, quae Macarius de eo retulerit, narrentur; quibus adiungitur, Marcum, quum iuvenis esset, s. scripturas edidicisse, et insigniter mansuetum et castum fuisse.

78 Quid igitur? Num statuemus, facta Marci mentione librarios inductos esse, ut, quae Macario conveniunt, Marco tribuerint, an, quod in iis, quae antecedunt, de Macario narratum est, Macario tribuisse, quae ad Marcum spectant?

Haec quaestio primo quidem adspectu satis perplexa esse videtur; sed, si accurate distinxerimus, facile solvetur. Rufini enim Continuatione Historiae Ecclesiasticae Eusebii, quae multo ante Historiam Lausiacam scripta est, edocemur, catulo hyaenae oculos a Macario Alexandrino restitutos esse. Nam legis: « Idem ipse Macarius leaenae speluncam habuit cellulae [suae] vicinam. Et quadam die catulos suos caecos ad eum bellua producit et ante pedes eius ponit. At ille quum intellexisset, pro caecitate oculorum bestiam supplicare, rogavit Dominum, ut eis redderet visum. Quo recepto matrem sequentes redeunt ad speluncam. Et paulo post ipsa cum catulis suis regrediens pelles ovium lanatas plurimas velut munus pro suscepta gratia ad senem defert morsu oris evectas, et ante fores eius depositis abscedit (1). » Dubium sane esse vix potest, quin eandem hanc sanationem catulorum leaenae supra Palladius significet. Quod si constat, dubitari amplius nequit, quin cetera quoque, quae capite isto Palladii narrationem de catulo hyaenae ad finem usque sequuntur, ad Macarium Alexandrinum spectent: eum, ex quo baptizatus sit, sexaginta annos non humi spuisse, annos quadraginta natum baptizatum esse, statura brevi fuisse et cetera, quae usque ad finem capitis leguntur. Nam ordo totius huius orationis postulat, ut haec de eodem sene intelligantur, a quo oculi catulo hyaenae restituti sunt. Illa vero si de Macario intelligenda sunt, senem quoque centum annorum, qui se et diabolum tam acerbe increpavit, Macarium fuisse facile statues. Nam quadraginta anni, quos Macarius ante baptismum vixit, et sexaginta, quos vixit accepto baptismo, si computantur, centum annos efficiunt.

79 Itaque in sola antiqua versione rectam inveniri nominum scripturam intelligis, cunctaque, quae capite illo codicum Vindobonensium: « De Marco » inscripto habentur, ad Macarium Alexandrinum spectare, neque omnino Marcum in capite nominari, nisi ut id, quod de eo Macarius dixerit, narretur, cui quidem narrationi Palladius, Marcum, quum iuvenis esset, s. scripturas edidicisse, ac sanctitate et castitate insignem fuisse, addiderit.

Nec non, ut illud caput ita interpretemur, etiam nexus narrationis Palladii de Macariis suadere videtur. Nam Palladium, qui, quamdiu Macarius Aegyptius vixerit, memorat, pariter, quot annos Macarius Alexandrinus attigerit, indicasse consentaneum est. Accedit, quod narratio Palladii de Macario Alexandrino, si illud caput ad Marcum refertur, iusto fine prorsus caret; contra, si ad Macarium pertinet, ambae de Macariis Palladii narrationes praeclare invicem sibi respondent.

Tertium denique et firmissimum argumentum repetimus a Sozomeno, qui senem, de quo isto capite narratur, Macarium esse aperte docet. Sozomenus enim: « Alter [Macarius Alexandrinus] vero », inquit, « serius quidem presbyter factus est. Sed omnibus fere arctioris disciplinae exercitationibus est perfunctus, quarum alias ipse excogitaverat, quasdam ab aliis acceptas tanto studio excoluerat, ut *ex nimia cutis ariditate pili barbae ei non succreverint* (2). » Ubi Sozomenum Historiam Lausiacam e capite isto compilasse manifestum est. Quodsi autem ea, quae de barba senis in capite Lausiacae leguntur, ad

(1) Ruf. Hist. Eccl. lib. II cap. 4 ed. Basil. l. p. 243, Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 272, Migne Patrol. T. XXI p. 512.

(1) Sozom. Hist. Eccl. lib. III cap. 14 ed. Valesius p. 516.

Digitized by Google

Macarium spectant, quis, quin cetera quoque, quae illo capite continentur, in eundem cadant, amplius dubitabit?

Itaque perspicuum est, in codicibus Vindobonensibus pro Μακάριος falso scriptum esse Μάρκος. Qui quidem error cum ex adfinitate verborum tum ex indice: « De Marco » natus est, quem cum librarius aut lector, facta Marci mentione longum caput *de Macariis* finitum esse ratus, in margine adscripsisset, corruptela postmodum in textum facillime irrepsit.

80 Quam quidem corruptelam, quod in membranaceo codice modo Μακάριος modo Μάρκος legitur, antiquam esse, sed paullatim tantum genuinam vocem: Μακάριος textu expulisse, ut est in codice chartaceo, credideris. Auctoritati autem codicum Vindobonensium Lausiacae illo errore vix quidquam derogatur, quorum virtus in eo potissimum cernitur, quod res iusto ordine integras narrant, quod in editionibus graecis et in Herveti versione, ut saepissime, ita hic quoque, desideratur.

Sed haec, quae Palladius de Macario Alexandrino retulit, nunc quidem hactenus. Reliquum est, ut ad ea illustranda pauca moneamus.

§. 20. Ac primum quidem eo, quod Palladius narrat, se novem annos in Celliis seu Cellulis vixisse, difficultas quaedam chronologica nascitur. Palladius enim, qui se anno 388 Alexandriam venisse ipse testatur, etiam tradit, se, antequam in Cellulas abiret, tres annos circum Alexandriam (1), et annum integrum in monte Nitriae (2) habitasse. Quare, si anni computantur, ante annum 401 Cellulas non reliquisse videtur. Fateor quidem, verba: Ἐπὶ ἔτη τρία, quibus habitationis suae circum Alexandriam tempus significat, non solum tres integros annos, sed etiam tres fere annos indicare posse (3). Etiamsi vero hoc statuamus, certe tamen ante annum 400 Palladius ex Cellulis non decessit.

Atque cum hac temporum descriptione optime conveniunt Palladii verba, ipsum tredecim annos monachum fuisse, antequam episcopus fieret (4). E Cellulis enim afflictae valetudinis causa, ut ipse narrat, Alexandriam, deinde medicorum consilio Hierosolyma petiit, unde quum in Bithyniam venisset, episcopus ordinatus est (5). Quapropter eum anno post adventum suum tertio decimo Aegyptum reliquisse, et anno 401 episcopum **81** factum esse consentaneum videtur. Praeterea anno 400 Palladium Alexandriae fuisse, iis quoque, quae de morte Evagrii ipse retulit, probabile fit (6).

Sed quominus id statuamus, prohiberi videmur loco dialogi de S. Chrysostomi vita, quem, testibus Georgio Alexandrino et Photio (7), Palladius episcopus scripsit. In hoc enim dialogo legitur, synodo Constantinopolitanae indictione XIII habitae interfuisse *Palladium episcopum Helenopolis* (8), quae est urbs Bithyniae. Viri igitur docti, imprimis Baronius (9) et Tillemontius (10), non dubitarunt, hunc Helenopolis episcopum eundem facere cum scriptore Historiae Lausiacae. Quoniam vero indictio XIII ab VIII Calend. Octobris i. e. XXIV Septembris (11) anni 399 incepit (12), Tillemontius, Montefalconius, Neander synodum mense Maio anni 400 habitam esse statuerunt (13). Scriptor vero vitae S. Chrysostomi, quae in AA. SS. Boll. invenitur, mense Martio aut Aprili anni 399 eam fuisse arbitratus est ob difficultates, quae synodum anno 400 habitam esse non admittunt (14).

(1) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 8 Opp. Meurs. l. l. p. 360.

(2) Ibid. p. 361.

(3) Matthiae Ausf. Griech. Grammatik ed. II T. II § 586.

(4) Hist. Laus. ed. Meurs. prolog. Opp. Meurs. l. l. p. 340.

(5) Ibid. cap. 44 Opp. Meurs. l. l. p. 472.

(6) Ibid. cap. 88 Opp. Meurs. l. l. p. 550 sqq.; Tillemont Mémoires T. X p. 568 sqq., p. 796 Not. 7.

(7) Georg. Alexandrinus in Vita S. Jo. Chrysostomi. Photius in Bibl. ex rec. Bekker. Berol. 1824 p. 78, b. Cf. S. Jo. Chrysost. Opp. ed. Montfaucon T. XIII Praef. p. xi sq.

(8) Pallad. Dial. de vita S. Jo. Chrysostomi cap. 13. 14. S. Jo. Chrysost. Opp. ed. Montfaucon T. XIII p. 50 sq., Galland. Bibl. PP. T. VIII p. 298. 300.

(9) Baron. Annal. a. 388. 400. 403. 404. 405. 406.

(10) Tillemont Mémoires T. XI p. 500 sqq.

(11) Ideler Lehrb. d. Chronologie Berlin 1831 p. 412; Du Cange Glossar. s. v. *indictio*.

(12) AA. SS. Boll. Sept. T. IV p. 545, b. Tillemont Mémoires T. XI p. 158. 582.

(13) Tillemont l. l. p. 581 sqq. Not. 59. Montfaucon in Vita S. Jo. Chrysostomi, S. Jo. Chrysost. Opp. ed. Montfaucon T. XIII p. 137 sqq. Neander, Der h. Joh. Chrysostomus u. die Kirche in dessen Zeitalter Berlin 1822 T. II p. 77 sqq.

(14) AA. SS. Boll. Sept. T. IV p. 543 sqq. Cf. Cave et Oudin. s. v. *Chrysostomus*. Bollandus Jan. T. I p. 1007 synodum Constantinopolitanam anno.

Digitized by Google

82 Atque Baronius, Tillemontius, ceteri, A episcopo inde a tempore, quo S. Chrysostomus in exilium missus est, i. e. ab anno 404 accidisse dialogus tradit, in Lausiacae scriptorem optime cadere. Ille enim propter causam S. Chrysostomi Romam petiit, unde redux factus in urbem Syenen in Aegypto prope Blemmyes sitam in exilium abiit multosque diu perpessus est labores (10). Atque Palladius Lausiacae scriptor se Romae et Syenae fuisse ipse testatur (11). Accedit, quod Lausiacae scriptori Joannes in Lyco praedixit, ipsum, si episcopus factus esset, multos labores calamitatesque perpessurum esse (12). Denique illud, quod Palladius Lausiacae scriptor narrat, se, postquam episcopus factus per undecim menses in cella tenebrosa latuerit, recordatum esse verbi beati Joannis in Lyco (13), optime de exilii tempore, quo Palladius, Helenopolis episcopus, in Aegyptum abductus est, dici potest.

ut Palladium Lausiacae scriptorem eundem facerent cum illo Helenopolis episcopo, praecipue locis quibusdam Historiae Lausiacae inducti sunt, quos genuinos esse vix certo constat. E quorum numero est locus Paradisi, quo, postquam prophetia Joannis in Lyco, Palladium episcopum fore, narrata est, haec leguntur : « In quo [episcopatu] tempestatis illius, quae sub sancto Joanne commota est, interfui malis » (1). Idem habetur quidem etiam in graeco Meursii textu (2); sed Hervetus haec profert : « Dignus habitus sum ordinatione, quae meas vires superat, *in eum casum incidens, quem Joannes* [in Lyco] *praedixerat* (3). » Quae quidem lectio, quum toto capite de Joanne in Lyco narretur, probabilior videtur. (Quomodo codices Vindobonenses locum exhibeant, non examinavi.) Rursus et Baronius et Tillemontius tradunt (4), scriptorem Historiae Lausiacae Romae ob causam S. Joannis [Chrysostomi] morantem a Piniano Melaniae iunioris marito exceptum esse. Quod quidem in editione Meursii (5) et in Paradiso (6) legitur, sed deest in codicibus Vindobonensibus (7) et in antiqua versione. Denique Tillemontius Historiam Lausiacam in codicibus *Palladio Helenopolis episcopo* tribui docet (8), quod non omnino verum est; nam codices Vindobonenses eam *Palladio episcopo* inscribunt (9).

At alia, quae de Palladio Helenopolis episcopo in dialogo leguntur, eum scilicet synodo isti Constantinopolitanae interfuisse, in Lausiacae scriptorem cadere nequeunt. Primum enim descriptio temporum, qua hic in Historia Lausiaca ipse utitur, aperte repugnat. Deinde Palladius Lausiacae scriptor, quum Alexandria proficisceretur, hydropisi laborabat (14), ita ut eum vix reducem, postquam recens episcopus ordinatus est, ad causam Antonini Ephesi episcopi disceptandam, id quod dialogus tradit, a synodo electum esse,

83 Fateor ea, quae Palladio Helenopolis

401 habitam esse putavit, quod quidem neque cum verbis dialogi (l. l.), quo tum tumultum propter Gainam barbarum fuisse traditur, neque cum tota ejus temporis chronologia convenit.

(1) Parad. cap. 22, VV. PP. Rosw. p. 966. Cf. Baronii Annal. a. 388; Tillemont Mémoires T. XI p. 516.

(2) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 44 Opp. Meurs. D l. l. p. 472.

(3) Ibid. p. 471, VV. PP. Rosw. lib. VIII c. 43 p. 740, 2.

(4) Baron. Annal. a. 388; Tillemont Mémoires T. XI p. 515.

(5) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 123 Opp. Meurs. l. l. p. 604.

(6) Cap. 49, VV. PP. Rosw. p. 980, 1.

(7) Cf. *Palladii Historiam Lausiacam ad codicis Vindobonensis fidem a nobis breviter delineatam*, infra huic nostrae editioni Historiae Lauciacae praepositam.

(8) Tillemont Mémoires l. l. p. 500.

(9) *Ἀντίγραφον ἐπιστολῆς πραφείσης Λαύσῳ πραιποσίτῳ παρὰ Παλλαδίου ἐπισκόπου περὶ βίου διαφόρων ἀσκητικῶν καὶ ὁσίων πατρῶν.* Cf. *Palladii Historiam Lausiacam ad codicis Vindobonensis fidem a nobis breviter delineatam* infra l. l.

(10) Pallad. Dial. de vita S. Jo. Chrysost. c. 3. 4. 20. S. Jo. Chrysost. Opp. ed. Montfauc. T. XIII p. 11 sqq., 77 sq., Galland. Bibl. PP. T. VIII p. 267 sqq. 320. 321.

(11) Hist. Laus. Prolog. Opp. Meurs. l. l. p. 339.

(12) Ibid. cap. 44 p. 471.

(13) Ibid. l. l.

(14) Palladius tribus annis postquam Joannem in Lyco invisit, i. e. exeunte anno 397 (cf. supra p. 21), splene et stomacho laborare coepit. Qui morbus deinde in hydropisin vertit, unde a fratribus Alexandriam missus medicorum consilio aeris subtilioris gratia exeunte anno 400, ut patebit, aut ineunte 401 Hierosolyma et in Bithyniam venit. Hist. Laus. l. l.

Digitized by Google

aut instante aestate tam longum iter Ephesum suscepisse (1), parum verisimile sit. **84** Difficultates autem expediendi haec restat via. Socrates refert (2), Palladium episcopum Helenopoli Aspunam translatum esse. Quid, si id ad Palladium episcopum dialogi scriptorem pertineat, ac paullo post synodum Ephesinam anno 401 habitam factum sit, Palladius vero Lausiacae scriptor hoc ipso anno in eius locum sit suffectus?

Atque rem ita se habere dialogus ille quodammodo ostendit. Cuius scriptor Photio et Georgio Alexandrino testibus est *Palladius episcopus* (3), in codicibus *Palladius episcopus Helenopolitanus, ab aliis etiam episcopus Asponensis dictus* (4). Is igitur in dialogo se Romam primum venisse (5) ait aliquanto post Palladium Helenopolitanum episcopum, quem sub Innocentio Papa ibi fuisse ob causam S. Chrysostomi (6), et eo tempore, quo dialogus instituitur, apud Blemmyes in Aegypto detineri (7) scribit. Porro scriptor dialogi a Theodoro diacono, quocum illum sermonem conseruit, saepe per canos suos, ut verum dicat, senex obsecratur (8), quod sine dubio in Palladium Lausiacae scriptorem, qui tum vix annos quadraginta natus erat, cadere non potest. Unde inter duos illius temporis Palladios Helenopolis episcopos distinguendum esse probabile est (9). Quod si constat, difficultatem illa, quae testimonio Socratis nititur, coniectura optime solvi vides.

85 Quomodocunque vero res se habet, ex iis, quae disputavimus, hoc liquet, iustam causam non esse, cur cum Tillemontio (10) chronologia, quae in Historia Lausiaca legitur, relicta statuamus, Palladium Lausiacae scriptorem anno 399 Alexandria profectum esse, ineunte anno 400 episcopum esse ordinatum, et in Nitriam anno 390 venisse. Immo haec potius tenenda est chronologia, Palladium secundo Theodosii Magni consulatu, qui incepit a Calendis Januariis anni 388 (11), Alexandriam appulisse, anno 391 in Nitriam, ac subsequente in Cellulas venisse, annoque 401 episcopum in Bithynia ordinatum esse, unde etiam Historiam Lausiacam, ut supra (12) iam docuimus, anno 421 scriptam esse e verbis Palladii conficitur.

§ 21. Quod si est exploratum, Macarium Alexandrinum saltem usque ad annum 395 superstitem fuisse apparet. Nam tres annos cum Palladio in Cellulis vixit *in quiete degens* (13). Atque quin tres primi anni, quos Palladius in Cellulis transigebat, significentur, non facile dubitabis. Nec te Hierosolymitanum iter, quod Palladius circa annum 394 instituit (14), quominus tres primos annos fuisse dicas, impediet. Palladius enim, qui novem annos, quanquam saepissime interea peregrinatus **86** est, in Cellulis transegisse se nar-

(1) Pallad. Dial. cap. 13. 14. S. Chrysost. Opp. l. l. p. 43 sqq., Galland. Bibl. PP. l. l. p. 298. 299. 300.

(2) Socr. Hist. Eccl. lib. VII cap. 36 ed. l. p. 381.

(3) Cf. supra p. 81.

(4) Emeric. Bigot. de Palladio episcopo Helenopolitano Praef. in Bibl. Galland. l. l. Proleg. p. XXV.

(5) Cap. 1, S. Chrysost. Opp. l. l. p. 3, Galland. Bibl. PP. l. l. p. 261.

(6) Cap. 3, S. Chrysost. Opp. l. l. p. 11, Galland. Bibl. PP. l. l. p. 267.

(7) Cap. 20, S. Chrysost. Opp. l. l. p. 77, Galland. Bibl. PP. l. l. p. 320.

(8) Cap. 4, S. Chrysost. Opp. l. l. p. 16, Galland. Bibl. PP. l. l. p. 270. 271, et passim per dialogum.

(9) Id Gregorius Alexandrinus et Photius sensisse videntur, qui scriptorem dialogi simpliciter *Palladium episcopum* dicunt. Ac Photius Palladium episcopum Helenopolitanum antea (Bibl. ex rec. Bekkeri p. 18, b laudaverat. Palladium episcopum cum tribus aliis episcopis S. Chrysostomo pulso Romam venisse Innocentius Papa clero Constantinopolitanae ecclesiae scripsit. S. Chrysost. Opp. ed. Montfaucon T. III p. 524. Eundem propter se et propter ecclesiam aerumnis affici ipse S. Chrysostomus tradit in ep. 148 l. l. p. 686. Eidem Palladio S. Chrysostomus (annis 404—407) epistolam scripsit, in cujus fine petit, ut ipsum Palladius de valetudine sua certiorem faciat. Ep. 113 l. l. p. 656. Quae quidem in aegrotantem Historiae Lausiacae scriptorem optime cadunt. Plurima, quae viri docti de Palladio disputarunt, legis Opp. Meurs. T. VIII p. 650 sqq. Cf. Emeric. Bigot. l. l.

(10) Tillemont Mémoires T. XI de Palladio p. 300—533 et passim.

(11) Teste Cassiodoro inde ab a. u. 601 consulatus a Calendis Januariis incepit. Cassiod. Chron. Opp. Cassiod. ed. 1656 p. 681, ed. Gareti p. 384, Migne Patrol. T. LXIX p. 1223. Cf. Ideler Lehrb. d. Chronologie p. 328. Ei. Handbuch der mathematischen u. technischen Chronologie Berlin 1825 T. II p. 149. De anno 388 cf. supra p. 58 not. 3.

(12) P. 24. Plurimi eam falso, ut iam patet, anno 420 aut 419 scriptam esse statuerunt; annum 421 indicarunt Cave et Oudin. s. v. *Palladius*, et Rettberg in libro: Allg. Encyklop. v. Ersch u. Gruber s v. *Palladius*.

(13) Cf. supra p. 66.

(14) Cf. supra p. 21. 22.

Digitized by Google

rat, etiam tres se annos cum Macario vixisse A dicere potuit, etsi illo tempore breve iter instituerit. Macarium *in quiete sedisse* vix aliud quidquam significat, nisi eum munere sacerdotii in usum fratrum propter senectutem tum non amplius functum esse (1). Tillemontius e verbis Palladii conclusit, tribus illis annis elapsis Macarium obiisse (2), unde mors eius in annum 395 caderet, et quidem testante Martyrologio in IV ante Non. Januarias, Graecis Menaeis testibus in XIV ante Calend. Februarias (3). Sed num e verbis Palladii illud recte colligi possit, in dubium iure vocatur. Macarium enim post illos tres annos statim B animam efflasse Palladius non dicit, sed hoc solum : Macarium Aegyptium anno ante adventum ipsius in solitudinem mortuum esse; cum Macario autem Alexandrino, Cellularum presbytero, se tres annos vixisse. Quid, si Macarius Alexandrinus, qui Palladio teste (4) in Nitria et in interiore vasta solitudine cellas habuit, post illos tres annos in aliam cellam abiit? Quid si congressui fratrum omnino se subduxit? Fateor, Tillemontii sententiam verisimilem quidem esse, sed certam eam nequaquam dixerim.

Sin, Tillemontii opinionem secuti, statuimus, Macarium Alexandrinum mense Januario anni C 395 vita decessisse, eundem ante annum 295 natum, et ante annum 335 baptizatum esse, statuamus necesse est. Nam Palladio auctore annos quadraginta natus baptismum suscepit, ex quo saltem sexaginta annos vixit (5). Macarii illo ad Tabennesiotas itinere edocemur, eum ante annum 348, quo Pachomius diem supremum obiit (6), **87** magna vitae monachicae laude floruisse; etenim Pachomius ei : « *Multis* », inquit, « *abhinc annis* cupii te videre, quum de te audirem » (7). Quare post annum 335 baptizatum esse eum aegre credideris.

Fabricius (8), Caveus (9), Oudinus (10), de Nessel (11), Pritius (12) nescio quibus fulti rationibus tradunt, Macarium Alexandrinum anno 404 e vita decessisse. Sed vix dubium est, quin in eum errorem ideo inducti sint, quod in textu graeco Meursii (13), in versione Herveti (14) atque in Paradiso (15) legitur, Macarium Alexandrinum Macario Aegyptio iuniorem fuisse. Id vero si fuisset, eum post annum 300 natum, post annum 340 baptizatum esse, et ante annum 348 tantam virtutis famam *multis abhinc annis* habuisse necesse esset, quod a verisimilitudine plane abhorret. Illud vero, Macarium Alexandrinum Aegyptio iuniorem fuisse, neque in codicibus Vindobonensibus, neque in antiqua versione habetur. Tillemontius Macarium Alexandrinum aetate fuisse minorem ideo putavit, quod scriptores eum semper post Macarium Aegyptium commemoraverint (16). Rem Sozomenus explicat, qui, postquam de Macario Aegyptio disputavit : « Macarius », inquit, « Alexandrinus serius quidem presbyter factus est » (17). Atque etiam verisimile est, Macarium **88** Alexandrinum post Macarium Aegyptium monachum factum esse. Macarium vero Alexandrinum Aegyptio natu minorem fuisse, iam apud Makrizium legis (18). Nec, unde error in illa Historiae Lausiacae exemplaria irrepserit, certo dixeris. Quia autem Sozomenum ea, quae de Macariis habet, e Palladii Historia Lausiaca compilasse manifesto patet, additamentum, Macarium Alexandrinum serius presbyterum esse factum, iam Sozomeni tempore in Lausiaca exstitisse probabile est.

§ 22. Sed ad narrationes ipsas de Macario

(1) Simili modo Ephraem *τὸν ἡσυχον ἀεὶ ἐξασκῆσαι βίον* dicitur. Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 101 Opp. Meurs. l. l. p. 572. D

(2) Tillemont Mémoires ed. Bruxelles T. VIII P. III p. 1078.

(3) Cf. infra Caput VIII.

(4) Supra p. 69.

(5) Cf. supra § 19 p. 75 sqq.

(6) AA. SS. Boll. Mai T. III p. 290 sqq., cf. Tillemont Mémoires ed. Brux. T. VII P. III p. 1233.

(7) Cf. supra p. 71.

(8) Bibl. Graec. ed. Harless. T. VIII Hamburg. 1802, 4°, p. 365 s. v. *Macarius iunior Alexandrinus.*

(9) Scriptt. eccles. Hist. litt. s. v. *Macarius junior.*

(10) Comment. de Scriptt. eccles. s. v. *Macarii tres monachi.*

(11) Supplem. Comment. Lambec. Vindob. 1690 T. II in indice alphabetico s. v. *Macarius junior.*

(12) S. Macarii Aegyptii Opusc. et Apophthegm. Lips. 1699 Praef. § VII.

(13) Cap. 20 Opp. Meurs. l. l. p. 389.

(14) Ibid., et VV. PP. Rosw. lib. VIII cap. 19 p. 719, 2.

(15) VV. PP. Rosw. cap. 6 p. 950, 1.

(16) « Celui d'Alexandrie a été apparemment postérieur à celui d'Egypte aussi bien pour l'entrée dans la solitude que pour la naissance, puisqu'on le met toujours après l'autre. » Mémoires T. VIII P. III p 1043.

(17) Hist Eccl. lib. III cap. 14 ed. l. p. 516.

(18) Macrizi Geschichte der Copten v. Ferd. Wüstenfeld Götting. 1845 p. 110. 111.

Digitized by Google

Alexandrino e Historia Lausiaca prolatas veniamus. Quarum nulla apud alium scriptorem invenitur praeter solam de magorum monumento a Macario Alexandrino viso, quae in libro secundo (1) fere hoc modo habetur : Macarium prae ceteris senibus amatorem eremi fuisse, et inaccessa perscrutatum esse deserta. Aliquando eum invenisse locum in remotissimis eremi partibus positum omnibusque bonis repletum. Ubi duos habitasse fratres, qui propter multitudinem daemonum ibi degentium, ne alios eo monachos deduceret, eum admonuerint. Regressus autem quum opportunitatem loci fratribus indicasset, multorum animos inflammatos esse, sed ceteros dixisse : « Locus iste si vere, ut iactatur, a Jamne et Mambre consitus est, non aliud de eo credendum est, nisi quod diaboli opere ad deceptionem nostram praeparatus sit. Si enim vere, ut perhibent, deliciosus est et abundans, quid sperabimus in futuro saeculo, si hic deliciis fruimur? » Quibus verbis tandem ferventes iuvenum animos repressos esse. Rem scriptor libri secundi fama acceperat; nam scripsit : « *Ferebant* eum amatorem fuisse . . . . ; » tum : « Ubi etiam duos fratres invenisse *ferebatur*. » Fortasse etiam fama de duobus monachis, quos Macarius Aegyptius in remotissimis solitudinis partibus nudos **89** invenit (2), in indolem l'ori secundi narrationis vim aliquam exercuit.

Ad ordinem deinde, quo narrationes in editis exemplaribus se excipiunt, quod attinet, Paradisus et versio antiqua res eodem ordine, quo codices Vindobonenses, narrant; altera in hoc solo discrepat, quod illud, Macarium sibi proposuisse, ut quinque diebus in solo Deo mentem defigeret, omisit. Magis autem a codicibus differunt graecae editiones et interpretatio Herveti. In quibus ab initio capitis quatuor narrationes, quae in codicibus desunt, inveniuntur, atque cellarum Macarii enumeratio virginisque Thessalonica oriundae sanatio post historiam infelicis sacerdotis, qui fornicans sacra obierat, leguntur.

Ad res denique quod spectat, causa, cur Macarius sex menses nudus in palude Scetis sederit, in Herveti et in antiqua versione non culicis elisio, sed spiritus fornicationis indicatur. In quibus haec legis : « Ei aliquando molestiam exhibuit spiritus fornicationis, et tunc condemnavit seipsum sedere nudum sex menses in palude Scetis . . . » (3). Quam eausam falsam esse existimo et inde fictam, quod talis poena soli ultioni culicis pungentis non congrua visa sit. Versio Herveti Macario quatuor tribuit cellulas in Scete, Libya, Celliis et monte Nitriae sitas. Sed Cellia ad Libyam pertinuerunt, neque codices neque editiones ceteraeque versiones plus tribus Macarii cellis norunt. Antiqua versio non habet, Macarium, quum cogitationibus vanae gloriae vexaretur, arena humeris imposita eremum pervasisse, sed : « Sic ergo, » inquit, « iacuit usque ad vesperam; postmodum surrexit ad consuetum opus Domini » (4). Denique in Herveti et in antiqua versione, postquam narratum est, daemones e monumento « Janne et Mambre » magorum egressos a Macario fugatos esse, haec adduntur : « Ingrediente autem eo [Macario] in paradisum ei occurrit diabolus **90** cum stricta rhomphaea, ei minitans. Ad quem hanc vocem respondit sanctus Macarius : Tu venis ad me in stricta rhomphaea, et ego contra te ingrediar in nomine Domini Sabaoth, in acie Dei Israel (5). »

Et haec quidem sunt, quibus editiones versionesque Historiae Lausiacae a codicibus differunt. Hoc solum accedit, quod in editionibus graecis et in versione Herveti traditur, Macarium Alexandrinum *bellaria vendidisse* (6). Ubi in Paradiso habetur : « *Negotiator erat*, » glossa in margine adscripta : « Ms. addit : *qui poma vel legumina nucesque vendebat* » (7). Quae glossae verba etiam in codicis pervetusti, quem Romae in bibliotheca monasterii Yerusalemme in Croce adii (8), textu leguntur. Antiqua denique versio Rosweidianae collectionis idem, quod graecus textus et Herveti versio, profert : « *Grutaria vendens* (9). » Sed neque codicibus Vindobonensibus neque ceteris antiquis fontibus, quos examinabimus, eiusmodi quidquam continetur.

(1) Cap. 29, VV. PP. Rosw. p. 480, 2 sqq.

(2) VV. PP. Rosw. lib. VI libell. 3, 4; Apophthegm. s. v. *Macarius Aegyptius* § II; Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 526 sqq. Cf. infra Caput VI.

(3) VV. PP. Rosw. p. 722, 1. 992, 1.

(4) Cap. 10, VV. PP. Rosw. p. 993, 2.

(5) Herveti versio cap. 20, VV. PP. Rosw. p. 722, 2. Antiqua versio cap. 10, ibid. p. 992, 1.

(6) *Τραγήματα πιπράσκων* Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 20 Opp. Meurs. p. 389. Versio Herveti ibid. p. 390 et VV. PP. Rosw. p. 719, 2.

(7) Cap. 6, VV. PP. Rosw. p. 950, 1.

(8) Cf. supra p. 13.

(9) Cap. 9. VV. PP. Rosw. p. 989, 2.

Digitized by Google

Hoc etiam, quod in graecis editionibus, Herveti versione et in Paradiso habetur, Macarium Alexandrinum virtutibus vitae monachicae Macario Aegypto antecelluisse(1), in codicibus Vindobonensibus et in versione antiqua non legitur.

§ 23. Ad singulas autem narrationes, quas de Macario Alexandrino e Lausiaca Palladii protulimus, illustrandas haec animadvertenda sunt.

Primo abstinentia Macarii Alexandrini magnopere praedicatur. Qui usum Tabennesiotarum per totam quadragesimam coctis cibis se abstinentium secutus, septem annis nihil, quod igni admotum esset, comedit, sed sola cruda olera **91** et legumina, si quae forte invenisset, humectata gustavit. Ac quum audivisset, fratrem quendam libram panis comedere, buccellatis, quae habuit, in lagenam immissis solummodo tantum, quantum manu efferre poterat, comedit, tribusque annis quatuor tantum vel quinque unciarum cibis usus est. Olei autem sextarium anno in alimentum consumpsit. Iam ad libram duodecim unciae redeunt (2). Ac Ξέστης seu sextarium olei duodeviginti fere uncias habuit (3). Unde abstinentiam Macarii maximam fuisse apparet (4). Nec solum oleo senes in alimentum, sed etiam ad unguendas et molliendas ab opere manus uti solebant (5); a quo usu iam S. Antonius se abstinuit (6). Ac coctis cibis multi senes usi non esse dicuntur. Ex quibus Ammonius inde a iuventute usque ad mortem solis crudis cibis vescebatur, nec unquam, quod igni admotum esset, comedit praeter panem (7). Moyses abbas ex latrone monachus factus, quum plurimum operaretur et quinquaginta orationes quotidie perageret, nihil praeter siccum duodecim unciarum panem sumpsit (8). Apollo abbas non amplius quam olera, quae sponte nascuntur in terra, neque panem, nec legumen, neque ex fructibus arborum quidquam, neque omnino ea, quibus igni admotis homines vescuntur, comedit (9). Serapion Sindonita praeter panem et aquam nihil sumpsit (10). Evagrius, ex quo in solitudinem **92** venit, neque lactucam tetigit, neque minutum olus, nec viride quidquam, nec fructum, nec uvam, nec lavacrum, nec carnem, nec panem, nec vinum, neque omnino quidquam ex iis, quae per ignem transeunt, praeter quaedam olera cruda et modicum aquae. Sextodecimo autem huiusmodi vitae anno quum propter corporis stomachique imbecillitatem panem quidem tetigisset, cocta tamen olera ad mortem usque non gustavit (11). Philoromus denique presbyter coctis cibis duodeviginti annis se abstinuit (12).

Macarius Alexandrinus, ut omnino non vesci cupiit quod tamen humana natura non admittebat, ita etiam in somno vincendo quid posset experiri statuit, totisque viginti diebus sub coelo degens nihil omnino dormivit; sed postremum naturae eum cedere necesse fuit. Noctem vero saepissime pervigilasse multi senes feruntur. Ex quibus Dorotheus, apud quem Palladius Lausiacae scriptor prope Alexandriam vixit, a iuventute usque ad senectutem nunquam sponte dormivit, sed non nisi inter operandum vel comedendum oculos somno parum connivebat (13). Porro Arsenius unam somni horam strenuo exercitatori sufficere perhibuit, atque ipse tota nocte pervigilata mane parum sedens dormivit (14). S. Antonius denique totam persaepe noctem insomnem duxit (15). Quanquam senem aliquem somno sic, ut Macarium Alexandrinum, abstinuisse non inveni.

Tertium denique summae Macarii Alexan-

(1) Hist. Laus. ed. Meurs. l. l. Versio Herveti l. l. Paradis. l. l.

(2) Boeckh Metrolog. Untersuchungen Berl. 1838 p. 160 sqq.

(3) Ibid. p. 17 sqq. Cf. Steph. Thes. s. vv. *Ξέστης* et *Οὐγκία*.

(4) Evagrius quatuordecim annis *libram* panis quotidie ac *tribus mensibus* sextarium olei consumpsit. Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 88 Opp. Meurs. l. l. p. 353. Dorotheus senex quotidie *sex unciarum* panem comedit ac modicum aquae bibit. Ibid. cap. 2 p. 349. Abbas Elias, senex quum esset, *trium unciarum* panem et tres oleas quotidie comedit. Ibid. p. 493.

(5) Regula S. Pachomii cap. XCII, Holst. Cod. Regularum ed. Aug. Vindelic. 1759 T. I p. 31, 1.

(6) Vita S. Antonii cap. 7, S. Athan. Opp. T. I P. II p. 638.

(7) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 14 Opp. Meurs. l. l. p. 377.

(8) Ibid. cap. 25 p. 416.

(9) Ibid. cap. 53 p. 496.

(10) Ibid. cap. 84 p. 542.

(11) Ibid. cap. 88 p. 553.

(12) Ibid. cap. 115 p. 584.

(13) Ibid. cap. 2 p. 352.

(14) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 4, 2. 3.

(15) Vita S. Antonii cap. 7, S. Athan. Opp. T. I P. II p. 638.

Digitized by Google

drini exercitationis argumentum hoc est, quod propter solam ultionem culicis pungentis sex menses nudus in palude Scetis sedit. Unde quum reverteret, a culicibus toto corpore ita vulneratus fuit, ut ex sola voce agnosceretur, et elephantiasi laborare videretur. Ita vero etiam Evagrius, qui a spiritu blasphemiae **93** quondam vexatus diebus quadraginta tectum non ingressus erat, toto corpore muscis scatuisse traditur (1). Idemque Evagrius, a daemone fornicationis quondam vexatus, hiemis tempore tota nocte in puteo stetit (2). Sed nequaquam Palladius ita intelligendus est, ut dixerit, Macarium sex mensibus in paludis aqua sedisse : sed, ut sponte elucet, apud paludes vel in ripa paludium. Quas regiones culicibus aliisque insectis hodiedum abundare Minutoli indicat (3). Librarius autem, qui Macarium in paludibus propter spiritum fornicationis sedisse finxit (4), Palladium falso isto modo intellexisse videtur. Idemque Macarius Alexandrinus alias ob aliam causam in Scetis paludes secessisse, unde culicibus perforatum Macarius Aegyptius ad fratres reduxerit, in Apophthegmatis (5) legitur.

Sed iam de illo cepotaphio Jannes et Mambres magorum, quod a se visum esse Macarius ipse Palladio retulit, disputemus. Eo enim nomine a Judaeis magi dicebantur, quibuscum Moses et Aaron coram Pharaone prodigiis concertarunt. Ex qua traditione, ut recte docet Theodoretus, Paulus apostolus nomina illa in epistola ad Timotheum desumpsit, omnes increpans, qui, quemadmodum Jannes et Mambres Mosi restiterint, ita ipsi veritati resistant (6). Quae apostoli verba ad librum apocryphum « Jamnes et Mambres » inscriptum respicere, Origines perhibuit (7). Unde patet, traditionem, qua Jannes et **94** Mambres magi Mosi adversantes vocabantur, satis antiquam fuisse. Atque eodem nomine magi isti a Targumista Jonathan, nec non in Talmud Babylonico (8) appellantur. Nec solum apud Judaeos, sed etiam apud Graecos, et apud Romanos Jannes et Mambres laude magicae artis floruerunt. Nam Jannes et Mambres magos artibus magicis excelluisse, et ab Aegyptiorum populo Musaeo (Mosi) oppositos esse, Numenius Pythagoraeus in fragmento, quod est apud Eusebium (9), scripsit. Ac Plinius (10) : « Est, » inquit, « et alia Magices factio a Mose et Jamne et Jotape Judaeis pendens. » Abulpharagius in Dynast. I. Artemonium quendam laudat, qui Mosen decem annos natum a filia Pharaonis Jannes et Mambres sapientibus instituendum traditum esse docuerit (11). Atque in vetere Midrasch ad Exod. XV, 10 « Joannes et Mamres » magos submersos esse in mari rubro narratur, quocum catena arabica ms. in Pentateuchum convenit, in qua haec habentur : « Haec nomina magorum, qui steterunt contra Mosen : Deiannes, Jambaras et Sarudas. Deus vero eos perdidit in mari rubro (12). » Unde Hammundo (13) visum est, apud Palladium pro κηποτάφιον legendum esse κενοτάφιον i. e. sepulchrum vacuum. Cui Palladii narratio, daemones dixisse, ab ipsis magos ibi sepultos esse, repugnat (14). Sepulchrum vero in horto arboribus consito, quales etiam **95** nunc pulcherrimi in Oasibus plantan-

(1) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 38 Opp. Meurs. l. l. p. 553.

(2) Ibid. l. l.

(3) Reise zum Tempel des Jupiter Ammon in der libyschen Wüste u. nach Oberaegypten p. 205.

(4) Cf. supra p. 89.

(5) S. v. *Macarius Aegyptius* § XXI Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 537 sqq. Cf. infra Caput VII.

(6) II Timoth. 3, 8. Ad quem Apostoli locum Theodoretus haec scripsit : *Τὰ μέντοι τούτων ὀνόματα οὐκ ἐκ τῆς θείας γραφῆς μεμάθηκεν ὁ θεῖος ἀπόστολος, ἀλλ' ἐκ τῆς ἀγράφου τῶν Ἰουδαίων διδασκαλίας*. Ed. Noesselt. Halae 1771, 8°, T. III p. 689.

(7) In Matth. Comm. Series § 117. Orig. Opp. ed. de la Rue Paris. 1740 T. III p. 916, 2.

(8) Tract. Menachoth cap. IX.

(9) Praep. evang. IX, 8, ed. Heinichen Lipsiae 1842, 4°, T. II p. 12.

(10) Nat. Hist. XXX, 2, ed. de Grandsagne Paris. 1829 T. VIII p. 288. Cf. notas ibi ad l. l. adiectas.

(11) Bar-Hebraei Chron. Dyn. ed. Kirsch Lips. 1788 p. 14.

(12) Henr. Hammond. ad II Timoth. 3, 8.

(13) Ibid.

(14) Magorum nomina apud varios scriptores varie leguntur. In N. T. leguntur *Ἰαννῆς* et *Ἰαμβρῆς*, atque in solis duobus codd. legitur *Μαμβρῆς*. In Vulgata, Evangelio Nicodemi et apud Patres habetur lectio *Mambres* atque interdum *Jumnes*. In Peschito vocantur : *Jonis* et *Jambaris*, in Talmud, Targumim et libris rabbin. : *Janis* et *Jambris*, *Jamnes*, *Jannis*, *Jannos*, *Jonos*, *Jochane*, *Jachne*, *Jochana* et *Mamre*, *Jambros*, *Jombros*, *Jambres*. Cf. Coteler. Patres Apostolic. Constitut. Apost. VIII, 1 ed. Antv. 1700 T. I p. 388. Allg. Encyclop. v. Ersch u. Gruber s. v. *Jannes*.

Digitized by Google

tur (1), positum saxoque quadrato, quo hodiedum Aegyptia monumenta exstructa conspiciuntur (2), aedificatum fuit. Nec non puteo, qui fere in nullo tali Aegypti sepulchro desideratur (3), ornatum fuit, multumque auri in monumento depositum esse fama tulit. Appropinquanti vero Macario septuaginta fere daemones e monumento egressi variisque formis praediti occurrerunt, alii clamantes, alii exsilientes, alii magno fremitu in eum dentibus stridentes; ceteri tanquam corvi volantes eius vultui insultarunt. Consimili autem modo S. Antonio in sepulchro pernoctanti daemones in forma leonum, ursorum, leopardorum, taurorum, serpentum, aspidum, scorpionum atque luporum apparuerunt dentibusque in eum striderunt (4). Eidemque Antonio in castello quodam degenti daemones clamarunt : « E nostris recede sedibus! Quid tibi cum eremo? Nostras nunquam feres insidias » (5). Iisdem fere verbis daemones isti Macarium Alexandrinum exceperunt. Quorum quidem eos, qui volabant, cum corvis, quibus illa eremus hodiedum abundat (6), Macarius comparat. Atque corvorum species daemonibus haud raro tribuuntur (7). Sepulchra denique monumentaque **96** eremi a daemonibus inhabitari eorumque in potestate haberi, Siwah Oasis incolae etiamnunc credunt (8). Mirum est, quod Macarius daemonibus, cognito monumento se recessurum esse, fide data promisit. Nam daemones omnino non audiendos esse S. Antonius docuit (9). In antiqua versione Macarius haec tantum verba : « Oportet me ingredi et videre » respondisse, daemonesque non curans intrasse perhibetur (10). Quod tamen textui codicum, editionum ceterarumque versionum repugnat. Neque Macarius vere pactum cum daemonibus iniit, sed illa, ut daemones recederent, sponte promisit. Diabolus iste, qui Macario monumentum intranti stricto gladio obviam venisse in duabus, ut monuimus, Lausiacae versionibus falso traditur, daemon princeps esse videtur, qui testante S. Antonio, ceteris daemonibus superatis, ipse « advenit horribili forma, ut terrorem incutiat, multaque iactitat, sed mentitur, nec extimescendus est, quia per Christi gratiam vana sunt omnium daemonum molimina » (11). Res vero, quas Macarius monumentum ingressus invenit, cadum aeneum catena ferrea ex puteo pendentem, malaque intrinsecus vacua, a Palladio βόαι vocata, aliaque eiusmodi in Aegypti sepulchris hodiedum inveniri, non est quod pluribus dicam. Ac fraus illa diaboli, qui arundines signi causa in via positas collegerat, virgoque munda veste induta, quae urnam aqua stillantem in capite gestans fessum senem tres dies provocabat, grex denique bubalorum, qui siti oppressum nutrivit, virtutem et constantiam Macarii divinaeque gratiae ei impertitae magnitudinem ostendunt. Bubali autem circum Nitriae paludes hodiedum creberrimi sunt (12). Narratio vero libri secundi de eodem monumento a Macario viso fama, ut docuimus, valde depravata Palladii narrationi posthabenda est. Atque istum magorum hortum manibus **97** Aegyptiorum iussuque, ut videtur, Pharaonis adornatum fuisse, a Palladio haud obscure indicatur; quare ab hortis magicis, qui haud raro leguntur, ille distinguendus esse videtur (13). Sed ad cetera veniamus.

Macarius aspidem, a qua in puteo ad recreandos fratres fodiendo mordebatur, inde a faucibus prorsus discerpsit. Isque mos apud Mamelucos hodiedum obtinuit, qui a scorpione

In codice membranaceo Vindob. magi vocari videntur : *Ἰαννῆς καὶ Ἰαμβρῆς*, in codice chartaceo vocantur *Ἰαννῆ καὶ Ἰαμβρῆ*. De illis magis quae viri docti disputarunt, collegit Fabricius in libro : Cod. Pseudoepigr. V. T. Hamb. 1722 p. 813 sqq. De iisdem scripsit Zentgraf. : Disp. hist. de Jamne et Jambre celeberrimis Aegyptiorum magis Witteb. 1669, 4°. J. G. Michaelis : Diss. de Janne et Jambre famosis Aegyptiorum magis Halae 1747, 4°.

(1) Minutoli Reise zum Tempel des Jupiter Ammon in der libyschen Wüste u. nach Oberaegypten p. 173. Cf. Sulp. Sev. Dial. I cap. 13 Galland. Bibl. PP. T. VIII p. 406, 2, Migne Patrol. T. XX p. 192.

(2) Minutoli l. l. p. 61.

(3) Ibid. p. 44. 61.

(4) Vita S. Antonii cap. 9, S. Athan. Opp. T. I. P. II p. 640 sqq.

(5) Ibid. cap. 13 p. 642.

(6) Minutoli l. l. p. 186.

(7) Cf. S. Hieron. Commentt. in lib. Job in fine cap. 38. Grimm Deutsche Mythologie Ed. II p. 949.

(8) Minutoli l. l. p. 82.

(9) Vita S. Antonii cap. 24. 25. S. Athan. Opp. l. l. p. 650 sqq.

(10) VV. PP. Rosw. p. 992, 1.

(11) Vita S. Antonii cap. 24 l. l. p. 650.

(12) Minutoli l. l. p. 206. Cf. Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 51.

(13) Eos non accurate distinguere videtur Duentzer in libro : Die Sage von. Dr. Johannes Faust. p. 192.

Digitized by Google

puncti, ut vulneri medeantur, scorpionem ipsum super recens vulnus conterunt (1). Scorpionibus autem eremus illa abundat (2).

E tribus cellis, quas in interiore vasta solitudine, in Celliis et in monte Nitriae Macarius Alexandrinus habuit, una, in qua per quadragesimam in tenebris sedebat, ostio caruit. Cellae enim monasteriorum illius regionis fenestris hodie quoque carent, ita ut lux tantum per ostium intret (3). Eamque Macarii cellulam in interiore vasta solitudine sitam fuisse verisimile est. Altera autem in Celliis, ut videtur, sita angustissima fuit, in qua ille ne pedem quidem extendere poterat. Cujusmodi cellis alii quoque senes usi esse dicuntur (4). In tertia denique cella, duabus illis ampliore, Macarius adventantes excepit, quod in cellam Nitriae montis, quem plurimi et monachi et peregrini visere solebant, optime cadit. Erga quos, si ad ipsum accedebant, Macarium Alexandrinum hilariorem Aegyptio Macario fuisse, atque urbanitate quadam iuniores ad disciplinam monachicam allexisse, Socrates nescio unde accepit (5).

De virgine Thessalonica oriunda, quam Macarius Alexandrinus oleo sancto unxit precibusque viginti dierum sanavit, non est quod disputemus. Quare ad monasterium Pachomii a **98** Macario invisum transeamus. Quod permagno numero monachorum affluxisse constanter traditur (6). Macarium quidem veste operarii indutum Pachomius septem diebus admittere noluit. Ubi animadvertas, Pachomii regula, ut saeculo renunciaturus paucos dies ante ianuam monasterii remaneret dignumque se esse ostenderet, praescriptum fuisse (7). Iisdemque fere verbis, quibus Macarium Pachomius, aliquando Palaemon Pachomium (8), S. Antonius Paulum simplicem (9) repulerant. Pachomius in illa narratione spiritum prophetiae habuisse dicitur, quod et in vita eius quodammodo traditur (10). Ac monachi monasterii illius ramos palmarum tractant, quod in monasteriis S. Antonii aliorumque senum fieri solebat (11). Atque in Terraneh, quae est urbs prope Nitriam sita, ex iunco, qui in ejus paludibus creberrimus est, tapetes venustissimi adhuc texuntur (12).

Propositum Macarii, quinque diebus cum solo Deo conversandi totamque mentem in eo solo defigendi, tertio die daemon, in flammam ignis conversus, irritum fecit. Qui stoream, in qua senex stabat, combussit, eumque ipsum adurere visus est. Unde hunc ignem non phantasma daemonis fuisse, sed vim comburendi habuisse credideris. Daemones vero, qui varias omnino induunt formas (13), ignis specie apparuisse atque incendium excitasse, alibi haud facile leges.

99 Sacerdos ille, qui fornicans sacra peregerat, non nisi data fide, munera sacerdotis se non amplius obiturum esse, a Macario sanatur. Veteris enim ecclesiae disciplina fuit, ut sacerdos, qui carnis peccatum aut aliud grave crimen commiserat, a ministerio altaris prohiberetur et ad laicorum communionem redigeretur. Cuius exempla sunt in Decreto Gratiani (14) et in libris poenitentialibus (15). Macarius infelicem, cui funestissimus cancri morbus ob istud peccatum erat inflictus, num credat Deum esse, quem nihil lateat nec quisquam illudere possit, numque cognoscat pec-

(1) Minutoli l. l. p. 77.

(2) Ibid. p. 204.

(3) Tischendorf et Wilkinson l. l. supra p. 2.

(4) Passim. Marcianus in cella non ampliore corpore suo se inclusisse legitur VV. PP. Rosw. lib. IX cap. 3.

(5) Socr. Hist. Eccl. IV cap. 23 ed. Vales. p. 234.

(6) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 39 in fine, Opp. Meurs. l. l. p. 456. Vita S. Pachomii cap. 5, AA. SS. Boll. Mai. T. III p. 310. S. Hieron. Praef. in regulam S. Pachomii Holsten. Cod. Regul. T. I p. 25.

(7) Regula S. Pachomii cap. 49 Holsten. l. l. p. 28.

(8) Vita S. Pachomii cap. 1, l. l. p. 297, 1.

(9) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 29 Opp. Meurs. l. l. p. 429.

(10) Pachomium res occultas cognovisse atque absentes vidisse in eius vita capp. 4 et 6 l. l. p. 308, 1. 314, 2 legitur.

(11) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 40. 29. 2 ac passim.

(12) Minutoli l. l. p. 189. 202.

(13) Specie galli gallinacei adhibita diabolus Pachomium tentare conatur. Vita S. Pachomii cap. 2. In forma vaporis diabolum apparere tradit Delrio Disquis. magic. lib. II Q. 28 S. 2 p. 302. ed. l.

(14) Can. 9 Dist. L: « Qui igitur post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit, sacro ordine ita careat, ut ad altaris ministerium ulterius non accedat. » Tum ibid. can. 10: « Sin autem eum fraternitas tua talem poenitentiam agere cognoverit, ut ei iuste ad recipiendam inter laicos communionem et ante exitum debeat misereri, hoc in tuae fraternitatis ponimus potestate. » Cf. ibid. can. 8. 11. 12.

(15) Lib. Poenit. Theodori Cantuar. XVII § 1. Die latein. Poenitentialbücher der Angelsachsen von

Digitized by Google

catum suum, interrogat. Quae quum annuisset et peccata confessus esset, morbo liberatus est. Equidem his Macarii interrogationibus ordinem ad dandam poenitentiam tum usitatum contineri crediderim; nam in libro poenitentiali Bedae presbyteri (1) sacerdos consimili modo poenitentem primum, num in Deum credat, denique num peccata ipsi demitti velit, interrogare iubetur. Alio cancri morbo, qui φαγέδαινα nominabatur, Stephanus Libys genere aegrotasse legitur (2).

De iuvene illo a daemone vexato, quem Macarius manibus in caput et cor ejus impositis sanavit, non est quod disseramus. Mirum autem id, quod sequitur, cuipiam videatur, cur Macario Alexandrino in mentem venire potuerit, adire Romam οἰκονομίας gratia, ut in textu graeco legitur. Sed e S. Hieronymo discimus, eo tempore, quo totus Oriens **100** monachis affluebat, Romae atque omnino in Occidente monachicam vitam in primis incunabulis iacuisse. Quae inde ab Alexandrinis presbyteris, papa Athanasio ac postea Petro eius successore, qui Romae exulantes S. Antonii vitam divulgarunt, prima in Occidente initia cepit. Nam Romae nemo propter rei novitatem ignominiosum vel turpe nomen adsumere eo usque ausus erat (3). Haec quum ita se habeant, ubinam Macarius uberiorem homines sanandi et Deo reconciliandi messem invenire potuit, quam Romae, unde Rufinus, S. Hieronymus, Melania, Marcella, Paula, alii, ut senum vitam cognoscerent et imitarentur, in Aegyptum ventitabant? Verba οἰκονομίας *gratia* non ad dispensationem rerum terrestrium, quo sensu vox illa est in Palladii capite de Serapione, sene regionis Arsenoitis (4), sed ad dispensationem virtutum, quas a Christo Macarius acceperat, retulerim. Sicut vero Macarius arena humeris imposita cogitationes xenodoxiae impugnavit, ita Palaemonis hortatu Pachomius arenam portando abegisse somnum legitur (5). Quis ille Theosebius cosmetor fuerit, invenire non potui. Cui Macarium, quid portaret, interroganti responsum datum est : « Vexo eum, qui me vexat ». Consimile responsum Palladius ab Isidoro, quem interrogaverat, cur aetate admodum provectus corpusculum contereret, hoc accepit : « Id me occidit, ego ipsum occidam (6) ».

Et, haec quidem erant adnotanda ad ea, quae in codicibus Vindobonensibus « De Macario Alexandrino » inscripta leguntur. Ad cetera, quae sub falso indice : « De Marco » ex iisdem codicibus protulimus et ad eundem Macarium Alexandrinum spectare ostendimus, haec animadvertenda sunt.

Primum similem gratiam perspiciendi cuiusvis monachi ad sacramenta accedentis mentem Eulogius presbyter possedisse **101** legitur (7). Ammon quoque, quum sacrificium offerret, vidit angelum stantem in dextra altaris, fratresque ad sacram communionem accedentes in libro notantem (8). Alius etiam senex sacrificanti sibi a dextra et a sinistra angelos adstantes vidisse narratur (9). Ac Macarium dignitatem vel indignitatem eorum, qui ad altare accedebant, cognovisse legimus libro secundo (10). Quod idem de Marco sene Sozomenus (11) retulit, Palladium secutus.

Istis autem verbis πολιοφάγε, λῆρε, φαγόγηρε, quibus Macarius, quum in extrema senectute in cella sederet, se ipse increpuit, S. Antonio et Paulo simplici daemonem quendam maledixisse legis (12). Neque incongrue iis dicta contumeliosa, quibus summa incontinentia significetur, cernas.

De caecis hyaenae vel leaenae catulis a sene eremi sanatis etiam Sulpitius Severus tradidit (13), qui senem oculos eorum restituentem non nominavit, attamen *eum duobus Nitriae monachis olim in monasterii conversatione carum et familiarem fuisse, et duodecim annos in extremo illo deserto Blembis contiguo anachoretam habitasse* ait. Ubi pro *Blembis* in collectione Rosweidi falso, ut opinor,

Dr. Fr. Kunstmann Mainz 1844 p. 56. Beda de remediis peccatorum, ibid. p. 135. Similia in aliis libris poenitentialibus leguntur.

(1) Ibid. p. 146.

(2) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 21 Opp. Meurs. t. I. p. 440.

(3) S. Hieron. ep. 127.

(4) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 77 Opp. Meurs. p. 537.

(5) Vita S. Pachomii cap. 1, AA. SS. Boll. Mai. T. III p. 297.

(6) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 2 Opp. Meurs. l. l. p. 349.

(7) Ibid. cap. 76 p. 537.

(8) Ibid. cap. 73 p. 536.

(9) VV. PP. Rosw. lib. X cap. 199 p. 927, 2.

(10) Cf. infra Caput IV.

(11) Sozom. Hist. Eccles. lib. VI cap. 29 ed. Vales. p. 681.

(12) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 29 p. 453.

(13) Dial. I cap. 15 Galland. Bibl. PP. T. VIII p. 407, 1, Migne Patrol. T. XX p. 193.

Digitized by Google

Memphis (1) est; nam desertum Memphi contiguum vix extremum vocaveris. Ac desertum, in quo anachoreta vivebat, a Nitria longe distare cum Sulpitius Severus ipse narrat, tum inde patet, quod illi Nitriae monachi septimo demum mense id invenerunt (2). Blembos vero Sulpitius Severus Blemmyes vocare videtur, Strabone testante (3) Aethiopum subditos, **102** Aegyptiis finitimos. Etenim Sulpitius Severus paullo post, adolescentem quendam, quum in Aegypto tribunus esset, *frequentibus adversum Blembos expeditionibus* quaedam eremi loca contigisse (4), narrat. Quae expeditiones quin contra Blemmyes nomades, finium Aegypti accolas, factae sint, vix dubium est (5). Sed Macarium Alexandrinum duodecim annos in ista Blemmyum eremo anachoretam vixisse, id quod alibi non traditur, solo Sulpitio teste non crediderim; is enim rem fama accepit, quam Palladio Paphnutius, Macarii discipulus, retulit, qui Macarium, quum catulis oculos restitueret, *domi in aula cellae ipsius* sedisse dixit. Familiaritatis autem senum cum feris plurima exempla inveniuntur (6). Ludolfus quoque quum saec. XIV Palaestinam inviseret, de terris Jordani adiacentibus haec tradidit : « Supra fluxum Jordanis sunt plurima Graecorum et Schismaticorum monasteria et eremitoria gratiosa. Juxta eundem fluxum innumerabilia cernuntur animalia silvestria parva et magna omni vespere se adaquantia, specialiter leones, vulpes, capreoli, cervi et lepores, capri silvestres et huiusmodi animalia, quae iuxta homines incedunt ut animalia domestica. In eodem loco temporibus meis trans ripam Jordanis leo adsidue esse solebat, et homines transeuntes aspexit et cauda blandiens more canis et non fugit, nec de die alicui aliquid damni intulit. Tandem quidam sagittarius noster, volens eum terrere et irritare, sagittam emisit. Leo se non movebat, sed ad sagittam adorabat, et cum ille denuo sagittam emitteret, leo se directe contra sagittam erexit, quasi ore et pedibus eam capere desideraret. Postmodum in hoc loco non est visus leo, sed quam plurima damna intulit hominibus et iumentis (7). »

Porro causam, cur Macarius, ex quo baptizatus est tempore, septuaginta annis humi non spuerit, aliam nisi ut continentiam ostenderet, non invenio. Sed pili barbae ob nimiam exercitationem etiam Joanni in Lyco non enati esse leguntur (8). Ultima denique ista narratio de cogitationibus, quae Palladium abire iusserint, quod nihil ageret in solitudine, varie exculta alibi quoque occurrit (9).

§ 24. Et haec quidem ad caput Palladii de Macario Alexandrino illustrandum dicenda erant. Restat, ut quatuor narrationes, quibus textum a Meursio editum Hervetique versionem in illo capite codicibus Vindobonensibus ceterisque versionibus locupletiorem esse docuimus, examinemus. Quae quidem capitis initio post Palladii verba, Macarii Alexandrini **103** alia se ipsum vidisse opera et signa, alia se ab iis, qui una cum eo vixerint, didicisse, ita leguntur :

« Is quum apud patrem Antonium magnum electos quondam palmae ramos, quos ille tractabat, vidisset, unum ab eo manipulum ramorum petiit. Cui Antonius : Scriptum est, inquit, Non concupisces res proximi tui. Quod solum quum dixisset, rami omnes statim tanquam igni torrefacti sunt. Id ubi Antonius vidit, Macario, Ecce, inquit, spiritus requievit super te, erisque mihi deinceps haeres virtutum mearum.

« Eundem corpore valde defatigatum in solitudine diabolus invenit, eique : Ecce, inquit, gratiam Antonii accepisti; cur tandem non uteris dignitate, atque a Deo cibum et vires ad iter ingrediendum petis? Hic autem respondit : Virtus mea et laus mea Dominus. Tu autem ne tentaveris servum Dei! Fecit ergo diabolus, ut ei phantasma appareret, camelus onera baiulans et errans per solitudinem, habens omnia ad usum necessaria. Quae

(1) VV. PP. Rosw. lib. IV cap. 8 p. 540, 2.

(2) Dial. I, l. l.

(3) Geograph. lib. XVII initio.

(4) Dial. I cap. 22 Galland. Bibl. PP. l. l. 408, 2, Migne l. l. p. 197.

(5) Plinius (Nat. Hist. V, 8) Blemmyas gentem in confinibus Aegypti habitantem perhibet, « quibus traduntur capita abesse, ore et oculis pectori affixis. » Vopiscus in Probo 17 : « Blemmyas, » inquit, « etiam subegit, quorum captivos Romam transmisit. Qui mirabilem sui visum stupente populo Romano praebuerunt. » Cf. Vopisc. Aurelian. 33. 41.

(6) Nonnulla legis in Sulpitii Severi Dial. I. capp. 13. 14. Alia multa in VV. PP. occurrunt.

(7) Ludolfi rectoris ecclesiae parochialis in Suchem *De itinere sanctae terrae* liber. Nach alten Handschriften berichtigt herausgegeben von Dr F. Deyks. Stuttg. 1851 p. 89 sq.

(8) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 44 Opp. Meurs. l. l. p. 473.

(9) VV. PP. Rosw. lib. III capp. 106. 107. 108; lib. V libell. 7, 35.

Digitized by Google

quidem prope Macarium, quem viderat, adsedit. Ipse phantasma esse, ut erat, suspicatus substitit ad orandum, atque extemplo camelus terra absorpta est.

« Idem Macarius πολιτικός quondam venit ad Macarium magnum. Ambo quum Nilum essent transmissuri, evenit, ut maximum pontonem ingrederentur, in quem intrarunt tribuni cum magno fastu, qui rhedam habebant totam aeneam, et equos frenis aureis instructos, ac milites quosdam satellites puerosque torquibus et aureis zonis ornatos. Tribuni igitur monachos conspicati veteribus pannis indutos, qui in angulo sedebant, simplicitatem eorum beatam praedicarunt; unusque ex tribunis : Beati, inquit, vos estis, qui mundo illusistis. Cui Macarius πολιτικός respondit dicens : Nos quidem mundo illusimus, vobis autem illusit mundus. Scito tamen non tua sponte, sed prophetice te hoc dixisse ; etenim ambo Μακάριοι vocamur. Quo sermone compunctus tribunus, simulatque domum venit, exutis vestibus vitam monachicam delegit multasque fecit eleemosynas.

« Alias missam, qua vesci cupierat, uvam recentem, continentiam ostendens suam, ad fratrem quendam aegrotantem, qui **104** idem uvas desiderabat, misit. Atque hic uvam summa cum laetitia acceptam alii fratri eundem cibum appetenti obtulit. Sed et hic, uvam nactus, idem fecit, etsi ipse ea vesci valde cupiebat. Quum vero deinceps ad multos fratres uvae pervenissent, nec ullus eas edere voluisset, ultimus, qui acceperat, eas ad Macarium remisit, tanquam magnum ei donum largiturus. Qui cognitis uvis reque curiose inquisita miratus gratias Deo ob tantam illorum continentiam egit, nec ipse quidem eas comedit. »

Vides, ex quatuor hisce narrationibus duas priores ad Macarium S. Antonii, cuius dignitatem quasi haereditarie acceperat, discipulum spectare, ceteras vero duas ad Macarium πολιτικόν, i. e. ex urbe oriundum, quo nomine Sozomeno teste (1) Macarius Alexandrinus, ex urbe Alexandria oriundus, appellatur. Ac duae illae priores narrationes alibi non reperiuntur; reliquae vero bis, altera quidem de tribunis libro secundo (2) et sexto (3), altera de uva libro secundo (4) et tertio (5) Rosweidianae collectionis ita leguntur, ut ex eodem graeco fonte eas manasse probabile sit. Nomen *urbicus* (6) Macario non quidem in libro secundo, sed in libro sexto inditum est; in Historia Lausiaca autem, ut mox videbimus, nomen πολιτικός semel ei tribuitur. Quare posteriores duae narrationes quin ad Macarium Alexandrinum spectent, vix dubium esse potest, idque solum, num duae priores de eodem referant, quaeritur. Quod inde pendet, num Macarius, S. Antonii discipulus eiusque haeres virtutum, unus ex nostris Macariis fuerit. At hoc non fuisse, infra dilucide probabimus. Ergo duas priores narrationes ad nostros Macarios non pertinere (7) sponte patet.

105 § 25. His igitur, quae in codicum ac singularum Historiae Lausiacae editionum versionumque capite : De Macario Alexandrino leguntur, in medium prolatis, iam ut ad ceteros etiam Lausiacae locos, quibus Macariorum mentio fit, animum advertamus, ordo disputationis postulare videtur. Quibus quidem non Macarius Aegyptius, sed Macarius Alexandrinus aliive Macarii memorantur.

Ac primum quidem Macarius ille presbyter, ptochotrophii Alexandrini praefectus et ab adolescentia lapidarius, de quo Palladius narrat (8), cum nostris duobus Macariis ne confundatur. Nec non ille iunior Macarius, qui iuvenis undeviginti annorum caedem involuntariam fecerat (9), ab illis distinguendus est. Macarius Alexandrinus (10) autem memoratur in capite Περὶ Παύλου inscripto, quod e codicibus Vindobonensibus latine redditum apponimus :

« Mons est in Aegypto abducens in vastam Scetis solitudinem, qui Pherme appellatur; in quo viri fere quingenti sedent, qui exercentur. Ex quibus Paulus, monachus optimus, toto tempore suo hanc vitam agebat.

(1) Sozom. Hist. Eccl. lib. III cap. 14 ed. Vales. p. 515.

(2) Cap. 29, VV. PP. Rosw. p. 482, 1.

(3) Libell. III, 15 p. 656, 2.

(4) Cap. 29 p. 481, 1.

(5) Cap. 42 p. 507, 2.

(6) In Nicephori Callisti Eccles. Hist. lib. IX cap. 14 versione latina legitur : *Macarius urbanus.*

(7) Illam uvae historiam nimis libere exposuit H. Bone in Legendis poetice descriptis.

(8) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 7.

(9) Ibid. cap. 18.

(10) Palladium secutus iuniorem illum Macarium a nostris Macariis bene distinguit Sozomenus Hist. Eccl. lib. IV cap. 29 ed. Vales. p. 681. Sozomenum sequitur Nicephorus Callistus Eccl. Hist. lib. XI cap.

Digitized by Google

Nunquam opus attigit, nec negotium suscepit, neque ab aliquo unquam accepit quidquam, praeter quod ipso die comederet. Opus autem exercitationis eius fuit orare perpetuo. Atque statutas habebat preces trecentas, quas hoc modo numeravit : calculos collectos sinu tenuit, quorum unum post unamquamque orationem abiecit. Vir utilitatis ac colloquii spiritualis gratia convenit sanctum Macarium πολιτικόν, cui : Abba, inquit, Macari, affligor valde. Qui dicere eum coegit causam, ob quam tristaretur. Is igitur : In vico quodam, inquit, virgo habitat, quae tricesimo anno iam exercetur. Quam multi mihi narrarunt nullo alio die nisi sabbato et dominica cibum sumere, sed toto **106** tempore trahens hebdomadas ac post quinque dies comedens orationes facit septingentas. Hoc quum didicerim, reprobavi me ipse perpendens, me, hominem maioribus, quam illa, corporis viribus instructum, plures trecentis orationibus facere non potuisse. Respondens sanctus Macarius : Ego, inquit, sexagesimum ago annum, ex quo statutas centum orationes facio, eaque, quae sunt ad alimentum necessaria, meis mihi manibus comparo, ac fratribus debitam me adeundi copiam reddo, nec me mea conscientia indicat negligentem esse. Tu vero, quum trecentas orationes faciens a conscientia iudicaris, aut non pure eas te facere prodis, aut, quamvis plures facere possis, non facere (1). »

Hic Macarius πολιτικός i. e. Alexandrinus appellatur. Quod cognomen, Sozomeno teste, Macario, ut vidimus, Alexandrino inditum, hoc tantum Historiae Lausiacae loco legitur. Sed ad illa Macarii verba animadvertas dicentis, sexagesimum agi annum, ex quo eam sibi vitae regulam praescripserit. Unde Macarium, qui annos quadraginta natus baptismum susceperat, anno vitae suae centesimo h. e. eodem fere tempore, quo una cum eo Palladius in Cellulis vixit, illud Paulo seni responsum dedisse, perspicuum est. Pherme autem mons, qui in solitudinem Scetis vergebat, a Cellulis haud multum abfuit. E quibus etiam denuo conficitur, istud caput, quod sub indice : *De Marco* in codicibus plurimisque editionibus supra (2) egimus, ad solum Macarium Alexandrinum esse referendum. Porro capite subsequente (3) Historiae Lausiacae, quod Περὶ Εὐλογίου καὶ τοῦ λελωβημένου καὶ τῆς χρίσεως τοῦ ἁγίου Ἀντωνίου inscribitur, Macarius S. Antonii discipulus nominatur a Cronio quodam, qui Palladio haec retulit : « Est autem [mons S. Antonii] inter Babylonem et Heracleam situs in vasta solitudine, quae fert ad **107** mare Rubrum ac triginta fere milliaria distat a fluvio. Ad monasterium igitur quum venissem prope fluvium situm ac Pispir vocatum, ubi discipuli eius sedebant Macarius et Amatas, qui etiam sanctum Antonium defunctum sepelierunt, quinque diebus, ut sanctum Antonium convenirem, exspectavi. Qui ad hoc monasterium modo post decem, modo post viginti, interdum et post quinquaginta dies accedere dicebatur, prout Deus eum ageret ad subveniendum iis, qui eo advenerant. Varii autem fratres ob varias necessitates conveneramus, ex quibus et Eulogius Alexandrinus fuit, cum eoque alius membris mancus. » Tum causa, cur Eulogius mutilatum hominem ad monasterium « Magni » adduxerit, exposita Palladius ita pergit : « Evenit, ut altero die magnus Antonius, chlamyde, sicut Cronius narravit, pellicea amictus sero vesperi veniret. Atque ingressus est monasterium suum. Hac autem in Macario discipulo suo de iis, qui advenerant, interrogando utebatur consuetudine, ut monachos vocaret Hierosolymitanos, saeculares vero Aegyptios. Magnus igitur : Macari frater, inquit, veneruntne huc aliqui fratres? Respondit : Venerunt. Ille : Suntne Aegyptii, an Hierosolymitani? Eique signum dederat, ut eos, quibus minus negotii esset, Aegyptios esse diceret. Atque ad Aegyptios quod spectat, Macario : Para, inquit, lentem, et da iis comedere. Deinde cum iis orationem faciebat, eosque dimittebat. Tunc Macarius de nobis ob mutilatum illum respondit : Mixti adsunt. Sin dicebat : Hierosolymitani sunt, sanctus per totam noctem sedebat, ad eosque, quae ad salutem pertinent, loquebatur. Illa autem vespera Magnus sedens omnes arcessivit...(4)»

Hic igitur Macarius S. Antonii minister fuit, atque in coenobio Pispiritano, quod est prope

(1) Textus graecus legitur infra in harum Quaestionum Appendice priore sub III, 1. Cf. Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 23, 24.

(2) § 19 p. 78 sqq.

(3) Cf. *Palladii Historiam Lausiacam ad codicis Vindobonensis fidem breviter delineatam* infra nostrae editioni Historiae Lausiacae praepositam.

(4) Textus graecus est infra in harum Quaestionum Appendice priore sub III, 2.

Digitized by Google

mare Rubrum, habitavit, Macariis Aegyptio et Alexandrino in eremis Libyae degentibus. Quem quidem S. Antonii ministrum non fuisse Macarium Aegyptium, ex iis, quae de hoc Palladius retulit, satis colligitur. Neque Macarium Alexandrinum fuisse eum probabile est, quod, si fuisset, **108** Palladius in capite : « De Macario Alexandrino » inscripto id laudare non omisisset. Sed S. Antonii ministrum alium omnino illius temporis Macarium fuisse, ex iis, quae infra de eo disseremus, clare patebit.

Denique Macarius presbyter memoratur in capite, quod inscribitur : Περὶ Οὐάλεντος. Cuius partem e codicibus Vindobonensibus desumptam ac latine redditam adscribere liceat : « Valens quidam, genere Palaestinus, in solitudinem profectus longum tempus nobiscum habitavit. Qui quum maxima vivendi severitate summam asceticam vitam suscepisset, vana de se opinione ac superbia a daemone irrisus et tali perniciosa animi calamitate brevi tempore deceptus est, ut angelos cum ipso conversari, et in quovis ministerio ipsi inservire iactaret. Is quondam sportam consuens, ut eius socii narrarunt, vesperi, quum multae tenebrae essent, acum, qua consuebat, amisit. Qua non inventa, daemon ei lampadem fecit, qua acum reperit, ita ut miser iste magis etiam vano tumore inflaretur. Dei autem providentia fraternitati calamitas eius citius manifesta facta est. Nam accidit, ut hospites quidam fratribus fructus aestivos afferrent. Quorum manipulum dominus Macarius presbyter unicuique in cellulam misit, pariterque misero Valenti. Hic eum, qui attulerat, verberavit et contumelia afficiens : Dic, inquit, Macario : Te deterior non sum, quod tu mihi munera mittas. Quum igitur sanctus Macarius eum deceptum esse cognovisset, abiit ad eum cohortandum, et : Valens frater, inquit, illusus es ; desine et deprecare Deum ! Qui admonitionem eius non audivit, sed inobediens oblocutus est. Diabolus igitur quum compertum haberet, maximam sibi fidem eum habuisse, figuram Salvatoris induit, et noctu ad eum in phantasmate cum mille daemonibus lampadas ferentibus venit, rotamque igneam ostendit, in qua media Salvatoris figuram simulavit. Unus autem accito : Dilexit te, inquit, Christus ob vitae tuae integritatem institutumque tuum et advenit, ut te videat ; egredere e cella eumque, si procul stantem videris, procumbens adora. Egressus igitur e cella comitatum vidit **109** lampadas ferentium et spatio fere stadii Antichristum, quem procumbens adoravit. Miser autem tantopere subactus et deceptae mentis fuit, ut die subsequente veniret in ecclesiam et coram omnibus diceret : Mihi communione opus non est ; Christum enim vidi hodie. Tunc patres comprehensum eum per tempus aliquod ferro vinxerunt. Cui continuis deinde precibus pro eo factis et multimoda despectione vitaque austeriore vanam opinionem ademerunt, ita ut sanaretur. Contrariis enim contraria conveniunt medicamenta (1). »

Macarius ille presbyter Valentem corripiens et admonens, quin Macarius Alexandrinus, presbyter Cellularum, fuerit, dubitari vix potest. Nam Valentem in solitudine, in qua Palladius vixit, h. e. in Cellulis, longo tempore habitasse legimus. Sequitur narratio de Herone, qui « beatum Evagrium » consimili contumelia affecit (2). Ubi Hervetus in margine adscripsit, Evagrii loco in aliis codicibus « Macarium presbyterum » legi (3). Quae corruptela procul dubio inde nata est, quod capite antecedente de Macario presbytero, in quem Valens superbiisset, narratum erat. Editionum quoque versionumque locis illis nomina : Macarius πολιτικός, Macarius S. Antonii discipulus, Macarius presbyter, eadem reperiuntur ; antiqua autem versio historias de Paulo et de Valente omisit.

Iam ergo ad finem rerum de Macario Alexandrino e libro Palladii cognoscendarum pervenimus. Transeamus igitur ad Rufini testimonia de Macariis Aegyptio et Alexandrino.

CAPUT IV.

RUFINUS DE SANCTIS MACARIIS AEGYPTIO ET ALEXANDRINO.

§ 26. In libro secundo VV. PP. collectionis Rosweidianae de Macariis haec leguntur : « Narrabant autem nobis **110** quidam ex pa-

(1) Textus graecus legitur infra in harum Quaestionum Appendice priore sub III. 3. Cf. Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 32.

(2) Textus graecus exstat infra in harum Quaestionum Appendice priore sub III, 4 ; Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 33.

(3) VV. PP. Rosw. p. 731, 1.

Digitized by Google

tribus, qui ibi [in Cellulis] erant, quod in locis illis duo Macarii quasi duo coeli luminaria refulsissent, ex quibus unus Aegyptius genere et discipulus beati Antonii fuit, alius Alexandrinus. Quibus ut vocabula nominis, ita virtutes animi et coelestium gratiarum magnificentia concordabat. Uterque enim Macarius, uterque abstinentiae exercitiis et virtutibus animi aequaliter pollens; hoc solo alius praecellens, quod quasi haereditatem gratiarum et virtutum beati Antonii possidebat (1). »

En Macarium Aegyptium S. Antonii magni discipulum virtutumque eius quasi haeredem! Quam rem antequam expediamus, reliqua, quae de Macario Aegyptio in libro secundo subiunguntur, audiamus :

« Hinc denique ferunt, aliquando quum homicidium in locis vicinis fuisset admissum et innocenti cuidam impingeretur crimen admissi, confugisse ad eius cellulam eum, qui calumniam patiebatur. Adfuisse etiam eos qui perurgebant, allegantes et dicentes, periclitari se ipsos, nisi comprehensum legibus traderent homicidam. Is vero, cui crimen impingebatur, cum sacramentis affirmabat, conscium se non esse sanguinis illius. Et cum diu ab utraque parte certamen haberetur, interrogabat sanctus Macarius, ubi sepultus esset qui dicebatur occisus. Cumque designassent locum, cum omnibus, qui ad perurgendum hominem venerant, pergit ad sepulchrum, atque ibi fixis genibus, invocato Christi nomine, ait ad eos, qui astabant : Nunc Dominus ostendet, si vere reus est hic, qui perurgetur a vobis. Et elevata voce ex nomine clamat defunctum. Cumque ei de sepulchro vocatus respondisset, ait ad eum : Per fidem Christi te obtestor, ut dicas, si ab hoc homine, qui calumniam patitur, occisus es? Tunc ille de sepulchro clara voce respondit dicens : non se esse ab eo interfectum. Et cum obstupefacti omnes decidissent ad terram ac pedibus eius advolverentur, rogare coeperunt, ut interrogaret eum, a quo esset occisus. Tunc ille : Hoc, inquit, non interrogabo; sufficit enim mihi, ut innocens liberetur; non est autem meum, **111** ut reus prodatur (2). » Sequuntur tres narrationes de puella in equam mutata, de puella minore, cuius ex corpore vermium innumera multitudo ebulliebat, et de mortuo homine ad Hieracitam haereticum refellendum resuscitato : quae tria Macarii Aegyptii miracula iam ex Palladio cognovimus (3). Finitur demum narratio libri secundi de Macario Aegyptio his verbis : « Multa etiam et alia ferebantur de eo, quae nimis prolixa sunt ad scribendum, sed ex his paucis etiam cetera eius opera noscuntur (4). »

Nemo profecto dubitabit, quin hic Macarius Aegyptius idem sit, de quo supra retulit Palladius. Quare iure offendit, quod Macarius Aegyptius libro secundo S. Antonii discipulus gratiarumque eius ac virtutum quasi haeres vocatur, cuius dignitatis Palladius nullam plane mentionem fecit. Etenim legimus quidem in Meursiana Historiae Lausiacae editione de Macario quodam, quem virtutum suarum haeredem fore S. Antonius ipse praedixerit; sed locum spurium esse censuimus, narrationemque Macario Alexandrino ab interpolatore tributam Pispiritano magis, quam nostris convenire Macariis (5). De Macario autem Aegyptio nihil omnino eiusmodi memoratum hucusque invenimus.

Rem a Socrate expediri haud temere credideris, qui quum reliqua, quae de Macariis refert, ex libris Evagrii mutuatus sit, haec e libro secundo assumpsisse videtur : « Porro inter monachos, qui eo tempore vixerunt, duo fuere sanctissimi eodem nomine nuncupati; uterque enim Macarius dicebatur. Quorum alter ex superiore Aegypto, alter ex urbe Alexandria erat oriundus. Ceterum ambo prae ceteris illustres fuerunt tum propter abstinentiam, tum ob mores et conversationem, tum ob miracula, quae per eorum manus perpetrabantur. Aegyptius quidem Macarius tot sanavit aegros, tot obsessos a daemonibus liberavit, **112** ut, quae per gratiam Dei gessit, separatum opus desiderent (6). » Quae quidem Socratis verba ita cum libro secundo concinunt, ut suspicari liceat, illud, quod narratur, Macarium Aegyptium S. Antonii discipulum virtutumque eius quasi haeredem fuisse, in genuino graeco libri secundi textu, quo So-

(1) VV. PP.. Rosw. lib. II cap. 28 p. 479, 2. Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 193, Migne Patrol. T. XXI p. 449 sq.

(2) VV. PP. Rosw. l. l.; Rufini Opp. ed. Vallarsi l. l., Migne l. l. p. 450.

(3) Cf. supra Caput II §§ 12. 13. 14. 17.

(4) VV. PP. Rosw. l. l. p. 480, 2; Vallarsi l. l. p. 196, Migne l. l. p. 452.

(5) Cf. supra Caput III p. 102 sqq.

(6) Socr. Hist. Eccl. lib. IV cap. 23 ed. Vales. p. 234.

Digitized by Google

crates utebatur, non inventum, sed Rufini interpretis fortasse commentum esse, aut postmodum a manu interpolatrice esse adiectum.

Rufinum quidem inter duos Macarios, quos in Continuatione Historiae Ecclesiasticae Eusebii vocat (1), Macarium Alexandrinum retulisse ex contextu apparet; quum vero Isidorum, Heraclidem, Pambum idem discipulos S. Antonii appellet, hoc vocabulum sensu latiore accipiendum esse videtur. Neque minus in Apologia [Invectiva] II (2) Rufinus « Macarium Antonii discipulum » et « alterum Macarium » commemorat, ubi tamen utrum Macariorum vel num omnino unum ex nostris dixerit, non intelligitur. Quare *Macarium Aegyptium* a Rufino S. Antonii discipulum proprie vocari, certo non constat.

Atque Macarium Aegyptium S. Antonii discipulum fuisse praeter librum secundum solus Makrizius habet. Makrizius eum a S. Antonio veste monachorum indutum et in Wadi-al-Natrun i. e. in vallem Nitriae [deserta Scetis] missum esse, ex traditione fortasse coenobii Macariani retulit (3). Cui tamen aperte obloquuntur historiae libri quinti VV. PP. Rosw. (4) et Apophthegmatum Cotelerii (5), quibus Macarium Aegyptum sponte in Scetim abiisse, neque nisi posteriore tempore S. Antonium invisisse traditur.

Quapropter e verbis libri secundi nihil certi colligi posse videtur, nisi quod et ex ceteris fontibus efficiatur, Macarium interdum ex ore S. Antonii, quem viserat, instituta vitae **113** monachicae percepisse eumque laude virtutum paene aequiparasse.

His expositis solum restat quod moneam, narrationem, quam attulimus de mortuo ad purgandum hominem, qui homicidii falso accusabatur, a Macario resuscitato fere ad verbum in libro tertio legi, ubi tamen in fine post verba : « non est autem meum, ut reus prodatur, » haec adduntur : « forsitan enim compungetur adhuc pro scelere quod commisit, et aget poenitentiam, ut salvetur anima eius (6). »

§ 27. Quum de Macario Alexandrino in Continuatione Historiae Ecclesiasticae Eusebii Rufinus ipse exposuerit, eam primum excutiamus. Ubi de Lucii Arianorum episcopi persecutionibus in eremitas verba faciens postquam scripsit : « Per idem tempus patres monachorum vitae et antiquitatis merito Macarius et Isidorus aliusque Macarius atque Heraclides et Pambus Antonii discipuli per Aegyptum et maxime in Nitriae deserti partibus habebantur . . . (7), » hanc postea subiungit historiam : « Ante aliquantulum vero temporis caecus quidam rogabat deduci se ad cellulam Macarii, quae erat in deserto, itinere trium dierum. Quo posteaquam caecus multo ductantium labore pervenit, Macarium non reperit domi. Contristatus valde nullatenus mitigare moestitiam poterat, sanitatis solatio carens. Tum vero fervore fidei concalescens : Deprecor, inquit ad eos qui deduxerant, applicate me ad illam partem parietis, ubi cubare senior solet. Et cum fuisset admotus, parum luti aridi, unde paries oblitus videbatur, assumens palmae suae superposuit. Rogat etiam, ut aquam de puteo, ex quo bibere solebat, haurirent. Quo humore resolvens glebulam eodemque luto oculos suos superungens, et lavans de aqua quae hausta fuerat, repente recepit visum, ita ut nullo indigens adminiculo rediret ad sua. Sed ne secundum leprosos illos ageret, quos a se curatos in Evangeliis ingratos Dominus notat, cum omni domo sua regressus et Deo **114** gratias referens rem, ut gesta fuerat, indicavit (8). » Tum historiam tradens leaenae eiusque caecorum catulorum, quos Macarius sanavit, Rufinus his concludit verbis : « Verum si singulorum mirabilium gesta prosequi velimus, excludimur a proposita brevitate, maxime cum haec narrationem proprii habere operis mereantur (9). » Morbus ille oculorum et caecitas hodie quoque in

(1) Rufini Hist. Eccl. lib. II cap. 4 ed. Basil. 1544 p. 242, Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 271, Migne Patrol. T. XXI p. 511.

(2) Rufini Apologia [Invectiva] in S. Hieronymum lib. II cap. 12, Opp. ed. Vallarsi p. 367, Migne Patrol. T. XXI p. 594, S. Hieron. Opp. ed. Bened. T. IV P. II p. 424.

(3) Makrizi Geschichte der Copten, ed. 1. p. 40.

(4) Lib. V libell. 7, 9.

(5) Apophth. de Macario Aegyptio cap. I. IV. XXVI. Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 526. 530. 540; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(6) VV. PP. Rosw. lib III cap. 41 p. 507, 2.

(7) Cf. supra Caput. I § 6 p. 16.

(8) Rufini Hist. Eccles. lib. II cap. 4 ed. Basil. l. p. 242 sq., Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 271, Migne l. l. p. 512.

(9) Ibid. ed. Basil. l. p. 243, Vallarsi p. 272, Migne l. l.

Digitized by Google

Aegypto et in Libya creberrima sunt (1). De Macario autem Alexandrino Rufinum ibi narrare, indicat liber secundus, ad quem nunc venimus.

§ 28. Scriptor libri secundi VV. PP. collectionis Rosweidianae, postquam de Macario Aegyptio retulit, de Alexandrino narraturus ita incipit : « Alius vero sanctus Macarius magnificas etiam ipse virtutes consummavit, de quibus et alii nonnulla scripserunt, quae sufficere possint ad virtutum eius magnitudinem contuendam, et ideo nos ea compendio praeterimus (2). » Ad quosnam de Macarii Alexandrini virtutibus scriptores spectet, quaeres. Sine dubio ad Palladium respicere nequit, quippe qui Historiam Lausiacam multo post scripserit. Quare soli relinquuntur Rufinus in Continuatione, quam attulimus, et Timotheus episcopus († 385) (3), quem complurium monachorum vitas literis mandasse Sozomenus tradit (4). Istis autem verbis libri secundi scriptor quinque subiungit historias, quarum tres iam apud Palladium invenimus, de viso scilicet monumento magorum, quae primo, de uva, quae secundo, et de congressu cum duobus tribunis, quae ultimo loco legitur. Sed inter primam illam alteramque narrationem loci, quem Macarius inhabitavit, hanc descriptionem interponit :

« Locus autem, in quo habitabat ipse sanctus Macarius, Scithium appellatur. Est autem in eremo vastissima positus, diei et noctis iter habens de Nitriae monasteriis, et hoc **115** nulla semita, neque terrenis aliquibus colligitur vel monstratur indiciis, sed stellarum signis et cursibus pergitur. Aqua raro invenitur, et sicubi inventa fuerit, odoris quidem dirissimi est, et quasi bituminea, sed saporis innoxii. Sunt ergo ibi viri valde perfecti; nec enim patitur tam terribilis locus nisi perfecti propositi habitatores summaeque constantiae; charitatis tamen inter se et erga omnes, si qui forte ad eos accesserunt, summum studium gerunt (5). »

Etsi e Palladio didicimus, e tribus cellis, quas Macarius Alexandrinus habuit, unam in Scete sitam fuisse (6), ostendit tamen, quod iam simpliciter in Scete habitasse dicitur, id quod eodem Palladio auctore proprie ac stricte de solo Macario Aegyptio valet. Sed quum scriptor libri secundi de habitatione Macarii Aegyptii nihil referat, haud temere colligi videtur, scriptorem aut confudisse hac in re Macarium Aegyptium cum Alexandrino, aut de habitatione Macarii Alexandrini non accurate edoctum fuisse. Palladio enim, qui tres annos una cum Macario Alexandrino vixit, in ea re maiorem fidem adhibendam esse plane patet.

Descriptio autem ista Scetis solitudinis, cum quantis difficultatibus monachis, qui eam inhabitabant, dimicandum fuerit, satis ostendit. Quae quidem eadem descriptio in libro sexto (7) legitur. Atque asperrima etiam in Cellulis vita obtinuisse videtur, quoniam perfectiores Nitriae montis monachi eo se recipiebant, singulique cellis ita inter se distantibus, ut alter alterum nec videre nec voce assequi posset, utebantur (8). Monasteria denique Nitriae montis, in quibus fere quinque millia virorum cum octo loci presbyteris vivebant, quam praeclare instituta fuerint, Palladius exposuit (9).

116 Restat, ut duas illas narrationes, quas nobis de Macario Alexandrino liber secundus novas exhibet, afferamus. Haec igitur post historiam, quae de uva agit, scripta reperimus :

« Ad fidem namque confirmatum nobis de eo est ab his, qui ex ore eius audierant, quod quodam tempore noctis daemon ad ostium cellulae eius pulsaverit dicens : Surge, abba Macari, et eamus ad collectam, ubi fratres ad vigilias congregantur. Sed ille, qui gratia Dei repletus falli non poterat, intellexit, diaboli esse fallaciam, et ait : O mendax et veritatis inimice! quid enim tibi consortii, quid societatis est cum collecta et congregatione sanctorum? At ille : Latet ergo te, inquit, o Macari, quod sine nobis nulla collecta agitur nullaque congregatio monachorum? Veni denique et videbis opera nostra. Tunc ille : Imperet, inquit, tibi Dominus, daemon immunde. Et

(1) Minutoli l. l. p. 31 sq. Tischendorf l. l.

(2) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 29 p. 480, 2; Vallarsi l. l. p. 196, Migne Patrol. l. l. p. 452 sq.

(3) Tillemont Mémoires T. VI P. II p. 649.

(4) Sozom. Hist. Eccl. lib. VI cap. 29 ed. l. p. 680.

(5) VV. PP. Rosw. l. l. p. 481, 1; Vallarsi l. l. p. 197, Migne l. l. p. 453

(6) Supra Cap. III p. 69. cf. p. 89.

(7) VV. PP. Rosw. lib. VI libell. 3, 15 p. 656, 2

(8) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 22 p. 478. cf. Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 70 Opp. Meurs. l. l. p. 532.

(9) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 8 Opp. Meurs. l. l. p. 560 sq.

Digitized by Google

conversus ad orationem petiit a Domino, ut sibi ostenderet, si hoc verum esset, quod gloriatus est daemon. Abiit ergo ad collectam, ubi a fratribus vigiliae celebrantur, et iterum in oratione Dominum deprecatur, ut sibi veritatem verbi huius ostendat. Et ecce, vidit per totam ecclesiam quasi parvulos quosdam puerulos Aethiopes tetros discurrere huc atque illuc, et velut volitando deferri. Moris est autem inibi sedentibus cunctis ab uno dici psalmum, ceteris vel audientibus vel respondentibus. Discurrentes ergo illi Aethiopes pueruli singulis quibusque sedentibus alludebant, et si cui duobus digitulis oculos compressissent, statim dormitabat; si cui vero in os immersissent digitum, oscitare eum faciebant. Ubi vero post psalmum ad orandum se proiecissent fratres, percurrebant nihilominus singulos, et ante alium iacentem in oratione quasi mulierum specie ferebantur, ante alium quasi aedificantes atque portantes aliquid, ac diversa quaeque agentes apparebant. Et quaecunque daemones quasi ludendo formassent, haec orantes illi in cordis sui cogitatione versabant; a nonnullis tamen, ubi aliquid horum agere coepissent, quasi vi quadam repulsi praecipites deiiciebantur ita, ut nec stare quidem prorsus aut transire iuxta eos auderent. Aliis vero **117** etiam infirmis fratribus supra cervices et dorsa ludebant, quia non erant in oratione sua intenti. Haec cum vidisset sanctus Macarius, ingemuit graviter, et lacrymas profundens ad Dominum: Respice, ait, Domine, et ne sileas, neque mitigeris Deus. Exsurge, ut dispergantur inimici tui, et ut fugiant a facie tua; quoniam anima nostra repletur illusionibus. Post orationem tamen examinandae veritatis gratia seorsum evocatis singulis quibusque fratribus, ante quorum faciem viderat daemones diverso habitu et variis imaginibus ludentes, requirit ab eis, si in oratione vel aedificandi cogitationes habuerint, vel iter agendi, vel alia diversa, quae unicuique imaginata per daemones viderat, et singuli eorum ita confitebantur in corde suo fuisse, ut ille arguebat. Et tunc intellectum est, quod omnes vanae et superfluae cogitationes, quas vel psalmorum vel orationum tempore unusquisque conceperit, ex illusione daemonum fiant; ab his autem, qui omni custodia cor suum servant, tetri repelluntur Aethiopes. Deo enim coniuncta mens et in ipso tempore praecipue orationis intenta, nihil alienum, nihil superfluum recipit (1). » Animadverte, eandem rem ad verbum in Rosweidjanae collectionis libro tertio haberi (2). Ad collectam, graece σύναξιν, qua omnis conventus ad quodvis sacrum ministerium intelligitur (3), Cellularum monachi solo die sabbati et dominica conveniebant, ceteris vero diebus singuli in cellis suis remanebant (4). Sed altera in libro secundo haec narratio sequitur :

« Aliud quoque multo terribilius addebat, quod vidisset eo tempore, quo fratres accedebant ad sacramenta : ubi porrexissent ad suscipiendum palmas, in nonnullorum manibus praevenientes Aethiopes carbones deponere, corpus autem, quod tradi sacerdotis manibus videbatur, redire ad altare : aliis vero, quos meliorum merita iuvabant, extendentibus manus ad altare longe recedere daemones et cum ingenti **118** metu refugere. Angelum enim Domini assistere cernebat altari, qui cum sacerdotis manu suam quoque manum in sacramentorum distributione superponeret. Ex hoc iam permansit ei a Deo gratia ista, ut in vigiliis fratrum psalmorum et orationis tempore, si quis aliud aliquid secundum illusionem daemonum in corde cogitasset, agnosceret, et accedentium ad altare vel indignitates eum vel merita non laterent (5). » Simile quid supra de Macario Alexandrino percepimus (6). Abbates autem monachorum suorum res occultas cognoscere haud raro credebantur.

Congressum denique Macariorum cum duobus tribunis quum scriptor libri secundi narrasset, caput de Macariis finit his verbis : « Sed et multa, ut diximus, alia de operibus sancti Macarii Alexandrini mirabilia feruntur, ex quibus nonnulla in XI libro Ecclesiasticae Historiae inserta, qui requiret, inveniet (7). » Ex quibus id, quod diximus (8), perspicuum est, in Continuatione de Macario Alexandrino Rufinum retulisse. Iam expositis iis, quae Rufinus habet de Macariis — nam in eius

(1) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 29 p. 481, 2 sq.; Vallarsi l. l. p. 198, Migne l. l. p. 453.

(2) Ibid. lib. III cap. 43 p. 507, 2.

(3) Binterim Denkw. T. IV P. I p. 557.

(4) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 22 p. 473, 1; Vallarsi l. l. p. 187; Migne l. l. p. 444 sq.

(5) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 29 p. 482, 1; Vallarsi l. l. p. 199, Migne l. l. p. 455.

(6) Cf. supra Caput III p. 74. 101.

(7) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 29 p. 482, 2; Vallarsi l. l. p. 200, Migne l. l.

(8) Supra § 27 in fine, p. 114.

Digitized by Google

Apologiarum [Invectivarum] in S. Hieronymum libris praeter ea, quae supra monuimus(1), nihil invenitur — ad cetera transeamus.

CAPUT V.

EVAGRIUS, S. HIERONYMUS, CASSIANUS DE SANCTIS MACARIIS AEGYPTIO ET ALEXANDRINO.

§ 29. Evagrium ter tantum de Macario loqui, supra monuimus (2); Macarium vero Aegyptium dici ab eo, videbimus. Evagrius in libro secundo multo ex tempore a beato Macario, *quem famosissimum in Dei gratia signisque et virtutibus insignem fuisse omnibus notum sit*, instructus esse **119** traditur (3); B uter vero Macariorum dicatur, e libro secundo, qui utrumque Macarium « abstinentiae exercitiis et virtutibus animi aequaliter polluisse » gloriatur (4), non colligitur. Accedit, quod verba de Macario Evagrii praeceptore in graeco libri secundi textu, cuius fragmenta Cotelerius edidit, desunt (5). Neque illud etiam satis constare videtur, libri secundi verbis : « Vidimus ibi et sapientissimum virum... Evagrium » (6) comprobari, Evagrium habitasse in Cellulis, de quarum monachis eousque narratum erat; nam et vocabulum *ibi* in fragmento graeco desideratur (7). Sin autem illa temere ac prave in graeco fragmento omittantur, C minime tamen sequitur, Macarium *Alexandrinum* fuisse praeceptorem Evagrii; ex eo enim, quod tunc Evagrius in Cellulis vixit, id colligi non potest, praecipue quum illo tempore Macarii iam mortui essent. Socrates vero Evagrium Macariorum Aegyptii et Alexandrini discipulum vocat, a quibus, quum antea solis verbis philosophatus esset, re ipsa philosophari didicerit(8).

De Macario Evagrius in libri, cui titulus est: « Capita practica ad Anatolium, » capite, quod « Ῥήσεις μοναχῶν ἁγίων » inscribitur, haec memorat :

« Aegyptius senex Macarius, vas illud ele- D ctum, interrogavit me, quam ob causam acceptarum quidem ab hominibus iniuriarum reminiscendo memoriae vim ac facultatem in animo corrumperemus, acceptas vero a daemonibus iniurias memoriae commendantes illaesi maneremus. Cumque ego haesitassem ignarus quid respondendum esset, petiissemque ab illo, ut ipse mihi eius rei causam exponeret : Quia, inquit, prior quidem affectio contra naturam, posterior vero secundum animi naturam est (9). » Idem Macarii dictum legis apud Socratem (10), **120** in VV. PP. libro quinto(11) et septimo(12), in sententiis Patrum, quas Rosweidus habet(13), et in Apophthegmatis a Cotelerio editis (14), hoc solo discrimine, quod praeter Socratem ceteri Evagrium, cui Macarius istud dixit, non nominant.

Alterum de Macario enuntiatum Evagrius ibidem hoc suggerit : « Accessi ipso fervido meridie ad sanctum patrem Macarium, et siti vehementer oppressus aquam petii ad bibendum. Is autem : Umbra, inquit, contentus esto. Multi enim, qui nunc iter faciunt vel navigant, etiam huius carent solatio. Dein disputanti mihi et de abstinentia cum eo conferenti : Confide, inquit, fili ; totos viginti annos neque pane neque aqua neque somno usus sum ad satietatem. Nam panem meum certo pondere comedi, aquam bibi certa mensura, ac somni exiguam partem suffuratus sum inclinando me ad parietes (15). » Quod idem narratur a Socrate(16) et in libro sexto VV. PP.(17). Legem autem cibi, potus et somni desiderio nunquam omnino satisfaciendi postea Columbanus monachis suis praescripsit (18).

Tertius denique locus, quo Macarium Evagrius commemorat, in eiusdem libri capite, quod « Θεωρήματα πρακτικά » inscribitur, hic est :

« Nonnulli sunt ex daemonibus immundis, qui legentibus semper assident, mentemque eorum abripere conantur, sumpta saepenu-

(1) Supra § 26 p. 112.
(2) Cf. § 7 p. 32.
(3) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 27 p. 479, 2; Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 192; Migne l. l. p. 449.
(4) Cf. supra p. 110.
(5) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. III p. 176 sq.; Opp. Meurs. l. l. p. 644.
(6) VV. PP. Rosw. l. l.; Vallarsi l. l., Migne l. l. p. 448 sq.
(7) Coteler. l. l.; Opp. Meurs. l. l.
(8) Socr. Hist. Eccl. lib. IV cap. 23 ed. l. p. 234.
(9) Caput XCIII, Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. III p. 99 sq., Galland. Bibl. PP. T. VII p. 565. Harum narrationum versionem a nobis castigatam exhibemus.
(10) Socr. Hist. Eccl. l. l. p. 235.
(11) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 10, 34 p. 592, 2.
(12) Ibid. cap. 37, 4 p. 681, 2.
(13) Ibid. sent. 15 p. 1003, 1.
(14) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 546 s. v. *Macarius Aegyptius* § XXXVI; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.
(15) Cap. XCIV, Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. III p. 100, Galland. Bibl. PP. l. l.
(16) Socr. Hist. Eccl. l. l.
(17) VV. PP. Rosw. lib. VI libell. 4, 17. 18 p. 659, 2 sq.
(18) Columbani abb. regula coenobialis cap. 3 et in fine. Holstenii Cod. Regular. T. I p. 170, 9. 174, 2.

Digitized by Google

mero occasione ex ipsis divinis scripturis in prava cogitata desinentes Interdum quoque contra morem oscitare **121** cogunt, atque gravissimum somnum immittunt magnopere a consueto diversum, idque, ut in quibusdam fratribus deprehensum est, natura ineffabiliter renitente. Quod ego cum frequenter observassem, ipse comperi. Capessunt palpebras cum toto capite, idque proprio corpore frigefactant; admodum enim frigida sunt daemonum corpora, et crystallo similia, unde et caput sentimus velut cucurbita medicorum attractum cum stridore. Hoc autem faciunt, ut, si insitum calvae calorem ad se ipsos traxerint, palpebrae humore demum et frigore relaxatae circumfluant pupillis oculorum. Quare palpebras saepe si contrectavi, inveni instar crystalli compactas, totamque faciem mortui similem et horridam. Attamen somnus naturalis corpora calefacit, sanorumque vultus nitidos reddit, quod ipsa quoque experientia discimus. Sed illi contra naturam ex ore nimium distento oscitationem efficiunt, attenuantes se, et interiora oris occupantes. Ego quidem nondum hoc intellexi, etsi persaepe passus sim; at sanctum Macarium audivi de hoc mihi loquentem, qui ad rem probandam attulit oscitantium consuetudinem, os signo crucis muniendi ex traditione antiqua immemoriali (1). Ceterum omnia illa patimur, quia lectioni non attendimus vigilanter, neque sancta Dei vivi eloquia nos legere nobis conscii sumus (2). » Haec quidem Evagrii notatio ad vetustatem consuetudinis, qua oscitantes os signo crucis munire solent, comprobandam gravissima est. Uter vero Macariorum illa Evagrio exposuerit, certo vix definietur; quanquam cum Evagrius bis Macarium Aegyptium laudibus extulerit, haud incongrue creditur, hic quoque, ubi simpliciter Macarii mentio fit, eundem intelligi. Sed audiamus nunc ea, quae nobis praebet S. Hieronymus.

§ 30. Is Macarios passim in epistolis, sed obiter tantum commemorat. In Palaestina vitae monachicae ipse se dederat, quam quanta dulcedine amplexus sit, eius epistolae 2. 3. 14. 22. 24, quae omnes ante annum 384 scriptae **122** sunt (3), ostendunt, nec non aliae, quas postea scripsit, comprobant. Romae quum moraretur, complures nobiles feminas ad propositum virginitatis aut viduitatis servandae et ad simpliciorem vitam traduxit, quapropter multi eum obiurgabant (4). In epistola quadam circa annum 395 scripta de « Aegypti et Mosopotamiae, Ponti, Cappadociae et Armeniae examinibus monachorum » loquitur (5); sed et in Italia monachos non defuisse, ex iis, quae de defuncta Fabiola anno 398 tradidit, discimus (6). Iam ex his paucis, quanam occasione data S. Hieronymus Macariorum mentionem fecerit, colliges; aut enim amico, qui ad eremum Macariorum accesserat, congratulatur, aut amicos Occidentem versus habitantes ad exempla eorum revocat. Locos quanta potuimus diligentia hosce congessimus.

Primum huc spectat epistola 3 ad Rufinum Aquileiensem, quem in Aegyptum venisse S. Hieronymus audierat, aestate anni 374 scripta, in qua : « Prima, » inquit, « inopinati gaudii ab Heliodoro fratre mihi est nuntiata felicitas. Non credebam certum, quod certum esse cupiebam, praesertim quum et ille ab alio se audiisse diceret, et rei novitas fidem sermonis auferret. Rursum suspensa vota, nutantemque mentem quidam Alexandrinus monachus, qui ad Aegyptios confessores, et voluntate iam martyres, pio plebis iam dudum fuerat transmissus obsequio, manifestus ad credulitatem nuntii auctor impulerat. Fateor et in hoc meam labasse sententiam. Nam cum et patriam tuam ignoraret et nomen, in eo tamen plus videbatur afferre, quod eadem asserebat, quae iam alius indicaverat. Tandem plenum veritatis pondus erupit: Rufinum enim Nitriae esse et ad beatum perrexisse Macarium crebra commeantium multitudo referebat. Hic vero tota credulitatis frena laxavi, et tunc vere aegrotum esse me dolui. Et nisi me attenuati corporis vires quadam compede praepedissent, nec mediae fervor **123** aestatis, nec navigantibus semper incertum mare pia festinatione gradienti valuisset obsistere. Credas mihi, frater, non sic tempestate iactatus portum nauta prospectat, non sic sitientia imbres arva desiderant, nec sic curvo assidens littori anxia filium mater exspectat (7). » Ibi alterutrum ex nostris Macariis, et fortassis quidem Alexandrinum, qui prope Nitriam in eremo Cellularum vixit, intelligi in aperto est. Rufinum vero circa Nitriam cum duobus Ma-

(1) Graece : κατὰ ἀρχαίαν παράδοσιν ἄῤῥητον.

(2) Cap. LXVI, Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. III p. 88 sq., Galland. Bibl. PP. t. I. p. 561.

(3) Cf. S. Hieron. Opp. ed. Migne T. I Praef. p. L sq.

(4) Cf. Ep. 66. 73. 45. 39. 54.

(5) Ep. 58, S. Hieron. Opp. ed. l. T. I p. 581.

(6) Ep. 73, S. Hieron. Opp. ed. l. T. I p. 694.

(7) S. Hieron. Opp. ed. l. T. I p. 532 sq.

Digitized by Google

cariis congressum esse persecutionis a Lucio factae tempore, quo epistola S. Hieronymi scripta est, iam e Rufini Continuatione Historiae Ecclesiasticae Eusebii percepimus (1).

Porro laudanda est epistola 22, de custodienda virginitate ad Eustachium virginem, Paulae nobilissimae apud Romanos matronae filiam, anno 384 scripta. Eam enim admonens, ut avaritiam vitet, S. Hieronymus addit : « Quid ante non plures annos Nitriae gestum sit, referemus. Quidam ex fratribus parcior magis quam avarior, et nesciens triginta argenteis Dominum venditum, centum solidos, quos lino texendo acquisierat, moriens dereliquit. Initum est inter monachos consilium — nam in eodem loco circiter quinque millia divisis cellulis habitabant — quid facto opus esset. Alii pauperibus distribuendos esse dicebant, alii dandos ecclesiae, nonnulli parentibus remittendos. Macarius vero et Pambo et Isidorus et ceteri, quos patres vocant, sancto in eis loquente Spiritu decreverunt, infodiendos esse cum domino suo dicentes: Pecunia tua tecum sit in perditionem. Nec hoc crudeliter quisquam putet factum : tantus cunctos per totam Aegyptum terror invasit, ut unum solidum dimisisse sit criminis (2). » Macarium Alexandrinum Cellularum presbyterum hic intelligi apparet. Nam in monte Nitriae Pambo habitavit (3), Isidorus cellam habuit (4). Quinque vero millia monachorum montem illum Cellulasque incoluisse pariter Palladius retulit (5). **124** Ceterum idem de Nitriae monacho avaro in VV. PP. Rosw. libro tertio traditur (6).

Etiam in epistola 58, circa annum 395 conscripta, Macarios S. Hieronymus vocat. Ubi legis : « Sin autem cupis esse quod diceris, monachus, id est solus, quid facis in urbibus, quae utique non sunt solorum habitacula, sed multorum ? Habet unumquodque propositum principes suos. Romani duces imitentur Camillos, Fabricios, Regulos, Scipiones. Philosophi proponant sibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Aristotelem. Poetae aemulentur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium. Historici Thucydidem, Sallustium, Herodotum, Livium. Oratores Lysiam, Graccos, Demosthenem, Tullium. Et ut ad nostra veniamus, episcopi et presbyteri habeant in exemplum Apostolos et apostolicos viros, quorum honorem possidentes habere nitantur et meritum. Nos autem habeamus propositi nostri principes Paulos et Antonios, Iulianos, Hilariones, Macarios (7). » Quem Iulianum dicat, ambigo; an forte Edessenum, de quo Sozomenus tradit (8) ? Macarium vero Alexandrinum intelligi — numerum pluralem pro singulari positum esse sponte liquet — ex loco, qui cum nostro conferendus est, sequente conieceris.

Etenim eodem prorsus modo S. Hieronymus Macarium in epistola 108, anno 404 scripta, citat. Ibi quum vitam Paulae enarrasset, eiusque itinera pia accurate descripsisset, Nitriam appellat « oppidum Domini, in quo purissimo virtutum nitro sordes lavantur quotidie plurimorum. Quod cum [Paula] vidisset, occurrente sibi sancto et venerabili episcopo Isidoro confessore et turbis innumerabilibus monachorum, ex quibus multos sacerdotalis et leviticus sublimabat gradus, laetabatur quidem ad gloriam Domini, sed se indignam tanto honore fatebatur. Quid ergo narrem Macarios, Arsenios, Serapionas et reliqua columnarum Christi nomina ? Cuius non intravit **125** cellulam ? Quorum pedibus non advoluta est (9) ? » Hic quidem Macarium Alexandrinum, clarum Cellularum presbyterum et in Nitriae monte cellam habentem innui, verisimile est. Unde supra, quum eodem modo inducatur, eundem plane Macarium Alexandrinum intelligi haud temere dixeris.

Prodendus denique est ultimus S. Hieronymi locus de Macariis; nam Macarius iste, quem in epitaphio Marcellae viduae S. Hieronymus vocat (10), et Rufinus in praefatione in Origenis libros Περὶ ἀρχῶν (11), nec non in Apologiis [Invectivis] laudat (12), Origenista Rufinique discipulus fuit. Unus igitur locus restat, quem difficultatis quidquam habere iam supra monuimus (13), hisque concipitur ver-

(1) Cf. supra § 6 p. 16. cf. infra §§42.

(2) S. Hieron. Opp. ed. l. T. I p. 418 sq.

(3) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 12 Opp. Meurs. l. l. p. 373.

(4) Ibid. cap. 1 p. 348.

(5) Ibid. cap. 8 p. 361.

(6) VV. PP. Rosw. lib. III cap. 219 p. 533, 1.

(7) S. Hieron. Opp. ed. l. T. I p. 583.

(8) Sozom. Hist. Eccl. lib. III cap. 14 ed. l. p. 520. Edessenum dici existimat Tillemontius Mémoires T. VII P. III p. 1017 sqq. Alium innuere videntur docti editores Opp. S. Hieron. ad h. l.

(9) S. Hieron. Opp. ed. l. T. I p. 890.

(10) S. Hieron. Opp. ed. Bened. T. IV P. II p. 782.

(11) Ep. 80, S. Hieron. Opp. ed. Migne T. I p. 753.

(12) Rufini Apol. [Invectiva] in S. Hieronymum lib. I cap. 11, Opp. ed. Vallarsi p. 516, Migne p. 548; S. Hieron. Opp. ed. Bened. l. l. p. 360.

(13) Cf. p. 33.

Digitized by Google

bis : « Amatas vero et Macarius discipuli Antonii, e quibus superior magistri corpus sepelivit, etiam nunc affirmant, Paulum quendam Thebaeum principem istius rei [vitae monachicae] fuisse, non nominis; quam opinionem nos quoque probamus (1). » Eosdem discipulos ambo sepelivisse Antonium legimus in Historia Lausiaca (2), multo post vitam S. Pauli, in qua verba illa habentur, edita (3). Quanquam in duabus eiusdem S. Pauli graecis vitis, quas ab Hieronymiana profectas esse probabimus, Amatae et Macarii nominum mentio non fit. Erasmus quidem monuit, vitae S. Pauli exemplaria ita inter se discrepare, ut S. Hieronymus ipse idem argumentum saepius aliis verbis tractasse aut alius hoc fecisse videatur. Quo facto Centuriatores Magdeburgenses eo temeritatis progressi sunt, ut vitam illam commentum exercendi ingenii causa, non serio a S. Hieronymo conscriptum dixerint (4). **126** Sed Rosweidus bene animadvertit, se quidem tantam varietatem non invenisse (5), idem quod et Bollandus atque Henschenius ex septem octove aliorum codicum veterum fide asseruerunt (6), et ipsi examinatis quibusdam codicibus comprobamus. Graecae vero duae S. Pauli vitae modo cum Hieronymiana concinunt, modo ab ea discrepant, ipsaeque inter se perraro conveniunt. Ex quibus altera Bollando et Henschenio, qui eam e codice Bavarico graeco perquam vitioso in latinum sermonem conversam ediderunt, ob verba quae continet : « ut ipsemet (Antonius) mihi narravit (7), » Hieronymiana Pauli vita antiquior visa est, et ab ipso Amata Macariove fortasse aut alio quovis Antonii discipulo concinnata, qui ideo scripserit, Amatam et Macarium *etiamnunc* Paulum primum eremitam praedicare. Sed vereor, ne viri docti erraverint. Nam illa verba in graeco legeris oportet· ὡς αὐτός μοι διηγήσατο, pro quibus S. Hieronymus habet : « ut ipse asserere solebat. » Quis igitur non credat, in codice graeco, editoribus testibus, mendis, quae ne ipsi quidem omnia expunxerunt in versione sua (8), scatente (9), pro μοι legendum esse μέν! Quo posito nihil profecto superest, cur eam Hieronymiana antiquiorem dixeris. Alteram graecam S. Pauli vitam, Bavarica illa et ipsa Hieronymiana locupletiorem, sed ab Hieronymiana, ut facile elucet, profectam, in codice Caesareo Vindobonensi ipsi adivimus (10), in quo locus ille de S. Antonii **127** discipulis his verbis se offert : Ἀντωνίου γὰρ ἔτι καὶ σήμερον οἱ φοιτηταὶ περιόντες, ὑφ' ὧν ἐκεῖνος καὶ τάφου ἔτυχεν, αὐτοὶ βεβαιοῦσιν, Παῦλόν τινα Θηβαῖον, κ. τ. λ. Quare iure dubites, an omnino nomina Amatae et Macarii, discipulorum S. Antonii, primitus in textu S. Hieronymi exstiterint.

Quomodocunque vero id se habet, Amatam et Macarium insignes S. Antonii discipulos fuisse, non solum ex Palladio, sed etiam ex S. Hieronymi Chronico constat, in quo ad a. XIX Constantii iunioris i. e. a. 359 legis : « Sarmata, Amatas et Macarius discipuli Antonii insignes habentur (11). »

Itaque quaeritur, num Macarius insignis hic S. Antonii discipulus unus ex nostris Macariis fuerit? Sed eum a nostris Macariis probe discernendum esse, iam supra obiter monui-

(1) S. Hieron. Opp. ed. Bened. T. IV P. II p. 69.

(2) Cf. supra p. 107.

(3) S. Hieronymi vitam S. Pauli primi eremitae editores Benedictini circa a. 365 scriptam esse existimant. Cf. S. Hieron. Opp. ed. Bened. l. l.

(4) Cent. IV, 10.

(5) In vitam S. Pauli. not. 1, VV. PP. Rosw. p. 21.

(6) AA. SS. Boll. Ian. T. I p. 602.

(7) Ibid. p. 603.

(8) Lambecius Commentt. ed. altera T. VIII p. 721.

(9) AA. SS. Boll. l. l. p. 603, 1.

(10) Exstat enim in cod. ms. graec. Bibl. Caes. Vindob. Nr. 38 olim 31 p. 237, 2 — 247. Prodiit graece et latine sub titulo : *Acta sincera S. Pauli Thebaei cognomento primi eremitae graeco-latina cum variantibus lectionibus et notis variorum. Accedunt dissertatio praeliminaris de dubiis huic Acta circumstantibus et Epistola R. P. Claudii Sicardi S. J. Missionis Aegyptiae superioris de suo per inferiorem Thebaidem confecto itinere hodiernoque rerum statu antiquissimorum monasteriorum SS. Pauli et Antonii, consimilibus notis aucta, quo permulta in antedictis Actis hactenus obscura et alias incognita illustrantur; studio et opera Matthiae Fuhrmann ord. eiusd. S. Pauli primi eremitae provinciae Austriae sacerdotis. Neostadii. Austriae* 1760. Kollarius (Lambec. Commentt. l. l. p. 719 not.) notat, editionem hanc puerilibus scatere erroribus, atque interpretem coniecturis potius suis, quam codicis inniti fide voluisse. Hoc quidem verum, sed tamen illa codicis potius vitia, quam errores editoris sunt, ita ut manu peritissima opus sit, quae textum restituat. Id quidem accurato eius examine ipsi nobis persuasimus

(11) S. Hieron. Opp. ed. Migne T. VIII p. 687.

Digitized by Google

mus (1). Etenim Macarium Aegyptium in Scete obiisse, Alexandrinum extrema etiam senectute Cellularum presbyterum fuisse, e Palladio didicimus; Macarium vero S. Antonii discipulum eidem successisse in coenobio Pispiritano, ibique vitam finivisse, infra videbimus (2).

Hisce continentur ea, quae ex S. Hieronymo colligi possunt. Ut Evagrius Macarium Aegyptium, ita S. Hieronymus Alexandrinum laudibus extulit. Neque id temere fecit. Nam in Aegyptum adventantes, ad quos vel de quibus S. Hieronymus scribebat, Nitriae aut in Cellulis Macarium presbyterum **128** facile adibant, in abdita vero Scetis deserta non facile penetrabant. Unde Macarium Alexandrinum in Occidente illustriorem fuisse oportet (3).

§. 31. Sed transeundum est ad Cassianum, qui quinque locis de nostris Macariis tradit. Ex iis unum, quo de mortuo a Macario, « qui habitationem Scythioticae solitudinis primus invenit, » ad haereticum refellendum resuscitato narratur, iam supra excussimus (4). Ac sexto quodam loco de Macario, qui « xenodochio apud Alexandriam praefuit, » sermo est, a nostris Macariis certe distinguendo (5). Restant igitur quatuor nobis loci examinandi.

Et primo quidem Cassianus in libro, quem « de spiritu gastrimargiae » inscripsit, haec verba facit : « Adhuc unum beati Macarii profertur nobis salutare mandatum, quo libellum ieiuniorum et continentiae tanti viri claudat sententia. Ita inquit debere monachum ieiuniis operam dare, ut centum annis in corpore commoraturum, ita motus animi refraenare et iniuriarum oblivisci, tristitiasque respuere, dolores quoque ac detrimenta contemnere, tanquam quotidie moriturum. In illo namque utilis est prudensque discretio, aequali monachum districtione faciens semper incedere, nec permittens sub occasione debilitati corporis de arduis ad perniciossima praerupta devolvi; in hoc vero magnanimitas salutaris, quae valeat, non solum quae videntur prospera mundi praesentis despicere, verum etiam adversis tristibusque non frangi, et ea velut parva nullaque contemnere, illic habens iugiter defixum suae mentis intuitum, quo quotidie singulisque momentis accersendum esse se credit (6). » Uter Macariorum, vel etiam num alteruter ex nostris ea docuerit, Cassianus non docuit. Equidem Macarii Aegyptii sententiam **129** esse ex similitudine cum doctrina, quam is Evagrio dedit (7), et cum homiliis eius timide coniecerim.

Deinde Cassiano in Collationis quintae capite, quod inscribitur « In quo utilis sit cenodoxia, » Serapion senex exponit, multos saepenumero homines adhuc carnales cenodoxiae vitio ab aliis turpibus indignisque vitiis custodiri. Nonnullos quidem confessos esse, se in Syriae coenobiis quinis diebus cibum sumpsisse talemque abstinentiam sine labore tolerasse, in eremo autem tanta se fame inde ab hora tertia vexari, ut ad nonam usque vix possint ieiunia quotidiana differre. Post haec addit : « Super qua re pulchre abbas Macarius cuidam percunctanti, cur fame ab hora tertia in eremo pulsaretur, qui in coenobio hebdomadibus integris refectionem saepe contemnens non sensisset esuriem, respondit : Quia nullus hic est ieiunii tui testis, qui te suis laudibus nutriat atque sustentet, ibi autem te digitus hominum et cenodoxiae refectio sagi-nabat (8). » Cuinam Macario ea tribuenda sint, non est indicatum. Utrique nostrorum reapse optime conveniunt. Nec dubitavit Tillemontius, ea Macario Aegyptio adiudicare, cuius tamen rei rationem non addidit (9).

Tum Collationis septimae capite, quod inscribitur « De tentatione abbatis Moysis, » Serenus abbas ita loquitur : « Secundus vero quem diximus in hac eremo commoratum [abbas Moyses], cum ipse quoque singularis et incomparabilis vir esset, ob reprehensionem unius sermonis, quem contra abbatem Macarium disputans paulo durius protulit, quadam scilicet opinione praeventus, tam diro confestim est traditus daemoni, ut humanas egestiones ori suo, ab eo suppletus, ingereret. Quod flagellum purgationis gratia se Dominus intulisse, ne scilicet in eo vel momentanei delicti macula resideret, velocitate curationis eius atque au-

(1) Cf. p. 107 sq.

(2) Cf. infra Caput IX § 45.

(3) Cf. propositum Macarii Romam abeundi supra p. 73. 99 sq.

(4) Cf. § 14 p. 47 sqq., Cassian. Coll. XV cap. 3, Cassiani Opp. ed. Gaz. p. 468, Migne Patrol. T. XLIX p. 995.

(5) Coll. XIV cap. 4, Cassiani Opp. ed. Gaz. p. 450, Migne p. 958; Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 7 Opp. Meurs. l. l. p. 757 cf. supra § 25 p. 105.

(6) De coenobiorum institutis lib. V (de spir. gastr.) cap. 41 Cassiani Opp. ed. Gaz. p. 104, Migne p. 265.

(7) Cf. supra § 29.

(8) Coll. V cap. 12 Cassiani Opp. ed. Gaz. p. 289.

(9) Mémoires T. VIII P. III p. 983.

Digitized by Google

ctore remedii demonstravit. Nam continuo abbate Macario in oratione submisso **130** dicto citius nequam spiritus ab eo fugatus abscessit (1). » Quin Macarius Aegyptius intelligatur, vix dubium est; nam Moyses abbas egregius Scetis monachus fuit (2). Quod et Apophthegmata a Cotelerio edita comprobant, in quibus legis : « Moyses abbas Macario abbati in Sceti : Volo, inquit, cum quiete ac silentio vivere, nec sinunt me fratres. Cui Macarius abbas respondit : Video te indolis mollioris esse, nec posse fratrem a te avertere; sed si desideras quietam vitam, proficiscere ad eremum, intro, in petra quiete deges. Fecit igitur hoc et conquievit (3). » Praeterea Tillemontius illam Moysis abbatis sanationem Macario Aegyptio sine ulla haesitatione attribuit (4).

Ultimus denique Cassiani locus de Macariis nostris in Collatione vigesima quarta invenitur, ubi Macarii fabula ab Abraham abbate narrata haec est : « Nam quod alios quoque salvare vos posse confiditis, et spe maioris lucri ad revisendam patriam festinatis, audite etiam super hoc quandam abbatis Macarii fabulam iucundissime atque aptissime figuratam, quam et ille cuidam similibus desideriis aestuanti medicinam opportunissimae narrationis ingessit. Erat, inquit, in civitate quadam peritissimus tonsor, qui denariis ternis unumquemque detondens, tenuem vilemque mercedem sui operis acquirendo, ex hac eadem quantitate necessaria suo victui quotidie comparabat, centumque denarios expleta omni corporis cura marsupio suo diebus singulis inferebat. Sed cum indesinenter hunc conderet quaestum, audivit in quadam longe posita civitate singulorum solidorum singulos homines tonsori praebere mercedem. Quo ille comperto : Quamdiu ero, inquit, hac mendicitate contentus, ut trium denariorum stipem cum labore conquiram, quum possim illo pergens ingenti solidorum quaestu divitias congregare? Itaque sumens artis **131** suae protinus instrumenta, expensis in sumptu omnibus, quae hic multo tempore collecta servarat, ad urbem illam quaestuosissimam cum summo labore pervenit. Ubi cum ea, qua ingressus est, die secundum id, quod comperat, ab unoquoque mercedem sui operis recepisset, ad vesperam se videns grandem solidorum numerum conquisivisse, ad macellum laetus intendit, escas refectioni suae necessarias coempturus. Quas cum coepisset magno solidorum pretio comparare, expensis in perexiguo victu universis quos acquisierat solidis, ne unius quidem denarii intulit lucrum. Cumque ita singulis diebus acquisitionem suam vidisset insumi, ut non solum nihil redigeret, sed vix ipsam quotidianae substantiae necessitatem posset explere, apud semetipsum recogitans : Revertar, inquit, ad civitatem meam, illumque repetam tenuissimum quaestum, ex quo mihi expleta omni corporis cura, quod ad sustentationem senectutis accresceret, quotidiana exuberantia conferebat. Quod quamvis parvum videretur et tenue, non mediocrem tamen summam iugi pariebat augmento. Quaestuosior quippe mihi fuit ille nummorum, quam iste solidorum imaginarius quaestus, ex quo non solum nihil exuberat, quod recondam, sed etiam vix ipsa quotidiani victus necessitas sustinetur. Et idcirco rectius nobis est, hunc solitudinis huius tenuissimum fructum indirupta iugitate sectari, quem nullae saeculares curae, nullae mundanae distentiones, nulla cenodoxiae ac vanitatis arrodat elatio, nullae sollicitudines diurnae necessitatis imminuant (5). » Uter Macariorum vel num omnino unus ex iis pulcherrimam fabulam invenerit, non traditur.

Iam recensitis Cassiani quoque testimoniis libros VV. PP. a Rosweido editos, quorum scriptores atque aetatem ignoramus (6), excutiamus.

132 CAPUT VI.

COLLECTIONIS ROSWEIDIANAE LIBER TERTIUS, QUINTUS, SEXTUS, SEPTIMUS VITARUM PATRUM ET SENTENTIAE PATRUM AEGYPTIORUM DE SANCTIS MACARIIS AEGYPTIO ET ALEXANDRINO.

§. 32. Liber tertius VV. PP. collectionis Rosweidianae sedecim historias de Macariis continet. Quarum quatuor, de homine, qui caedis reus, facta a Macario Aegyptio viri occisi ad vitam revocatione, liberatus est (7), de uva

(1) Coll. VII cap. 27 Cassiani Opp. ed. Gaz. p. 528, Migne p. 706 sq.

(2) Cf. Cassian. Coll. I.

(3) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 538 v. *Macarius Aegyptius* § XXII; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(4) Mémoires T. VIII P. III p. 1007.

(5) Coll. XXIV cap. 13 Cassiani Opp. ed. Gaz. p. 618, Migne p. 1301 sq.

(6) Cf. supra § 10 p. 34.

(7) VV. PP. Rosw. lib. III cap. 11 p. 507, 1.

Digitized by Google

Macario Alexandrino missa (1), de daemone eundem Macarium ad collectam invitante (2), de sententia denique, verum monachum in arguendo alio nunquam ad iracundiam moveri, sed semper sese vincere (3), supra cognovimus (4). Duodecim ceterae hae sunt :

« Abbas Macarius quotiescunque cum fratribus facta charitate reficiebat, hoc in proprio corde statuerat, ut quantos vini calices oblatos hausisset, tantis diebus nec et ipsam aquam gustaret omnino. Cum ergo ei fratres vinum porrigerent, cum gaudio sumebat, ut postea se siti maceraret. Quod cum discipulus eius didicisset, patefacto senis consilio, ne ei vinum porrigerent, coniurabat, tormenta illi potius esse quam pocula manifestans (5). » Idem in libro quinto (6) legitur, et graece in Apophthegmatis a Cotelerio editis, a quorum compilatore ad Macarium Aegyptium refertur (7). Pro « quotiescunque cum fratribus facta charitate reficiebat, » in graeco est εἰ εὐκαίρησε μετὰ ἀδελφῶν, in libro quinto « si vacavit inter fratres, » quare illa moli perperam intelligere. Fratres Scetis **133** vino refectos esse a verisimilitudine abhorret, ita ut in itineribus, quae Macarius ad invisendos fratres interdum faciebat (8), id accidisse existimem.

« Abbas Macarius dum in illa solitudine, in qua solus erat, maneret, inferior autem plena esset multis fratribus, sero per viam circumspiciebat, et vidit daemonem venientem in figura hominis, vestitum tunica linea perforata, et per singula foramina vascula parva dependebant. Et dixit illi senex : Quo vadis, maligne? Et respondit ei : Vado commovere (9) fratres hos, qui sunt inferius. Cui senex dixit : Et propter quid tot vascula fers tecum? At ille dixit : Gustum fero fratribus, et ideo tanta fero, ut, si unum displicuerit, ostendam aliud, et si illud non placet, porrigam aliud; et fieri non potest, nisi unum ex ipsis aliquod placeat iis. Et haec dicens discessit. Permansit autem senex iterum viam circumspiciens, usquequo rediret, et, cum rediret, dicit ei : Salveris! Dicit et ille : Quomodo istud mihi verbum dicis, quia omnes mihi contrarii facti sunt, et nullus meis consiliis acquiescit. Et dicit ei senex : Ergo nullum habes amicum? At ille respondit : Unum habeo amicum, vel ipse consentit mihi, et quoties me viderit, huc atque illuc cito convertitur. Cumque nomen eius ab eo requisivisset, ait, quia Theopemptus dicitur. Discedente illo mox surrexit abbas Macarius et descendit ad inferiorem eremum. Quod cum audiissent fratres, egressi sunt illi obviam et unusquisque sperans, quod apud se maneret, praeparavit se. At ille requirens cellam Theopempti ad eum profectus est. Cumque cum gaudio illum suscepisset, et essent utrique simul soli, dixit ei senex : Quemadmodum est tecum, fili? At ille respondit : Orationibus tuis bene sum. Et ait senex : Non te impugnant cogitationes? At ille respondit : Interea bene sum. Erubescebat enim dicere. Et dixit ei senex : Ecce quot annos sum in solitudine, et ab omnibus honoror, et in hac aetate, cum sim senex, molestant **134** me cogitationes meae. Respondit Theopemptus : Crede mihi, abba, quia similiter et mihi faciunt. Tunc senex singulas cogitationes quasi se impugnantes fingebat, usquequo tótum illi Theopemptus confiteretur. Post haec dixit ei : Quemadmodum ieiunas? At ille dicit ei : Usque ad nonam. Cui senex ait : Usque ad vesperam ieiuna, et de Evangelio vel de aliis Scripturis sine cessatione semper aliquid meditare; et quoties tibi aliqua immunda cogitatio supervenerit, nunquam deorsum aspicias, sed sursum, et mox Dominus tibi adiutor est. Et mox ita discessit abbas Macarius in propriam solitudinem. Iterumque viam circumspiciens vidit daemonem redeuntem, et requirit eum : Quo vadis? At ille respondit : Simili modo commovere (10) fratres. Cum autem reverteretur, requisivit eum, quemadmodum agerent fratres. At ille dixit : Male, quoniam omnes agrestes effecti sunt, et, quod de omnibus peius est, eum quem habui amicum et obedientem mihi, ipse nescio quomodo conversus est, et omnibus amplius asperior mihi visus est. Et iuravit, non ibi accedere, nisi post multum

(1) VV. PP. Rosow. lib. III cap. 42 p. 507, 2.
(2) Ibid. cap. 43 p. 507, 2.
(3) Ibid. cap. 87 p. 513, 2.
(4) Cf. §. 26 p. 110. 113. § 24 p. 103 sq. § 28 p. 116 sq. §. 17 p. 65 sq.
(5) Cap. 53 l. l. p. 509, 1.
(6) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 4, 26 p. 569, 2.
(7) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 533 s. v. *Macarius Aegyptius* § X; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.
(8) Sic monachos Nitriae Macarius Aegyptius invisere solebat. Cf. infra § 34.
(9) Sic, facili lapsu pro *commonere*, ut est in lib. VII cap. 1, 8. Cod. Corb. *commonere* et *admonere*. Cf. Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 813 ad h. l.
(10) Sic pro *commonere*.

Digitized by Google

tempus, et haec dicens discessit (1). » Eadem in libro quinto (2), et septimo (3), et in Apophthegmatis a Cotelerio editis traduntur (4), hoc quidem discrimine, ut monachus ille in quinto *Theoctistus*, in septimo, qui ceterum cum libro tertio ad verbum convenire solet (5), *Theopistus* vocetur; sola Apophthegmata cum libro tertio *Theopemptum* appellant. Porro in narrationis libri quinti fine legis : « Senex vero sanctus intravit in cellam suam adorans et gratias agens Deo Salvatori, » in Apophthegmatis : « Tunc sanctus intravit in cellam suam. » Uter vero Macariorum intelligatur, dicere haesito. Apophthegmatum quidem compilator Macarium Aegyptium agnovit. Nec prorsus immerito; **135** nam Macarius Aegyptius procul aliquantum a monachis, quibus praeerat, habitasse perhibetur (6). At nonne de Macario Alexandrino Cellularum presbytero idem valebit? Inde vero, quod Macarium illum in paneremo habitasse legis (7), Macarium Aegyptium fuisse non patet, propterea quod etiam Cellulae in paneremo sitae erant. Atque Macarium Alexandrinum daemone familiariter usum esse supra cognovimus (8). Sed quomodo daemon homines tentet, singularem in modum S. Athanasius in vita S. Antonii descripsit (9).

« Abbas Macarius cum esset in Aegypto et egressus fuisset de cella sua, reversus invenit quendam furantem id, quod in cella sua habebat. Stetit ergo et ipse tanquam peregrinus, et carricavit (10) animal cum illo cum multa requie, et perduxit eum dicens : Nihil in hunc mundum intulimus; Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut et ipse voluit, ita factum est; benedictus Dominus in omnibus (11). » Idem reperis in libro quinto (12), ubi abbas ille « Macarius in Aegypto positus » vocatur, in libro septimo (13), et in Apophthegmatis a Cotelerio editis (14). Fusius tamen eadem res hoc altero Apophthegmatum loco explicatur : « Narrabant, in absentia Macarii abbatis latronem ingressum esse cellulam eius. Ipse igitur quum ad cellulam rediisset, invenit latronem camelum supellectile sua onerantem. Quare introiens in cellulam et Macarius de vasis accipiebat, et una cum eo onerabat camelum. Sarcina igitur imposita fur coepit verberare camelum, ut surgeret. Neque tamen surgebat. Quod ubi vidit abbas Macarius, cellulam ingressus **136** parvum sarculum invenit, quod emissum imposuit camelo dicens : Frater, hoc quaerit camelus. Ac pede pulsans eam senex ait : Surge. Confestimque surrexit, et parumper itineris confecit propter eius sermonem. Sed iterum resedit, neque exsurrexit, donec deposuissent cunctam supellectilem. Tunc demum abiit (15). » Macarium Aegyptium, cui Apophthegmatum compilator rem attribuit, significari, libri quinti verba : « Macarius in Aegypto positus, » et eadem, quae apud Cotelerium sunt, vocabula graeca : Μακάριος ἐν Αἰγύπτῳ ὤν satis comprobant. Illa Iobi verba Macarius Aegyptius etiam in homiliis laudibus effert (16). Latrones vero illo tempore in Aegypti desertis creberrimi erant. De latrone, qui virginem Deo sacratam e manibus sociorum stuprare eam cupientium eripuit, legis in libro secundo (17). Cellam S. Hilarionis latrones per totam noctem quaesierunt, neque invenire potuerunt (18). S. Ammoni latrones frequenter panem abstulerunt, quare sanctus duos eremi dracones ingentes ad ostium cellae collocavit, quorum aspectu semineces, quum appropinquassent, latrones in cellam introducti, mensa apposita, in meliorem vitam conversi sunt (19). Bello inter duorum incolas pagorum coorto alter latrone quodam duce ad bellum gerendum maxime idoneo confide-

(1) VV. PP. Rosw. lib. III cap. 61 p. 510, 1 sq.

(2) Ibid. lib. V libell. 18, 9 p. 637, 1 sq.

(3) Ibid. lib. VII cap. 1, 8 p. 665, 2 sq.

(4) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 528 sq. s. v. *Macarius Aegyptius* § III; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(5) Cf. supra § 10 p. 35.

(6) Cf. supra §§ 12, 13, p. 38, 41.

(7) Apophth. l. I.

(8) Cf. supra § 28, p. 116 sq.

(9) Opp. Athanasii ed. l. T. I P. II p. 651.

(10) Ad hanc vocem gloss. vett. *carrico*, *onero*. Rosw. l. l. p. 535, 1 not. 13.

(11) VV. PP. Rosw. lib. III cap. 73 p. 512, 1.

(12) Ibid. lib. V libell. 16, 6 p. 631, 1.

(13) Ibid. lib. VII cap. 3, 1 p. 666, 2.

(14) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 536 s. v. *Macarius Aegyptius* § XVIII; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(15) Ibid. p. 548 s. v. *Macarius Aegyptius* § XL.

(16) Cf. infra locum Hom. V a nobis nunc primum editum.

(17) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 16 p. 474, 1; Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 176, Migne p. 436.

(18) Vita S. Hilarion. cap. 7, VV. PP. Rosw. p. 77, 1.

(19) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 8 p. 465, 2. sq. Rufini. Opp. ed. Vallarsi p. 158, Migne p. 40.

Digitized by Google

bat (1). Facinora latronum, eorundemque ad meliorem vitam reditus in VV. PP. saepenumero occurrunt (2). Beduinos quoque incertis semper sedibus per solitudines huc illuc ad praedandum vagatos esse, ex perpulchra S. Malchi vita a S. Hieronymo conscripta discimus (3).

« Quodam tempore orante beato Macario abbate, vox ad eum personuit dicens : Macari, necdum ad mensuram duarum mulierum **137** pervenisti, quae in proxima pariter habitant civitate. Quo audito senex exsurgens arrepto baculo in designatam pervenit civitatem. Cumque ostium quaesitae domus atque inventae pulsaret, egressa una ex illis cum magna exultatione eum suscepit. Quas utrasque senex convocatas ita est allocutus : Propter vos tantum laborem veniens ex solitudine longinqua sustineo, ut opera vestra cognoscerem, quae mihi vos condicite ac narrate. Cui illae sic dixerunt : Crede nobis, sanctissime pater, quia nec praesenti nocte a maritorum lectulis fuimus separatae. Qualia ergo opera a nobis exquiris? Sed senex in precibus persistebat, ut ei vitae suae ordinem declararent. Cui tunc illae compulsae dixerunt : Nos nulla inter nos sumus parentelitatis affinitate coniunctae; contigit autem, ut duobus fratribus iungeremur, et cum his quindecim annis in domo una pariter permanentes neque turpe verbum altera dixit ad alteram, neque litem aliquando commisimus, sed in pace hactenus viximus, et pari consensu tractavimus, quatenus pariter relictis maritis in congregatione religiosarum virginum proficisceremur, et multis precibus hoc a coniugibus non valuimus obtinere. Quo non adepto, inter nos et Deum posuimus testamentum, ut usque ad mortem nostram saeculare verbum non loqueremur omnino. Quae cum audiisset beatus Macarius, dixit : In veritate non est virgo, neque maritata, neque monachus, neque saecularis, sed Deus tantum propositum quaerit, et spiritum vitae omnibus ministrat (4). » Eadem in libro sexto narratio est, ubi incipit verbis : « Orante aliquando eodem abbate Macario... (5). » Qua ex re, quum antea de Macario A Scetis abbate relatum esset, Aegyptium intelligi sequitur. Ceterum similia, quibus liceat comprobare, vitam saecularem cum Dei amore actam magis nonnunquam Deo, quam monachicam placere, e VV. PP. supra congessimus (6). A quibus narrationibus etiam germanicum **138** insigne poema, quod nuper prodiit, medio aevo elaboratum et : *Der gute Gerhard* inscriptum (7), initia sua cepisse crediderim. Atque similes historias nuper congessit clarus Simrockius noster in libro suo, qui inscribitur : *Der gute Gerhard und die dankbaren Todten* (8).

B « Beatus Macarius de semetipso referebat dicens : Dum essem iuvenis, et tamen in cella residerem, invitum me tenentes clericum ordinaverunt in vico. Cum autem nolens illic esse, in vicum alterum effugissem, et quidam mihi saecularis religiosus opere meo vendito ministraret, contigit, quandam virginem per stuprum ventris onus accipere. Quae dum a parentibus, a quo fuisset compressa, requiritur, dixit illa : Anachoreta ille vester hoc in me facinus perpetravit. Egressi vero parentes puellae comprehendentes me suspenderunt meo collo vasa fictilia, et per singulas semitas circumducebant me caede mactantes, atque C insuper his vocibus insultantes : Hic monachus filiae nostrae vim intulit. Cumque me usque ad necem fustibus paene mulctassent, quidam ex senioribus dixit ad eos : Usquequo hunc peregrinum monachum caede mactatis? Sed et ministrante mihi sequente et rubore perfuso, iniurias irrogabant dicentes : Ecce quid fecit hic, pro quo tu testimonium perhibebas? Parentes autem puellae dixerunt : Nulla hunc ratione dimittimus, nisi pro alimentis puellae praestandis aliquis pro ipso satisdator accesserit. Quod dum ministranti mihi, ut faceret, innuissem, interposita me sua fide suscepit. Itaque regressus ad cellulam, quantas- D cunque inveni sportellas ei contribuebam, quibus venditis victum mihi coniugique meae ministraret. Dicebam autem : Ecce, Macari, invenisti tibi uxorem; necesse est ergo amplius operari, ut eam valeas enutrire. Et tam diebus quam noctibus operabar, ut ei quotidie

(1) VV. PP. Rosw. lib. VIII cap. 52 p. 749, 1.
(2) Cf. supra § 4 p. 10.
(3) VV. PP. Rosw. lib. I p. 93 sq.
(4) Ibid. lib. III cap. 97 p. 515, 1.
(5) Ibid. lib. VI libell. 3, 17 p. 657, 1.
(6) Cf. supra § 3 n. 6 not. 3.
(7) Der gute Gerhard. Eine Erzählung von Rudolf von Ems herausgegeben von Moriz Haupt. Leipzig 1840.
(8) Der gute Gerhard und die dankbaren Todten. Ein Beitrag zur deutschen Mythologie und Sagenkunde von K. Simrock. Bonn bei Adolf Marcus 1856.

Digitized by Google

victum ministrarem. Sed quando miserae tempus pariendi advenit, diebus plurimis parere cruciata non potuit. Quae quid fecisset requisita respondit : Quia anachoretae illi causam non habenti crimen imposui. Nam me iuvenis vicinus noster ille compressit. Quod cum ille, qui mihi ministrabat, audiisset, gaudio repletus **139** advenit, infelicem illam puellam, priusquam fateretur, quod tibi calumniam frustra contexuit, parere nullatenus potuisse vociferans, sed et omnes vicinos venire, et in te commissi veniam postulare. Quae ego cognoscens, ne me et ipsi homines molestarent, festinus abscedens in hunc locum perveni, et haec est causa mei in istis locis adventus (1).» Idem traditur in VV. PP. libro quinto (2), et in Apophthegmatis a Cotelerio editis (3), et utrobique locus, in quem Macarius fugit, Scete appellatur; ex quo Macarium Aegyptium fuisse eum apparet. Eum vero anno trigesimo aetatis suae in Scetim abiisse e Palladio constat (4). Ac sancti quidem non pauci de crimine scorti falso accusati esse dicuntur, quorum innocentia postea detecta est. E quorum numero fuerunt Marina, Eugenia, Apollinaris virgines, quae habitu virili adsumpto sancte vixerunt (5), et Eustathius lector Caesareae urbis in Palaestina sitae, cui idem plane, quod Macario, accidisse comperimus (6). Etiam hodie in Elephantine insula, stupro commisso, propinqui virginis lapsae et ipsam et eum, a quo corrupta est, occidere solent (7).

« Abbas Macarius dum diluculo palmarum folia portans ad cellam suam reverteretur, occurrit ei diabolus cum falce praeacuta, volensque eum percutere non valebat. Qui exclamans dixit : Magnam a te vim patior, o Macari, qui, cum te cupio nocere, non valeo, dum, quaecunque tu facis, ego magis ex opere facio. Tu ergo ieiunas interdum, ego nullo unquam cibo reficior. Tu saepe vigilas, me vero sopor nunquam **140** oppressit. Sed in una re me vincis, ipse profiteor. Cum ab eo rem ipsam beatus Macarius requisivisset : Humilitas tua, dixit, sola me vincit. Haec dicente inimico, et extendente beato Macario manus suas ad orationem, spiritus immundus inter auras evanuit (8). Eadem plane ad verbum leguntur in libro septimo (9); in libro autem quinto (10) et in Apophthegmatis a Cotelerio editis (11) hoc quidem discrimine habentur, ut finis ille, orante Macario diabolum evanuisse, desideretur. Animadvertendum est, in Apophthegmatis rem bis inveniri; nam ibi postea iterum legis : « Alias iterum daemon adversus Macarium abbatem insurrexit cum gladiolo, eius pedem amputaturus. Quod cum propter humilitatem eius non potuisset, ei : Quaecunque habetis, inquit, habemus et nos; sola humilitate a nobis differtis et praevaletis (12). » Cum Apophthegmatis, ubi res s. v. ***Macarius Aegyptius*** occurrit, convenire videtur libri quinti scriptor, qui narrationi de Macario Aegyptio illam subiunxit :

« Quodam tempore abbas Macarius, dum ad montem Nitriae ascenderet, discipulo suo, ut parum praecederet, imperavit. Qui cum ante illum pergeret, obvium habuit quendam sacerdotem idolorum, cursu concito venientem, et lignum grande portantem. Cui exclamans ait : Quo curris, daemon? At ille iratus tantis eum plagis affecit, ut exanimem paene relinqueret; et relicto eo sacerdos iterum currebat. Progressusque parum obviavit beato Macario, qui ait ad eum : Salveris, laborator, salveris! At ille admiratus respondit : Quid in me boni conspexisti, ut me salutares? Cui senex ait : Quia vidi te laborantem, et curris ignoranter. Cui sacerdos dixit : Et ego salutatione tua compunctus magnum servum Dei te cognovi; nam alter **141** nescio quis miserabilis monachus occurrens mihi iniurias fecit, sed et ego plagas illi pro verbis imposui. Tunc apprehendens pedes beati Macarii clamabat dicens : Nisi me monachum feceris, non desistam. Pergentesque pariter venerunt ad locum, ubi

(1) VV. PP. Rosw. lib. III cap. 99 p. 515, 2 sq.

(2) Ibid. lib, V libell. 15, 21 p. 623, 2 sq.

(3) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 524 sq. s. v. *Macarius Aegyptius* § I; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(4) Cf. supra § 12 p. 38.

(5) Vita S. Marinae VV. PP. Rosw. lib. I p. 393 sqq. Vita S. Eugeniae ibid. p. 340 sqq. De Appollinari virgine cf. infra Caput VII § 41.

(6) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 144 Opp. Meurs. I. l. p. 627. In codd. Vindobon. locus de Eustathio deest.

(7) Minutoli Reise zum Tempel des Jupiter Ammon p. 292.

(8) VV. PP. Rosw. lib. III cap. 124 p. 518, 2.

(9) Ibid. lib. VII cap. 13, 6 p. 670, 2.

(10) Ibid. lib. V libell. 15, 26 p. 624, 1.

(11) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 534 s. v. *Macarius Aegyptius* § XI; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(12) Ibid. p. 545 sq. s. v. *Macarius Aegyptius* § XXXV; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

Digitized by Google

caesus frater iacebat. Quem utrique tollentes, quoniam gradi non poterat, manibus in ecclesiam pertulerunt. Cum autem fratres vidissent sacerdotem illum beatum Macarium comitantem, stupefacti cum admiratione monachum illum perficiunt, et multi propter illum ex paganis facti sunt Christiani. Dicebat ergo abbas Macarius : Quia sermo superbus et malus etiam bonos viros convertit ad malum, sermo vero humilis et bonus etiam malos mutat in melius (1). » Eadem inter Apophthegmata apud Cotelerium leguntur, ubi ita incipiunt : « Narrarunt Macarium Aegyptium abbatem aliquando e Scete ascendisse in montem Nitriae..(2); » cetera vero accurate cum illis conveniunt.

« Abbas Macarius dum ambularet in deserto, caput cuiusdam hominis aridum invenit in terra. Quod postquam baculo suo convertit, vocem visum est emittere. Quod senex, quisnam esset, interrogat. At ille respondit : Ego quidem princeps eram sacerdotum idolorum, qui in hoc loco habitabant. Tu autem es abbas Macarius Spiritu divino repletus. Quacumque enim hora misertus eorum fueris, qui in poena sunt, et pro iis oraveris, consolationem aliquam sentiunt. Cui senex : Et quae est consolatio vestra vel poena? responde. At ille altius ingemiscens : Quantum, inquit, coelum distat a terra, tantum ignis est altus, in quo medio sumus a pedibus usque ad caput undique perfusi, nec cuiquam licet faciem alterius intueri, sed facies nostro dorso coniunctae sunt. Cum ergo oras pro nobis, ex parte videmus alterutrum, et hoc nobis pro consolatione constat. His auditis lacrimas fudit dicens : Vae diei illi, in quo homo mandata Dei transgressus est! **142** Et iterum ab eo, si esset altera poena maior, inquirit. Cui ille respondit : Sunt nobis alii multo inferius. Cumque qui essent illi interrogaret, dixit : Nos quidem, qui Deum non cognovimus, misericordiam quantulamcunque patimur; illi vero, qui cognitum negaverunt, gravioribus et ineffabilibus poenis subtus nos cruciantur. Quibus auditis beatus Macarius capite altius terrae defosso discessit (3). » Idem in libro sexto (4) de abbate Macario maiori i. e. Aegyptio, atque in Apophthegmatis a Cotelerio editis (5) s. v. *Macarius Aegyptius* traditur. Nec non idem colloquium Ioannes Damascenus, falso ut videtur, in Historia Lausiaca legisse se tradidit (6), in qua hodie non amplius legitur. Atque insuper a Michaele Glyca (7), in Menaeis Graecorum (8), a Nicephoro Blemida (9), et in Ioannis Hagioelitae encomio Macarii Aegyptii (10) memoratur. Theologorum scholasticorum ingenia ob difficultates, quae ei insunt, dogmaticas multum exercuit. Quas quidem S. Thomas, refutatis ceterorum scholasticorum loci explicationibus, optime expedire studuit (11). Sed rem fabulosam esse, quis non existimat? Origenistam forte composuisse eam suspicor, quia Origenistae de damnatorum statu post mortem male sentiebant. Ceterum in ms. Aquicinct. teste Rosweido historia legebatur ita verbis concepta, ut difficultates penitus cessarent (12).

143 « Quidam frater beatum Macarium postulabat, ut ei sermonem diceret, per quem posset salvari. Cui senex ait : Oportet fugere homines, et sedere in cella, et pro peccatis iugiter lamentari, et quod super omnes virtutes est, tam linguam coercere quam ventrem (13). » Eandem Macarii doctrinam in Apophthegmatis a Cotelerio editis bis invenis. Et semel quidem his verbis concipitur : « Esaias abbas, interrogans Macarium abbatem : Profer mihi, inquit, sententiam. Cui senex respondit : Homines fuge. Esaias abbas : Quid, inquit, est fugere homines? Respondit senex : Sedere in cella tua et deflere peccata tua (14). » Alter vero Apophthegmatum locus

(1) VV. PP. Rosw. lib. III cap. 127 p. 518, 2.

(2) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 547 s. v. *Macarius Aegyptius* § XXXIX; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(3) VV. PP. Rosw. lib. III cap. 172 p. 526, 1 sq.

(4) Ibid. lib. VI libell. 3, 16 p. 656, 2 sq.

(5) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 546 s. v. *Macarius Aegyptius* § XXXVIII; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(6) Oratio de iis qui in fide dormierunt. Io. Damasc. Opp. T. I p. 585.

(7) Ep. 26. Cf. Fabricii Biblioth. Graec. s. v. *Palladius* ed. l. Vol. X p. 106.

(8) Synaxarium Graecorum 26 Ian.

(9) Diatriba, qualem esse deceat imperatorem Cf. Fabricii Biblioth. Graec. l. l.

(10) Consule Leonem Allatium de libris ecclesiasticis Graecorum diss. II ed Paris 1645 p. 117 — 123.

(11) In IV. Sent. Dist. XLV q. II art. II ad IV. Cf. VV. PP. Rosw. lib. VI not. 12 p. 622, 2.

(12) VV. PP. Rosw. lib. III not. 20 p. 535, 1.

(13) Ibid. lib. III cap. 189 p. 528, 1.

(14) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 540 s. v. *Macarius Aegyptius* § XXVII; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

Digitized by Google

in eo solo differt, quod pro Esaia abbate Aio abbas legitur (1). Aio autem abbas in Thebaide habitavit (2); Esaias abbas in quibus Aegypti regionibus vixerit, non invenio (3). Num compilator Apophthegmatum rem Macario Aegyptio iuste tribuerit, aliunde non liquet.

« Venerunt aliquando duo quidam iuvenes ad beatum Macarium, unus quidem ad plenum doctus, alter vero adhuc incipiens. Et provoluti pedibus eius postulabant, ut secum eos habitare permitteret. Quos cum vidisset quasi corpore deliciosos, existimavit eos eremum ferre non posse. Dixitque ad eos : Hic, fratres mei, non potestis manere. Et illi dixerunt : Si tecum non possumus habitare, pater, quid ergo faciemus? Quo ille audito coepit intra se ita reputare : Si illos hinc eiecero, scandalum patientur; nunc dicam illis : Venite, construite vobis cellulam, si potestis. Cumque illi locum sibi tantummodo demonstrari rogarent, duxit eos et ostendit **144** iis petram, qua incisa sibi habitaculum praepararent, et lignis allatis de palude contegerent. Arbitrabatur autem Macarius confestim illos pro iniuncto labore discedere. Illi vero interrogaverunt eum, dicentes : Quid operis exercere iubes nos, pater? Tunc ille sublatis foliis funiculum illis intexere ostendit, quem pro victu eos distrahere commonuit; et ita ab iis discessit. At illi cum summa patientia, quaecumque iis fuerant imperata, perfecerunt. Videns ergo eos senex in operibus bonis quotidie succrescere, et frequenter in ecclesiam cum silentio in orationibus persistere, desiderabat scire vera opera eorum. Septimana ergo integra ieiunavit, et rogavit Dominum, ut sibi opera eorum dignaretur ostendere. Et post haec profectus est ad eos, pulsavitque ostium speluncae eorum. Quo aperto et viso homine Dei adoraverunt utrique in terra. Et postquam facta ex more oratione consederunt, ille maior innuit minori, et egressus est foras. Ipse autem sedebat torquens funiculum, nihil loquens omnino. Hora vero nona pulsavit ostium frater iunior, et ingressus est cum cibo, quo reficerentur. Eodem nutu iussus mensulam parvulam cum tribus paximatiis (4) apposuit, tacensque stetit. Cumque comedissent, dixerunt ad beatum Macarium : Discedis, pater, an non? Et ille illic se quiescere velle respondit. Tunc illi mattulam in uno angulo ad opus ipsius collocarunt, ipsi vero in altero angulo quieverunt, quasi ad dormiendum se proiecissent. Iterum ergo Macarius rogavit Dominum, ut ei opera ipsorum declararet. Et ecce, velut dissipato tecto lux clara cellulam illam quasi media dies implevit, quam tamen illi non senserunt. Sed postquam arbitrati sunt senem dormire, surgentes in orationem sese dederunt, extendentes manus ad coelum. Quos quidem ille, quid facerent, intuebatur; illi autem illum videre non poterant. Intentius autem senex respiciens vidit tanquam muscas daemones venientes in illius minoris ore atque oculis residere volentes, sed angelus Domini rhomphaea ignea armatus **145** tamillum circumdabat et defendebat, quam daemones repellebat et eiiciebat; ad maiorem vero accedere nullo modo praevalebant. Prope vero iam luce proiecerunt se in eodem stratu suo. Tunc Macarius velut evigilans surrexit; similiter surrexerunt et ipsi quasi de longo somno excitati. Et accedens senior frater ad senem dixit : Vis, pater, vel duodecim psalmos canamus. Cumque psallerent, de ore iunioris fratris per singulos versus fax ignis egressa ascendebat ad coelum. Item et maior cum decantaret, quoties ad psallendum labia deducebat, velut funiculus ignis de ore eius similiter tendebatur ad coelum. Postquam vero expleverunt matutinos (5), egressus Macarius obsecrabat eos, ut pro se orare dignarentur; illi vero tacentes ad eius pedes sunt provoluti, seipsos orationibus illius commendantes. Et cognovit senex, quoniam maior quidem esset in timore Dei perfectus, minorem vero adhuc daemones impugnarent. Post paucos vero dies maior frater receptus est in pace; tertio die etiam minor est eum adsecutus (6). » Idem uberius ipse Macarius narrasse traditur in libro sexto (7) et in Apophthegmatis a Cotelerio prolatis (8); utrobique enim his incipit verbis : « Dicebat abbas Vin-

(1) Ibid. p. 549 § XLI.

(2) Ibid. p. 400 sq. s. v. *Aio*.

(3) De Esaia abbate cf. VV. PP. Rosw. lib. II cap. 10 p. 469, 2. Hist. Laus. ed Meurs. cap. 57 Opp. Meurs. t. I. p. 513. (Genuina esse, quae ibi leguntur, docent codd. Vindobon. quos p. 14 recensuimus.) Sozom. Hist. Eccl. lib. III cap. 14 ed. l. p. 518. Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 445 s. v. *Esaia*.

(4) In graeco textu Cotelerii τρεῖς παξαμάδας.

(5) In graeco textu ap. Cotelerium περὶ τὴν πρωΐαν, circa matutinum tempus.

(6) VV. PP. Rosw. lib. VII cap. 195 p. 528, 2 sq.

(7) Ibid. lib. VI libell. 3, 2 p. 651, 2 sq

(8) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 541 sqq. s. v. *Macarius Aegyptius* § XXXIII; infra in harum Quaestionum appendice altera sub III.

Digitized by Google

demius [in Apophthegmatis Βιτίμιος], quia narravit abbas Macarius: Sedente me aliquando in Scithi [Apophthegmata: εἰς Σκῆτιν] descenderunt duo adolescentes peregrini..., » et in narrationis demum fine haec adduntur: « Et cum aliqui patrum advenirent abbati Macario, ducebat eos in cellam ipsorum dicens: Venite videre martyrium horum minorum peregrinorum. » Macarium igitur Aegyptium intelligi sponte lucet.

« Cum quidam fratres, quemadmodum orarent, beatum Macarium requisivissent, respondit illis dicens: Non sunt necessaria **146** nobis superflua verba, sed extendere tantum manus ac dicere debemus: Deus, quomodo vis et sicut tibi placet, ita fiat. Si autem tentatio irruerit, aut impugnatio, dicendum est: Deus, auxiliare nobis. Ipse enim scit, quae nobis expediant (1). » Eadem Macarii exhortatio in libro quinto (2) et in Apophthegmatis Cotelerii (3) legitur. Atque ex monachis alii permultas quotidie orationes recitasse (4), alii eandem brevem semper repetiisse traduntur (5). Ceterum quam eximie de oratione Macarius Aegyptius senserit, ex eius homiliis clare patet.

« Abbas Macarius dum semel de Scithi portaret sportellas, quas texerat, grandem habens viae laborem resedit et dixit: Deus, tu scis, quia amplius non valeo ambulare, et mox inventus est ad fluvium, unde adhuc multis aberat intervallis (6). » Idem in libro sexto verbis: « Dicebant de abbate Macario illo maiore... (7), » et in Apophthegmatis a Cotelerio editis ita incipit: « Dicebant de abbate Macario Aegyptio... (8), » unde, uter Macariorum dicatur, perspicuum est. Fluvius, quem innuit, Nilus est; ad urbes enim in fluminis ripa sitas adventare solebant monachi, sportulas quas texerant, vendituri.

Et haec quidem insunt de Macariis VV. PP. libro Rosweidianae collectionis tertio. Quae maximam partem ad Macarium Aegyptium spectare invenimus, id quod et in ceteris VV. PP. eiusdem collectionis libris deprehendemus. Rosweidus **147** cum e genere dicendi et quibusdam praefationis verbis, quae cum libri secundi praefatione conveniunt, tum ex praefationum libri secundi et tertii affinitate cum prooemiis Historiae Lausiacae, Rufinum libri tertii scriptorem (interpretem) esse coniecit. Quia enim libri tertii praefatio epistola Palladii ad Lausum Historiae Lausiacae praemissa certo innititur, praefatio autem libri secundi, cuius interpres Rufinus, ad prooemium, quod in fronte Historiae Lausiacae Meursianae et Rosweidianae editionis legitur, haud dubie alludit, eundem utriusque libri scriptorem (interpretem aut praefationum scriptorem) Rufinum esse, satis audacter quidem coniecit (9). Quanquam vel eo, quod Rufinus mortuus erat, antequam Historia Lausiaca prodiret (10), a tali errore revocari debebat. Etenim prooemium istud Meursianae et Rosweidianae editionis (11) Historiae Lausiacae, quocum libri secundi praefatio sine dubio cohaeret, spurium est (12) et Historia Lausiaca vetustius, unde id in libro secundo ante Historiam Lausiacam scripto adhiberi facile explicabis (13). Libri vero tertii praefatio genuinis Historiae Lausiacae innititur locis, quapropter eam post Rufini mortem conscriptam esse non minus perspicuum est. Id solum constat, libri tertii praefationem e libri secundi et Historiae Lausiacae praefationibus compilatam, illumque igitur librum hisce duobus aetate posteriorem esse.

§ 33. Libro quinto VV. PP. collectionis Rosweidianae septendecim de Macariis historiae continentur. Quarum octo de Macario Aegyptio cum fratribus vinum bibente, sed postea pro quovis calice diem integrum aqua abstinente (14), de eiusdem Macarii dicto, in increpandis aliis ad iracundiam commotum se ipsum perdere (15), de eiusdem doctrina, nos acceptarum **148** ab hominibus iniuria-

(1) VV. PP. Rosw. lib. III cap. 207 p. 531, 1.
(2) Ibid. lib. V libell. 12, 10 p. 614, 1.
(3) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 536 sq. s. v. *Macarius Aegyptius* § XIX; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.
4) Cf. supra § 25 p. 106. Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 33 Opp. Meurs. l. l p. 444; cap. 39 p. 456; cap. 47 p. 481; cap. 53 p. 493; cap. 88 p. 553.
(5) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 9 p. 467, 1 Opp. Meurs. l. l. p. 644 sq., passim.
(6) Ibid. lib. III cap. 213 p. 532, 1.
(7) Ibid. lib. VI libell. 2, 6 p. 649, 2.
(8) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 535 s. v. *Macarius Aegyptius* § XIV; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.
(9) VX. PP. Rosw. Proleg. V p. XXIX sq.
(10) Cf. supra § 6 p. 24.
(11) VV. PP. Rosw. lib. VIII p. 704 sq.
(12) Cf. supra § 5 p. 15 § 6 p. 28 sq.
(13) Cf. Ibid. p. 24. 28 sq.
(14) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 4, 26 p. 569 2 sq.
(15) Ibid. libell. 4, 28 p. 570, 1.

Digitized by Google

rum reminiscendo vim memoriae laedere, malorum vero a daemonibus inflictorum recordatione non laedere (1), de modo orandi (2), de puella gravida a Macario Aegyptio se corruptam esse mentiente (3), de diabolo humilitate a Macario Aegyptio se vinci fatente (4), de fure, quem idem Macarius in cella sua deprehendit (5), de daemone denique, qui visitatis fratribus solum sibi Theoctistum fratrem in monasterio favere eidem Macario fassus sit (6), supra excussimus (7). Superest, ut ceteras novem ex ordine recenseamus.

« Dixit abbas Macarius abbati Zachariae : Dic mihi, quod est opus monachi? Dixit ei : Me interrogas, pater? Et dixit ei abbas Macarius : Certus sum de te, fili Zacharia ; est enim, qui me pulsat, ut interrogem te. Dixit ei Zacharias : Quantum ad me, pater, hoc puto, quoniam, quicunque semetipsum necessitatibus subiecerit, atque coegerit, ipse est monachus (8). » Idem reperis in Apophthegmatis a Cotelerio editis s. v. *Zacharias*, quem in Scete resedisse ibi edoceris ; qua ex re Macarium Aegyptium nostro loco intelligi haud iniuste colliges. Zachariae autem responsio in graeco textu fere haec est : « Quantum ego quidem existimo, pater, qui se ipsum cogit ad omnia, is est monachus (9). »

« Interrogaverunt quidam patrum abbatem Macarium Aegyptium dicentes : Quomodo corpus tuum, et quando manducas, et quando ieiunas, siccum est? Et dixit iis senex : Sicut lignum in manu hominis, cum quo frutices in igne versantur atque reversantur, semper ab igne consumitur, ita, si homo mundaverit mentem suam in timore Dei, ipse timor Dei etiam ossa eius **149** consumit (10). » Idem Macarii Aegyptii dictum in Apophthegmatis saepe laudatis legitur (11). Nec non simili corA poris ariditate Macarius Alexandrinus fuit, cui ne pili quidem menti enati erant ob nimios exercitationis labores obque nimiam cutis ariditatem (12).

« Miserunt aliquando senes de monte Nitriae ad abbatem Macarium in Scithi, rogantes, ut veniret ad eos, alioquin sciret, omnem multitudinem, si ipse ad eos non veniret, ad ipsum esse venturam, quoniam desiderabant videre eum, antequam migraret ad Dominum. Qui cum venisset in montem, congregata est omnis multitudo fratrum ad eum. Rogabant autem eum senes, ut faceret verbum ad fratres. Ille
B autem lacrimans ait : Ploremus, fratres, et producant oculi nostri lacrimas, antequam eamus hinc, ubi lacrimae nostrae corpora comburant. Et fleverunt omnes et ceciderunt proni in faciem dicentes : Pater, ora pro nobis (13). » Idem exstat in Apophthegmatis a Cotelerio editis (14). Verba autem senis nonaginta fere annos nati et ultimum Nitriam visitantis animos fratrum ad lacrimas commovisse, quis non facile credet? Indidem, quanti eum fecerint fratres, elucet.

« Abbas Macarius maior in Scithi dicebat fratribus post missas ecclesiae : Fugite, fratres. Et dicit ei unus fratrum : Pater, ubi habemus
C fugere amplius a solitudine ista? Et ponebat digitum suum in ore suo dicens : Istud est, quod fugiendum dico ; et sic intrabat in cellam suam et claudens ostium sedebat solus (15). » Idem habes in Apophthegmatis a Cotelerio editis (16), hoc uno discrimine, quod pro « post missas ecclesiae » in graeco **150** « postquam dimisit ecclesiam » legitur. Taciturnitas autem praecipuis monachorum Aegypti virtutibus adnumeranda est (17).

« Abbas Theodorus, cognomento de Pherme, habebat tres codices bonos. Et cum venisset

(1) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 10, 34 p. 599, 2.
(2) Ibid. libell. 12, 10 p. 614, 1.
(3) Ibid. libell. 15, 25 p. 623, 2 sq.
(4) Ibid. libell. 15, 26 p. 624, 1.
(5) Ibid. libell. 16, 6 p. 631, 1.
(6) Ibid. libell. 18, 9 p. 637, 1 sq.
(7) Cf. § 32 p. 132 § 17 p. 65 § 29 p. 119 § 32 p. 145. 138 sq. 139 sq. 135 sq. 133 sq.
(8) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 1, 6 p. 562, 1.
(9) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 443 s. v. *Zacharias* § 1 ; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub IV.
(10) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 3, 8 p. 565, 2 sq.
(11) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 534 sq. s. v. *Macarius Aegyptius* § XII ; infra in harum Quae-
D stionum Appendice altera sub III.
(12) Cf. supra § 19 p. 75. 79.
(13) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 3, 9 p. 566, 1.
(14) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 545 s. v. *Macarius Aegyptius* § XXXIV ; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.
(15) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 4, 27 p. 570, 1.
(16) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 536 s. v. *Macarius Aegyptius* § XVI ; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.
(17) Agatho abbas, ut taciturnitatis virtutem nanciscatur, tres annos lapidem in ore gestasse fertur. VV. PP. Rosw. lib. V libell. 3, 7 p. 568, 1. Taciturnitatis exempla laudantur in *Indice rerum in Vitas Patrum* apud Roswcidum.

Digitized by Google

ad abbatem Macarium, dixit ei : Habeo tres codices, et proficio ex lectione eorum. Sed et fratres petunt eos ad legendum, et ipsi proficiunt. Dic ergo mihi, quid debeo facere? Et respondens senex dixit : Boni sunt quidem actus, sed melius omnibus est, nihil possidere. Quod cum audiisset, abiit, et vendidit memoratos codices, et dedit indigentibus pretium ipsorum (1). » Eadem in Apophthegmatis a Cotelerio editis ita narrantur : « Theodorus abbas Phermae tres bonos libros possidens ad Macarium abbatem venit, et : Tres, inquit, mihi sunt libri praeclari, ex quorum lectione fructum capio; fratres quoque iis utuntur, et pariter proficiunt. Effare igitur mihi, quid debeam facere; num ad meam fratrumque utilitatem eos retineam, an vendam demque pauperibus? Senex respondit : Pulchrae quidem actiones sunt, sed melior omnibus est paupertas. Quo audito discessit, eosque vendidit, et pecuniam dedit pauperibus (2). » Macarium Aegyptium esse inde coniicio (3), quod Pherme prope Scetim sita erat, et Theodorus ipse initio in Scete vixit (4). Paupertas vero principalis Aegyptiorum patrum virtus fuit (5).

« Venit abbas Macarius maior ad abbatem Antonium in montem, et cum pulsasset ostium, exivit ad eum et dixit ei : Tu quis es? Et ille ait : Ego sum Macarius. Et claudens ostium intravit, et dimisit eum foris. Et cum vidisset postea patientiam eius, aperuit ei. Et adgaudens ei dicebat : Multum tempus est, ex quo te videre desiderabam, audiens de te. Et exhibens ei hospitalitatem refecit eum; erat enim fessus de multo labore. Vespere autem facto infudit sibi abbas Antonius modicas palmas, et dicit ei abbas Macarius : Da mihi, ut ego infundam quod operer. Ille autem dixit : Non habeo plus. Et faciens fasciculum maiorem infudit eum. Et sedentes a sero et colloquentes de utilitate animarum faciebant plectam, et ipsa plecta per fenestram descendebat in spelunca. Et egrediens mane sanctus Antonius vidit collectionem plectarum abbatis Macarii, et admiratus est, et osculatus manus eius dicebat : Multa virtus de istis egreditur (6). » Eadem in Apophthegmatis a Cotelerio editis traduntur (7). Macarium vero Aegyptium cum S. Antonio († XVI. Cal. Febr. 356) (8) congressum esse, hic iterum comperimus (9). Quam quidem historiam cum iis, quae supra de Macario Pispir coenobii abbate relata sunt (10), confundendam non esse facile perspicis.

« Descendit aliquando ipse Macarius de Scithi ad locum qui dicitur Terenuthin, et intravit dormire in monumento, ubi erant antiquitus sepulta corpora paganorum. Et traxit unum corpus sub caput suum tanquam plumatium de scirpo. **151** Daemones autem, videntes fiduciam eius, invisi sunt, et volentes terrere eum, vocabant quasi quandam mulierem dicentes : Nonna illa, veni nobiscum ad balneum. Et alter daemon desub ipso tanquam ex mortuis illis respondit dicens : Peregrinum quendam habeo super me, non possum venire. Senex autem non expavit, sed confidens tundebat corpus illud, dicens : Surge, vade, si potes. Quod cum audiissent daemones, clamaverunt voce magna dicentes : Vicisti nos. Et fugerunt confusi (11). » Eadem res in Apophthegmatis saepe laudatis habetur (12). Terenuthin vero ubi situm fuerit, invenire non potui.

« Narravit abbas Petrus, qui fuit discipulus abbatis Lot, dicens : Eram aliquando in cella abbatis Agathonis, et venit frater quidam ad eum, dicens : Volo habitare cum fratribus, sed dic mihi, quomodo habitem cum iis. Dicit ei senex : Sicut in prima die, quando ingrederis ad eos, ita custodi peregrinationem tuam omnibus diebus vitae tuae, nec assumas fidu-

(1) VV. PP. Rosw lib. V libell. 6, 6 p. 582 sq.

(2) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 451 s. v. *Theodorus Phermensis* § I; infra in harum Quaestionem Appendice altera sub IV.

(3) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 24 Opp. Meurs. l. l. p. 417; cf. *Palladii Historiam Lausiacam ad codicis Vindobonensis fidem breviter delineatam*, infra huic nostrae editioni Historiae Lausiacae praepositam.

(4) Coteler. l. l. p. 457. 458 s. v. *Theodorus Phermensis* § XXV. XXVI. XXVII.

(5) Cf. Rosweidi *Indicem* rerum in VV. Rosw. s. v. *Paupertas*.

(6) VV. PP. Rosw. lib. V. libell. 7, 9 p. 585, 1.

(7) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 530 sq. s. v. *Macarius Aegyptius* § IV; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(8) Cf. Tillemont Mémoires T. VII P. I p. 228.

(9) Cf. Apophthegm. Coteler. l. l. p 539 sq. § XXVI; infra § 38.

(10) Cf. supra § 24 p. 103 sq.

(11) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 7, 10 p. 585, 2.

(12) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 535 s. v. *Macarius Aegyptius* § XIII; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

Digitized by Google

ciam. Dicit ei abbas Macarius : Quid enim facit fiducia? Dicit ei senex : Sic est sicut aestus grandis; qui quando exarserit, omnes fugiunt a facie ejus, quia aestus etiam arborum fructus corrumpit. Dixit abbas Macarius : Sic mala fiducia est? Respondit abbas Agathon : Non est peior altera passio quam fiducia; genitrix est enim omnium passionum. Convenit ergo operatio monacho non sumere fiduciam, vel si solus sit in cella (1). » Hoc Agathonis responsum fratri datum etiam in libro tertio (2) et in libro septimo (3) legis; sed Macarii verba in solis Apophthegmatis a Cotelerio editis adduntur (4). Quae an sint Aegyptii Macarii verba, non satis perspicuum est. Etenim Agathon abbas **152** in Scete non videtur vixisse (5); Petrus autem abbas in Cellulis habitabat (6), et Lot magistrum eius in parva palude Arsenoitis regionis degisse credideris (7).

« Abbas Macarius volens consolari fratres dicebat : Venit huc aliquando cum matre sua puer, qui a daemonio vexabatur, et dicebat matri suae : Surge, eamus hinc. Illa autem dicebat : Non possum pedibus ambulare. Et dicebat ei filius suus : Ego te porto. Et admiratus sum astutiam daemonum, quomodo eos inde fugare volebat (8). » Idem in Apophthegmatis a Cotelerio editis habetur (9). Utri autem Macariorum res tribuenda sit, historia, quae sequitur, indicat.

« Dicebat iterum de desolatione Scithi ad fratres : Quando videritis cellam aedificatam iuxta paludem, scitote, quia prope est desolatio Scithi; quando autem arbores videritis, iam ante ianuam est; quando autem videritis pueros, tollite melotes vestras, et discedite (10). » Eandem Macarii Aegyptii prophetiam in Apophthegmatis a Cotelerio editis deprehendis (11). Quaenam Scetis devastatio innuatur, num sub Lucio Arianorum episcopo Alexandriae Macario superstite facta (12), an illa barbarorum, qui Moysen abbatem cum sociis trucidarunt (13), an tertia quaedam nobis incognita, discerni vix poterit. Tillemontius invasionem barbarorum istorum, quos e crudelissima Mazicum gente fuisse nescio quibus de rationibus existimat, **153** praedici autumavit (14). Ea autem, quae S. Augustinus de Aegypti monasteriis devastatis tradidit (15), huc non spectare videntur.

Quando liber quintus compositus sit, non satis constat. Laudatur autem a Photio (16), et Pelagium libri interpretem saeculo sexto vixisse, non temere coniecerunt (17). Sed ad librum sextum transimus.

§. 34. Libro sexto undecim insunt historiae de Macariis, quarum septem de Macario Aegyptio postquam fatigatus oravit, elevato et trans flumen demisso (18), de duobus adolescentibus peregrinis eumdem Macarium adeuntibus et tanta virtute excellentibus (19), de Macariorum cum duobus tribunis congressu adiecta illa descriptione Scetis (20), de cranio Macario Aegyptio poenas infernorum enarrante (21), de revelatione eidem Macario facta, ipsum virtutem duarum mulierum nondum attigisse (22), de eiusdem Macarii verbo quod dixit Evagrio : Umbra contentus esto (23), de eiusdem affirmatione, se viginti annis aqua, pane et somno satietatem

(1) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 10, 8 p. 596, 2.
(2) Ibid. lib. III cap. 198 p. 529, 2.
(3) Ibid. lib. VII cap. 42, 1 p. 683, 1.
(4) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 372 sq. s. v. *Agathon* § I ; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub IV.
(5) Congressu in Scete habito Agathon abbas venit fratribusque non recte sancitum esse dixit ; ex quo eum in Scete non habitasse recte colliges. Cf. Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 377 s. v. *Agathon* § XIV.
(6) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 646 s. v. *Petrus Pionita* § I.
(7) Ibid. p. 521 s. v. *Lot abbas* § I.
(8) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 18, 10 p. 638, 1.
(9) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 531 s. v. *Macarius Aegyptius* § VI ; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.
(10) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 18, 11 p. 638, 1.
(11) Coteler. Eccl. Graec. Mon. l. l. p. 531 s. v. *Macarius Aegyptius* § V ; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.
(12) Cf. supra § 6 p. 16 sqq. §. 27 p. 113 et infra Cap. VIII § 42.
(13) De hac caede cf. VV. PP. Rosw. lib. V libell. 18, 13. 14. Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 553 s. v. *Mose abbas* §. X.
(14) Tillemont Mémoires T. VIII P. III p. 992, cf. T. X ed. Paris. p. 75. 728. De Mazicum gente cf. Pallad. Hist. Laus. cap. 8. Cassian. Coll. II, 6.
(15) Ep. 111 (alias 122), S. August. Opp. ed. Migne T. II p. 422.
(16) Bibl. cod. CXCVIII.
(17) VV. PP. Rosw. Proleg. XV p. XLII.
(18) VV. PP. Rosw. lib. VI libell. 2, 6 p. 649, 2.
(19) Ibid. libell. 3, 2 p. 651, 2.
(20) Ibid. libell. 3, 15 p. 656, 2.
(21) Ibid. libell. 3, 16 p. 656, 2 sq.
(22) Ibid. libell. 3, 17 p. 657, 1.
(23) Ibid. libell. 4, 17 p. 659, 2.

Digitized by Google

usque usum non esse (1), iam recensuimus (2). Ceterae quatuor hae sunt :

« Habebat quidam filium paralyticum in Aegypto, et adduxit eum ad cellam beati Macarii, et relicto eo ad ostium flente recessit longe. Respiciens ergo senex vidit puerum plorantem, et dixit ei : Quis te adduxit huc? Qui dixit : Pater meus proiecit me hic et abiit. Et dicit ei senex : Surge **154** et apprehende eum. Qui statim sanus factus est, et surgens apprehendit patrem suum, et sic abierunt in domum suam (3). » Idem in libro tertio Besarioni abbati in Scete habitanti (4), in Apophthegmatis vero a Cotelerio editis Macario Aegyptio tribuitur (5). De puella similiter a parentibus ad ianuam Macarii Aegyptii proiecta et a sancto sanata supra audivimus (6).

« Dicebat abbas Sisois : Quando eram in Scithi cum abbate Macario, ascendimus metere cum eo, septem nomina. Et ecce una vidua colligebat spicas de post nos, et non cessabat plorans. Vocavit ergo senex dominum agri illius et dixit ei : Quid est aniculae huic, quod semper plorat? Qui dixit ei : Quia vir eius habuit depositum cuiusdam, et mortuus est non loquens, et non dixit, ubi posuit illud, et vult dominus depositi accipere eam et filios eius in servitutem. Et ait senex : Dic illi, ut veniat ad nos, ubi requiescimus in caumate. Et cum venisset, dicit ei senex : Utquid semper ploras? Quae ait : Vir meus defunctus est, accipiens commendatum alicuius, et non dixit moriens, ubi posuit illud. Et dixit ei senex : Veni, et ostende nobis sepulchrum viri tui. Et assumptis secum fratribus abiit cum ea. Et cum venissent ad locum, ubi positus erat, dixit ad illam senex : Recede hinc in domum tuam. Et orantibus illis vocavit senex illum, qui mortuus fuerat, dicens illi : Ubi (7) posuisti alienum depositum? Qui respondens dixit ei : In domo mea absconditum est sub pede lectuli. Et ait illi senex : Dormi iterum usque in diem resurrectionis. Videntes autem fratres ceciderunt ad pedes eius; quibus dixit senex : Non propter me factum est hoc; nihil enim sum; sed propter illam viduam et orphanos ipsius fecit Deus hanc rem. Hoc enim est magnum, quia sine peccato vult Deus esse animam, et si quid petierit, accipit. Veniens autem nuntiavit viduae illi, ubi erat illud commendatum. At illa sumens **155** illud reddidit domino suo et liberavit filios suos. Et qui audierunt hoc, glorificaverunt Deum (8). » Idem in Apopthegmatis a Cotelerio editis habetur (9). Rosweidus illud « septem nomina » quid sibi velit, non intelligere se fatetur (10). Sed e graeco id facile explicatur, ubi legis « ἑπτὰ ὀνόματα » i. e. septem homines. Etenim vox ὀνόματα pro ἄνθρωποι saepe reperitur (11), unde cod. ms. Bodecensis Bollando teste recte protulit « septem fratres (12). » Noli autem mirari, quod Macarius Aegyptius abbas exiisse legitur ad metendum. Mos enim non solum fratrum Serapionis presbyteri, qui decem fere millia monachorum in regione Arsenoite regebat, sed omnium paene Aegypti monachorum fuit, ut messis tempore ad metendum se conducerent, mercedisque, quum octogenos modios frumenti plus minus singuli accepissent, partem iis, quos noverant, pauperibus offerrent, nec non Alexandriam usque naves frumento, quod egentibus distribueretur, onustas dirigerent (13). Pariter vero Spiridioni, Cypri episcopo, filia defuncta, ubi depositum posuerit, e sepulchro respondisse traditur (14).

(1) VV. PP. Rosw. lib. VI libell. 4, 18 p. 659 sq.

(2) Cf. supra § 32 p. 146; 143 sqq.; § 24 p. 103 sq.; § 28 p. 118; § 32 p. 141 sq.; 136 sq.; § 29 p. 119; 120.

(3) VV. PP. Rosw. lib. VI libell. 2, 7 p. 649, 2.

(4) Ibid. lib. III cap. 122 p. 518, 1.

(5) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 535 sq. s. v. *Macarius Aegyptius* § XV; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(6) Cf. supra § 17 p. 60.

(7) Sic male, pro *dicens : Ille, ubi;* graece Λέγων· Ὁ δεῖνα. Cf. Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 815.

(8) VV. PP. Rosw. lib. VI libell. 2, 8 p. 649, 2 sq.

(9) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 532 s. v. *Macarius Aegyptius* § VII; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(10) VV. PP. Rosw. lib. VI not. 6 p. 662, 1.

(11) Exempla congessit Cotelerius l. l. p. 814 in nota ad nostram historiam (p. 532, A).

(12) AA. SS. Boll. Jan. T. I p. 1009, 1 not. b.

(13) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 18 p. 476, 1. Cf. lib. V libell. 17, 20 p. 654, 2. In Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 77 Opp. Meurs. l. l. p. 537 duodecim artabas i. e. circa quadraginta modios unusquisque accepisse fertur. Ista igitur differentia quomodo explicanda sit, nescio. Caput vero illud editionis Meursianae, quum in codd. Vindobon. desideretur, spurium esse verisimile est.

(14) Rufin. Hist. Eccl. lib. I cap. 5, ed. Basil. l. p. 218, Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 222. Migne Patrol. T. XXI p. 471.

Digitized by Google

« Venit aliquando abbas Macarius ille Aegyptius de Scithi in montem Nitriae in die oblationis ad monasterium abbatis Pambo, et dixerunt ei seniores loci illius : Dic fratribus verbum aedificationis, pater. Qui dixit iis : Ego nondum factus sum monachus, sed vidi monachos. Et dixit : Sedente enim **156** me aliquando in cella in Scithi, perurgebant me cogitationes meae dicentes : Surgens vade usque in desertum, et considera, quod illic vides. Et permansit reluctando huiusmodi animus meus per quinque annos dicens : Ne forte a daemonibus sit haec suggestio. Cum ergo perseverasset cogitatio ista in me, abii in eremo, et reperi ibidem stagnum aquarum, et insulam in medio eius. Veniebant quoque diversa animalia eremi, et bibebant ex eo. Inter quae vidi duos homines nudos, et contremuit corpus meum; putabam enim, quia spiritus sunt. Cumque vidissent illi me trepidantem, locuti sunt ad me dicentes : Noli timere; et nos enim homines sumus. Dixi itaque illis : Unde estis, et quomodo in hanc eremum venistis? Qui dixerunt : De coenobio fuimus, et factus est nobis consensus, et egressi sumus huc, ecce quadraginta anni sunt. Erat autem unus ex ipsis Aegyptius, alius vero Libycus. Interrogaverunt autem me et ipsi dicentes : Quomodo est mundus, et si ascendit aqua secundum tempus suum, si etiam habet mundus abundantiam suam? Respondi iis : Etiam. Quos et ego interrogavi : Quomodo possum fieri monachus? Dicunt mihi : Nisi quis renuntiaverit omnibus, quae in mundo sunt, non potest fieri monachus. Quibus dixi : Ego infirmus sum et non possum sicut vos. Responderunt mihi : Si non potes sicut nos, sede in cella tua et plange peccata tua. Interrogavi ergo eos dicens : In hieme non sentitis frigus aut in aestate non incenditur corpus vestrum in caumate? At illi dixerunt : Deus fecit nobis hanc dispensationem, ut neque in hieme frigus neque aestate ardorem sentiamus. Ideoque dixi vobis, quia ego nondum factus sum monachus. Ignoscite mihi fratres (1). Idem in Apophthegmatis Cotelerii reperis (2). Pambo abbatem cum monachis suis in monte Nitriae habitasse, testis est Palladius (3). Duo illi monachi fuerunt e genere anachoretarum, quorum vitam supra descripsimus (4). **157** Monachorum autem esse, sedere in cella et deflere peccata sua, ipsum docuisse Macarium cognovimus (5).

« Venit quidam adolescens ad abbatem Macarium, ut sanaretur a daemonio. Et dum esset foris stans, ecce advenit quidam frater de alio monasterio et concubuit in peccatum cum adolescente illo. Egressus autem senex cernit fratrem illum peccantem cum parvulo illo, et non eum increpavit dicens : Si Deus, qui plasmavit eos, videns patientiam in illis habuit, qui, si vellet, incenderet eos, ego quis sum, qui arguam eos (6)? » Huius facinoris ceteri fontes memoriam non faciunt.

Libri sexti interpres latinus est Ioannes subdiaconus, quem Pelagii, interpretis libri quinti, aequalem fuisse existimant (7). Sexti quoque libri textum graecum Photius laudat (8).

§. 35. Libro septimo sex de Macariis continentur historiae, e quibus tamen novi parum discimus, quum una sola excepta omnes iam recensuerimus. Narratur enim de diabolo fratres invisente atque Macario Aegyptio se solum « Theopistum » amicum habere profitente (9), de fure, quem idem Macarius in cella deprehendit (10), de diabolo sola illius humilitate se vinci fatente (11), de Cronio, qui in Pispir coenobio Macarium Antonii ministrum convenit (12), de Macarii Aegyptii expositione, cur recordatione malorum a diabolo inflictorum memoriae non noceamus (13). Superest igitur sola haec historia :

« Beatus Macarius dixit : In veritate si facta est monacho **158** despectio quasi laus, paupertas sicut divitiae, inopia sicut epulae, nunquam moritur. Impossibile est, bene credentem et pie colentem Deum cadere in passio-

(1) VV. PP. Rosw. lib. VI libell. 3, 4 p. 653, 1.

(2) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 526 s. v. *Macarius Aegyptius* § II ; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(3) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 12 Opp. Meurs. l. l. p. 373, 1 sqq.

(4) Cf. supra § 5 p. 4 sq.

(5) Supra § 32 p. 143.

(6) VV. PP. Rosw. lib. VI libell. 4, 34 p. 661, 1. sq.

(7) Ibid. Proleg. XIV p. XLII.

(8) Bibl. cod. CXCVIII.

(9) VV. PP. Rosw. lib. VII cap. 1, 8 p. 665, 2.

(10) Ibid. lib. VII cap. 3, 1 p. 666, 2.

(11) Ibid. lib. VII cap. 13, 6 p. 670, 2.

(12) Ibid. lib. VII cap. 19, 3 p. 673, 2.

(13) Ibid. lib. VII cap. 37, 4 p. 681, 2. Recensuimus quinque illas historias supra § 32 p. 133 § 33 p. 148; § 32 p. 133 sq. § 33 p. 148; § 32 p. 139 sq. § 33 p. 148; § 25 p. 106 sq. § 29 p. 119 § 33 p. 148.

Digitized by Google

nem immundam et in errorem daemonum (1). Idem in sententiis patrum Aegyptiorum a Rosweido (2) et in Apophthegmatis a Cotelerio (3) editis occurrit.

Quae deinde in libro septimo de Macario camelario, qui nitrum furatus sit, traduntur (4), ad neutrum ex nostris, sed ad Macarium iuniorem, qui ad annum usque aetatis duodevigesimum pecora paverat, videntur spectare (5). Latinus autem interpres libri septimi est Paschasius diaconus, quem etiam saeculo sexto vixisse haud temere credunt (6).

§ 36. Ex Rosweidiana collectione solus sententiarum Aegyptiorum patrum liber examinandus restat. Ubi de Macariis quatuor tantum locis traditur, quorum tres sententiam Aegyptii, cur recordatione malorum a daemone inflictorum memoriae vim non laedamus (7), eiusdem doctrinam, iracundum sibi ipsum nocere (8), illudque, quod modo audivimus, dictum de monacho perfecto (9) perhibent (10). Quartus vero hic est:

« Dicebant pro abbate Macario maiore, quia sicut Deus protegit totum mundum et portat peccata hominum, ita et ille quasi quidam Deus terrenus fuit in fratribus, operiens delicta illorum, et ea, quae videbat vel audiebat, quasi non videns et non audiens (11). » Quod narratur etiam in Apophthegmatis **159** a Cotelerio editis (12), et cum ceteris, quae de Macario Aegyptio legimus, bene convenit.

Sed nunc Apophthegmata a Possino et a Cotelerio edita inspiciamus.

CAPUT VII.

APOPHTHEGMATA A POSSINO ET A COTELERIO EDITA, INEDITA CODICUM VINDOBONENSIUM APPENDIX COTELERII APOPHTHEGMATUM, VITAE SANCTORUM DE SANCTIS MACARIIS AEGYPTIO ET ALEXANDRINO.

§ 37. De Apophthegmatis Macarii, quae e codice collegii S. I. Romani Possinus primus edidit (13), brevissime loqui sufficiet. Cum enim didacticae plane indolis sint, et a Pritio (14), nec non in Gallandii Bibliotheca PP (15). denuo excusa facile evolvantur, ea integra adscribere noluimus. Leguntur vero in iis effata Macarii « magni, » i. e. Aegyptii de perfectione monachi, de eius consolatione, de conversatione cum senibus, de patientia, de amore vero, de vi orationis et patientiae, de taciturnitate, de sanctitate sine doctrina et doctrina sine sanctitate, de non appetenda praefectura monachorum, de oratione. Atque eadem in iis, quae in homiliis Macarii Aegyptii, deprehenditur indoles. Sed quoniam opuscula, quae sub Macarii Aegyptii nomine Possinus ex eodem codice Romano protulit (16), codice, quem ipse Vindobonae adii (17), teste **160** a Simeone Logotheta (e scriptis Macarii Aegyptii) compilata sunt, Apophthegmata illa simili modo conflata esse non temere suspicor. Atque haec Apophthegmata cum versione a nobis castigata infra in harum Quaestionum Appendice altera sub II typis repetivimus.

§ 38. In Apophthegmatis a Cotelerio editis de Macario Aegyptio XLI capitibus narratur, quae tamen solis decem historiis exceptis omnia iam excussimus. Neque ea apud Palladium, in libro secundo, apud Cassianum, S. Hieronymum, Evagrium, sed in sola antiqua Historiae Lausiacae versione et in VV. PP. libris deprehendimus. Unde compilatorem in opere suo congerendo non operibus scriptorum, sed secundariis tantum fontibus, VV. PP. nimirum libris, innisum esse certo elucet. Sed hae sunt decem illae historiae:

« Petrus abbas narravit, beatum Macarium, quum aliquando anachoretam quendam invenisset aegrotantem, sciscitatum esse ex eo, quidnam cibi sumere vellet. Qui postquam pastillum petiit, virum fortem, quum nihil in

(1) VV. PP. Rosw. lib. VII cap. 38, 2 p. 682, 1.
(2) Ibid. Aegypt. patrum sententiae 23 p. 1003, 1.
(3) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 537 s. v. *Macarius Aegyptius* § XX: infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.
(4) VV. PP. Rosw. lib. VII cap. 12, 2 p. 669, 2.
(5) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 18 Opp. Meurs. l. l. p. 385. Cf. supra p. 105.
(6) VV. PP. Rosw. Proleg. XIII p. XLIII.
(7) VV. PP. Rosw. 15 p. 1003, 1.
(8) Ibid. 16 p. 1003, 1.
(9) Ibid. 23 p. 1003, 2.
(10) Recensuimus eos supra § 29 p. 119 § 33 p. 147 sq. § 35 p. 157; § 17 p. 65 § 32 p. 132 § 33 p. 147 § 35.
(11) VV. PP. Rosw. 107 p. 1006, 1 sq.
(12) Coteler. l. l. p. 541 s. v. *Macarius Aegyptius* § XXXII; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.
(13) Cf. supra p. 37 not. 1.
(14) Cf. supra l. l.
(15) Galland. Bibl. PP. T. VII p. 222 sq.
(16) Libro a nobis supra p. 37 n. 1 laudato. Eadem opuscula recusa sunt hoc indice: *S. Patris Macarii Aegyptii opuscula*, etc. *ed. Pritius* Lips. 1699 et in Galland. Bibl. PP. T. VII p. 161 sqq.
(17) Est cod. Bibl. Caes. Vindob. ms. theol. graec. No. 104, olim 240, ubi fol. 55, 2 sqq. opu-

Digitized by Google

cella esset, proficisci Alexandriam non piguit, ut aegro afferret; neque mira res manifesta cuiquam facta est (1). » De Petro abbate in Cellulis, Lot abbatis discipulo, supra disputavimus (2).

« Iterum memoravit : Macario abbati prae cunctis fratribus in simplicitate conversanti quidam : Cur, inquiunt, talem te praebes ? Ille respondit : Duodecim annis servivi Domino meo, ut mihi hanc largiretur gratiam, et vos omnes mihi consilium datis, ut deponam eam (3) ? » Haec sane cum iis, quae de Macario Aegyptio hucusque comperimus, optime conveniunt.

« Proditum est, duos fratres in Scete deliquisse. Quos quum Macarius πολιτικός abbas segregasset, nonnulli Macarium magnum Aegyptium abbatem adeuntes hoc nuntiarunt. Is : Non, inquit, fratres sunt segregati, sed Macarius; nam diligebat eum. Macarius autem abbas, a sene se segregatum esse audiens, fugit ad paludem; atque ille reperit eum a **161** culicibus perforatum. Cui : Tu, inquit, segregasti fratres, iique, ecce, secedere poterant in vicum. Ego vero te segregavi, tuque velut pulchra virgo in interius cubiculum huc fugisti. At ego vocatis fratribus didici, nihil horum factum esse. Prospice igitur et tu, frater, ne a daemonibus illusus fueris; nam nihil vidisti; sed poenitentiam age pro delicto tuo. Ille respondit : Si vis, da mihi poenitentiam. Videns igitur senex humilitatem eius : Vade, inquit, ieiuna tribus hebdomadis, semel singulis hebdomadis comedens. Haec enim erat exercitatio eius perpetua, per hebdomadas ieiunare (4). » Macarium πολιτικόν Alexandrinum esse supra ostendimus (5). Eum vero iterum aliam ob causam in palude Scetis sedisse scimus (6).

« Proficiscens aliquando Macarius abbas cum fratribus per Aegyptum puerum audivit matri suae ita loquentem : Mater, dives quidam diligit me, et odi eum; pauper vero odit me, et diligo eum. Quo audito sermone Macarius abbas admiratus est. Tum fratres : Quid, inquiunt, hoc verbi est, pater, quod admiraris ? Senex respondit : Revera Dominus noster dives est, et diligit nos, ipsi autem nolumus ei obtemperare; inimicus contra noster diabolus pauper est, oditque nos, et nos diligimus impuritatem eius (7). » Digne sane haec explicatio, quae ad posteros transferatur.

« Rogans Poemen abbas eundem multis cum lacrimis : Dic mihi, inquit, quomodo salver. Cui senex respondit : Quam quaeris rem, iam recessit a monachis (8). » Poemen et Ioseph abbates Rufinus in Pispir vidisse se tradit (9) : sed Poemen abbas etiam in Scete vixit (10).

« Macarius abbas aliquando adiit Antonium abbatem. Quocum collocutus, cum in Scetim reverteretur, fratribus obviam **162** venientibus inter sermocinandum : Antonio, inquit, abbati dixi, nos non habere in loco nostro oblationem. Sed Patres aliis de rebus disserere coeperunt, nec quaesierunt amplius discere responsum senis, neque ipse prolocutus est. Hoc igitur quidam ex patribus dixit : Si viderint patres, e fratrum memoria excidere, ut de re iis utili interrogent, adigunt se ipsos, ut principium sermonis proferant; quodsi vero a fratribus non adigantur, sermonem non persequuntur, ut ne deprehendantur locuti non interrogati, videaturque loquela otiosa esse (11). » Macarium Aegyptium ad S. Antonium profectum esse iam supra comperimus (12); unde haud inepte discipulus S. Antonii sensu latiore a Rufino appellari nobis visus est (13).

« Paphnutius abbas, Macarii abbatis discipulus, hoc retulit : Rogavi, inquit, patrem meum, ut mihi diceret verbum. Is autem : Neminem, inquit, laeseris, nec quemquam condemnaveris. Haec observa et salvabe-

scula legis sic inscripta : *Κεφάλαια τοῦ ἁγίου Μακαρίου μεταφρασθέντα παρὰ Συμέων τοῦ λογοθέτου ρπ'*. Opuscula vero maximam partem compilata esse iam levi eorum cum homiliis comparatione intelligitur.

(1) Coteler. Mon. Eccl. Graec. T. I p. 533 s. v. *Macarius Aegyptius* § VIII; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub III.

(2) § 33 p. 152.

(3) Coteler. l. l. p. 533 § IX; infra in Append. l.

(4) Ibid. p. 537 § XXI; infra in Append. l.

(5) Cf. §§. 24, 25 p. 104. 106.

(6) Cf. supra p. 67. 89.

(7) Coteler. l. l. p. 539 § XXIV, infra in Append. l.

(8) Ibid. p. 539 § XXV, infra in Append. l.

(9) Rufin. Hist. Eccl. lib. II cap. 8, ed. Basil. l. p. 246, Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 278 sq., Migne p. 517. Cf. infra § 42 p. 176.

(10) Coteler. l. l. p. 587. 635 s. v. *Poemen* § IV. § CLXXX.

(11) Coteler. l. l. p. 539 sq. § XXVI, infra in Append. l.

(12) § 33 p. 150.

(13) Supra § 26 p. 112.

Digitized by Google

ris (1). » Paphnutius, quanquam Palladio quidem teste Macarii Alexandrini discipulus (2), etiam in Scete degisse legitur (3); primum tamen in solitudine Thebaidis eum habitasse verisimile est (4).

« Macarius abbas dixit : Noli dormire in cella fratris, quem mala fama petiit (5). »

« Ad Macarium abbatem in Scete quondam accesserunt fratres, nec quidquam invenerunt in cella eius nisi aquam putridam. Itaque ei : Abba, inquiunt, ascende in pagum, et reficiemus te. Quibus senex respondit : Nostis, fratres, pistrinum illius hominis in pago? Dicunt : Etiam. Deinde senex : Ego quoque novi. Nostis et praedium illius hominis, **163** ubi fluvius salit? Aiunt : Novimus. Senex : Et ego, inquit, novi. Quando igitur placet, vobis mihi opus non est, sed ipse mihi adporto (6). » Haec exercitationis virtus cum ceteris, quae de Macario Aegyptio percepimus, optime consentit.

« Paphnutius abbas, Macarii abbatis discipulus, retulit, senem dixisse : Quando puer eram, buculas cum aliis pueris pascebam, qui perrexerunt furatum ficus. Dumque currunt, una ex iis cecidit, quam tollens comedi. Quoties igitur rei eius memoria redit, plorans sedeo (7). » De Paphnutio Macarii abbatis discipulo monuimus (8).

Haec quidem de Macario Aegyptio insunt Apophthegmatis a Cotelerio editis s. v. *Macarius Aegyptius*. Sed evolventi mihi cetera Apophthegmatum capita tribus aliis locis Macarii, ut videtur, Aegyptii mentio occurrit (9). Quos quidem locos supra iam cognovimus atque recensuimus (10).

164 § 39. De Macario Alexandrino in Apophthegmatis a Cotelerio editis hae tres historiae referuntur :

« Macarius πολιτικός ille abbas aliquando ad secandos palmarum ramos exiit, fratribus ipsum comitantibus. Qui primo die ei : Veni, inquiunt, pater, nobiscum comede. Accessit igitur ille et comedit. Altero eum die iterum rogant, ut comedat. At is renuens : Vos, inquit, filii, cibum sumatis necesse est; adhuc enim caro estis; ego vero nunc nolo manducare (11). » Haec historia in duobus Apophthegmatum codicibus Vindobonensibus s. v. *Macarius Aegyptius* post § XXXII perperam, ut quisque facile intelligit, inserta legitur (12). Quantopere autem Macarius Alexandrinus cibis abstinuerit, e Palladio didicimus (13).

« Macarius abbas convenit Pachomium abbatem Tabennesiotarum. Quem Pachomius interrogans : Si, inquit, fratres disciplinae ordinem non servant, bonumne est corripere eos? Respondit Macarius abbas : Castiga et iuste eos iudica, qui tibi subiiciuntur; extra vero iudicaveris neminem; nam scriptum est : Nonne de iis, qui intus sunt, vos iudicatis? Nam eos, qui foris sunt, Deus iudicabit (14). » Macarium Alexandrinum cum Pachomio congressum esse, a Palladio accepimus (15). Ceterum e colloquio isto denuo probatur, Macarium Alexandrinum iam ante annum 348, quo quidem mortuus est Pachomius, non exigua virtutis et asceseos fama excelluisse (16).

Macarius abbas aliquando per quatuor integros menses quotidie visitabat fratrem quendam, neque unquam, ne semel quidem, invenit eum vacantem ab oratione. Admiratus igitur dixit : Ecce, terrestris angelus (17)! » Cellularum monachi singuli in cellis degentes sola die sabbati et dominica **165** convenire

(1) Coteler. l. . p. 540 § XXVIII, infra in Append. l.

(2) Cf. § 19 p. 75.

(3) Coteler. l. l. p. 649 s. v. *Pavhnutius* § IV. Cassian. Coll. III, 1.

(4) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 63 Opp. Meurs. l. l. p. 524 sq. Animadvertendum est, in capite de Paphnutio Historiam Lausiacam codicum Vindobonensium a Meursiana ita differre, ut vix uno verbo consentiat. Cf. *Palladii Historiam Lausiacam ad codicis Vindobonensis fidem a nobis breviter delineatam*, infra huic editioni Historiae Lausiacae praepositam.

(5) Coteler. l. l. p. 540 § XXIX ; infra in Append. l.

(6) Ibid. p. 541 § XXX, infra in Append. l.

(7) Ibid. p. 546 § XXXVII, infra in Append. l.

(8) Modo p. 162. not. 7.

(9) Coteler. l. l. T. I p. 372. 443. 451. s. vv. *Agathon* § I, *Zacharias* § I, *Theodorus Phermensis* § I.

(10) Supra § 32 p. 151. 148. 150.

(11) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I s. 572 s. v. *Macarius πολιτικός* seu *urbicus* §. I; infra in harum Quaestionum Appendice altera sub V.

(12) Codices laudavimus supra § 11 p. 35 not. 2. p. 36 not. 1.

(13) Supra cap. III.

(14) Coteler. l. l. p. 573 § II; infra in Append. l. sub V. Cf. I Cor. 5, 12. 13.

(15) Cf. supra p. 70. 86 sq.

(16) Cf. supra p. 86 sq.

(17) Coteler. l. l. p. 573 § III ; infra in Append. l. sub V.

Digitized by Google

solebant in ecclesia (1); e quorum fortasse numero ille frater fuit, quem Macarius Alexandrinus Cellularum presbyter tot menses quotidie adiens semper orantem invenit.

Expositis igitur iis, quae in Apophthegmatis illis de Macario Alexandrino reperiuntur, ad appendicem Apophthegmatum ineditam transire licebit.

§ 40. Etenim in ea appendice, cuius codicem in bibliotheca Caesarea Vindobonensi adii (2), tres historiae de Macario exstant, quarum ultimam de mortuo ad refellendum Hieracitam haereticum a Macario Aegyptio resuscitato cum lectoribus communicavimus (3). Reliquae, quarum una in codicis fol. 148, altera fol. 161, 1 habetur, latine redditae hae sunt :

« Dixit Macarius abbas : Quid iudicas interfectores et adulteros et sepulchrorum depilatores, et si quis alius eiusmodi legis violator? Habent iudicem suum. Immo inquire non modo in aliena facinora, sed etiam in delicta tua saepe praemeditata, et te ipsum saepenumero invenies illis peiorem. Nam tu quoque lascivis oculis non raro circumspexisti; id quod, ut ipse scis, verum iam est adulterium. Saepe etiam fratri tuo maledixisti, neque ignoras, hac de re Dominum revelasse, dicentem quemque ad fratrem suum « fatue, » reum esse gehennae ignis. Atque, quod omnium atrocissimum est, vel indignus fortasse ad sancta et intemerata eius mysteria accedis, ita ut reus fias corporis et sanguinis Christi. Ille igitur, quem iudicas, merum hominem occidisse deprehenditur; tu vero deprehenderis Christum ipsum occidens mortisque eius reus, quum indignus participes intemeratum corpus et sanguinem. Legis enim : Qui indigne manducat et bibit, reus est corporis et sanguinis Christi et iudicium sibi manducat et bibit; hoc est : Sicut Iudaei illi occiderunt eum, ita et ii, qui indigni corpus et sanguinem eius sumunt, idem faciunt. Nam verisimillimum est, et eum, qui purpuram regiam scindat, et qui eam maculet, **166** eandem mortem pati. Unde et qui corpus eius aliquando perforarunt, et qui nunc inquinant illud, quippe impura ipsum mente percipientes, idem cum crucifigentibus Christum iudicium ex Apostoli verbis subibunt. »

« Alias confessus est Macarius abbas : Quum iunior essem cunsque in cella vacarem, in eremum profectus mecum reputans dixi : Cui occurris, eum interroga pro utilitate tua. Atque puerulum inveni boves pascentem, cui : Quid, inquam, faciam, puerule, quia esurio? Is mihi : Comede, inquit, tandem. Tum ego : Comedi, sed iterum esurio. Ac rursus mihi dixit : Ergo iterum comede. Similiter et ego : Saepenumero, inquam, comedi, denuoque semper esurio. Ad haec ille respondit : Non multum abest, ut asinus sis, abba, quippe qui semper vesci velis. Itaque nactus utilitatem discessi (4). »

Etsi perpulchrae hae duae historiae reapse utrique Macariorum bene conveniunt, tribuerim tamen eas Aegyptio; et alteram quidem propter similitudinem doctrinae cum homiliis eius, alteram ob ipsius nexum cum historia de mortuo ad refellendum Hieracitam resuscitato, quae in codice proxime subiuncta ad eundem Macarium respicit (5).

§ 41. Superest, ut vitas aliorum Sanctorum, in quibus Macariorum nostrorum mentio fit, examinemus. Quem in finem singula volumina AA. SS. Bollandi diligenter evolvimus, sed fructus paucos percepimus. Macarius Alexandrinus in fine epistolae « Ammonis episcopi ad Theophilum papam Alexandriae de conversatione et particulari vita S. Pachomii et Theodori » memoratur, ubi cum beato Pior, Aelurione, Ammonio et Isidoro, anachoretarum omnium antiquissimo, etiam *beatus Macarius* iis adnumeratur, quos in monte Nitriae Ammonius episcopus viderat et magnopere admiratus erat (6); Macarium igitur Alexandrinum intelligendum esse verisimillimum est. Praeterea inter reliquias ecclesiae Senonensis **167** Macarii abbatis recensentur reliquiae, quae num alterutrius ex nostris Macariis sint, certo dicere nequis (7). Rursus Macarii mentio fit in vita Iusti episcopi Lugdunensis ab anonymo quodam descripta, quae prodiit e codice XXXIII Reginae Sueciae. Iustus enim episcopus exeunte saec. IV Aegyptum petierat. In cuius vita scriptor incognitus haec verba

(1) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 22 p. 478, 1; Hist. Laus. ed Meurs. cap. 70 Opp. Meurs. lib. I p. 532. Cf. supra § 28 p. 117.

(2) Hanc appendicem descripsimus supra § 11 p. 56, codicem ibid. not. 1.

(3) Supra § 14. p. 49 sqq.

(4) Textum graecum e codice descriptum legis infra in harum Quaestionum Appendice priore sub V 1. 2.

(5) Eius textus graecus legitur e codice descriptus infra in harum Quaestionum Appendice priore sub V, 3.

(6) AA. SS. Boll. Mai. T. III p. 357.

(7) Ibid. Mai. T. VII p. 151, F.

Digitized by Google

facit : « Ego autem ipse sanctum quendam presbyterum paene iam nonagenariam aetatem agentem vidi, cuius mihi relatione haec comperta sunt; nam in sermone eius quasi sanctae historiae fides inerat. Referebat, se in illis eremi partibus diu moratum fuisse, nec solum vidisse beatissimi nominis Iustum, sed etiam familiaritate eius usum fuisse, ac magnificum apparuisse inter illos, qui tunc in eremo revelationibus atque virtutibus tanquam magna luminaria refulgebant, sanctum Macharium, Pafnutium ceterosque, quorum sanctitatis fama per Orientem vigebat (1). » Bollandistae Macarium Aegyptium Scetis abbatem, ubi etiam Paphnutius abbas degebat, intelligi haud temere arbitrati sunt (2). Verbis, « tanquam magna luminaria refulgebant, » scriptor anonymus ad Rufini librum respicere videtur (3). Denique plura leguntur de Macario Aegyptio in vita S. Apollinaris Syncleticae, Dorotheus nuncupatae, quam iam accuratius pertractemus. Summa autem rerum, quae eius vita continentur, huc redit :

Apollinaris virgo, Anthemii imperatoris filia, vitae monachicae studio acta, quum sancta loca invisisset et Alexandriam navigasset, ad sepulchrum S. Mennae venit. Inde patres Scetis aditura, ubi prope paludem in fontem, qui fons Apollinaris postea appellari solebat, incidit, lecticario et comite itineris eunucho dormientibus, vestes mutavit habituque monachico, quem secum reconderat, induto, in paludem effugit. **168** Ubi multos annos cum daemonibus certans, corpus a culicibus exesum pelli testudinis simile gerebat. Postea a Deo edocta, ut interroganti nomen ipsius Dorotheus diceret, e palude egressa est eunuchus ab omnibus habita. « Cum esset autem mane, occurrit ei S. Macarius, et dicit ei : Benedic, pater. Illi autem data sibi invicem caritate ambulabant in solitudine. Interrogavit vero Dorotheus dicens : Pater, quis es? Ille autem dixit : Ego sum Macarius. Is vero dixit : Fungere officio caritatis; sine me habitare cum fratribus. Praebuit autem ei quoque cellam protinus (4). » Isto igitur loco die noctuque orans acerrime certabat. « Quodam autem die abbas Macarius venit in eius cellam, et dicit ei : Fungere officio caritatis, bone frater; emitte nobis preces. Ille vero dicit : Pater, ego a te volo benedici. Cumque fecissent preces, sederunt. Eam autem rogavit abbas Macarius dicens : Dic mihi, frater, undenam venis, et quod est tibi nomen? Illa vero dixit : Vocor Dorotheus, et cum audiissem de sanctis, qui hic sunt, Patribus, volui una cum iis habitare, si sim dignus. Dicit autem ei rursus senex : Quodnam opus facis? Ea vero dicit : Faciam, si quid me iubes. Is autem ostendit ei, ut faceret catenam. Deus vero volens ostendere eius animi fortitudinem, non declaravit abbati Macario, eam esse feminam, sed is tanquam virum eunuchum eam esse putabat. Multas autem curationes Deus per eam peregit (5). » Ac sanctae quidem una sola erat soror, capta a daemone, qui lacerare eam coepit et dicere : Nisi in solitudinem me tuleritis, non egrediar ex ea. Tandem imperator magno cum comitatu eam ad patres solitudinis dimisit. « Cumque ii venissent in Scetim, novit S. Macarius, propter quamnam causam adsint in illo loco, iisque progressus obviam, excepit eos et dixit : Quid huc acceditis, o filii? Illi vero dixerunt : Noster inprimis pius imperator Anthemius misit filiam suam, ut per Deum curetur et preces vestras. Cum eam autem accepisset a **169** cubiculario, deduxit eam ad abbatem Dorotheum, et dicit ei : Fungere officio caritatis, quoniam est filia imperatoris, et opus habet patrum precibus et vestris. Ora pro ea, ut curetur. Haec est enim merces tua. Haec autem cum audiisset, coepit flere et dicere : Quisnam ego sum peccator, quod de me talem concepisti opinionem? Flexisque genibus dicebat : Concede mihi, pater, ut mea peccata defleam; nam multa sunt. Ego enim sum imbecillus, planeque rudis et ignarus ad hanc rem. Dicit ei abbas Macarius : An non sunt etiam alii patres, qui per Deum signa faciunt? Sed tamen haec remansit merces. Illa vero dicit : Fiat Dei voluntas, et mota poenitentia eam accepit in cellam, et novit eam esse sororem, flensque conquievit. Eam autem amplexa dixit : Bene venisti, soror. Dei vero opere fuit os obstructum daemoni, ne argueret ancillam Dei, quod esset femina. Cum autem daemon eam diu affligeret, per preces eum domuit (6). » Sanata demum filia domum rediit cum magna civitatis laetitia. Sed postmo-

(1) Ibid. Sept. T. I p. 373 cap. 4.
(2) Ibid. p. 374 not. f. Cf. supra § 58 p. 162.
(3) VV. PP. Rosw. lib. II cap. 28 p. 479, 2; Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 193, Migne p. 450.
(4) AA. SS. Boll. Ian. T. I p. 260 cap. 3.
(5) Ibid.
(6) Ibid. cap. 4.

Digitized by Google

dum diabolus eam rursus ita subiit, ut praegnans videretur. Examinanti autem ista imperatori instigante diabolo respondit, a monacho Dorotheo allatum sibi stuprum esse. Satellitibus igitur irati principis in Scetim missis Dorotheus ipse se obtulit, abeuntemque totus conventus tristitia afflictus precibus suis prosecutus est. « Sciebat enim abbas Macarius, in illo nihil esse mali. » Ad aulam deductam quum imperator uxorque eius excepissent, ac se detecta veritate dimissuros eam esse promisissent, filiam ipsorum se illa exhibuit, sororeque sanata post paucos dies in Scetim reversa est, ubi mox e mundo se exituram intelligens abbati Macario : « Fac,» inquit, « officium caritatis. Si contigerit me e vita excedere, ne me componant monachi. Is vero dicit ei : Quomodo potest hoc fieri? Ea autem consummata venerunt sancti patres, ut sanctum eius corpus lavarent. Viderunt autem eam esse sexu feminam, et exclamarunt dicentes : Gloria tibi, Christe, qui multos habes sanctos occultos. Admiratus **170** est autem abbas Macarius, quod hoc sibi non fuisset revelatum. Una vero nocte videt visionem, quae ei dicit : Ne angaris propterea. Oportet enim te coronari cum sanctis patribus, qui sunt a saeculo. Tunc ei narravit vitam et nomen beatae. Allatisque sanctis eius reliquiis eam posuerunt ad Orientem sanctae ecclesiae in antro abbatis Macarii cum gaudio et gloria, usque in hodiernum diem, per Deum et sanctos patres, et post sanctae dormitionem perauntur curationes gratia et clementia Domini nostri Iesu Christi, cui gloria et potentia in saecula (1). » Quem quidem Macarium non, ut perperam statuit Bollandus, Alexandrinum, sed Aegyptium fuisse, qui in Scete habitavit, et praesagii seu prophetiae spiritu excelluit, facile elucet. Quanti autem feceris illam, quam aequalis scripsisse fertur, historiam, ipse videto. Plura in VV. SS. Bollandi de Macariis nostris ego non offendi.

CAPUT VIII.

SANCTORUM MACARIORUM AEGYPTII ET ALEXANDRINI EXILIUM SUB LUCIO ARIANO ALEXANDRIAE EPISCOPO. SOCRATES, SOZOMENUS, CETERIQUE RERUM ECCLESIASTICARUM SCRIPTORES DE IISDEM. QUANDO MEMORIA SANCTORUM MACARIORUM AEGYPTII ET ALEXANDRINI AGATUR.

§ 42. Saepius locuti sumus de Aegypti senum persecutione a Lucio Arianorum Alexandriae episcopo excitata (2), in qua quoniam praeter alios abbates etiam Macarii nostri in exilium missi sunt, id quomodo gestum sit, enarrandum est. Rei autem testes sunt Rufinus, quem persecutiones istae ipsum petiere, deinde Socrates, Sozomenus et Theodoretus, qui Rufini enarratione innituntur.

Athanasio a. 373 mortuo Petrus ab episcopis provinciae monachisque in locum eius substitutus est. Praefectus autem urbi impius, ethnicorum et Iudaeorum manu convocata, Petrum eiecturus ecclesiam occupavit, quam milites turpiter **171** profanarunt, nec non multas virgines stupraverunt aliasque fustibus contusas ne sepeliri quidem passi sunt. Paucis post diebus Lucius Arianus militibus cinctus ab Euzoio Antiochiae praesule, Arianorum tunc principe, in episcopatum Alexandriae intrusus est. Qui statim alios minis, vinculis, tormentis, alios pollicitationibus a fide Nicaena avocare studuit, eosque, qui resistebant, Heliopolim in Phoenicia, ubi idola colebant omnes, deportandos curavit; murmurantes vero ad metalla Phennensia et Proconensia deducebantur, inter quos haud pauci fuerunt monachi (3). Alexandria igitur subacta episcopisque provinciae Neocaesaream, quam urbem Iudaei inhabitabant, in exilium missis, milites ad monasteria solitudinum directi sunt, cui expeditioni ipse interfuit Lucius. Nam recte Sozomenus : « Fidei, » inquit, « senum adhaerebat multitudo vulgi, quippe quod veritati indulgere crederet eos, qui virtutem factis ipsis profiterentur, » et : « Unde Lucius, quum bene intelligeret, fieri non posse, ut Ariani devincerent catholicos, nisi monachos istos ad partes Arianorum deduxisset, eos vi cogere aggressus est, quibus persuadere verbis non poterat (4). » Atque in eremo, quo milites venerunt, teste Rufino « Macarius et Isidorus aliusque Macarius atque Heraclides et Pambus Antonii discipuli per Aegyptum et maxime in Nitriae deserti partibus » sederunt (5), ac tria millia

(1) Ibid. p. 261 cap. 6.

(2) Supra § 6 p. 16, § 27 p. 113, § 33 p. 152.

(3) Petri episcopi epistola in Theodoret. Hist. Eccl. lib. IV cap. 19, Opp. ed. Noesselt Halae 1771. 8°. T. III p. 987 sqq.

(4) Sozom. Hist. Eccl. lib. VI cap. 20 ed. Valesii Mog. 1677 p. 662.

(5) Ruf. Hist. Eccl. lib. II cap. 4 ed. Basil. I. p. 242; Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 271, Migne Patrol. T. XXI p. 511.

Digitized by Google

simul virorum aut amplius per solitudinem dispersorum oppugnabantur (1). Qua de re Rufinus ita scribit : « Quae praesens vidi loquor, et eorum gesta refero, quorum in passionibus socius esse promerui. Hi ducebant exercitum Domini, non mortalibus telis, sed fide religionis armatum, exercitum moriendo vincentem, et qui sanguinis sui profusione victor Christum sequeretur ad coelum. Quique dum in tabernaculis positi et orantes exspectarent interfectores suos, delatus est ad eos homo olim membris omnibus et praecipue pedibus aridus. **172** Sed cum ab iis in nomine Domini oleo fuisset perunctus, statim confirmatae sunt plantae eius. Et dicentibus iis : In nomine Iesu Christi, quem Lucius persequitur, surge et sta in pedibus tuis, et redi in domum tuam, continuo exsurgens et exsiliens benedicebat Deum, ostendens quia vere erat in iis Deus (2). » Narratis deinde caeci illius hominis et catulorum leaenae sanationibus, quas Macarii Alexandrini virtute factas iam attulimus, Rufinus sic pergit : « Sed in his omnibus Lucius non erubuit, nec aliquid reverentiae virtutum mirabilibus detulit ; quin immo iubet patres ipsos ablatos a grege suo, immo clam raptos, in insulam quandam Aegypti paludium deportari, in qua compererat, neminem prorsus esse Christianum, quo per hoc vel absque solatiis vel absque consuetis actibus viverent. Senes igitur cum duobus solis pedissequis noctu ad insulam deducuntur, in qua erat templum quoddam summa veneratione a loci incolis observatum. Cumque primum navicula senum oram soli illius contigisset, ecce subito sacerdotis templi illius virgo filia correpta spiritu, cum ingenti vociferatione et clamoribus usque ad coelum datis, agi per medios populos coepit, et crebros ducens rotatus, stridens huc atque illuc rabida ora vibrare. Cumque ad spectaculum tam ingentis monstri, maxime quod esset sacerdotis filia, qui in honore praecipuo apud illos erat, populi convenissent, per auras eam raptam sequentes perveniunt usque ad naviculam senum. Ibi vero proiecta eorum pedibus et prostrata clamare coepit : Quid venistis huc, o servi Dei summi, antiquis nos et veternosis evol- A vere domiciliis ? In hoc loco depulsi undique latebamus. Quomodo vos nequaquam latere potuimus ? Cedimus antiquis sedibus, populos vestros terrasque recipite. Cum haec diceret, increpatus ab iis erroris spiritus effugatur, et puella sana una cum parentibus suis iacebat ad pedes nostri temporis apostolorum. Qui talibus exordiis praedicantes iis fidem Domini nostri Iesu Christi, in tantam conversionem repente eos perduxerunt, ut statim die ipsa manibus **173** suis antiquissimum templum et in summa veneratione habitum destruerent, et ecclesiam confestim aedificarent. Nec ad deB liberandum spatio temporis eguerunt, quibus fidem rerum fecerant non verba, sed virtus. Sed hoc cum fuisset Alexandriae nuntiatum, ventus Lucius, ne forte etiam suorum in eum odia justa consurgerent, qui aperte iam bellum non hominibus, sed Deo indiceret, occulte eos revocari et in eremum remitti iubet (3). » Hucusque Rufinus de senum exilio. Socrates claudi illius hominis sanationem non exposuit, sed haec tantum scripsit quae sequuntur : « Cumque ad locum ipsum pervenissent, viros deprehenderunt solitis studiis et exercitationibus occupatos, orantes scilicet, morbis medentes, daemonia eiicienC tes (4). » De senibus in exilium pulsis Socrates : « Quoniam igitur, » inquit, « admirabiles illi viri omni violentia, quae ipsis inferebatur, superiores exsisterent, animum tandem despondens Lucius duci exercitus mandavit, ut patres monachorum in exilium mitteret. Illi autem erant Macarii duo, Aegyptius et Alexandrinus. Viri igitur illi deportati sunt in insulam, in qua nullus erat Christianus (5). » Cur Socrates solos Macarios nominet, nisi eos principes senum duxerit, non intelliges. Ceterum in enarranda ipsa exilii senum historia Rufini, quem persecutionis istius testem laudat (6), vestigiis aperte ingreditur. SozomeD nus illam claudi hominis curationem his allegat verbis : « Eo ipso tempore, quo milites in eos impetum facturi erant, traditus ipsis quidam esse dicitur, cuius artus iamdudum ita arefacti erant atque extenuati, ut pedibus insistere non posset... (7), » vocabulo « λέγεται » « *dicitur* » fortasse Rufinum significans, a quo id acceperat. De senibus a Lucio

(1) Ibid. lib. II cap. 3 ed. Basil. I. p. 342, Vallarsi p. 270 sq., Migne I. l.

(2) Ibid. lib. II cap. 4 l. l.

(3) Ibid. ed. Basil. I. p. 243, ed. Vallarsi p. 272 sqq., Migne p. 512 sq.

(4) Socrat. Hist. Eccl. lib. IV cap. 24 ed. I. p. 239.

(5) L. l.

(6) L. l.

(7) Sozom. Hist. Eccl. lib. VI cap. 20 ed. I. p. 663.

Digitized by Google

exagitatis Sozomenus haec refert: «Cuiusmodi tunc monachorum praefectos fuisse accepimus Macarios duos, de quibus iam antea diximus, et Pambo **174** atque Heraclidem ceterosque Antonii discipulos (1). » Sed et ipse cum Rufino consentit, hoc solo discrimine, quod in Sozomeni historia de ista sacerdotis filia « Macarius eiusque comites » daemonem obiurgant, et in fine Lucius occulte praecipit, « ut, qui cum Macario essent, ad sedes suas et in solitudinem revertantur (2)». Theodoretus denique, quum de crudelitatibus in persecutione ista perpetratis ad literas Petri episcopi (3) delegasset, de exilio senum haec verba facit: « Viri sunt in Aegypto, qui angelorum conversationem aemulantes ab urbium tumultibus se subduxerunt, vitamque in solitudine agere maluerunt. Ubi arenosum ac sterile solum fertile reddentes fructum Deo suavissimum pulcherrimumque ferunt virtutem, quam sibi tanquam legem imposuerunt. Cuius quidem disciplinae duces cum alii multi exstitere, tum optimus religiosorum ordinum magister fuit Antonius ille celeberrimus, qui ad virtutis palaestram monachis solitudinem evexit. Eius igitur viri discipulos — ipse enim cum maximis et pulcherrimis oneribus ad tranquillos portus appulerat — miser iste et infelicissimus [Lucius] insectatus est, ac divinorum illorum coetuum duces, celebrem illum Macarium, et alterum eiusdem nominis, nec non Isidorum aliosque de speluncis abductos in insulam quandam relegavit, quae ab impiis hominibus habitata nullum unquam pietatis magistrum habuerat. Cumque insulae orae appropinquasset navigium, daemon, qui ibi colebatur, consecratum sibi deserens simulacrum, quod antiquum eius fuerat domicilium, filiam sacerdotis ad insaniam concitavit et furibundam ad litus deduxit, quo navim remiges appulerant (4). » Cetera, quae sequuntur, ad id, quod e Rufino didicimus, plane redeunt. In fine Theodoretus: «Haec,» inquit, « ubi in urbe innotuerunt, omnium illico factus est concursus Lucium obiurgantium et divina se ira plectendos dicentium, nisi divinus ille sanctorum chorus dimitteretur. Ita **175** civium tumultum extimescens Lucius sanctis viris, ut ad speluncas suas redirent, concessit (5).»

De exilio quidem senum haec nobis in medium proferenda erant. Persecutionem vero istam monachorum Lucius, urbis praefectus, eiusque satellites non tam suo Marte, quam lege Valentis imperatoris innixi egisse videntur. Socrates enim de lege quadam loquitur, qua Valens praecepit, « ut [orthodoxi], qui Alexandriae et in reliqua essent Aegypto, fugarentur (6). » Ceterum Valens a. 373, prima Ianuarii die, legem sancivit, cuius tenor hic est: « Quidam ignaviae sectatores desertis civitatum muneribus captant solitudines ac secreta, et specie religionis cum coetibus Monazonton congregantur. Hos igitur atque huiusmodi intra Aegyptum deprehensos per comitem Orientis erui e latebris consulta praeceptione mandavimus, atque ad munia patriarum subeunda revocari, aut pro tenore nostrae sanctionis familiarium rerum carere inlecebris, quas per eos censuimus vindicandas, qui publicarum essent subituri munera functionum. pp. Byritho Kalend. Ianuar. Valentiniano et Valente AA. Coss. (7). » Quo igitur in decreto non propter vitam, quam degunt, monachicam, verum quia munera civilia et curialia effugere velle putabantur, sectatores ignaviae dicuntur. Simili ex causa alii quoque imperatores, inter quos Constantinus, curiales sacerdotes fieri vetuerant (8). Neque vero de quovis monacho, neque nominatim de munere militari lex illa loquitur, sed de hominibus, qui *desertis muneribus publicis, specie religionis* cum monachis degunt; eos enim aut ad munia patriae obeunda retrahi, aut re familiari spoliari iussit. Quanquam inimicos catholicorum lege turpiter abuti facile potuisse, nemo non intelligit. Prosper quidem Aquitanus legem a Valente datam esse tradidit: « ut monachi militarent, nolentes fustibus necarentur (9). » **176** Quod quidem etsi lege non exprimitur, magnam certe crudelemque fuisse monachorum persecutionem, a Valente excitatam, e S. Chryso-

(1) Ibid. p. 662.

(2) Ibid. p. 663 in fine.

(3) Exstant in Theodoret. Hist. Eccl. lib. IV cap. 19, Opp. ed. Noesselt T. III p. 987 sqq.

(4) Theodoret. Hist. Eccl. lib. IV cap. 18 ed. l. p. 985 sq.

(5) L. l. p. 986 sq.

(6) Socr. Hist. Eccl. lib. IV cap. 24 ed. l. p. 238.

(7) Cod. Theodos. XII, 1, 63.

(8) Constantinus Cod. Theodos. XVI, 2, 3. 6: Valentinianus ibid. XVI, 2, 17.

(9) Prosp. Aquitan. Chron. integr. P. I, Migne Patrol. T. LI p. 535.

Digitized by Google

stomi libris *adversus oppugnatores vitae monachicae* (1) discimus.

Restat ut Macariorum mentionem, quam data persecutionis istius narrandae occasione Rufinus fecit, breviter hic subiungamus. Is enim, quum temporum illorum historiam descripsisset : « Florebat, » inquit, « igitur Aegyptus ea tempestate non solum eruditis in christiana philosophia viris, verum etiam his, qui per vastam eremum commanentes signa et prodigia Apostolica simplicitate vitae et cordis sinceritate faciebant. Ex quibus interim, quos ipsi vidimus, et quorum benedici manibus meruimus, hi sunt : Macarius de superiori eremo, alius Macarius de inferiori, Isidorus in Scyti, Pambus in Cellulis, Moyses et Beniamin in Nitria, Scyrion et Helias et Paulus in Apeliote, alius Paulus in Focis, Poemen et Ioseph in Pispiri, qui appellabatur mons Antonii. Sed et alios quamplures huiuscemodi viros in Aegypti partibus habitare, fideli comperimus auditu (2). » Inter Aegyptum superiorem et inferiorem si distinguitur, superioris eremi Macarium Aegyptium Scetis incolam, inferioris Alexandrinum Cellularum presbyterum fuisse crediderim.

§ 43. Socratis, Sozomeni, Suidae, Nicephori Callisti, aliorumque rerum ecclesiasticarum scriptorum, qui non tam suo Marte, quam e fontibus illis primariis, quos hucusque examinavimus, de Macariis tradunt, locos relationesque integras in medium proferre superfluum esse antea arbitrati sumus (3). Attamen eos breviter recensere a re alienum non erit. Et Socratis quidem tota de Macariis relatio libris Evagrii innititur, exceptis paucis quibusdam sententiis. E quarum numero sunt illa, quae supra ad librum secundum respicere docuimus (4); **177** sed ultima, quae e Socrate ibi attulimus, verba haec : « Aegyptius [Macarius] tot sanavit aegros, tot obsessos a daemonibus liberavit, ut, quae per gratiam Dei gesserit, separatum opus desiderent (5), » ad similima ea, quae de virtutibus Macariorum Rufinus in Continuatione Historiae Ecclesiasticae Eusebii scripserat (6), alludere videntur. E fontibus denique incognitis Socrates haec nova adiecit : « Erat porro [Macarius Aegyptius] reverendus pariter ac severus in illos, qui ipsum adibant. Macarius vero Alexandrinus, cum usquequaque similis esset Aegyptio, eo tantum discrepabat, quod hilaris fuit erga eos qui ad ipsum accesserant, et urbanitate quadam iuniores ad disciplinam monachicam allexit (7). » Cetera igitur, ex Evagrio deprompta, ad duas Macarii Aegyptii historias de causa, cur iniuriarum ab hominibus inflictarum recordatione memoriae vim corrumpamus, a daemonibus vero acceptarum reminiscendo non laedamus, et de abstinentia, qua Evagrium siti oppressum umbra contentum esse iusserat, redeunt (8). Sozomenus de Macariis pauca retulit ex Historia Lausiaca, hoc tamen praemisso exordio : « Ordiar autem ab Aegypto, et a duobus Macariis, celeberrimis rectoribus, qui in Scete et in monte regionis illius praefuerunt. Quorum alter quidem Aegyptius fuit, alter πολιτικός i. e. urbicus dicebatur. Erat enim oriundus ex urbe Alexandria. Nec non uterque ob divinam praescientiam ac philosophiam admirabilis et daemonibus formidabilis multa miracula et curationes stupendas perfecit (9). » Illud etiam, quod supra monuimus, Sozomenus solus nos edocet, Macarium Alexandrinum serius, quam Aegyptium, presbyterum factum esse (10). Ceterum ex Historia Lausiaca famam de mortuo a Macario Aegyptio ad Hieracitam refellendum suscitato, de aetate Macarii Aegyptii, et cur nomen παιδαριογέρων **178** ei inditum fuerit, historias, denique singularem Macarii Alexandrini continentiam tradidit (11). Praeterea Sozomenus Macarium Alexandrinum « Cellularum presbyterum » denuo laudat, qui non se, sed angelum Marco semper ea, « quae a sacerdote fidelibus ad altare praeberi ius fasque est (12), » porrexisse docuerit, id quod

(1) Io. Chrysostomi Opp. ed. Montfaucon T. I p. 44 sqq.

(2) Rufin. Hist. Eccl. lib. II cap. 8 ed. Basil. l. p. 246; Rufini Opp. ed. Vallarsi p. 278, Migne Patrol. T. XXI p. 517.

(3) Supra § 11 p. 37.

(4) Supra § 24 p. 111 sq.

(5) L. l.

(6) Cf. supra § 27 p. 114.

(7) Socr. Hist. Eccl. lib. IV cap. 23 ed. l. p. 234. Cf. supra §. 23 p. 97.

(8) Socr. l. l. p. 235 sq. Cf. supra § 29 p. 119 sq.

(9) Sozom. Hist. Eccl. lib. III cap. 14 ed. l. p. 515 sq.

(10) Cf. supra § 21 p. 87 sq.

(11) Sozom. l. l.

(12) Sozom. Hist. Eccl. lib. VI cap. 29 ed. l. p. 681. Probe animadvertas, Sozomenum h. l. inter « Macarium Cellularum presbyterum, » et « Macarium » vel « Macarium iuniorem » distinguere, ita ut verba : « Macario verum donatum fuit a Deo... » non de Macario Cellularum presbytero, sed de Ma-

Digitized by Google

supra e Palladio percepimus (1). Apud Theodoretum praeter ea, quae audivimus (2), de Macariis nostris nihil reperi. Neque quidquam apud Orosium de iisdem uspiam legitur; atque ea, quae in Cassiodori historia tripartita de Macariis Aegyptio et Alexandrino exstant, e Socrate et Theodoreto desumpta sunt (3). Similiter Suidas id, quod s.v. *Macarius* scribit (4), e Socrate, ac Nicephorus Callistus quae habet (5), e Sozomeno et e Socrate compilarunt.

Fabricius in Bibliotheca Graeca passim Ioannem quendam Hagioelitam vel Hagiopolitam i. e. Hierosolymitanum nominat, quem ait Leone Allatio teste *Encomium Macarii Aegyptii* in bibliothecis codd. mss. delitescens elaborasse (6). Cuius opusculi Leo Allatius data occasione duo parva protulit fragmenta, unum in libro suo de purgatorio, alterum in dissertatione II, quam de libris ecclesiasticis Graecorum **179** scripsit. Prius igitur fragmentum latine redditum hoc est: « Oportuit autem et eum utpete hominem commune debitum exsolvere et in requiem illam transire. Arcessitur enim a rectore omnium Deo ad beatam quietem, ipse vere beatus, et Dominico throno assistit, ad angelorum coetus provectus (7). » Alterum vero ad fabulam de capite sacerdotis gentilis Macario Aegyptio de poenis inferni disserente (8) respicit hisque concipitur verbis: « Cuius preces et calvaria cuiusdam gentilis sacerdotis in eremo proiecta admirabiliter praedicavit iisque, qui in tormentis erant, cessationem, cum pro illis funderentur; suppeditantes monstravit (9). »Ex quibus conieceris, encomium illud hucusque, quantum sciam, ineditum (10) sermonem panegyricum esse, quo Macarius Aegyptius laudibus efferatur. Nec non idem encomium Assemanni laudat in Calendariis, vitamque Macarii Aegyptii a Ioanne Hagiopolita seu Hierosolymitano scriptam appellat (11). Eundem porro Ioannem Hagioelitam seu Hagiopolitam Leo Allatius alibi post Ioannem Damascenum ita commemorat, ut non multo hoc serius vixisse eum verisimile videatur (12). Rursus **180** in Leonis Allatii libro Συμμικτά inscripto Epiphanii Hagiopolitae *Enarratio Syriae, urbis sanctae et sacrorum ibi locorum* habetur, ubi postquam S. Menae et S. Theodorae, « quae mutato nomine dicta est Theodorus et accusata, » sepulchra memorata sunt, de Macario haec leguntur: « Hinc ad meridiem Alexandriae sex dierum spatio remotus est S. Macarius magnus, qui paradiso adpropinquavit. Cuius monasterium abbates mille continet et mille cellulas; est autem munitum instar castelli. Atque a S. Macario distant dierum quatuor itinere repositoria XXXVI Iosephi, ex iisque locis praetervehere potes Phison fluvium ad pontem, qui sustinetur octoginta navigiis, atque inde Babylonem magnam Pharaonis regiam ingrederis (13).» Vix dubium est, quin de monasterio Macarii Aegyptii loquatur.

cario iuniore, qui adolescens caedem involuntariam fecerat, valeant.

(1) § 19 p. 74. §. 23 p. 101.

(2) § 42 p. 174.

(3) Hist. tripart. lib. VII cap. 1. 7 ed. Basil. 1544 p. 482. 492 (e Socrate), lib. VII cap. 39 p. 475 (e Theodoreto, vel potius e Rufino, quippe quem Theodoretus sequatur).

(4) Suidae Lexic. h. v.

(5) Niceph. Callisti Eccl. Hist. lib. IX cap. 14 ed. Basil. 1555 p. 406, lib. XI cap. 35 p. 572 (e Sozomeno); lib. XI cap. 42 p. 579 (e Socrate).

(6) Fabricii Bibl. Graec. ed. Harless. Hamburg. 1801. T. X p. 106. 271. T. XI p. 657.

(7) Ἔδει δὲ καὶ τοῦτον ὡς ἄνθρωπον τὸ κοινὸν ἀποτίσαι χρέος, καὶ πρὸς τὴν ἐκεῖθεν μεταβῆναι ἀνάπαυσιν. μεταλαλεῖται παρὰ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ πρὸς τὴν μακαρίαν λῆξιν, ὁ ὄντως μακάριος καὶ τῷ δεσποτικῷ θρόνῳ μετακομίζεται χορείαις ἀγγέλων προπομπευόμενος. Leonis Allatii de utriusque Ecclesiae occidentalis atque orientalis perpetua in dogmate de purgatorio consensione, Romae 1655 p. 734 sq.

(8) Supra § 32 p. 141.

(9) Οὗ τὰς προσευχὰς καὶ χρανίον Ἕλληνός τινος ἱερέως ἐν ἐρήμῳ κείμενον παραδόξως ἀνεκήρυξεν, καὶ τοῖς ἐν τοῖς βασάνοις ἄνεσιν χαριζομένας ἐνέδειξεν, ὅταν ὑπὲρ αὐτῶν γένοιντο. Leonis Allatii de libris ecclesiast. Graecorum dissert. II. Paris. 1645 p. 123.

(10) Fabricius unum tantum codicem laudat *Nanianum* CXXXVI Nr. 24, quo encomium istud legitur, Ioannique *Hagioelitae* adscribitur. Bibl. Graeca ed. Harless. T. X p. 271.

(11) Assemanni Calendaria Ecclesiae universae T. VI Romae 1755 p. 98.

(12) Libri, qui inscribitur: Ioannes Henricus Hottingerus fraudis et imposturae manifestae convictus a Leone Allatio, Romae 1661 p. 156.

(13) Καὶ πρὸς νότον τῆς Ἀλεξανδρείας ἡμερῶν ἓξ κεῖται ὁ ἅγιος Μακάριος ὁ μέγας, ὁ πλησιάσας τὸν παράδεισον. Ἔχει δὲ ἡ αὐτοῦ μονὴ ἀδάδας χιλίους καὶ χίλια κελλία. Ἔστι δὲ ἰδιόκαστρον, καὶ ἀπὸ τοῦ ἁγίου Μακαρίου, ὡς ἀπὸ ἡμερῶν τεσσάρων, εἰσὶν αἱ ἀποθῆκαι τοῦ Ἰωσὴφ αἱ τριάκοντα ἓξ. καὶ ἐκ τῶν ἐκεῖσε περνᾷς τὸν ποταμὸν τὸν Φισὼν εἰς γέφυραν βασταζομένην ὑπὸ ὀγδοήκοντα καράβων. καὶ ἐκεῖθεν εἰσέρχεται τὴν μεγάλην Βαβυλῶνα, εἰς τὸ βασίλειον

Digitized by Google

Theodora vero seu Pseudo-Theodorus ille haud dubie est Dorotheus vel Apollinaris Syncletica virgo, cuius cum Macario Aegyptio congressum exposuimus (1).

Ad Macrizium venimus, Sec. XV historiae Coptorum scriptorem, e gente Arabum (2). Qui etsi praeclare scripsit, de Macariis tamen propter inscitiam multa falsa commiscuit. Sed quum liber eius rarius inveniatur, locus integer nobis depromendus esse videtur, qui latino sermone hic est : « Ad Wâdi Habîb, » inquit, « quod attinet, id quod et Wâdi-l-Natrûn vel planities Schîhât vel planities Asquit vel Mizân-el-Colûb [libra cordium] vocatur, olim centum ibi monasteria erecta erant, ex quibus postea septem Occidentem versus ad latus planitiei regionibus el-Buheira et el-Fejjûm interiacentis sita, ubi campi arenosi solum sale plenum, agri aquae egeni praerupta saxa excipiunt, remanserunt. Incolae aquam ad bibendum e puteis hauriebant, munera iis eleemosynasque offerebant Christiani. Nunc quidem funditus diruta **181** sunt. Atque Christiani rerum gestarum scriptores tradiderunt, ex illis monasteriis Amr Ben el-'Asi septuaginta millia monachorum obviam venisse, quorum quisque baculum gestabat. Quibus ille, quum ipsi se subiecissent, epistolam dedit hodieque apud eos repertam. Ad ista igitur monasteria monasterium Bu Macâr natu maioris, prae ceteris celebratum, pertinet, in cuius conspectu multa monasteria diruta adiacent. Id olim coenobium monachorum fuit, nec patriarcha, etiamsi in cathedra Alexandriae positus, ab iis agnoscebatur, antequam ei, ut solium ipsorum coenobii occuparet, permisissent. Ac mille quingenti monachi quondam ibi habitasse dicuntur; nunc perpauci tantum incolunt. Macarii tres distinguuntur, natu maior, cuius illud fuit coenobium, Abu Macâr Alexandrinus, et Abu Macâr episcopus. Quorum ossa tribus singulis loculis ligneis recondita a Christianis monasterii frequentantur; ibique etiam epistola, ab 'Amr Ben-el-'Asi monachis Wadi Habîb de collectione [decimarum] in regionibus lateris occidentalis scripta reconditur, quod mihi quidam narravit, qui ab alio, cuius oculis illa obiecta fuerat, acceperat. Abu Macâr natu maior i. e. Macarius vitam monachicam ab Antonio didicit, qui primus eorum cucullum et aschkim h. e. cingulum e corio confectum, e quo effigies Christi cruci affixi pendet, gestabat, illud quidem, quo monachi cingi solent. Antonium quidem in monte orientali, ubi coenobium el'Araba est, invenit, quumque aliquantum temporis illic remansisset, ab eo veste monachorum indutus, in Wadi-l-Natrun habitare iussus est, quo magnus monachorum numerus ad obtemperantem confluxit. Multa autem eaque praeclarissima narrantur, in quibus et hoc memoratu dignum est, quod quinquaginta integros dies ieiunans nec cibum, nec potum sumpserit, noctesque insuper pervigilaverit. Praeterea palmarum foliis, quae sibi praeparaverat, victum quaesivit, neque unquam recentem panem comedit, sed oleribus (3) aqua palmarum foliis superfusa emollitis **182** ipse cum monachis vescebatur, quamdiu vivebant, sine omni additamento. Hic igitur cibus eorum per totum vitae spatium fuit, usquedum in patriam reversi sunt. Abu Macâr Alexandrinus Alexandria ad illum, quem diximus, Macarium venit, cuius in manus vota monachica fecit. Tertius accessit Abu Macâr, qui episcopus factus est (4). » Sed Macrizium Macario Aegyptio a S. Antonio, quocum aliquantum temporis ille vixerit, vestem monachicam datam esse, falso narrare supra docuimus (5); atque in iis, quae de virtutibus Macarii scripsit, Aegyptium cum Alexandrino, de quo eadem Palladius tradidit (6), confundere eum, nemo non videt. Macarius vero ille episcopus quisnam fuerit, nisi forte Hierosolymorum episcopus (7), ignoro.

Ad recentiores denique rerum ecclesiasticarum scriptores quod attinet, Baronius (8),

τοῦ Φαραώ. Leonis Allatii Συμμικτά sive opusculorum graecorum et latinorum vetustiorum ac recentiorum libri duo, Coloniae Agrippinae 1653 lib. I p. 55.

(1) Supra § 41 p. 167 sqq.

(2) Obiit Macrizi anno Heg. 845, Christi 1441, teste de Schnurrer Bibl. Arabica Halae 1811 p. 156.

(3) Pro *oleribus* codices arabici *calceamenta trita* vel *anteriores partes ocreae* ; restitui *oleribus* ex Hist. Lausiaca Palladii, quam sequi hoc loco Macrizium in aperto est.

(4) Macrizi Gesch. der Copten Aus den Handschriften zu Gotha und Wien v. Wüstenfeld, Goetting. 1845 p. 109 sq.

(5) § 26 p. 112.

(6) Cf. supra p. 66.

(7) De Macario Hierosolymorum episcopo cf. Theodoret. Hist. Eccl. lib. I cap. 16

(8) Baronii Annales ad a. 372 N° 88, ed. Luc. T. V p. 587 sq.

Digitized by Google

Bollandus (1), Dupin (2), Fleury (3), Oudin (4), Cave (5), alii de Macariis Aegyptio et Alexandrino verba quidem fecerunt, sed rem critice dispexit solus Tillemontius (6), cuius expositiones cunctis, quae ceteri habent, longe antecellunt, licet et ipse nonnulla perperam intellexerit, **183** id quod nostras quaestiones qui legerit, ipse inveniet. Cur Bollandus meliora non attulerit, facile inde explicatur, quod de Macariis primo insignis operis volumine disputandum erat, ideoque apparatus ille literarius, quo posteriora volumina eminent, nondum aderat. Ad postremum Semlerus in dissertationibus, quas de Macariis scripsit, non vitam, sed scripta eorum examinavit (7).

§ 44. Superest, ut de die, quo utriusque Macarii memoria in ecclesia celebretur, breviter disquiramus. Etenim martyrologia vetera latina Macario Aegyptio diem XV, Alexandrino diem II Ianuarii tribuunt. E quorum numero sunt Beda (8), Usuardus (9), Ado (10), Notker (11), martyrologium romanum (12), cetera (13). A Graecis vero uterque Macarius XIX Ianuarii colitur, ut e Menaeis et Menologio patet (14). Haec igitur **184** diversitas unde nata sit, nisi forte e magna illius nominis virorum, qui ab ecclesia colebantur, multitudine, dicere non ausim. Macarium vero, cuius festum Romani XV Ianuarii agunt, i. e. Aegyptium, in martyrologiis latinis haud raro S. Antonii discipulum appellari, quod Bollandus observasse se arbitratus est (15), magnopere quidem non offendat, quum sensu latiore etiam Macarius Aegyptius Antonii discipulus dici possit. Ceterum de diebus, quibus recte colantur fastis testibus, plura qui addiscere cupit, Assemanni librum et Bollandum (16) evolvat, ubi apparatus idoneus reperitur.

CAPUT IX.

A SANCTIS MACARIIS AEGYPTIO ET ALEXANDRINO MACARIUM S. ANTONII MINISTRUM ALIOSQUE COGNOMINES DIVERSOS ESSE OSTENDITUR.

§. 45. Macarium, S. Antonii discipulum, cui quindecim annis ministrabat et cuius corpus sepelivit, a Macariis Aegyptio et Alexandrino probe distinguendum esse saepius docuimus (17). Macarius enim S. Antonii discipulus in coenobio Pispir prope mare Rubrum vixit, Macariis nostris in desertis Libyae degentibus (18). Sed unus remanere potuit scrupulus. Quid, si alteruter ex nostris Macariis primum S. Antonii discipulus quindecim annis fuerit,

(1) AA. SS. Boll. Ian. T. I p. 1005 sqq. 84 sqq.

(2) Dupin Nouvelle bibliothèque des Auteurs ecclésiastiques Paris 1693 T. II p. 69 sqq.

(3) Fleury Histoire ecclésiastique Paris 1724 T. IV p. 220 sqq.

(4) Commentarius De Scriptt. ecclesiast. T. I p. 474 s. v. *Macarii tres monachi.*

(5) Scriptt. eccles. Hist. litt. s. v. *Macarius senior et Macarius iunior.*

(6) Mémoires T. VIII P. III p. 955 sqq. 1041 sqq. cum notis in fine tomi adiectis.

(7) Prior prodiit sub indice : Specimen examinis critici operum, quae ita feruntur, Macarii, sub laetissimos festosque dies Christo ab inferis magnifice redeunti sacros boni ominis causa edidit I. S. S. Sal. Thur. S. LL. S. Halae Magdeburgicae 1745 ; altera hoc inscribitur titulo : Specimen animadversionum in aliquot opuscula graeca Macarii, in natalem diem viri summe reverendi, excellentissimi, doctissimi Sigismundi Iacobi Baumgarten SS. Theol. doct. et prof. p. o. Sem. theol. directoris, patroni et praeceptoris officiosissime colendi, bene ominabundus edidit Io. Sal. Semlerus Salfelda Thuring. Halae Salicae 1746. Quarum dissertationum cardo in eo vertitur, ut ostendatur, Macarii scripta, inprimis eius *Opuscula* quae feruntur, spuria esse, ad quod ostendendum partim coniecturis, partim argumentis ex ipso *Opusculorum* textu petitis utitur.

(8) Additiones nimirum ad Bedae Martyrologium, quas e codd. S. Cyriaci Henschenius et Papebrochius ediderunt. AA. SS. Boll. Martii T. II p. VIII. IX.

(9) Martyrologium Usuardi, AA. SS. Boll. Mai. T. VI p. 5. 34.

(10) Adonis arch. Vienn. Martyrologium, Bibl. Max. PP. Lugd. T. XVI p. 832. 834.

(11) Notkeri Martyrologium, Galland. Bibl. PP. T. XIII p. 760. 763.

(12) Vetus Romanum martyrologium, Bibl. Max. PP. Lugd. T. XVI p. 812. Martyrologium Romanum ed. Baronius ad h. dd.

(13) Plura martyrologia recensentur a Bollando AA. SS. Ian. T. I p. 84.

(14) Cf. Menologium Sirleti, quod Canisius edidit. Canisii lect. antiq. ed. Basnage T. III p. 413 in fine. In Calendario ecclesiae Constantinopolitanae ed. Morcelli Romae 1788 T. I p. 85 ad XIX Ianuarii legis : « τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη τῶν ὁσίων πατέρων ἡμῶν Μακαρίου τοῦ Ῥωμαίου (sic!) καὶ ἑτέρου Μακαρίου τοῦ Αἰγυπτίου. »

(15) In Macarii Alexandrini vita l. l., et in vita Macarii Aegyptii l. l., p. 1005.

(16) Assemanni Calendaria Ecclesiae universae ad XIX Ianuar. T. VI Romae 1755 p. 98 sq. AA. SS. Boll. Ian. T. I p. 84.

(17) § 24 p. 104. § 25 p. 107. § 30 p. 125 sqq.

(18) Supra § 25 p. 107.

Digitized by Google

deinde post mortem eius deserta Libyae A petierit? Haec igitur dubitatio plane movetur vita Posthumii, qua Macarium S. Antonii ministrum in coenobio **185** Pispir diem etiam supremum obiisse edocemur : Macarium autem Aegyptium, ut e Palladio constat, in Scete (1), atque Alexandrinum, quod ex eodem verisimillimum est, in Cellulis obdormiisse scimus (2). In vita enim illa haec leguntur : « Nota igitur facta est sancto Macario, scilicet beati Antonii discipulo, conversatio Posthumii, et celebre eius factum est nomen, visumque est illi, ad hunc abire in eremum. Nam idem Macarius ab illustri viro Antonio monachorum B fere quinquaginta millia susceperat gubernanda. Eiusdem igitur Macarii exitus de saeculo appropinquabat, et Dominico gregi, quis post eius excessum magisterii nomine subrogaretur, inquirebatur. Sanctus itaque Macarius cum ad sanctum venisset Posthumium, excepit eum libenter, praecipue cuius iam ab angelo famam audierat. Non ergo ille ut hospes, sed eius subtiliter explorare propositum venerat. Porro Macarii adspectibus Posthumii complacuit conversatio, et eum suadere coepit, ut sancti Antonii anachoretarum principis non gravaretur visitare reliquias. Sed cum omni virtute reniteretur et abire penitus C noluisset, in somnis Posthumius sine aliquo cunctamine ire iussus divinae contradicere non poterat maiestati. Itaque cum Macario aggreditur iter, multitudinem congregationis monachorum, quae a solo gubernabatur Macario, ingressus, de quo saepe diximus, corpus sepeliisse magistri, cum spiritus eius vocatus est ex saeculo. Qui cum se in extremo vitae istius temporalis adspiceret, advocato ad se sancto Posthumio, ita exorsus est ei : En, frater, tempus resolutionis meae instat; quapropter audiens bonum testimonium de te, finem senectutis meae debilitatis supposui D gressibus ad pertingendum usque ad te. Nunc igitur bene fecisti venire mecum. Suscipe ergo paterno amore gregem Dei ad regendum. Noli quaerere, quod tibi utile est, sed quod multis, ut salvi fiant; ne ergo neges suscipiendi honoris gratiam, mercedem a Domino recepturus tempore opportuno. **186** Tunc sanctus Posthumius pedibus eius provolutus ait : Carissime pater, quomodo mihi tam magnae multitudinis curam imponis, rustico homini, literas nescienti? Provide igitur ex iis meritum hominem, qui possit cum sollicitudine tantas animas regere populorum. Tunc Macarius ait Posthumio : Excusationes non audio, neque causas recipio; hi enim omnes sub tua ditione manebunt, nec alius est tantae abstinentiae vir, qui possit istius populi gubernare animas, ac sollicite pertractare ; et ut certius dicam, dilectissime frater, te electione sua Dominus designavit ad suscipiendum hunc ministerii locum; nequaquam ergo coelesti poteris contradicere iussioni. Nihil ex hoc Posthumius locutus est Macario, sed dum eius verba secum in animo volveret, Macarius emisit spiritum, statimque populorum ingens turba intente ad funus currunt. Ibi psallentium multitudo diversis hymnorum vocibus, quasi uno ore, laudes Deo canebant, donec corpus ad sepulchrum deduceretur humandum; nemo tamen vehementer dolebat eo, quod sanctus Macarius tam velociter monasterium relinqueret, quoniam Dominus similem ei Posthumium gregi suo magistrum providerat (3). » Quidquid igitur de hac vita statuis, etsi satis antiqua ea esse videatur, apparet tamen, Macarium, quem vitae scriptor S. Antonii discipulum vocat et ministrum, qui corpus eius sepeliverit, monachisque post mortem S. Antonii praefuerit, a nostris Macariis diversum esse. Quapropter etiam duas illas de Macario gratiarum S. Antonii haerede historias, quas supra e Meursiana Historiae Lausiacae editione spurias exhibuimus (4), ad Pispiritanum referendas esse crediderim.

§ 46. Ad ceteros deinde istius temporis Macarios quod attinet, nostri quidem Macarii a Macario iuniore, qui, quum boves pascens caedem haud praemeditatam perpetrasset, in solitudine monachus poenitentiam agebat (5), et a Macario **187** Alexandriae presbytero ptochotrophiique Alexandrini praefecto (6), nec non a

(1) Supra § 12 p. 41.

(2) Supra § 21 p. 86. § 30 p. 127.

(3) Vita S. Posthumii cap. 7, VV. PP. Rosw. p. 235 sq.

(4) § 24. p. 103 sq.

(5) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 18 Opp. Meurs. t. I. p. 385. Cf. Sozom. Hist. Eccl. lib. VI cap. 29. Cassiodor. Hist. tripart. lib. VIII cap. 1 in fine. Nicephor. Callist. Eccles. Hist. lib. XI cap. 35.

(6) Hist. Laus. ed. Meurs. cap. 7 Opp. Meurs. t. I. p. 757 sq. Idem Macarius presbyter Alexandriae fuisse videtur, quem laudant Socr. Hist. Eccl. lib. I. cap. 27; Sozom. Hist. Eccl. lib. II cap. 22, tum Cassiodorus, Nicephorus Callistus cet.

Digitized by Google

Macario Hierosolymorum episcopo (1), aliisque (2) facillime distinguitur. Sed una superest difficultas, quam obiicit fragmentum e sermone Philippi Sidensis XXIV in Gallandii Bibliotheca PP. excusum, quo scholae Alexandrinae enumerantur praepositi. Ab Athenagora enim, qui Hadriani et Antonini temporibus florebat, incipiens, recensitis nonnullis aliis ad Serapionem transit, « quem, » inquit, « excepit magnus ille Petrus episcopus martyrio inclytus. Post Petrum Macarius, qui πολιτικός a conterraneis est cognominatus. Post eum Didymus, post Didymum Rhodon, qui etiam, ut testis est ipse Philippus, scholam transtulit in illam ipsam civitatem Siden imperante magno Theodosio. Huius Rhodonis se discipulum fuisse ait Philippus... » (3). Quid igitur? Num Macarius Alexandrinus, qui Palladio aliisque testibus πολιτικός a coaetaneis vocatus est (4), aliquando, ante Didymum scilicet scholae Alexandrinae praefuit? Omnia sane, quae de Macario Alexandrino Palladius ceterique tradiderunt, ei contradicunt. Accedit, quod Palladius, qui tres annos cum Macario Alexandrino vixit (5), et Rufinus, qui, Didymo sex annos audito, in eremum ad Macarium profectus est (6), illius rei ne levissimam quidem mentionem faciunt. Ex quibus ego quidem coniicio, Macarium quoque πολιτικόν illum, scholae Alexandrinae **188** aliquando antistitem, a nostris Macariis diversum fuisse. Num vero Macarius presbyter iste Alexandrinus antistes scholae illius statuendus sit, neque negare neque affirmare ausim.

Itaque quaestiones de Macariorum Aegyptii et Alexandrini vitis absolvimus. Ad scripta eorum quod attinet, ea quidem dignissima sunt, de quibus simili ratione accuratius inquiratur. Sed hac disquisitione, quum ab hoc quidem proposito nostro aliena sit, in praesentia supersedemus.

(1) Sozom. Hist. Eccl. lib. I cap. 17; Theodoret. Hist. Eccl. lib. I cap. 16, Opp. ed. Noesselt T. III p. 791 sq.

(2) Huc pertinent Macarius Romanus, cuius vita exstat VV. PP. Rosw. 224 sq., Macarius Mathematicus, quem Rufinus in Apolog. [Invectiv.] lib. II laudat, cet.

(3) Galland. Biblioth. PP. T. IX p. 401.

(4) Cf. supra § 24 p. 104 § 25 p. 105 sqq.

(5) Supra p. 66. 85.

(6) Supra § 6 p. 18.

Digitized by Google

APPENDIX PRIOR

QUAE CONTINET

ACTA SANCTORUM MACARIORUM

AEGYPTII ET ALEXANDRINI

Ad codicum mss. fidem partim recognita, partim primum edita, cum versione Editoris.

—

INDEX.

—

I. *Vita sancti Macarii Aegyptii ex Historia Lausiaca Palladii ad codicum duorum Vindobonensium fidem edita.*

II *Vita sancti Macarii Alexandrini ex Historia Lausiaca Palladii ad codicum duorum Vindobonensium fidem edita.*

III. *Ceteri Historiae Lausiacae loci, quibus sancti Macarii Aegyptius et Alexandrinus nec non Macarius S. Antonii minister memorantur, ad codicum duorum Vindobonensium fidem editi.*

IV. *De sancto Marco abbate historia e codice Vindobonensi edita.*

V. *De sancto Macario historiae e codice Vindobonensi editae.*

VI. *Specimen interpretationis germanicae antiquae historiarum de sanctis Macariis Aegyptio et Alexandrino e codice bibliothecae Jesuitarum Coloniensis depromptum.*

VII. *Macarii cuiusdam abbatis visiones de sanctis angelis e codice Vindobonensi primum editae.*

—

247 I.

VITA SANCTI MACARII AEGYPTII

Ex Historia Lausiaca Palladii ad codicum duorum Vindobonensium fidem edita.

Cod. ms. hist. graec. LXXXIV, olim XXIX, Bibl. Caes. Vindobon. membranac. pervetustus. . . . . A
Cod. ms. hist. graec. IX, olim XLII, Bibl. Caes. Vindobon. chartac. antiquus. . . . . B

—

In duobus Bibliothecae Caesareae Vindobonensis codicibus mss. textum genuinum Historiae Lausiacae a Palladio conscriptae haberi supra p. 12 sqq. monuimus. Ex his igitur codicibus, quos descripsimus supra p. 14 not. 3 [Cf. Lambecii Comment. Vindob. 1782 T. VIII p. 664 840; de Nessel Catal. P. V. p 145 51], vitam sancti Macarii Aegyptii, in Historiae Lausiacae capite XV obviam, edidimus, lectionibus variis depravati Meursianae editionis textus neglectis.

—

Περὶ τοῦ ἁγίου Μακαρίου τοῦ Αἰγυπτίου [1].

Τὰ κατὰ τοὺς ἁγίους καὶ ἀθανάτους πατέρας Μακάριον τὸν Αἰγύπτιον καὶ Μακάριον τὸν Ἀλεξανδρέα, τοὺς γενναίους [2] ἄνδρας καὶ ἀκαταγωνίστους [3] ἀθλητὰς, τοῦ [4] ἐναρέτου αὐτοῦ βίου ἆθλα πολλὰ ὄντα καὶ μεγάλα ὀκνῶ λαλεῖν καὶ γράφειν, μήποτε τοῖς ἀμελεστέροις ἄπιστος εἶναι δόξω διὰ τὸ ὑπερβάλλον μέγεθος τῶν ὑπὲρ φύσιν κατορθωμάτων. χάριν δὲ ὅμως τῶν πεπειραμένων ἐκ τῶν λογίων τοῦ πνεύματος τὰς θείας δωρεὰς τοῖς ἀξίοις διανενεμημένας [5] διηγήσομαι τὰ κατὰ τῶν ὁσίων Μακαρίων [6] τῶν κατ' ἀξίαν τῶν ὁσίων ἄθλων τῆς ἀσκήσεως αὐτῶν καὶ τὰ ὀνόματα κεκτημένων [7]. καὶ πρῶτον μὲν διηγήσο-

De sancto Macario Aegyptio.

A Sanctorum et immortalium patrum, Macarii Aegyptii et Macarii Alexandrini, egregiorum et invictorum athletarum, honestae vitae certamina quae sunt multa et magna, vereor dicere et describere, ne iis, qui talia minus curant, mendax esse videar propter immensam magnitudinem exercitationum vires naturae excedentium. Sed et eorum gratia, qui virtutibus spiritus ornati dona divina experti sunt dignis distributa, virtutes enarrabo sanctorum Macariorum, qui nomina quoque sanctis suis certaminibus 248 asceseos digna possidebant. Primum quidem Macarii Aegyptii, qui vixit inte-

VARIAE LECTIONES.

[1] A Περὶ *Μακαρίου τοῦ Αἰγυπτίου καὶ Μακαρίου τοῦ Ἀλεξανδρέως.* [2] B τοὺς *μακαρίους.* [3] AB ἀκαταγωνήστους. [4] B *καὶ* τοῦ. [5] Emend., AB *διανεμημένας.* [6] Corr., A *κατὰ τὸν ὅσιον μακάριον*, B *κατὰ τοὺς ὁσίους τούτους μακαρίους.* [7] *τῶν κατ' ἀξίαν — κεκτημένων* om. B.

Digitized by Google

gros nonaginta annos, virtutes proferam. Is in solitudinem triginta annos natus ascendit, in qua annos sexaginta peregit. Tanta labores exercitationis tulit constantia, ut post decem annos insigni quadam distinctione dignus habitus παιδαριογέρων vocaretur, quia citius, quam pro aetate, virtutibus profecerat. Quadraginta enim annos natus potestatem expellendi daemones, gratiam curationis, spiritumque prophetiae accepit, et honorabili quoque sacerdotio dignus existimatus est. Cum ipso duo habitabant discipuli in intima solitudine, quae vocatur Scete. Quorum unus semper prope illum erat eorum causa, qui veniebant ut curarentur; alter seorsum sedebat in propria cella. Procedente autem tempore vir sanctus perspicaci oculo praevidens, ei, qui sibi ministrabat, Joannis nomine, qui postea presbyter factus est in ipsius vicem: Audi, inquit, frater, meam admonitionem, quoniam te tentat spiritus avaritiae. Ita enim equidem vidi, neque ignoro, si meam aequo animo tuleris exhortationem, in opere Dei hoc loco consummaturum te esse, gloriosumque fore, et flagellum non appropinquaturum tabernaculo tuo. At si me non audieris, Giezi in te finis veniet, cujus et morbo laboras. Hæc dicta sunt quinque annos antequam sanctus obiit. Et quindecim annis post mortem Macarii quum Joannes bona pauperum avertisset, ita laboravit elephantiasi, ut in corpore ejus non inveniretur integer locus, in quo quis digitum figere posset. Ita in eo, qui non obedierat, prophetia sancti viri impleta est. De cibo autem **249** et potu supervacaneum est narrare, quoniam ne apud socordiores quidem monachos monasteriorum, quae extra sunt, inveniri ingluvies possit aut alia quaedam a consuetudine eorum, qui in istis locis morantur, diversa vivendi libertas, cum propter inopiam rerum necessariarum, tum propter zelum Dei inter eos, qui ibi habitant, unoquoque semper proximum variis vitae institutis vincere contendente. Atque ad aliam hujus viri exercitationem quod spectat, ipse dicebatur adsidue in exstasi esse, et majori tempore Deo magis quam rebus terrenis occupari. Nec pauca feruntur miracula ab eo peracta.

Libidinosus quidam homo, Aegyptius genere, captus erat amore cujusdam pudicae mulieris, quae viro nupserat. Quum desiderio frustraretur, convenit magum, cui: Fac, inquit, arte tua, aut ut amet me, aut ut maritus eam foras ejiciat. Magus quae poterat expertus, quoniam castum ejus animum dimovere non posset, effecit, ut equa videretur iis, qui eam intuebantur. Maritus ergo ejus ubi foras

μαι [8] τοῦ Αἰγυπτίου Μακαρίου τὰς ἀρετάς· ὃς [9] ἔζησε τὰ σύμπαντα ἔτη ἐνενήκοντα [10]· ἀνελθὼν μὲν τριακονταέτης νεώτερος, καὶ ἐν τῇ ἐρήμῳ πεποιηκὼς ξ' ἔτη [11]· τοσαύτῃ ἐχρήσατο καρτερίᾳ πόνων ἀσκητικῶν, ὡς εἰς δέκα ἔτη τοῦτον [12] πολλῆς καὶ μεγάλης ἀξιωθῆναι διακρίσεως, ὥστε καλεῖσθαι αὐτὸν παιδαριογέροντα διὰ τὸ θᾶττον τῆς ἡλικίας ταῖς ἀρεταῖς προκόψαι. ἐτῶν γὰρ μ' γενόμενος [13] καὶ κατὰ πνευμάτων ἔλαβεν ἐξουσιαστικὴν δύναμιν καὶ χάρισμα [14] ἰαμάτων καὶ πνεῦμα προρρήσεων καὶ τῆς ἐντίμου ἱερωσύνης κατηξιώθη. τούτῳ συνῆσαν δύο μαθηταὶ εἰς τὴν ἐνδοτάτην [15] ἔρημον τὴν καλουμένην Σκῆτιν [16]. ὁ μὲν εἷς [17] πλησίον αὐτοῦ ἦν [18] διὰ τοὺς [19] περὶ θεραπείας [20] ἐρχομένους [21]· ὁ δὲ ἄλλος ἀνεχώρει κατ' ἰδίαν κέλλαν [22]. χρόνου δὲ προκόψαντος διορατικῷ ὄμματι λέγει τῷ ὑπηρετοῦντι αὐτῷ ὀνόματι Ἰωάννῃ, εἰς ὕστερον δὲ [23] γενομένῳ πρεσβυτέρῳ εἰς τὸν τόπον τοῦ ἁγίου· ἄκουσόν μου τῆς νουθεσίας, ἀδελφὲ, ἐπειδὴ πειράζει σε τὸ πνεῦμα τῆς φιλαργυρίας. οὕτω γὰρ ἐγὼ ἑώρακα καὶ οἶδα, ὅτι, ἐάν μου ἀνάσχῃς τῆς παρακλήσεως, τελειωθήσῃ ἐν τῷ ἔργῳ τοῦ Θεοῦ ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ καὶ δοξασθήσῃ καὶ μάστιξ οὐκ ἐγγιεῖ τῷ [24] σκηνώματί σου. ἐὰν δέ μου παρακούσῃς, τοῦ Γιεζῆ ἥξει ἐπὶ σὲ τὰ τέλη, οὗ καὶ τὸ πάθος νοσεῖς. καὶ ταῦτα μὲν πρὸ ε' ἐτῶν τῆς κοιμήσεως τοῦ ἁγίου εἴρηται. καὶ μετὰ ἄλλα ιε' ἔτη οὕτως ἐλεφαντίασε νοσφισάμενος τὰ τῶν πτωχῶν, ὡς μὴ εὑρεθῆναι ἐν τῷ σώματι αὐτοῦ ἀκέραιον [25] τόπον, ἐν ᾧ τις δάκτυλον πήξοι [26]· καὶ οὕτως ἐπὶ τὸν παρακούοντα [27] ἡ προφητεία τοῦ ἁγίου πεπλήρωται. Περὶ μὲν οὖν βρώσεως καὶ πόσεως περιττόν ἐστι διηγεῖσθαι, ὁπότε οὐδὲ παρὰ τοῖς ῥᾳθυμοτέροις τῶν ἔξω μοναστηρίων ἔστιν εὑρεθῆναι ἀδηφαγίαν ἢ ἄλλην τινὰ ἀδιαφορίαν, ἢ παρὰ τοῖς οὖσιν ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις, καὶ διὰ [28] τὴν σπάνην τῶν χρειῶν, καὶ διὰ τὸν κατὰ Θεὸν ζῆλον τῶν κατοικούντων ἐκεῖ, ἀεὶ πρὸς ἀλλήλους [29] ἑκάστων φιλονεικούντων [30] ὑπερβαίνειν τὸν πλησίον ταῖς [31] διαφόροις πολιτείαις [32]. περὶ δὲ [33] τῆς ἄλλης ἀσκήσεως τοῦ ἁγίου, οὗτος ἐλέγετο ἀδιαλείπτως [34] ἐξίστασθαι καὶ μᾶλλον τῷ πλείονι χρόνῳ προσδιατρίβειν [35] Θεῷ ἢ τοῖς ὑπ' οὐρανὸν πράγμασιν. οὗ καὶ διάφορα φέρονται θαύματα [36].

Ἄσωτός τις ἀνὴρ Αἰγύπτιος ἐρασθεὶς γυναικὸς ὑπάνδρου καὶ σώφρονος καὶ ἀποτυχὼν τοῦ σκοποῦ προσωμίλησε γόητι λέγων· ἔργασαι τῇ τέχνῃ σου, ἢ ἵνα ἀγαπήσῃ με, ἢ ἵνα ῥίψῃ [37] αὐτὴν ὁ ἀνὴρ αὐτῆς. καὶ λαβὼν ὁ γόης τὸ ἱκανὸν παρ' αὐτοῦ [38], καὶ μὴ δυνηθεὶς μεταστῆσαι τὸν σώφρονα νοῦν αὐτῆς, παρασκευάζει, ὡς φορβάδα [39] αὐτὴν φαίνεσθαι τοῖς ὁρῶσιν· καὶ ἐξελθὼν ἔξωθεν ὁ ἀνὴρ αὐτῆς καὶ ἰδὼν

VARIAE LECTIONES.

[8] *διηγήσομαι* om. B. [9] B *οὗτος*. [10] B *ἐνενήκοντα ἔτη*. [11] B ἐν τῇ ἐρημῷ *πεποίηκε δὲ ἐκεῖσε ἐξήκοντα ἔτη*. [12] Coni., *τοῦτον* om. B, A *τούτου*. [13] B *γεγονώς*. [14] A *χαρίσματα*. [15] Emend., AB *ἐνδοδάτην*. [16] B *σκήτην*. [17] B *καὶ ὁ μὲν εἷς*. [18] B *ἦκα*. [19] *διὰ τοὺς* om. B. [20] Emend., A *περὶ θεραπίας*, B *πρὸς θεραπείαν*. [21] B *τῶν ἐρχομένων*. [22] B κατ' ἰδίαν *εἰς κέλλαν*. [23] *δὲ* om. B. [24] B *ἐν τῷ*. [25] A *ἀκαίραιον*, B *ὑγιῆ*. [26] Ex Coni., A *πήξει*, B *θήσοι*. [27] Emend., A B *παράκουον*. [28] *διὰ* om. A. [29] *τῶν κατοικούντων—πρὸς ἀλλήλους* om. B. [30] B *ἑκάστου φιλονεικοῦντος*. [31] Pro ταῖς B *ἐν*. [32] AB *πολιταίαις*. [33] Corr. AB *τῇ*. [34] B *ὅτι ἀδιαλείπτως*. [35] B *προσδιέτριβε*. [36] B addit indicem: *Περὶ τοῦ* (sic!) *εἰς φορβάδα μεταβλησθείσης γυναικός*. [37] Ex coni., A *ῥίψει*, B *ἐκβάλῃ*. [38] B *ἀπ' αὐτῶ*. [39] A *φορβάδα*, et sic ubique.

Digitized by Google

αὐτὴν ἐν σχήματι φορβάδος ἀπωδύρετο καὶ ἔκλαιε τὴν συμφοράν· καὶ προσκαλεσάμενος τοὺς πρεσβυτέρους τῆς κώμης δείκνυσι αὐτὴν, καὶ οὐδὲ αὐτοὶ συνῆκαν τὸ γεγονός. καὶ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας μηδενὸς γευσαμένης αὐτῆς, τέλος, ἵνα δοξασθῇ ὁ Θεὸς τὸν ἅγιον αὐτοῦ, ἀνέβη ἐπὶ [60] τὸν νοῦν τοῦ ἀνδρὸς, ἀγαγεῖν αὐτὴν [61] εἰς τὴν ἔρημον [62] πρὸς τὸν ἅγιον [63]. καὶ φορβιάσας [64] αὐτὴν ὡς ἵππον, οὕτως αὐτὴν ἤγαγεν, ἔνθα ᾤκει ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος. καὶ ἐν τῷ πλησιάσαι λέγουσιν αὐτῷ οἱ ἀδελφοί· τί ὧδε τὴν φορβάδα ἤγαγες; καὶ λέγει ἐκεῖνος· ἵνα ἐλεηθῇ τῇ προσευχῇ τοῦ δικαίου. οἱ δὲ πρὸς αὐτόν [65]· τί γὰρ ἔχει κακόν; λέγει αὐτοῖς· αὕτη, ἣν ὁρᾶτε [66] φορβάδα, ἡ γυνή μου ἦν ἡ ἀθλία, καὶ οὐκ οἶδα, τί νῦν μὲν αὐτή [67]. ἀπεκαλύφθη δὲ τῷ ἁγίῳ πάντα τὰ γεγονότα αὐτῇ [68], καὶ ἦν δεόμενος τοῦ Θεοῦ περὶ αὐτῆς. οἱ δὲ ἀκούσαντες ταῦτα ἀναφέρουσι τῷ θεράποντι τοῦ Χριστοῦ Μακαρίῳ λέγοντες, ὅτι φορβάδα ἐνταῦθά τις ἤγαγεν. λέγει αὐτοῖς· ὑμεῖς ἐστε ἵπποι, οἱ τῶν ἵππων τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔχοντες· ἐκείνη δὲ γυνή ἐστιν, ὡς ἐκτίσθη, ἀλλὰ μόνον τοῦτο φαινομένη [69] μετασχηματισθεῖσα τοῖς ὀφθαλμοῖς τῶν ἠπατημένων. καὶ προσαχθείσης αὐτῆς εὐλογήσας ὕδωρ καὶ ἀπὸ κορυφῆς ἐπιχέας αὐτῇ γυμνῇ, καὶ εὐχὴν ποιήσας [70] ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτῆς [71], παραχρῆμα ἐφάνη πᾶσι γυνὴ καθορῶσιν [72], καὶ ἐκέλευσεν αὐτῇ δοθῆναι [73] φαγεῖν. ὑπέθετο δὲ αὐτῇ ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος εἰπών· μηδέποτε ἀπολειφθῇς [74] τῆς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας [75] καὶ τῆς κοινωνίας τῶν μυστηρίων τοῦ Χριστοῦ [76]. τοῦτο γάρ σοι συνέβη διὰ τὸ ἐπὶ [77] πέντε ἑβδομάδας μὴ προσελθεῖναι σε τοῖς ἀχράντοις μυστηρίοις. οὕτως ἰασάμενος αὐτὴν σώματι καὶ ψυχῇ ἀπέλυσεν αὐτήν.

Ἐλέγετο δὲ, ὅτι ἐν τῷ μακρῷ τῆς ζωῆς αὐτοῦ χρόνῳ ὑπόγειον [78] ποιήσας [79] σύριγγα ὀρύγματος ἀπὸ τῆς κέλλης αὐτοῦ ἡμισταδίου μῆκος εἰς τὸ ἄκρον σπήλαιον ἀπετέλεσεν, καὶ εἴ ποτε πλείονες αὐτῷ ὤχλουν, κρυπτῶς ἐκ τῆς κέλλης ἐξιὼν ἀπῄει εἰς τὸ σπήλαιον καὶ οὐχ εὑρίσκετο· καὶ ὅτι ἀπιὼν διὰ τῆς σύριγγος εἴκοσι τέσσαρας ἐποίει εὐχὰς ἕως τοῦ σπηλαίου, καὶ ἐρχόμενος πάλιν ὁμοίως.

Περὶ τούτου ἐξῆλθε φήμη, ὅτι καὶ νεκρὸν ἤγειρεν, ἵνα αἱρετικὸν πείσῃ μὴ ὁμολογοῦντα ἀνάστασιν σωμάτων· καὶ αὕτη ἡ φήμη ἐκράτει περὶ αὐτοῦ ἐν τῇ ἐρήμῳ [80].

Καὶ ἄλλοτε προσενέχθη αὐτῷ νεανίσκος δαιμονιῶν παρὰ τῆς ἰδίας μητρὸς, δυσὶ νεανίσκοις συνδεδεμένος ἐξ ἑκατέρου μέρους· ταύτην δὲ [81] τὴν ἐνέργειαν ὁ δαίμων εἶχεν· τριῶν μοδίων ἄρτους ἤσθιε, καὶ χιλικίσιον ὕδατος ἔπινεν· ἅπερ [82] ἐρευγόμενος εἰς ἀτμὸν [83]· ἀνέλυε τὰ βρώματα ὡς ἀπὸ [84] πυρὸς δαπανώμενα [85]. ἔστι γάρ τι δαιμόνιον τάγμα πύρινον λεγόμενον, οὐκ οὐσίας μεταβληθείσης [86], ἀλλ' ὡς καὶ

A venit, in forma equae eam conspicatus, ingemuit ac flevit de iis, quae acciderant. Vocatis deinde vici presbyteris eam ostendit, sed ne hi quidem rem intellexerunt. Quum igitur illa tribus diebus nihil omnino comedisset, postremum Deus sanctum suum glorificaturus cogitationem marito injecit adeundi cum ea sanctum virum in solitudine; quare is capistro ligatam ut equam duxit, ubi vir Dei habitabat. Appropinquanti fratres: Quid, inquiunt, huc equam adduxisti? Ille respondet: Ut justi oratione misericordiam consequatur. At hi: Quid tandem mali habet? Respondet: **250** Haec, quam videtis equam, cara mea uxor erat, et, quid jam ei acciderit, nescio. Revelata autem sancto omnia erant, quae femina pateretur, et Deum orabat pro B ea. Illi vero cum ista audivissent, referunt ad servum Christi Macarium, dicentes: Equam aliquis huc adduxit. Quibus is: Vos, inquit, estis equi, qui equorum oculos habetis; illa autem femina est, ut est creata, et ita transformata oculis tantum apparet eorum, qui sunt decepti. Deinde aqua benedicta nudam, quam adduxerant, a summo vertice aspersit, quumque super caput ejus precatus esset, statim omnibus eam videntibus femina apparuit. Atque vir Dei ei cibum apponi jussit. Tum eam commonuit dicens.: Nunquam non compareas in ecclesia Dei et in communione mysteriorum Christi; haec enim tibi acciderunt, quia jam quinque hebdomadibus non accessisti ad intemerata Christi mysteria. Ita eam corpore et anima sanatam dimisit.

Porro dicebatur posteriore vitae suae tempore C subterraneum fodisse cuniculum in dimidii spatium stadii, et speluncam adjecisse. Si quando igitur complures ei erant molesti, occulte e cella egressus abiit in speluncam, ita, ut nemo eum inveniret. Abiens vero per cuniculum viginti quatuor orationes dicebat usque ad speluncam, et rediens totidem.

De eo quoque fama exiit, quod mortuum suscitarit, ut convinceret haereticum, qui resurrectionem corporum non profitebatur. Quae quidem fama constans fuit in solitudine.

251 Alias ad ipsum mater adduxit adolescentem, qui a daemone vexabatur, a duobus adolescentibus utrimque constrictum. Eamque in eum vim daemon D exercuit, ut trium modiorum panes comederet, et amphorae Ciliciensis aquam biberet. Quos cibos exinde eructans in vaporem resolvebat, tanquam igne consumerentur. Est enim ordo quidam daemonum, qui igneus vocatur, qui quidem non essentia,

VARIAE LECTIONES.

[60] B *εἰς*. [61] B αὐτὴν *πρὸς αὐτόν*. [62] A *ἔριμον*, et sic fere ubique. [63] *πρὸς τὸν ἅγιον* om. B. [64] Sic AB. [65] B οἱ δὲ *εἶπον*. [66] A *ὁρᾶται*. [67] AB *αὕτη*. [68] A *αὐτῇ*, B *εἰς αὐτήν*. [69] Pro *ἀλλὰ μόνον τοῦτο φαινομένη* B *οὕτω δὲ φαίνεται*. [70] Pro *καὶ ἀπὸ κορυφῆς—ποιήσας* B *ἐπέχεεν ἐπὶ τὴν κορυφὴν αὐτῆς καὶ ποιήσας εὐχάς*. [71] *αὐτῆς* om. A. [72] Pro *ἐφάνη πᾶσι γυνὴ καθορῶσιν* B *ἔδειξεν αὐτὴν γυναῖκα κατὰ φύσιν*. [73] *δοθῆναι* om. B. [74] B *ἀπολειφθῆναι*. [75] *τοῦ Θεοῦ* om. A. [76] *τοῦ Χριστοῦ* om. B. [77] *ἐπὶ* om. B. [78] Emend., AB ὑπόγηον. [79] A *ποιήση*. [80] B addit titulum: *Περὶ τοῦ δαιμονιῶντος καὶ πολλὰ ἐσθίοντος*. [81] Pro *ταύτην δὲ* A male *δς ταύτην*. [82] B *ἅπερ καί*. [83] Pro *ἀτμὸν* B male *αὐτόν*. [84] B *ὑπό*. [85] Corr., AB *δαπανόμεναι*. [86] Corr., A B *μεταβληθήσης*.

Digitized by Google

sed, ut in hominibus quoque invenitur, mente potius differunt. Iste igitur adolescens, si a matre non satis ei suppeditabatur, saepe propriam suam edebat corporis egestionem, et lotium bibebat. Flente matre et lamentante, sanctumque enixe obtestante, istum sanctus excepit, et supplex pro eo Deum oravit. Ac post duos dies miserum daemon cruciatum remisit. Tunc matri ejus: Quantum, inquit, vis, ut comedat? Quam, quum decem libras significasset, increpavit, quia nimium dixisset; atque iterum super adolescente precatus cum jejunio septem dierum daemonem ingluviei ab eo expulit, et cibum ei constituit trium librarum panem, quem comedere deberet, si operaretur. Ita et hunc virtute divinae gratiae sanatum matri reddidit.

Talia Deus stupenda miracula fecit per dilectum suum Macarium, cujus immortalis anima nunc est cum angelis. Ego sanctum ipse non conveni; anno enim, antequam in solitudinem ingrediebar, obierat.

A ἐπὶ ἀνθρώπων γνώμης μᾶλλον ἀλλοιουμένης. οὗτος τοίνυν μὴ ἐπαρκούμενος παρὰ τῆς μητρὸς τὴν ἰδίαν κόπρον πολλάκις ἤσθιε καὶ τὸ [66] οὖρον ἔπινε. κλαιούσης οὖν [67] τῆς μητρὸς καὶ ὀδυρομένης καὶ [68] τὸν ἅγιον ἱκετευούσης λαβὼν ἐκεῖνον ὁ ἅγιος, καὶ ἐπευξάμενος αὐτῷ καὶ [69] τὸν Θεὸν ἱκετεύων ἐπὶ δύο ἡμέρας, ὑπελώφησε τοῦ δεινοῦ πάθους ὁ δαίμων. τότε λέγει τῇ μητρὶ αὐτοῦ· πόσον θέλεις ἵνα ἐσθίῃ; καὶ αὐτῆς δέκα λίτρας εἰπούσης ἐπετίμησεν αὐτῇ ὡς πολὺ εἰρηκυίας, καὶ ἐπευξάμενος πάλιν τῷ νεανίσκῳ μετὰ νηστείαν ἐπὶ ἑπτὰ ἡμέρας ἐξέλασεν ἀπ' αὐτοῦ τὸν δαίμονα τῆς πολυφαγίας, καὶ ἔστησεν [70] αὐτῷ τὴν τροφὴν τριῶν λιτρῶν ἄρτους [71], ὡς ὀφείλοντα ἐργαζόμενον τοῦτο ἐσθίειν. οὕτως οὖν καὶ τοῦτον τῇ τῆς θείας χάριτος συνεργείᾳ [72] ἰασάμενος ὑγιῆτῇ μητρὶ ἀπέδωκεν.

B Ταῦτα τὰ παράδοξα θαύματα πεποίηκεν ὁ Θεὸς διὰ τοῦ γνησίου αὐτοῦ [73] φίλου Μακαρίου, οὗ ἡ ἀθάνατος [74] ψυχὴ νῦν μετὰ ἀγγέλων [75] ἐστίν. ἐγὼ τῷ ἁγίῳ τούτῳ οὐ [76] συνέτυχον· πρὸ ἐνιαυτοῦ γὰρ τῆς εἰς τὴν ἔρημον ἐμῆς εἰσόδου ἐκεκοίμητο [77].

---

252 II.

VITA SANCTI MACARII ALEXANDRINI

Ex Historia Lausiaca Palladii ad codicum duorum Vindobonensium fidem edita.

Cod. ms. hist. graec. LXXXIV, olim XXIX, Bibl. Caes. Vindobon. membranac. pervetustus . . . . . A
Cod. ms. hist. graec. IX, olim XLII, Bibl. Caes. Vindobon. chartac. antiquus . . . . . B

Sunt iidem codices atque supra. In quibus sancti Macarii Aegyptii vitam altera haec excipit sancti Macarii Alexandrini. Textus Meursiani lectiones varias, quae sunt innumerae, non adscripsimus.

De sancto Macario Alexandrino.

Sanctum vero Macarium Alexandrinum conveni, qui presbyter erat Cellliorum, quae dicuntur. In quae ego novem annos secessi, ex quibus tres mecum vixit ille Macarius in quiete degens. Atque alia quidem ipse vidi apud eum optimae ejus vivendi rationis opera et signa, alia ab iis, qui una cum eo vixerunt, didici, alia denique a compluribus aliis audivi. Exercitatio igitur Macarii magni, ut ego et multi apud eum didicimus, haec fuit: Si quod opus exercitationis aliquem unquam fecisse audierat, idem efficere ardenter studuit. Hic igitur sanctus, quum audiisset, Tabennesiotas per totam quadragesimam nulla re vesci quae igni admota esset, statuit et ipse septennio nihil, quod per ignem transiisset, comedere, et septem annis nihil aliud gustavit, nisi cruda olera, et si quae forte **253** invenisset legumina humectata. De alio audierat, qui libram

C *Περὶ τοῦ ἁγίου Μακαρίου τοῦ Ἀλεξανδρίνου* [78].

Τῷ δὲ ἁγίῳ Μακαρίῳ τῷ Ἀλεξανδρεῖ συντετύχηκα πρεσβυτέρῳ ὄντι τῶν λεγομένων κελλίων, εἰς ἃ ἐγὼ παρῴκησα ἐννέα ἔτη [79]. ἐν οἷς τρία ἔτη μοι ἐπέζησεν [80] ὁ Μακάριος οὗτος, διάγων ἐν ἡσυχίᾳ. καὶ τὰ μὲν [81] εἶδον ἐγὼ παρ' αὐτοῦ [82] τῆς ἀρίστης πολιτείας αὐτοῦ [83] ἔργα τε καὶ σημεῖα, τὰ δὲ [84] παρὰ τῶν τούτου συμβιωσάντων μεμάθηκα, τὰ δὲ παρ' ἑτέρων πλειόνων [85] ἀκήκοα. ἡ μὲν οὖν ἄσκησις τοῦ μεγάλου Μακαρίου, ὡς ἐγὼ καὶ πολλοὶ παρ' αὐτῷ ἠκριβώσαμεν, ἦν αὕτη [86]· εἴ τι ἀκήκοε πώποτέ τινα πεποιηκότα [87] ἔργον ἀσκήσεως, διὰ σπουδῆς [88] τοῦτο κατώρθωσεν. ἀκούσας [89] οὖν, ὅτι οἱ Ταβεννησιῶται διὰ πάσης τῆς τεσσαρακοστῆς ἄπυρον ἐσθίουσιν, ἔκρινεν [90] οὗτος ὁ ἅγιος ἐπὶ ἑπταετίαν ὃ διὰ πυρὸς D διέρχεται, μὴ φαγεῖν [91], πλὴν λαχάνων ὠμῶν καὶ εἴ που εὗρεν ὀσπρίου [92] βρεκτοῦ, μηδενὸς [93] ἄλλου ἑπτὰ ἔτεσι γευσάμενος [94]. ἤκουσεν ἄλλου [95], ὅτι λί-

VARIAE LECTIONES.

[66] Corr., AB *τόν*. [67] A *τοίνυν*. [68] *καὶ* om. A. [69] *καὶ* om. A. [70] B καὶ *τετύπωκεν*. [71] B *τρεῖς λίτρας ἄρτου*. [72] Corr., AB συνεργία. [73] A *διὰ τοῦ σαυτοῦ* (forte *ἑαυτοῦ?*) *γνησίου*. [74] *ἀθάνατος* om. B. [75] Sic AB, sine apostropho, ut saepe. [76] AB *οὐκ*. [77] Ex coni., A *κεκοίμητε* B *ἐκοίμητο*. [78] Indicem hunc om. A. [79] B *ἐννεαετίαν*. [80] B *ἐπέζησέ μοι*. [81] B καὶ *πολλὰ* μέν. [82] *παρ' αὐτοῦ* om. B [83] B τῆς *ἀρίστης αὐτοῦ πολιτείας*. [84] B *πολλὰ* δέ. [85] Pro *τὰ δὲ παρ' ἑτέρων πλειόνων* B *ἕτερα δὲ καὶ παρ' ἄλλων πολλῶν*. [86] Pro ὡς ἐγὼ *καὶ πολλοί — αὕτη* B ὡς ἐγώ *τε καὶ πλείονες ἕτεροι ἠκριβώσαντο, αὕτη ἐστίν*. [87] B *ἐργασάμενον*. [88] B διὰ *πολλῆς* σπουδῆς. [89] B *ἀκηκοώς*. [90] B *ἔκρινε*. [91] Pro ὃ *διὰ πυρὸς — φαγεῖν* B *μὴ φαγεῖν ὃ διὰ πυρὸς διέρχεται*. [92] Corr., A *ὀσπρέου*, B *ὀσπρίων*. [93] A *καὶ* μηδενός. [94] Pro *πλὴν λαχάνων — γευσάμενος* B *μηδενὸς ἄλλου ἐπὶ ἑπτὰ ἔτεσι γευσάμενος πλὴν λαχάνων ὠμῶν καὶ ὀσπρίων βρεκτῶν, εἴ ποτε τούτων εὑπέρησε*. [95] Pro *ἤκουσε ἄλλου* B *περὶ δέ τινος ἄλλου ἀκούσας*.

Digitized by Google

τραν ἄρτου ἐσθίει, καὶ κλάσας τὰ βουκελάτα, ἃ εἶχεν, ἐνέβαλεν εἰς κεράμια, κρίνας τοσοῦτον ἐσθίειν [96], ὅσον ἂν ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἀνενέγκῃ. μεγάλη δὲ καὶ αὕτη ἐγκράτεια. διηγεῖτο γὰρ ἡμῖν χαριεντιζόμενος, ὅτι περιεδρασθόμην μὲν [97] πλειόνων κλασμάτων, οὐ συνεγωρούμην δὲ [98] ἐξενεγκεῖν ὑπὸ τοῦ στενοῦ τῆς ὀπῆς. ὁ τελώνης γάρ μοι, φησὶν [99], οὐ συνεχώρει [1] τὸ παντελῶς μὴ [2] ἐσθίειν. οὕτω οὖν [3] ἐπὶ τρία ἔτη ἐποίει, τέσσαρας ἢ πέντε οὐγκίας [4] ἐσθίων καὶ τὸν [5] ἴσον [6] σταθμὸν ὕδωρ πίνων· ξέστην δὲ ἐλαίου εἰς τροφὴν τοῦ ἐνιαυτοῦ ἀνήλισκεν. ἔκρινε δέ [7] ποτε ὕπνου περιγενέσθαι, ὡς αὐτὸς διηγήσατο, ὅτι [8] οὐκ εἰσῆλθον [9] ὑπὸ στέγην ἐπὶ εἴκοσι νυχθημέροις, τοῖς μὲν καύμασι φλεγόμενος ἡμέρας [10], τῷ δὲ νυκτερινῷ πυρετῷ στυφόμενος· καὶ εἰ μὴ τάχιον, ἔφη, ὑπὸ στέγην εἰσῆλθον καὶ ἐχρησάμην ὕπνῳ, οὕτως μου [11] ἐξηράνθη ὁ ἐγκέφαλος, ὡς εἰς ἔκτασίν με ἐλάσαι λοιπόν. καὶ τὸ ὅσον ἐν ἐμοὶ, φησὶν, ἐνίκησα ὕπνον, τὸ χρήσιμον αὐτοῦ τῇ φύσει παραχωρήσας.

Τοῦ ἁγίου τούτου ἐν τῇ κέλλῃ καθεζομένου πρωΐ [12] κώνωψ ἐπὶ τοῦ ποδὸς αὐτὸν ἐκέντησεν. καὶ ἀλγήσας τῇ χειρὶ τοῦτον κατέαξεν [13] κεκορεσμένον [14] τοῦ αἵματος. ὕστερον δὲ κατεγνωκὼς ἑαυτοῦ [15] ὡς ἑαυτὸν [16] ἐκδικήσαντος καταδικάζει ἑαυτὸν, ὥστε εἰς τὸ ἕλος τῆς Σκήτεως, ὃ ἐστιν ἐν τῇ πανερήμῳ [17], καθεσθῆναι γυμνὸν ἐπὶ μῆνας ἕξ, ἔνθα οἱ κώνωπες δύνανται [18] καὶ συάγρων δέρματα τιτρώσκειν ὡσεὶ σφῆκες ὄντες μεγάλοι. οὕτως ὑπ' αὐτῶν ἐτρώθη ὅλος, ὡς καὶ σφονδύλους ἐξενεγκεῖν καθ' ὅλου τοῦ σώματος, καί τινας νομίσαι [19] ὅτι ἐλεφαντίσεν [20], ἐπανελθὼν δὲ εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ ἀπὸ τῆς φωνῆς μόνον [21] ἐγνωρίζετο αὐτὸν εἶναι τὸν Μακάριον.

Ἐπεθύμησέ [22] ποτε, ὡς αὐτὸς ἡμῖν διηγήσατο, εἰς τὸ κηποτάφιον εἰσελθεῖν Ἰαννοῦ [23] καὶ Ἰαμβροῦ [24], τῶν μάγων τῶν ἐπὶ τοῦ Φαραὼ, ἱστορίας χάριν ἢ συντυχίας τῶν ἐκεῖσε δαιμόνων. ἐλέγετο γὰρ πολλοὺς καὶ χαλεποὺς ἀποκεκληρῶσθαι ἐν αὐτῷ παρ' αὐτῶν [25] δαίμονας δι' ὑπερβολὴν μαγικῆς τέχνης, δι' ἧς καὶ τὰ πρῶτα εἶχον τῶν κατ' ἐκεῖνον [26] καιροῦ παρὰ τῷ Φαραώ· ὡς οὖν τὴν ἐν Αἰγύπτῳ δυναστείαν κεκτημένοι ἐν τῷ τῆς ζωῆς αὐτῶν χρόνῳ [27] ἐκ τετραπέδων λίθων ἔκτισαν τὸ ἔργον ἐκεῖνο, ἐν αὐτῷ μνῆμα [28] πεποιηκότες καὶ χρυσὸν πολὺν ἀποθέμενοι, καὶ δένδρα παντοῖα ἐφυτεύσαντο, καὶ φρέαρ ὕδατος μέγιστον ὤρυξαν [29] ἐλπίζοντες δῆθεν μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἐκεῖσε ἄφιξιν [30] ἐν τούτῳ [31] τῷ παραδείσῳ τρυφᾷν. τὴν οὖν ἐπὶ τὸν κῆπον τοῦτον ὁδὸν ἀγνοῶν ὁ τοῦ Χριστοῦ

panis comederet; quare fregit, quae habuit, buccellata, et in lagenam immisit, statuens tantum comedere, quantum manus ipsius sursum tulisset. Magna autem haec quoque fuit continentia. Nam festive nobis narrabat: Plura quidem frusta apprehendebam, sed efferre non poteram ob angustiam foraminis. Publicanus enim, inquit, mihi non permittebat omnino non vesci. Sic igitur tres annos peregit, quatuor quidem vel quinque uncias comedens et modicum aquae bibens. Olei autem sextarium toto anno in alimentum consumebat. Statuit aliquando superare somnum, ut ipse nobis narravit: Totis viginti diebus et noctibus sub tectum non sum ingressus, interdiu quidem aestu urebar, noctu vero febri rigebam. Quod nisi tectum citius essem ingressus, inquiebat, et somno usus essem, cerebrum ita mihi esset arefactum, ut, quin in exstasin agerer, parum abesset. Et quantum, inquit, in me fuit, vici somnum, quantum opus est, naturae concedens.

Quum hic sanctus mane in cella sederet, in pede eum culex pupugit, quem, sanguine saturatum, dolore tactus manu elisit. Deinceps vero se reprehendit, qui se ipse ultus esset, seque condemnavit, **254** ut sederet nudus sex menses in palude Scetis, quae est in vasta solitudine, ubi culices possunt vel aprorum pelles sauciare, quum sint aeque magni ut vespae. Ab iis igitur totus ita sauciatus est, ut et aculei in toto corpore ipsius viderentur, ac nonnulli crederent, elephantiasi eum laborare. Reversum vero in cellulam suam ex sola voce cognoverunt Macarium esse.

Cupiit aliquando, ut nobis ipse narravit, ingredi monumentum, quod dicitur κηποτάφιον Jannes et Jambres magorum, qui fuerunt tempore Pharaonis, videndi causa, aut daemones, qui ibi sunt, conveniendi. Dicebantur enim multi iique feroces ibi ab illis collocati esse daemones per excellentiam magicae artis, qua primas quoque illo tempore partes apud Pharaonem habuerunt. Qui ita nacti potestatem in Aegypto, tempore vitae suae ex quadratis lapidibus construxerunt illud opus, in quo monumentum fecerunt et multum auri deposuerunt, omnis quoque generis arbores plantarunt, et puteum aquae maximum foderunt, sperantes quidem fore, ut post suum hinc illuc discessum fruerentur deliciis in hoc paradiso. Servus igitur Christi Ma-

VARIAE LECTIONES.

[96] Pro *καὶ κλάσας — ἐσθίειν* B *τὰ βουκελάτα, ἃ ἐκέκτητο, εἰς μικρὰ τρίψας ἀπέβαλεν εἰς κεράμια τοσοῦτον μόνον ἐσθίειν κρίνας*. [97] *μὲν* om. B. [98] *δὲ* om. B. [99] *φησὶ* om. A. [1] A *συνεχώρει φησί*. [2] B *τὸ μηδ' ὅλως*. [3] B *οὕτως δέ*. [4] B *οὐγκίας τῆς ἡμετέρας*. [5] Corr., *τὸν* om B, A *τό*. [6] *ἴσον* om. A. [7] *δὲ* om. A. [8] *ὅτι* om. B. [9] B *εἰσῆλθον*. [10] *ἡμέρας* om. A. [11] *ἔφη, ὑπὸ στέγην — μου* om. B. [12] Pro *Τοῦ ἁγίου — πρωΐ* B *Ἀλλοτέ ποτε ἐν κέλλῃ τούτου καθεζομένου*. [13] Pro *τοῦτον κατέαξεν* B *συνέτριψε τοῦτον*. [14] Corr., AB *κορεισμένον*. [15] Corr., AB *καταγνωκὼς σεαυτοῦ*. [16] AB *σεαυτόν*. [17] Emend., A *παπηρέμῳ*, B *ἐρήμῳ*. [18] A *δύνανται*. [19] A *νομίζειν*. [20] Corr. B *ἐλεφαντία, ἐστίν*. [21] B *ἀπὸ μόνης τῆς φωνῆς*. [22] B *Ἠθέλησε δέ*. [23] B *Ἰαννῆ*. [24] B *Ἰαμβρῆ*. [25] Pro *ἐν αὐτῷ παρ' αὐτῶν* B *παρ' αὐτῶν ἐν ἐκείνῳ τῷ τόπῳ*. [26] Corr., AB *κατ' ἐκεῖνο*. [27] *ἐν τῷ τῆς ζωῆς αὐτῶν χρόνῳ* om. B. [28] B *ἐν αὐτῷ τὸ μνῆμα αὐτῶν*. [29] B *φρέαρ μέγιστον ὤρυξαν ὕδατος*. [30] Pro *ἐκεῖσε ἄφιξιν* B *μετάστασιν*. [31] B *ἐν ἐκείνῳ*.

Digitized by Google

carius quum viam, quae ad hunc hortum ducit, ignoraret, sola conjectura secutus est astra, sicut nautae, qui maria transmittunt. Sic totam pervasit solitudinem. Fasciculum vero arundinum tenuit, ex quibus unam in unoquoque milliari tanquam signum posuit, cujus ope remearet. Novem diebus prope illum hortum venit, et nocte oppressus parum dormivit. Improbus vero daemon arundines illas collectas ad caput ejus posuit **255**, fortasse Dei permissu ad majorem sancti exercitationem, ne in arundinibus ducibus spem suam haberet, sed magis in gratia Dei, qui per columnam ignis et nubis quadraginta annos in ista solitudine populum Israel non obedientem et repugnantem deduxit. Surgens igitur arundines colligatas invenit. Sanctus autem : Ubi, inquit, ad hortum propius accessi, ex eo egressi sunt mihique occurrerunt septuaginta fere daemones variis formis praediti, alii quidem clamantes, alii vero exsilientes, alii cum magno fremitu in me dentibus stridentes. Ceteri tanquam corvi volantes audebant vultui meo insultare dicentes : Quid vis, Macari, tentatio monachorum ? Quid ad nos accessisti ? An nos quoque contra aliquos monachorum machinati sumus? Quae nostra sunt, habes illic cum tui similibus, solitudinem dico, e qua cognatos nostros fugavistis. Tecum nihil commune habemus, quid nostra loca ingrederis? Anachoreta contentus esto solitudine. Qui hunc locum aedificarunt, eum nobis adsignarunt. Non poteris hic manere. Quid quaeris ingredi locum, quem nemo hominum, qui vixerunt, ex quo tempore fratres, qui eum condiderunt, a nobis hic sepulti sunt, est ingressus? Sanctus : Quum, aiebat, multum insuper turbarent lamentarenturque daemones, dixi : Ingrediar tantum, videbo, et hinc recedam. Daemones : Hoc, inquiunt, nobis promitte in conscientia tua. Et quum dixissem : Hoc faciam, confestim evanuerunt. Ingressus igitur, aiebat, vidi omnia. Ubi inveni cadum aeneum, catena ferrea pendentem ex puteo, sed tempore consumptum, et fructus malorum siccarum, quae intrinsecus vacuae erant. Sanctus igitur quum absque perturbatione illinc recessisset, per viginti dies remeavit. Consumptis vero cibariis solitudinem peragrans paene nihil omnino gustavit, quod res quoque probavit; atque tentata est tolerantia ejus. Quum vero jam parum abesset, quin collaberetur, ei visa est **256** unum fere stadium distans puella quaedam munda linea veste induta, quae urnam tenebat aqua stillantem, atque eum provocabat. Tres igitur dies ingressus eam vidit, neque assequi potuit; spe autem bibendi languorem sustinuit. Post quam apparuit multitudo bubalorum; reperiuntur enim in illis regionibus.

A δοῦλος Μακάριος στοχασμῷ μόνῳ ἠκολούθει τοῖς ἄστροις, καθάπερ ναυτικοὶ διαβαίνοντες τὰ πελάγη. οὕτως δὲ [33] τὴν ἔρημον πᾶσαν διώδευσεν. ἔχων δέμα [32] καλάμων χάριν σημείου ἕνα κατὰ μίλιον ἵστα, ὅπως [34] δι' αὐτῆς ὑποστρέψῃ [35]. καὶ ἐντὸς ἡμερῶν θ' [36] πλησίον τοῦ κήπου γέγονε, καὶ νυκτὸς καταλαβούσης μικρὸν ἐκαθεύδησεν· ὁ δὲ πονηρὸς δαίμων συναγαγὼν τοὺς καλάμους ἐκείνους πρὸς τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ τέθεικεν, τάχα τοῦ Θεοῦ συγχωρήσαντος πρὸς μείζονα τούτου γυμνασίαν, ἵνα μὴ ὁδηγίᾳ [37] καλάμων ἐλπίζῃ, ἀλλὰ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι μᾶλλον, τοῦ διὰ στύλου πυρὸς καὶ νεφέλης ἐπὶ τεσσαράκοντα ἔτη μᾶλλον ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐρήμῳ τὸν ἀπειθέα καὶ ἀντίλογον τοῦ Ἰσραὴλ λαὸν ὁδηγήσαντος. καὶ ἀναστὰς εὗρεν ἐν δεσμῷ τοὺς καλάμους. Ἔλεγε δὲ ὁ ἅγιος,

11. Παρερχόμενός ποτε ἀπὸ τοῦ ἕλους εἰς τὸ κελλίον ἑαυτοῦ ὁ ἀββᾶς Μακάριος, ἐβάσταζε θαλλία, καὶ ἰδοὺ ὑπήντησεν αὐτῷ ὁ διάβολος **249** κατὰ τὴν ὁδὸν μετὰ δρεπάνου. καὶ ὡς ἠθέλησεν αὐτὸν κροῦσαι, οὐκ ἴσχυσε. καὶ λέγει αὐτῷ· πολλὴ βία ἀπὸ σοῦ, Μακάριε, ὅτι οὐ δύναμαι πρὸς σέ· ἰδοὺ γάρ, εἴ τι ποιεῖς, κἀγὼ ποιῶ· σὺ νηστεύεις· κἀγὼ [17]· ἀγρυπνεῖς· κἀγὼ ὅλως οὐ κοιμῶμαι· ἓν ἐστι μόνον, ἐν ᾧ νικᾷς με. λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Μακάριος· ποῖον τοῦτο; ὁ δὲ ἔφη· ἡ ταπείνωσίς σου. καὶ διὰ τοῦτο οὐ δύναμαι πρὸς σέ.

12. (*e*) Ἠρώτησάν τινες τῶν πατέρων τὸν ἀββᾶν Μακάριον τὸν Αἰγύπτιον, λέγοντες· πῶς ὅτε ἐσθίεις καὶ ὅτε νηστεύεις τὸ σῶμά σου ξηρόν ἐστι; καὶ λέγει

vit senex mortuum his verbis: Ille, ubi posuisti alienum depositum? Responsum dedit homo: Absconditum est in domo mea sub pede lecti. Senex ad ipsum: Iterum dormi usque ad resurrectionis diem. Quod conspicati fratres prae timore ceciderunt ad pedes eius. Tum iis senex ait: Non propter me id evenit; nihil quippe sum: sed propter viduam et pupillos Deus rem fecit. Hoc vero magnum est, quod Deus vult animam esse sine peccato, et quicquid petierit accipiet. Profectus igitur nuntiavit viduae, ubi iaceret depositum. Quae accipiens dedit domino, ac in libertatem asseruit liberos. Omnesque, qui miraculum audiverunt, gloriam dederunt Deo.

8. Petrus abbas narravit, beatum Macarium, quum aliquando anachoretam quemdam invenisset aegrotantem, sciscitatum esse ex eo, quidnam cibi sumere vellet. Qui postquam pastillum petiit, virum fortem, quum nihil in cella esset, proficisci Alexandriam non piguit, ut aegro afferret; neque mira res manifesta cuiquam facta est.

9. Iterum memoravit: Macario abbati prae cunctis fratribus in simplicitate conversanti quidam: Cur, inquiunt, talem te praebes? Ille respondit: Duodecim annis servivi Domino meo, ut mihi hanc largiretur gratiam, et vos omnes mihi consilium datis, ut deponam eam?

10. Dicebant de Macario abbate, quod, si vacans versaretur cum fratribus, hanc sibi legem constituebat: Si vinum adfuerit, propter fratres bibe, et pro uno vini poculo per unum diem non bibas aquam. Igitur fratres, eum reficere cupientes, dabant ei. Senex autem cum gaudio admittebat, ut se ipsum torqueret. At discipulus eius, cui res nota erat, dicebat fratribus: Per Dominum, ne praebeatis illi; alioqui in cella confecturus est se. Quo comperto fratres non amplius ei porrigebant.

11. Proficiscens aliquando Macarius abbas a palude in cellulam suam portabat palmarum ramos, et ecce occurrit ei in via diabolus falcem gerens. Qui ut voluit eum ferire, non valuit. Atque ei: Multa, inquit, a te vis, Macari, quod adversus te nihil possum. En enim, quidquid facis, et ego facio. Tu jejunas; et ego: vigilas; et ego penitus non dormio. Unum solum est in quo vincis me. Interrogavit Macarius abbas: Quidnam est illud? Respondit: Humilitas tua. Ac propterea adversus te nihil possum.

12. Interrogaverunt quidam e patribus Macarium Aegyptium abbatem dicentes: Qui fit ut sive comedas, sive ieiunes, corpus tuum siccum sit:

VARIAE LECTIONES.

[17] Al. *ἐγὼ οὐδὲ ὅλως τρώγω.*

NOTAE.

(*a*) Λέγων· ὁ δεῖνα, in Vitis Patrum: *dicens illi*, pro *dicens ille*.

(*b*) Cf. VV. PP. Rosw. lib. VI libell. 2, 8.

(*c*) Cf. Raderi Viridar. III, 6, 19.

(*d*) Cf. VV. PP. Rosw. lib. III cap. 53; lib. V libell. 4, 26.

(*e*) Cf. VV. PP. Rosw. lib. III cap. 124; lib. V libell. 15, 26; lib. VII cap. 13, 6.

Digitized by Google

Respondet iis senex : Lignum, quod versat sarmenta quae comburuntur, omnino ab igne consumitur. Similiter si mundaverit homo mentem suam in timore Dei, ipse timor Dei corpus ejus consumit.

13. Profectus aliquando Macarius abbas e Sceti in Terenuthim, ingressus est fanum, ut dormiret. Ibi erant vetera Ethnicorum cadavera ; e quibus unum acceptum posuit sub capite suo velut embrimium. Daemones ergo, intuiti ejus audaciam, inviderunt ei. Ac volentes eum terrere, velut feminae nomen vocabant dicentes : Heus tu, veni nobiscum ad balneum. Respondit autem alius daemon desub ipso tanquam e mortuis, loquens : Peregrinum habeo super me, nec possum venire. At senex territus non est, sed audacter verberabat corpus, et : Surge, inquit, vade in tenebras, si potes. Quo audito daemones clamaverunt voce magna dicentes : Vicisti nos. Et pudore suffusi aufugerunt.

14. Dicebant de Macario Aegyptio abbate, quod ascendens e Sceti, ac sportulas portans, defatigatus sedit ; oravitque in hunc modum : Deus, tu scis, nihil mihi virium superesse. Et illico ad fluvium delatus est.

15. Quidam in Aegypto filium habuit paralyticum. Quem cum ad cellulam Macarii abbatis tulisset, et ad ostium plorantem reliquisset, longe recessit. Igitur senex deorsum adspiciens vidit puerum et interrogat eum : Quis te huc attulit ? Respondet : Pater meus huc me projecit et abiit. Ait ei senex : Surgens assequere eum. Statimque sanatus surrexit et patrem consecutus est. Atque ita abierunt in domum suam.

16. Macarius magnus abbas dicebat fratribus in Sceti, postquam dimisit ecclesiam : Fugite, fratres. Ait illi senum quidam : Quonam fugere poterimus ultra solitudinem hanc ? Ipse vero digitum suum ad os ponebat dicens : Fugite hoc. Tum ingrediebatur in cellulam suam et clauso ostio sedebat.

17. Idem Macarius abbas dixit : Si quempiam increpando ad iram commoveris, affectui tuo satisfacis. Neque enim ut alios salves, perdes te ipsum.

18. Idem Macarius abbas, cum esset in Aegypto, invenit hominem habentem jumentum et praedantem quae ad usum suum possidebat : ipse vero tanquam peregrinus adstans furi, una onerabat jumentum, magnaque cum quiete dimisit eum dicens : *Nihil intulimus in mundum : haud dubium quod nec au-*

A αὐτοῖς ὁ γέρων· τὸ ξύλον τὸ στρέφον τὰ καιόμενα φρύγανα δι' ὅλου ἐσθίεται ἐκ τοῦ πυρός. οὕτως ἐὰν καθαρεύσῃ ἄνθρωπος τὸν νοῦν αὐτοῦ ἐν τῷ φόβῳ τοῦ Θεοῦ, αὐτὸς ὁ φόβος τοῦ Θεοῦ κατεσθίει τὸ σῶμα αὐτοῦ (*a*).

13. Ἀνέβη ποτὲ ὁ ἁββᾶς Μακάριος ἀπὸ Σκήτεως εἰς Τερενοῦθιν· καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ ἱερὸν κοιμηθῆναι· ἦσαν δὲ ἐκεῖ σκηνώματα Ἑλλήνων παλαιά· **250** καὶ λαβὼν ἕν, ὑπέθηκε τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ ὡς ἐμβρίμιον· οἱ οὖν δαίμονες ὁρῶντες αὐτοῦ τὸ θαρσαλέον, ἐφθόνησαν· καὶ θέλοντες αὐτὸν πτοῆσαι, ἐφώνουν ὡς γυναικὸς ὄνομα, λέγοντες· ἡ δεῖνα, δεῦρο μεθ' ἡμῶν εἰς τὸ βαλανεῖον· ὑπήκουσε δὲ ἄλλος δαίμων ὑποκάτωθεν αὐτοῦ ὡς ἐκ τῶν νεκρῶν λέγων· ξένον ἔχω ἐπάνω μου, καὶ οὐ δύναμαι ἐλθεῖν. ὁ δὲ B γέρων οὐκ ἐπτοήθη, ἀλλὰ θαῤῥῶν ἔτυπτε τὸ σκήνωμα λέγων· ἔγειραι, ὕπαγε εἰς τὸ σκότος, εἰ δύνασαι. καὶ τοῦτο ἀκούσαντες οἱ δαίμονες, ἐβόησαν φωνῇ μεγάλῃ λέγοντες· ἐνίκησας ἡμᾶς· καὶ ἔφυγον καταισχυνόμενοι (*b*).

14. Ἔλεγον περὶ τοῦ ἁββᾶ Μακαρίου τοῦ Αἰγυπτίου [18], ὅτι ἀναβαίνων ἀπὸ Σκήτεως, καὶ βαστάζων σπυρίδας, κοπιάσας ἐκαθέσθη· καὶ εὔξατο λέγων· ὁ Θεὸς, σὺ οἶδας ὅτι οὐκ [19] ἰσχύω· καὶ εὐθέως εὑρέθη ἐπὶ τὸν ποταμόν (*c*).

15. Ἦν τις ἔχων υἱὸν παραλυτικὸν ἐν Αἰγύπτῳ· καὶ ἤνεγκεν αὐτὸν εἰς τὸ κελλίον τοῦ ἁββᾶ Μακαρίου· καὶ ἀφεὶς αὐτὸν ἐπὶ **251** τὴν θύραν κλαίοντα, ἀνεχώρησε μακράν. παρακύψας οὖν ὁ γέρων εἶδε τὸ παιδίον [20], καὶ λέγει αὐτῷ· τίς ἤνεγκέ σε ὧδε ; καὶ C λέγει· ὁ πατήρ μου ἔῤῥιψέ με ὧδε, καὶ ἀπῆλθε. λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· ἀναστὰς κατάλαβε αὐτόν. καὶ εὐθέως ὑγιάνας ἀνέστη, καὶ κατέλαβε τὸν πατέρα αὐτοῦ· καὶ οὕτως ἀπῆλθον εἰς τὸν οἶκον αὐτῶν (*d*).

16. Ὁ ἁββᾶς Μακάριος ὁ μέγας ἔλεγε τοῖς ἀδελφοῖς ἐν τῇ Σκήτει, ὡς ἀπέλυε τὴν ἐκκλησίαν· φεύγετε, ἀδελφοί. καὶ εἶπεν αὐτῷ τις τῶν γερόντων· ποῦ ἔχομεν φυγεῖν πλέον τῆς ἐρήμου ταύτης ; ὁ δὲ ἐτίθει τὸν δάκτυλον αὐτοῦ εἰς τὸ στόμα λέγων· τοῦτο φεύγετε. καὶ εἰσήρχετο εἰς τὸ κελλίον ἑαυτοῦ καὶ ἔκλειε τὴν θύραν καὶ ἐκάθητο (*e*).

17. Εἶπεν ὁ αὐτὸς ἁββᾶς Μακάριος· ἐάν τινι ἐπιτιμῶν εἰς ὀργὴν κινηθῇς, ἴδιον πάθος πληροῖς· οὐ γὰρ ἵνα ἄλλους σώσῃς, σεαυτὸν ἀπολέσεις (*f*).

D

18. Ὁ αὐτὸς ἁββᾶς Μακάριος, ἐν Αἰγύπτῳ ὤν, εὗρεν ἄνθρωπον **252** ἔχοντα κτῆνος καὶ συλοῦντα τὰς χρείας αὐτοῦ· καὶ αὐτὸς ὡς ξένος παραστὰς τῷ συλοῦντι, συνεγέμου τὸ κτῆνος, καὶ μετὰ πολλῆς ἡσυχίας προέπεμπεν αὐτὸν λέγων, ὅτι *οὐδὲν εἰσηνέγκαμεν εἰς τὸν κόσμον, δῆλον ὅτι οὐδὲ ἐξενεγ-*

VARIAE LECTIONES.

[18] Al. *τοῦ μεγάλου*. [19] Al. *οὐκέτι*. [20] Al. add. *ὅτι ἔκλαιεν*.

NOTAE.

(*a*) Cf. VV. PP. Rosw. lib. V libell. 3, 8.
(*b*) VV. PP. Rosw. lib. V libell. 7, 10.
(*c*) VV. PP. Rosw. lib. III cap. 213 ; lib. VI, libell. 2, 6.
(*d*) Cf. VV. PP. Rosw. lib. VI libell. 2, 7. Idem Besarioni tribuitur ibid. lib. III cap. 122.
(*e*) Cf. VV. PP. Rosw. lib. V libell. 4, 27.
(*f*) Cf. VV. PP. Rosw. lib. III, cap. 87 ; lib. V libell. 4, 28.

Digitized by Google

κεῖν τι δυνάμεθα [21]. ὁ Κύριος ἔδωκεν· ὡς αὐτὸς ἠθέλησεν, οὕτως καὶ ἐγένετο. εὐλογητὸς Κύριος ἐπὶ πᾶσιν (a).

19. Ἠρώτησάν τινες τὸν ἀββᾶν Μακάριον, λέγοντες· πῶς ὀφείλομεν προσεύχεσθαι; λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· οὐκ ἔστι χρεία βαττολογεῖν, ἀλλ' ἐκτείνειν [22] τὰς χεῖρας, καὶ λέγειν· κύριε, ὡς θέλεις καὶ ὡς οἶδας ἐλέησον [23]· ἐὰν δὲ ἐπίκειται πόλεμος· κύριε, βοήθει [24]· καὶ αὐτὸς οἶδε τὰ συμφέροντα, καὶ ποιεῖ μεθ' ἡμῶν ἔλεος (b).

20. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Μακάριος· εἰ γέγονεν ἐν σοὶ ἡ ἐξουδένωσις ὡς ὁ ἔπαινος, καὶ ἡ πενία ὡς ὁ πλοῦτος, καὶ ἡ ἔνδεια ὡς ἡ δαψίλεια, οὐκ ἀποθνήσκεις· ἀμήχανον γάρ ἐστι τὸν καλῶς πιστεύοντα, **253** καὶ ἐν εὐσεβείᾳ ἐργαζόμενον, ἐμπεσεῖν εἰς ἀκαθαρσίαν παθῶν καὶ δαιμόνων πλάνην (c).

21. Ἔλεγον, ὅτι ἐσφάλησαν δύο ἀδελφοὶ [εἰς [24a]] Σκῆτιν· καὶ ἐχώρισεν αὐτοὺς ὁ ἀββᾶς Μακάριος ὁ πολιτικός· καὶ ἦλθόν τινες, καὶ εἶπον τῷ ἀββᾷ Μακαρίῳ τῷ μεγάλῳ τῷ Αἰγυπτίῳ. Ὁ δὲ εἶπεν· Οὐκ εἰσὶν οἱ ἀδελφοὶ κεχωρισμένοι, ἀλλὰ Μακάριός ἐστι κεχωρισμένος· ἦν γὰρ ἀγαπῶν αὐτόν. ἤκουσεν ὁ ἀββᾶς Μακάριος, ὅτι ἐχωρίσθη ὑπὸ τοῦ γέροντος, καὶ ἔφυγεν εἰς τὸ ἕλος. ἐξῆλθεν οὖν ὁ ἀββᾶς Μακάριος ὁ μέγας· καὶ εὑρίσκει αὐτὸν τιτρωσκόμενον ὑπὸ τῶν κωνώπων· καὶ λέγει αὐτῷ· σὺ ἐχώρισας τοὺς ἀδελφούς, καὶ ἰδοὺ εἶχον ἀναχωρῆσαι εἰς τὴν κώμην. ἐγὼ δέ σε ἐχώρισα, καὶ σὺ ὡς καλὴ παρθένος εἰς τὸν ἐσώτερον κοιτῶνα ἔφυγες ὧδε. ἐγὼ καλέσας τοὺς ἀδελφούς, ἔμαθον παρ' αὐτῶν καὶ εἶπον· οὐδὲν τούτων γέγονε. βλέπε οὖν καὶ σύ, ἀδελφέ, μὴ ἀπὸ δαιμόνων ἐχλευάσθης, οὐδὲν γὰρ ἑώρακας· **254** ἀλλὰ βάλε μετάνοιαν ὑπὲρ τοῦ σφάλματός σου. ὁ δὲ εἶπεν· εἰ θέλεις δός μοι μετάνοιαν. ἰδὼν δὲ ὁ γέρων τὴν ταπείνωσιν αὐτοῦ, ἔλεγεν· ὕπαγε, καὶ νήστευσον τρεῖς ἑβδομάδας, κατὰ ἑβδομάδα ἐσθίων· αὕτη γὰρ ἦν ἡ ἐργασία αὐτοῦ πάντοτε, τὰς ἑβδομάδας νηστεύειν.

22. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Μωϋσῆς τῷ ἀββᾷ Μακαρίῳ εἰς Σκῆτιν· θέλω ἡσυχάσαι, καὶ οὐκ ἀφιοῦσί με οἱ ἀδελφοί. καὶ λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Μακάριος· θεωρῶ, ὅτι ἡ φύσις σου ἀπαλή ἐστι, καὶ οὐ δύνασαι ἀποστρέψαι ἀδελφόν· ἀλλ' ἐὰν θέλῃς ἡσυχάσαι, ὕπαγε εἰς τὴν ἔρημον ἔσω εἰς τὴν πέτραν, κἀκεῖ ἡσυχάζεις. καὶ τοῦτο ἐποίησε καὶ ἀνεπάη.

23. Ἀδελφὸς παρέβαλε τῷ ἀββᾷ Μακαρίῳ τῷ Αἰγυπτίῳ, καὶ λέγει αὐτῷ· ἀββᾶ, εἰπέ μοι ῥῆμα πῶς σωθῶ. καὶ λέγει ὁ γέρων· ὕπαγε εἰς τὸ μνημεῖον, καὶ ὕβρισον τοὺς νεκρούς. ἀπελθὼν οὖν ὁ ἀδελφὸς ὕβρισε καὶ ἐλίθασε· καὶ ἐλθὼν ἀπήγγειλε τῷ γέροντι. καὶ λένει αὐτῷ· οὐδέν σοι ἐλάλησαν;

A *ferre quid possumus. Dominus dedit; sicut ipse voluit, ita et factum est. Benedictus Dominus in omnibus.*

10. Interrogaverunt quidam Macarium abbatem dicentes: Quomodo debemus orare? Respondit iis senex: Non opus est loqui multum, sed extendendae sunt manus et dicendum: Domine, sicut vis et sicut nosti, miserere. Si autem ingruerit tentationis impugnatio, dic: Domine, adjuva. Ipse autem scit, quae expediant, et facit nobiscum misericordiam.

20. Dixit Macarius abbas: Si apud te exstiterit contemptus velut laus, paupertas tanquam divitiae, indigentia sicut abundantia, non morieris. Fieri B enim non potest, ut, qui recte credit, et in pietate operatur, incidat in vitiorum sordes ac daemonum errorem.

21. Proditum est duos fratres in Sceti deliquisse. Quos quum Macarius *πολιτικός* abbas segregasset, nonnulli Macarium magnum Aegyptium abbatem adeuntes hoc nuntiarunt. Is autem: Non, inquit, fratres sunt segregati, sed Macarius; nam diligebat eum. Macarius autem abbas, a sene se segregatum esse audiens, fugit ad paludem; atque ille reperit eum a culicibus perforatum. Cui: Tu, inquit, segregasti fratres, iique, ecce, secedere poterant in vicum. Ego vero te segregavi, tuque velut pulchra virgo in interius cubiculum huc fugisti. At ego vocatis fratribus didici, nihil horum factum esse. Prospice igitur et tu, frater, ne a C daemonibus illusus fueris; nam nihil vidisti; sed poenitentiam age pro delicto tuo. Ille respondit: Si vis, da mihi poenitentiam. Videns igitur senex humilitatem ejus: Vade, inquit, jejuna tribus hebdomadis, semel singulis hebdomadis comedens. Haec enim erat exercitatio ejus perpetua, per hebdomadas jejunare.

22. Moyses abbas Macario abbati in Sceti: Volo, inquit, cum quiete ac silentio vivere, nec sinunt me fratres. Cui Macarius abbas respondit: Video te indolis mollioris esse, nec posse fratrem a te avertere; sed si desideras quietam vitam, proficiscere ad eremum intro in petram, et ibi D quiete deges. Fecit igitur hoc et conquievit.

23. Frater convenit Macarium Aegyptium abbatem, cui: Abba, inquit, dic mihi verbum, quomodo salver. Ait senex: Vade in sepulchrum, et maledictis mortuos impete. Abiens igitur frater eos conviciis et lapidibus appetiit, reversusque annuntiavit seni. Qui ab eo quaerit: Nihilne tibi lo-

VARIAE LECTIONES.

[21] *δῆλον — δυνάμεθα* om. al. [22] Al. inser. *πυκνά*. L. Dorotbei Epist. I. [23] Al. add. *με*. [24] Al. add. *μοι*. [24a] *εἰς* om. Edd., addidi ex coni.

NOTAE.

(a) I Tim. VI, 7. Job 1, 21. Cf. VV. PP. Rosw. lib. III cap. 73; lib. V libell. 16, 6; lib. VII cap. 3, 1.

(b) Cf. VV. PP. Rosw. lib. III, cap. 207; lib. V libell. 12, 10.

(c) Cf. VV. PP. Rosw. lib. VII cap. 38, 2. Sententiae Aegypt. PP. 23.

Digitized by Google

cuti sunt? Ille : Nihil. Tum senex : Iterum, inquit, proficiscere cras, eosque laudibus effer. Pergens itaque frater collaudavit eos, vocans : Apostoli, sancti, justi. Tum adiit senem dixitque : Laudavi. Qui : Nihilne, inquit, tibi responderunt? Frater : Nihil. Tunc senex infit : Nosti, quantis eos contumeliis affeceris, nec quidquam responderunt tibi; et quantis eosdem laudibus ornaveris, nihilque ad te prolocuti sunt. Ita et tu, si salvari cupis, mortuus fias, nec injurias hominum, nec laudes eorum cogites, instar mortuorum : sic enim poteris salvus fieri.

24. Proficiscens aliquando Macarius abbas cum fratribus per Aegyptum puerum audivit matri suae ita loquentem : Mater, dives quidam diligit me, et odi eum; pauper vero odit me, et diligo eum. Quo audito sermone Macarius abbas admiratus est. Tum fratres : Quid, inquiunt, hoc verbi est, pater, quod admireris? Senex respondit : Revera Dominus noster dives est, et diligit nos, ipsi autem nolumus ei obtemperare; inimicus contra noster diabolus pauper est, oditque nos, et nos diligimus impuritatem ejus.

25. Rogans Poemen abbas eundem multis cum lacrimis : Dic mihi, inquit, quomodo salver. Cui senex respondit : Quam quaeris rem, iam recessit a monachis.

26. Macarius abbas aliquando adiit Antonium abbatem. Quocum collocutus, cum in Scetim reverteretur, fratribus obviam venientibus inter sermocinandum : Antonio, inquit, abbati dixi, nos non habere in loco nostro oblationem. Sed patres aliis de rebus disserere coeperunt, nec quaesierunt amplius discere responsum senis, neque ipse prolocutus est. Hoc igitur quidam ex patribus dixit : Si viderint patres, e fratrum memoria excidere, ut de re iis utili interrogent, adigunt se ipsos, ut principium sermonis proferant; quod si vero a fratribus non adigantur, sermonem non persequuntur, ut ne deprehendantur locuti non interrogati, videaturque loquela otiosa esse.

27. Esaias abbas interrogans Macarium abbatem : Profer mihi, inquit, sententiam. Cui senex respondit : Homines fuge. Esaias abbas : Quid est, inquit, fugere homines? Respondit senex : Sedere in cella tua et deflere peccata tua.

28. Paphnutius abbas, Macarii abbatis discipulus, hoc retulit : Rogavi, inquit, patrem meum, ut mihi diceret verbum. Is autem : Neminem, inquit, laeseris, nec quemquam condemnaveris. Haec observa et salvaberis.

29. Macarius abbas dixit : Noli dormire in cella fratris, quem mala fama petiit.

A **255** ὁ δὲ ἔφη· οὐχί. λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· ὕπαγε πάλιν αὔριον, καὶ δόξασον αὐτούς. ἀπελθὼν οὖν ὁ ἀδελφὸς ἐδόξασεν αὐτοὺς λέγων· ἀπόστολοι, ἅγιοι, καὶ δίκαιοι· καὶ ἦλθε πρὸς τὸν γέροντα, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἐδόξασα. καὶ λέγει αὐτῷ· οὐδέν σοι ἀπεκρίθησαν; ἔφη ὁ ἀδελφός· οὐχί. λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· οἶδας πόσα ἠτίμασας αὐτούς, καὶ οὐδὲν ἀπεκρίθησαν, καὶ πόσα ἐδόξασας αὐτούς, καὶ οὐδέν σοι ἐλάλησαν. οὕτως καὶ σύ, ἐὰν θέλῃς σωθῆναι, γενοῦ νεκρός· μήτε τὴν ἀδικίαν τῶν ἀνθρώπων, μήτε τὴν δόξαν αὐτῶν λογίσῃ, ὡς οἱ νεκροί· καὶ δύνασαι σωθῆναι (*a*).

24. Παρερχόμενός ποτε ὁ ἁββᾶς Μακάριος μετὰ ἀδελφῶν διά τῆς Αἰγύπτου, ἤκουσε παιδίου λέγοντος τῇ μητρὶ αὐτοῦ· ἀμμᾶ, πλούσιός τις ἀγαπᾷ με, καὶ B μισῶ αὐτόν· καὶ πτωχὸς μισεῖ με, καὶ ἀγαπῶ αὐτόν. καὶ ἀκούσας ὁ ἁββᾶς Μακάριος ἐθαύμασε. καὶ λέγουσιν αὐτῷ οἱ ἀδελφοί· τί ἐστι τὸ ῥῆμα τοῦτο, πάτερ, ὅτι ἐθαύμασας; **256** καὶ λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· ἀληθῶς ὁ κύριος ἡμῶν πλούσιός ἐστι καὶ ἀγαπᾷ ἡμᾶς, καὶ οὐ θέλομεν αὐτοῦ ἀκοῦσαι· ὁ δὲ ἐχθρὸς ἡμῶν διάβολος πτωχός ἐστι καὶ μισεῖ ἡμᾶς, καὶ ἀγαπῶμεν αὐτοῦ τὴν ἀκαθαρσίαν.

25. Παρεκάλεσεν ὁ ἁββᾶς Ποιμὴν αὐτὸν μετὰ πολλῶν δακρύων λέγων· εἰπέ μοι ῥῆμα πῶς σωθῶ. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ γέρων εἶπεν αὐτῷ· τὸ πρᾶγμα ὃ ζητεῖς, ἀπῆλθε νῦν ἀπὸ τῶν μοναχῶν.

26. Παρέβαλέ ποτε ὁ ἁββᾶς Μακάριος τῷ ἁββᾷ Ἀντωνίῳ· καὶ λαλήσας αὐτῷ ὑπέστρεψεν εἰς Σκῆτιν· καὶ ἦλθον οἱ πατέρες εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ· καὶ C ὡς ἐλάλουν, εἶπεν αὐτοῖς ὁ γέρων· ἔφην τῷ ἁββᾷ Ἀντωνίῳ, ὡς οὐκ ἔχομεν προσφορὰν ἐν τῷ τόπῳ ἡμῶν. καὶ ἤρξαντο οἱ πατέρες λαλεῖν περὶ ἄλλων, καὶ οὐκ ἠρώτησαν ἔτι μαθεῖν τὴν ἀπόκρισιν παρὰ τοῦ γέροντος, οὔτε ὁ γέρων αὐτοῖς εἶπε. τοῦτο οὖν ἔλεγέ τις τῶν πατέρων, ὅτι ἐὰν ἴδωσιν οἱ πατέρες ὅτι λανθάνει τοὺς ἀδελφοὺς **257** τὸ [25] ἐρωτῆσαι περὶ πράγματος ὠφελοῦντος αὐτούς, ἀναγκάζουσιν ἑαυτοὺς εἰπεῖν ἀρχὴν τοῦ λόγου· ἐὰν δὲ μὴ ἀναγκασθῶσι παρὰ τῶν ἀδελφῶν, οὐκ ἔτι λαλοῦσι τὸν λόγον· ἵνα μὴ εὑρεθῶσιν ὡς μὴ ἐπερωτώμενοι καὶ λαλοῦντες, καὶ ὡς ἀργολογία εὑρίσκεται.

27. Ἠρώτησεν ὁ ἁββᾶς Ἡσαΐας τὸν ἁββᾶν Μακάριον λέγων· εἰπέ μοι ῥῆμα. καὶ λέγει αὐτῷ ὁ γέ- D ρων· φεῦγε τοὺς ἀνθρώπους. ἔλεγε αὐτῷ ὁ ἁββᾶς Ἡσαΐας· τί ἐστι τὸ φεύγειν τοὺς ἀνθρώπους; ὁ δὲ γέρων εἶπεν αὐτῷ· τὸ καθίσαι εἰς τὸ κελλίον σου, καὶ κλαῦσαι τὰς ἁμαρτίας σου (*b*).

28. Ἔλεγεν ὁ ἁββᾶς Παφνούτιος ὁ μαθητὴς τοῦ ἁββᾶ Μακαρίου, ὅτι παρεκάλεσα τὸν πατέρα μου, λέγων· εἰπέ μοι λόγον. ὁ δὲ ἔφη· μὴ κακοποιήσῃς τινά, μηδὲ κατακρίνῃς τινά· ταῦτα τήρει καὶ σώζῃ.

29. Εἶπεν ὁ ἁββᾶς Μακάριος· μὴ κοιμηθῇς εἰς κελλίον ἀδελφοῦ ἔχοντος κακὴν φήμην.

VARIAE LECTIONES.

[25] Al. τῷ.

NOTAE.

(*a*) Cf. Hist. Laus. antiqua versio cap. 9. VV. PP. Rosw. p. 990, 2.

(*b*) Cf. VV. PP. Rosw. lib. III cap. 189.

Digitized by Google

30. Παρέβαλόν ποτε τῷ ἀββᾷ Μακαρίῳ ἀδελφοὶ εἰς **258** Σκῆτιν, καὶ οὐχ εὗρον ἐν τῷ κελλίῳ αὐτοῦ οὐδὲν, εἰ μὴ ὕδωρ σαπρόν, καὶ λέγουσιν αὐτῷ· ἀββᾶ, δεῦρο ἄνω εἰς τὴν κώμην, καὶ ἀναπαύομέν σε. λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· οἶδατε, ἀδελφοί, τὸ ἀρτοκοπεῖον τοῦ δεῖνος εἰς τὴν κώμην; καὶ λέγουσιν αὐτῷ· ναί. λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· κἀγὼ οἶδα αὐτό. οἴδατε καὶ τὸ χωρίον τοῦ δεῖνος ὅπου ὁ ποταμὸς κρούει; λέγουσιν αὐτῷ· ναί. λέγει αὐτοῖς ὁ γέρων· κἀγὼ οἶδα αὐτό· ὅτε οὖν θέλω, οὐ χρείαν ὑμῶν ἔχω, ἀλλ' ἐμαυτῷ ἀναβάζω [26].

30. Ad Macarium abbatem in Scete quondam accesserunt fratres, nec quidquam invenerunt in cella ejus nisi aquam putridam. Itaque ei : Abba, inquiunt, ascende in pagum, et reficiemus te. Quibus senex respondit : Nostis, fratres, pistrinum illius hominis in pago? Dicunt : Etiam. Deinde senex : Ego quoque novi. Nostis et praedium illius hominis, ubi fluvius salit? Aiunt : Novimus. Senex : Et ego, inquit, novi. Quando igitur placet, vobis mihi opus non est, sed ipse mihi adporto.

31. Ἔλεγον περὶ τοῦ ἀββᾶ Μακαρίου, ὅτι εἰ προσήρχετο αὐτῷ ἀδελφὸς ὡς ἁγίῳ γέροντι καὶ μεγάλῳ μετὰ φόβου, οὐδὲν ἐλάλει αὐτῷ. εἰ δὲ ἔλεγεν αὐτῷ τις τῶν ἀδελφῶν ὡς ἐξουθενῶν αὐτόν· ἀββᾶ, ἆρα ὅταν ἦς καμηλίτης καὶ ἔκλεπτες νίτρον καὶ ἐπώλεις αὐτό, οὐκ ἔδερόν σε οἱ τηρηταί [27]; εἰ ταῦτά τις ἔλεγεν αὐτῷ, ἐλάλει αὐτῷ μετὰ χαρᾶς, εἴ τι αὐτὸν ἠρώτα(a).

31. Aiebant de Macario abbate, quod, si ad eum accederet frater cum timore, tanquam ad sanctum et magnum senem, nihil ei loquebatur. Si vero fratrum quispiam tanquam nihili eum faciens diceret ei : Abba, quando eras camelarius et nitrum furabaris ac vendebas, nonne verberabant te custodes? Si talia quis esset ei locutus, huic cum gaudio, si quid eum interrogasset, responsum dabat.

32. Ἔλεγον περὶ τοῦ ἀββᾶ Μακαρίου τοῦ μεγάλου, ὅτι γέγονε, καθὼς ἐστι γεγραμμένον, θεὸς **259** ἐπίγειος (b)· ὅτι ὥσπερ ἐστὶν ὁ Θεὸς σκεπάζων τὸν κόσμον, οὕτως γέγονεν ὁ ἀββᾶς Μακάριος σκεπάζων τὰ ἐλαττώματα, ἃ ἔβλεπεν ὡς μὴ βλέπων, καὶ ἃ ἤκουεν ὡς μὴ ἀκούων (c).

32. De Macario magno abbate asserebant, quod exstiterit, sicut scriptum est, deus terrestris, quia quemadmodum Deus mundum tegit, ita Macarius abbas delicta obtegebat, quae viderat quasi non vidisset, quae audierat quasi non audivisset.

33. Διηγήσατο ὁ ἀββᾶς Βιτίμιος, ὅτι ἔλεγεν ὁ ἀββᾶς Μακάριος· καθημένου μοὺ ποτε εἰς Σκῆτιν, κατέβησαν δύο νεώτεροι ξενικοὶ ἐκεῖ· καὶ ὁ μὲν εἷς εἶχε γένειον, ὁ δὲ ἄλλος ἀρχὴν βάλλων γενείου. καὶ ἦλθον πρός με λέγοντες· ποῦ ἐστιν ἡ κέλλα τοῦ ἀββᾶ Μακαρίου; κἀγὼ εἶπον· τί θέλετε αὐτόν; καὶ λέγουσιν· ἀκούοντες τὰ περὶ αὐτοῦ καὶ τῆς Σκήτεως ἤλθομεν ἰδεῖν αὐτόν. λέγω αὐτοῖς· ἐγώ εἰμι. καὶ ἔβαλον μετάνοιαν, λέγοντες· ὧδε θέλομεν μεῖναι. ἐγὼ δὲ βλέπων αὐτοὺς τρυφεροὺς καὶ ὡς ἀπὸ πλούτου, λέγω αὐτοῖς· οὐ δύνασθε καθῖσαι ὧδε. καὶ λέγει ὁ μειζότερος· ἐὰν μὴ δυνώμεθα καθῖσαι ὧδε, ὑπάγομεν ἀλλαχοῦ. λέγω ἐγὼ τῷ λογισμῷ μου· διὰ τί διώκω αὐτοὺς καὶ σκανδαλίζονται; ὁ κόπος ποιεῖ αὐτοὺς δι' **260** ἑαυτῶν φυγεῖν. καὶ λέγω αὐτοῖς· δεῦτε, ποιήσατε ἑαυτοῖς κελλίον εἰ δύνασθε. καὶ λέγουσι· δεῖξον ἡμῖν τόπον, καὶ ποιοῦμεν. ἔδωκε δὲ αὐτοῖς ὁ γέρων πέλεκυν [28] καὶ ἀναβολίδιν [29] μεστὸν ψωμίων καὶ ἅλας. ἔδειξε δὲ αὐτοῖς ὁ γέρων καὶ πέτραν σκληρὰν λέγων· λατομήσατε ὧδε, καὶ φέρετε αὐτοῖς ξύλα ἐκ τοῦ ἕλους, καὶ στεγάσαντες καθίσατε. ἐνόμιζον δὲ ἐγώ, φησίν, ὅτι μέλλουσι διὰ τὸν κόπον ἀναχωρεῖν [30]. ἠρώτησαν δέ με, τί ἐργάζωνται ὧδε. λέγω αὐτοῖς· τὴν σειράν· καὶ λαμβάνω βαΐα ἐκ τοῦ ἕλους, καὶ δεικνύω αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν τῆς σειρᾶς, καὶ πῶς ῥάπτειν δεῖ, καὶ εἶπον· ποιεῖτε σπυρίδας, καὶ παρέχετε τοῖς φύλαξι, καὶ φέρουσιν ὑμῖν ψωμία. λοιπὸν οὖν ἐγὼ ἀνεχώρησα. αὐτοὶ δὲ μεθ' ὑπομονῆς πάντα

33. Vitimius abbas narravit Macarium abbatem ita retulisse : Sedente me aliquando in Sceti, illuc descenderunt duo iuvenes peregrini; quorum unus barbam gerebat, alter vero primam emittebat lanuginem. Qui venerunt ad me rogantes : Ubi est cella Macarii abbatis? Ego : Num quid, inquam, eum vultis? Aiunt : Audita eius ac Sceteos fama venimus, ut videamus eum. Dico iis : Ego sum. Factaque corporis inclinatione: Hic, inquiunt, cupimus manere. Ego vero videns eos delicatos et velut in divitiis educatos aio : Non potestis residere hic. Maior respondet : Si non possumus remanere hic, ad alium pergemus locum. Tum ego, apud me : Cur, inquam, pello eos, et scandalum patientur? Labor efficiet, ut sponte fugiant. Itaque dico iis : Venite, construite vobis cellulam, si potestis. Illi : Ostende nobis locum et construemus. Dedit autem iis senex securim, peramque plenam panibus, et sal. Ostenditque petram duram monens : Lapides hic incidite, atque portate vobis ligna ex palude, tectoque imposito residete. Putabam autem, inquit, eos propter laborem recessuros esse. Porro petierunt a me, quid eo loci operaturi essent. Respondeo : Plectam facite. Sumptisque foliis palmarum e palude, ostendo iis plectae principium, et quomodo consuere oporteat, et : Facite, inquam, sportas, quas tradetis custodibus, ii vero afferent vobis panes. Deinde abscessi. At illi patienter quae-

VARIAE LECTIONES.

[26] Sic pro ἀναβιβάζω. [27] Al. κριταί. [28] Al. πέλυκα. [29] Al. ἀναβολίδιον. [30] Al. φεύγειν.

NOTAE.

(a) Cf. VV. PP. Rosw. lib. VII cap. 12, 2.
(b) Cf. Constit. Apost. II, 26 Coteler. Patres Apost. Tom. I p. 239.
(c) Cf. Sententiae Aegypt. PP. 107.

Digitized by Google

cunque mandaveram exsecuti sunt, nec venerunt ad me tribus annis. Ego vero assidue cum animo meo colluctabar, reputans: Ecquae est eorum operatio, quod non accesserint interrogaturi de cogitatione? Qui procul habitant, veniunt ad me: et isti cum propinqui sint, non accesserunt, nec ad alios profecti sunt: dumtaxat pergunt ad ecclesiam taciti, ut accipiant oblationem. Atque oravi Dominum, ieiunans una hebdomade, ut dignaretur mihi ostendere operationem eorum. Post hebdomadem vero surgens ad eos abii, ut intuerer, quomodo agerent. Et cum pulsassem aperuerunt, meque salutarunt cum silentio. Feci orationem, et sedi. Maior innuit minori, ut egrederetur, ipseque sedit ad conficiendam plectam, nec quidquam loquebatur. Ad horam vero nonam strepitum edidit. Venit iunior, fecit paulum polentae, ac maiore innuente adposuit mensam, cumque super eam tres paximates posuisset, stetit tacens. Ego vero dixi: Surgite, comedamus. Et consurgentes cibum sumpsimus. Attulit baucale, ac bibimus. Ut autem advenit vespera, dicunt mihi: Recedisne? Respondi: Non, sed hic dormio. Unde posuerunt mihi stoream ex parte, et sibi ad angulum ex parte, et deposuerunt zonas suas et succinctoria, simulque collocaverunt se in matta ante me. Ceterum postquam composuerunt se, oravi Deum, ut mihi operationem eorum revelaret. Tunc apertum est tectum, ortaque est lux velut per diem: ipsi autem non cernebant lucem. Cum vero existimarent dormire me, maior fodit minoris latus. Consurgunt, cingunt se et expandunt manus ad coelum. Porro ego cernebam eos; ipsi non videbant me. Atque vidi daemones instar muscarum, venientes super minorem; quorum alii accedebant, ut sederent in ore eius, alii in oculis. Simul conspexi angelum Domini tenentem gladium ignis, circumvallantem eum, daemonesque ab eo propellentem. At maiori non poterant appropinquare. Circa matutinum vero tempus recubuerunt: atque ego assimilavi me mox expergefactum; ipsique similiter. Hoc autem dumtaxat mihi elocutus est verbum major: Vis recitemus duodecim psalmos? Aio: Etiam. Tum psallit minor quinque psalmos, a sex versibus, et unum alleluia, atque ad unumquemque versum exibat ignis lampas ex ore ejus, adscendebatque in coelum. Pari modo etiam major quando aperiebat os suum psallendo, tanquam funiculus ignis egrediebatur, et pertingebat usque in coelum. Etiam ego parumper ex pectore recitavi. Dein exiens dixi: Orate pro me. Ipsi autem inclinaverunt se et tacuerunt. Comperi ergo, quod major perfectus esset, minorem vero adhuc impugnaret inimicus. Ceterum post paucos dies obdormivit

A ἐποίησαν, ὅσα εἶπον αὐτοῖς· καὶ οὐ παρέβαλόν μοι ἐπὶ τρία ἔτη. καὶ ἔμεινα πολεμῶν τοῖς λογισμοῖς, λέγων· τίς ἄρα ἐστὶν ἡ ἐργασία αὐτῶν, ὅτι οὐκ ἦλθον ἐρωτῆσαι λογισμόν; οἱ ἀπὸ μήκοθεν [31] ἔρχονται πρός με· καὶ οὗτοι οἱ ἐγγὺς οὐκ ἦλθον, **261** οὔτε δὲ πρὸς ἄλλους ὑπῆγον· εἰ μὴ μόνον εἰς τὴν ἐκκλησίαν σιωπῶντες, λαβεῖν τὴν προσφοράν. καὶ ηὐξάμην τῷ Θεῷ νηστεύσας τὴν ἑβδομάδα, ἵνα δείξῃ μοι τὴν ἐργασίαν αὐτῶν. ἀναστὰς δὲ μετὰ τὴν ἑβδομάδα, ἀπῆλθον πρὸς αὐτοὺς ἰδεῖν, πῶς κάθηνται· καὶ κρούσαντός μου ἀνέῳξαν, καὶ ἠσπάσαντό με σιωπῶντες· καὶ ποιήσας εὐχὴν ἐκάθισα. νεύσας δὲ ὁ μείζων τῷ μικροτέρῳ ἐξελθεῖν, ἐκάθισε πλέκειν [32] τὴν σειρὰν λαλήσας μηδέν. καὶ τῇ ὥρᾳ τῆς ἐνάτης ἔκρουσε, καὶ ἦλθεν ὁ νεώτερος [33], καὶ ἐποίησε μικρὸν ἔψημα, καὶ
B παρέθηκε τράπεζαν, νεύσαντος αὐτῷ τοῦ μειζοτέρου· καὶ ἔθηκεν εἰς αὐτὴν τρεῖς παξαμάδας, καὶ ἔστη σιωπῶν. ἐγὼ δὲ εἶπον· ἐγείρεσθε, φάγωμεν. καὶ ἀναστάντες ἐφάγομεν. καὶ ἤνεγκε τὸ βαυκάλιον, καὶ ἐπίομεν. ὡς δὲ ἐγένετο ἑσπέρα, λέγουσί μοι· ὑπάγεις; ἐγὼ δὲ εἶπον· οὐχί, ἀλλ' ὧδε κοιμῶμαι. καὶ ἔθηκάν μοι ψιάθιον παρὰ μέρος, καὶ ἑαυτοῖς εἰς τὴν γωνίαν [34] παρὰ μέρος. καὶ ἦραν **262** τὰς ζώνας
C αὐτῶν καὶ τοὺς ἀναλάβους, καὶ ἔθηκαν ἑαυτοὺς ὁμοῦ εἰς τὸ ψιάθιον ἔμπροσθέν μου. ὡς δὲ ἔθηκαν ἑαυτούς, ηὐξάμην τῷ Θεῷ, ἵνα μοι ἀποκαλύψῃ τὴν ἐργασίαν αὐτῶν. καὶ ἠνεῴχθη ἡ στέγη, καὶ ἐγένετο φῶς ὡς ἡμέρα [35]· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐθεώρουν τὸ φῶς. καὶ ὡς ἐνόμιζον ὅτι κοιμῶμαι, νύσσει ὁ μείζων τὸν μικρότερον εἰς τὴν πλευράν, καὶ ἐγείρονται, καὶ ζωννῦσιν [36] ἑαυτούς, καὶ ἐκτείνουσι τὰς χεῖρας εἰς τὸν
D οὐρανόν. καὶ ἐθεώρουν αὐτούς· αὐτοὶ δὲ οὐκ ἐθεώρουν με· καὶ εἶδον τοὺς δαίμονας ἐρχομένους ὥσπερ μυίας ἐπὶ τὸν μικρότερον· καὶ οἱ μὲν ἤρχοντο καθίσαι εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ, οἱ δὲ εἰς τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. καὶ εἶδον ἄγγελον κυρίου κατέχοντα ῥομφαίαν πυρός, καὶ περιχαρακοῦντα αὐτὸν καὶ διώκοντα τοὺς δαίμονας ἀπ' αὐτοῦ. τῷ δὲ μειζοτέρῳ οὐκ ἐδύναντο προσεγγίσαι. καὶ ὡς περὶ τὴν πρωΐαν ἔθηκαν ἑαυτούς· κἀγὼ ἐποίησα ἐμαυτὸν ὅτι διυπνίσθην, καὶ αὐτοὶ ὡσαύτως. εἶπε δέ μοι ὁ μείζων τὸν λόγον τοῦτον μόνον· θέλεις βάλωμεν τοὺς δώδεκα **263** ψαλμούς; λέγω· ναί· καὶ ψάλλει ὁ μικρότερος πέντε ψαλμοὺς ἀπὸ ἓξ στίχων καὶ ἓν ἀλληλούια. καὶ κατὰ στίχον ἐξήρχετο λαμπὰς πυρὸς ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἀνέβαινεν εἰς τὸν οὐρανόν. ὡσαύτως καὶ ὁ μείζων ὅτε ἤνοιγε τὸ στόμα αὐτοῦ ψάλλων, ὡς σχοινίον πυρὸς (*a*) ἐξήρχετο, καὶ ἔφθανεν ἕως τοῦ οὐρανοῦ. κἀγὼ εἶπον μικρὸν ἀπὸ στήθους. καὶ ἐξελθὼν λέγω· εὔξασθε περὶ [37] ἐμοῦ. αὐτοὶ δὲ ἔβαλον μετάνοιαν σιωπῶντες. ἔμαθον οὖν ὅτι ὁ μείζων τέλειός ἐστι, τῷ δὲ μικροτέρῳ ἀκμὴν ἐπολέμει ὁ ἐχθρός. μετὰ δὲ μικρὰς ἡμέρας ἐκοιμήθη ὁ μείζων ἀδελφός, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ὁ μι-

VARIAE LECTIONES.

[31] Al. *μακρόθεν*. [32] Al. *πλέκων*. [33] Al. *μικρότερος*. [34] Al. inser. *ἄλλην*. [35] Al. *ἐν ἡμέρᾳ*. [36] Corr., Coteler. *ζώνουσιν*; al. *ζωννύουσι*. [37] Al. *ὑπέρ*.

NOTAE.

(*a*) *Σχοινίον πυρός*, *funiculus ignis* Rufino interprete [VV. PP. Rosw. lib. III cap. 193]. Porro ad Joannis versionem in iisdem Vitis Patrum *fumus* irrepsit, ex abbreviatura vocis *funiculus*. COTELER.

Digitized by Google

κρότερος. καὶ ὅτε παρέβαλόν τινες τῶν πατέρων πρὸς τὸν ἀββᾶν Μακάριον, ἐλάμβανεν αὐτοὺς εἰς τὴν κέλλαν αὐτῶν λέγων· δεῦτε, ἴδετε τὸ μαρτύριον τῶν μικρῶν ξένων (*a*).

34. Ἀπέστειλάν ποτε πρὸς τὸν ἀββᾶν Μακάριον ἐν **264** τῇ Σκήτει οἱ γέροντες τοῦ ὄρους, παρακαλοῦντες αὐτόν· καί φασι πρὸς αὐτόν· ἵνα μὴ σκυλῇ πᾶς ὁ λαὸς πρὸς σέ, ἀξιοῦμέν σε παραγενέσθαι πρὸς ἡμᾶς, ὅπως θεασώμεθα πρὸ τοῦ σε ἐκδημῆσαι πρὸς κύριον. παραγενομένου αὐτοῦ ἐν τῷ ὄρει, συνήχθη πᾶς ὁ λαὸς πρὸς αὐτόν· καὶ παρεκάλουν αὐτὸν οἱ γέροντες εἰπεῖν λόγον τοῖς ἀδελφοῖς. ὁ δὲ ἀκούσας ἔφη· κλαύσωμεν, ἀδελφοί, καὶ καταγαγέτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν δάκρυα, πρὸ τοῦ ἡμᾶς ἀπελθεῖν, ὅπου τὰ ἡμῶν δάκρυα κατακαύσει τὰ σώματα ἡμῶν. καὶ ἔκλαυσαν πάντες, καὶ ἔπεσον ἐπὶ πρόσωπον αὐτῶν καὶ εἶπον· πάτερ, εὔξαι ὑπὲρ ἡμῶν (*b*).

35. Ἄλλοτε πάλιν δαίμων ἐπέστη τῷ ἀββᾷ Μακαρίῳ μετὰ μαχαιριδίου, θέλων τὸν πόδα αὐτοῦ κόψαι· καὶ διὰ τὴν ταπεινοφροσύνην αὐτοῦ μὴ δυνηθεὶς λέγει αὐτῷ· ὅσα ἔχετε, καὶ ἡμεῖς ἔχομεν· μόνῃ τῇ ταπεινοφροσύνῃ διαφέρετε ἡμῶν, καὶ κρατεῖτε (*c*).

265 36. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Μακάριος· ἐὰν μνησθῶμεν τῶν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπαγομένων ἡμῖν κακῶν, ἀναιροῦμεν τὴν δύναμιν τῆς τοῦ Θεοῦ μνήμης· ἐὰν δὲ μνησθῶμεν τῶν κακῶν τῶν δαιμόνων, ἐσόμεθα ἄτρωτοι (*d*).

37. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Παφνούτιος ὁ μαθητὴς τοῦ ἀββᾶ Μακαρίου, ὅτι ἔλεγεν ὁ γέρων, ὅτε ἤμην παιδίον, μετὰ τῶν ἄλλων παιδίων ἔβοσκον βοΐδια· καὶ ἀπῆλθον κλέψαι συκίδια· καὶ ὡς τρέχουσιν, ἔπεσεν ἓν ἐξ αὐτῶν, καὶ λαβὼν ἔφαγον αὐτό· καὶ ὅτε μνημονεύω αὐτοῦ, κάθημαι κλαίων.

38. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Μακάριος, ὅτι περιπατῶν ποτε εἰς τὴν ἔρημον, εὗρον κρανίον εἰς τὸ ἔδαφος νεκροῦ ἐρριμμένον· καὶ σαλεύσας αὐτὸ τῇ βαΐνῃ ῥάβδῳ, ἐλάλησέ μοι τὸ κρανίον· καὶ λέγω αὐτῷ· σὺ τίς εἶ; ἀπεκρίθη μοι τὸ κρανίον· ἐγὼ ἤμην ἀρχιερεὺς τῶν εἰδώλων, καὶ τῶν μεινάντων Ἑλλήνων [38] ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ· σὺ δὲ εἶ Μακάριος ὁ πνευματοφόρος· οἵαν ὥραν **266** σπλαγχνισθῇς τοὺς ἐν τῇ κολάσει, καὶ εὔχῃ περὶ αὐτῶν, παραμυθοῦνται ὀλίγον. λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· ποία ἐστὶν ἡ παραμυθία, καὶ τίς ἡ κόλασις; λέγει αὐτῷ· ὅσον ἀπέχει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς, τοσοῦτόν ἐστιν πῦρ ὑποκάτωθεν ἡμῶν, ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς ἑστηκότων ἡμῶν μέσον τοῦ πυρός· καὶ οὐκ ἔστι πρόσωπον πρὸς πρόσωπον θεάσασθαί τινα, ἀλλὰ τὸ πρόσωπον ἑκάστου [39] πρὸς τὸν ἑτέρου νῶτον κεκόλληται. ὡς οὖν εὔχῃ ὑπὲρ ἡμῶν, ἐκ μέρους τις θεωρεῖ τὸ πρόσωπον τοῦ ἑτέρου· αὕτη ἐστὶν ἡ πα-

A maior frater, ac tertia die minor. Cumque e Patribus nonnulli adirent Macarium abbatem, ducebat eos in cellam eorum dicens : Venite, videte martyrium minorum peregrinorum.

34. Miserunt aliquando ad Macarium abbatem in Sceti senes montis, precantes eum ac dicentes : Ne universa multitudo ad te veniendo fatigetur, precamur, ut accedas ad nos, teque videamus, antequam emigres ad Dominum. Qui cum adfuisset in monte, congregata est omnis multitudo ad eum. Senes vero rogaverunt, ut ad fratres haberet sermonem. Ille igitur : Ploremus, inquit, fratres, et oculi nostri profundant lacrimas, antequam eo abeamus, ubi lacrimae nostrae combusturae sunt corpora nostra. Et ploraverunt cuncti, ceciderunt-

B que super faciem suam et dixerunt : Pater, ora pro nobis.

35. Alia iterum vice daemon adversus Macarium abbatem insurrexit cum gladiolo, eius pedem amputaturus. Quod cum propter humilitatem eius non potuisset, ei : Quaecunque habetis, inquit, habemus et nos ; sola humilitate a nobis differtis, et praevaletis.

36. Dixit Macarius abbas : Si retinuerimus memoriam malorum ab hominibus nobis inflictorum, abolemus vim recordationis Dei : si vero recordati fuerimus malorum, quae per daemones contingunt, erimus invulnerati.

37. Paphnutius abbas, Macarii abbatis discipulus, retulit, senem dixisse : Quando puer eram, bu-

C culas cum aliis pueris pascebam, qui perrexerunt furatum ficus. Dumque currunt, una ex iis cecidit, quam tollens comedi. Quoties igitur rei eius memoria redit, plorans sedeo.

38. Narravit Macarius abbas : Iter agens aliquando per eremum, inveni calvariam mortui ad solum iacentem ; quam cum baculo palmeo movissem, locuta est mihi calvaria. Dico ei : Tu quis es? Respondit mihi calvaria : Ego eram pontifex idolorum, eorumque gentilium, qui in hoc loco degebant : tu vero es Macarius Spiritu divino repletus ; quacunque hora commotus fueris misericordia erga eos, qui in tormentis sunt, et oraveris pro iis, paululum sentiunt solatii. Ait senex : Quod-

D nam est solatium, et quodnam tormentum? Illa : Quantum, inquit, a terra distat coelum, tantum est ignis infra nos, a pedibus usque ad caput stantibus nobis in medio ignis, nec licet facie ad faciem videre quemquam, sed cujusque facies dorso alterius adhaeret. Quando igitur oras pro nobis, unus ex parte spectat faciem alterius. Hoc est solatium. Et

VARIAE LECTIONES.

[38] Al. *ἱερεὺς τῶν Ἑλλήνων τῶν μεινάντων.* [39] Al. *ἀλλὰ νῶτος ἑκάστου.*

NOTAE.

(*a*) Cf. VV. PP. Rosw. lib. III cap. 195; lib. VI libell. 3, 2.

(*b*) Cf. VV. PP. Rosw. lib. V libell. 3. 9.

(*c*) Cf. supra sub 11; VV. PP. Rosw. lib. III cap. 124; lib. V libell. 15, 26; lib. VII cap. 13, 6.

(*d*) Cf. Evagr. Capita practica ad Anatolium cap. XCIII; Socr. Hist. Eccl. IV, 23; VV. PP. Rosw. lib. V libell. 10, 34; lib. VII cap. 37, 4; sententiae Aegypt. PP. 15.

Digitized by Google

lacrimans senex dixit: Vae diei in qua natus est homo! Atque ait ei senex: Estne aliud gravius supplicium? Respondet cranium: Major poena est subter nos. Ait ei senex: Et quinam illic degunt? Respondet ei cranium: Nos, utpote qui ignoravimus Deum, modice misericordiam consequimur; qui vero cognoverunt Deum et negaverunt eum, subter nobis sunt. Tunc senex calvariam sumens humo mandavit.

39. Narrarunt Macarium Aegyptium abbatem aliquando e Sceti ascendisse in montem Nitriae. Qui quum appropinquaret, ait discipulo suo: Praecede paululum. Qui quidem cum praeiret, obviam habuit quendam gentilium sacerdotem. Atque clamans frater eum vocavit: Ileu, heu, inquiens, quo curris, daemon? Ille vero conversus plagas ei inflixit, reliquitque semimortuum. Ac tollens quod portabat lignum, cucurrit. Paululum progresso obviam fit inter cursum Macarius abbas, qui ei: Salvus sis, inquit, salvus sis, labore confecte. Ille admiratus venit ad eum et ait: Quid boni vidisti in me, quod me salutaveris? Ait ei senex: Quoniam conspexi te labore fessum, ac nescis te in vanum defatigari. Respondet ille: Et ego salutatione tua compunctus sum, et cognovi ex parte Dei te esse. Alius vero malus monachus mihi obviam factus contumelia me affecit, quare ego dedi ei plagas ad mortem. Et cognovit senex, eum de discipulo suo loqui. Tum apprehensis eius pedibus sacerdos ita locutus est: Non dimittam te, nisi me feceris monachum. Et venerunt sursum, ubi erat monachus, et sustulerunt eum portaveruntque in ecclesiam montis. Sed cernentes sacerdotem cum eo stupefacti sunt. Et fecerunt eum monachum. Multique gentilium propter eum facti sunt Christiani. Asserebat ergo Macarius abbas, quod sermo malus etiam bonos malos faciat, et sermo bonus etiam malos reddat bonos.

40. Narrabant in absentia Macarii abbatis latronem ingressum esse cellulam eius. Ipse igitur quum ad cellulam rediisset, invenit latronem camelum supellectile sua onerantem. Quare introiens in cellulam et Macarius de vasis accipiebat, et una cum eo onerabat camelum. Sarcina igitur imposita fur coepit verberare camelum, ut surgeret. Neque tamen surgebat. Quod ubi vidit Macarius abbas, cellulam ingressus parvum sarculum invenit, quod emissum imposuit camelo dicens: Frater, hoc quaerit camelus. Ac pede pulsans eum senex ait: Surge. Confestimque surrexit, et parumper itineris confecit propter eius sermonem. Sed iterum resedit,

A ραμυθία. καὶ κλαύσας ὁ γέρων εἶπεν· οὐαὶ τῇ ἡμέρᾳ ἐν ᾗ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος [40]· λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· ἔστιν ἄλλη χείρων βάσανος; λέγει αὐτῷ τὸ κρανίον· μειζοτέρα βάσανός ἐστιν ὑποκάτωθεν ἡμῶν. λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· καὶ τίνες εἰσὶν ἐκεῖ; λέγει αὐτῷ τὸ κρανίον· ἡμεῖς ὡς μὴ εἰδότες τὸν Θεόν, κἂν ὀλίγον ἐλεούμεθα· οἱ δὲ ἐπιγνόντες τὸν Θεόν, καὶ ἀρνησάμενοι αὐτόν [41], ὑποκάτωθεν ἡμῶν εἰσι. καὶ λαβὼν ὁ γέρων τὸ κρανίον, ἔχωσεν αὐτό (*a*).

267 39. Ἔλεγον περὶ τοῦ ἀββᾶ Μακαρίου τοῦ Αἰγυπτίου, ὅτι ἀνέβαινέ ποτε ἐκ τῆς Σκήτεως εἰς τὸ ὄρος τῆς Νιτρίας· καὶ ὡς ἤγγισεν εἰς τὸν τόπον, εἶπε τῷ μαθητῇ αὐτοῦ· πρόλαβε μικρόν. καὶ ἐν τῷ προάγειν αὐτὸν συναντᾷ τινι ἱερεῖ τῶν Ἑλλήνων· καὶ κράξας αὐτῷ ὁ ἀδελφὸς ἐφώνει λέγων· αἲ, αἲ, δαῖμον,
B ποῦ τρέχεις; στραφεὶς δὲ ἐκεῖνος διδοῖ αὐτῷ πληγὰς καὶ ἀφίει αὐτὸν ἡμιθανῆ. καὶ ἄρας τὸ ξύλον ἔτρεχε· καὶ προβάντι ὀλίγον συναντᾷ αὐτῷ ἀββᾶς Μακάριος τρέχοντι· καὶ λέγει αὐτῷ· σωθείης, σωθείης, καματηρέ. καὶ θαυμάσας ἦλθε πρὸς αὐτὸν καὶ εἶπεν· τί καλὸν εἶδες ἐν ἐμοί, ὅτι προσηγόρευσάς με; λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· ὅτι εἶδόν σε κοπιῶντα· καὶ οὐκ οἶδας, ὅτι εἰς κενὸν κοπιᾷς. λέγει αὐτῷ καὶ αὐτός· κἀγὼ ἐπὶ τῷ ἀσπασμῷ σου κατενύγην· καὶ ἔμαθον, ὅτι τοῦ μέρους τοῦ Θεοῦ εἶ· ἄλλος δὲ κακὸς μοναχὸς ἀπαντήσας μοι, ὕβρισέ με· κἀγὼ ἔδωκα αὐτῷ πληγὰς εἰς θάνατον. καὶ ἔγνω ὁ γέρων, ὅτι ὁ μαθητὴς
268 αὐτοῦ ἐστι. καὶ κρατήσας τοὺς πόδας αὐτοῦ ὁ ἱερεὺς ἔλεγεν· οὐκ ἀφῶ σε, ἐὰν μὴ ποιήσῃς με μο-
C ναχόν. καὶ ἦλθον ἐπάνω ὅπου ἦν ὁ μοναχός, καὶ ἐβάσταξαν αὐτὸν καὶ ἤνεγκαν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τοῦ ὄρους· καὶ ἰδόντες τὸν ἱερέα μετ' αὐτοῦ, ἐξέστησαν· καὶ ἐποίησαν αὐτὸν μοναχόν· καὶ πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων ἐγένοντο δι' αὐτὸν Χριστιανοί. ἔλεγεν οὖν ὁ ἀββᾶς Μακάριος, ὅτι ὁ λόγος ὁ κακὸς (*b*) καὶ τοὺς καλοὺς ποιεῖ κακούς· καὶ ὁ καλὸς λόγος καὶ τοὺς κακοὺς ποιεῖ καλούς (*c*).

40. Ἔλεγον περὶ τοῦ ἀββᾶ Μακαρίου, ὅτι ἀπόντος αὐτοῦ εἰσῆλθε λῃστὴς εἰς τὸ κελλίον αὐτοῦ. παραγενομένου δὲ αὐτοῦ εἰς τὸ κελλίον, εὗρε τὸν λῃστὴν γεμίζοντα τὴν κάμηλον τὰ σκεύη αὐτοῦ· αὐτὸς δὲ εἰσελθὼν εἰς τὸ κελλίον ἐλάμβανεν ἀπὸ τῶν σκευῶν, καὶ συνεγέμιζε μετ' αὐτοῦ τὴν κάμηλον. ὡς οὖν ἐγέμισαν, ἤρξατο ὁ λῃστὴς τύπτειν τὴν κάμηλον, ἵνα
D ἀναστῇ· καὶ οὐκ ἠγείρετο. ἰδὼν δὲ ὁ ἀββᾶς Μακάριος, ὅτι οὐκ **269** ἐγείρεται, εἰσελθὼν ἐν τῷ κελλίῳ εὗρε μικρὸν σκαλίδιν [42]· καὶ ἐκβαλὼν [43] ἐπέθηκε τῇ καμήλῳ λέγων· ἀδελφέ, τοῦτο ζητεῖ ἡ κάμηλος. καὶ κρούσας αὐτὴν ὁ γέρων τῷ ποδὶ λέγει· ἀνάστα· καὶ εὐθέως ἀνέστη, καὶ ἀπῆλθε μικρὸν διὰ τὸν λόγον

VARIAE LECTIONES.

[40] Al. add. *εἰ αὐτή ἐστιν ἡ παραμυθία τῆς κολάσεως.* [41] Al. add. *καὶ μὴ ποιήσαντες αὐτοῦ τὸ θέλημα.* [42] Al. *σκαλίδιον.* [43] Al. *λαβών.*

NOTAE.

(*a*) Cf. VV. Rosw. lib. III cap. 172; lib. VI libell. 3, 16.

(*b*) *Ὁ λόγος ὁ κακός.* In Colbertino libro hoc reperi Apophthegma: Εἶπεν γέρων· ὁ λόγος ὁ σκληρὸς καὶ τοὺς καλοὺς ποιεῖ κακούς· ὁ δὲ καλὸς ὠφελεῖ πάντας. *Coteler.*

(*c*) Cf. VV PP. Rosw. lib. III cap. 127.

Digitized by Google

αὐτοῦ· καὶ πάλιν ἐκάθισε, καὶ οὐκ ἀνέστη, ἕως ἀπ- A neque exsurrexit, donec deposuissent cunctam supellectilem. Tunc demum abiit.
εγέμισαν ὅλα τὰ σκεύη· καὶ οὕτως ἀπῆλθεν (a).

41. Ὁ ἀββᾶς Ἀἰὼ ἠρώτησε τὸν ἀββᾶν Μακάριον λέγων· εἰπέ μοι ῥῆμα. λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Μακάριος· φεῦγε τοὺς ἀνθρώπους· κάθισον εἰς τὸ κελλίον σου, καὶ κλαῦσον τὰς ἁμαρτίας σου, καὶ μὴ ἀγαπήσῃς λαλιὰν ἀνθρώπων· καὶ σώζῃ (b).

41. Aio abbas interrogavit Macarium abbatem et: Profer mihi, inquit, sententiam. Respondet ei Macarius abbas: Fuge homines, sede in cellula tua et defle peccata tua, neque dilexeris loquelam hominum, salusque tibi obtinget.

NOTAE.

(a) Cf. supra sub 18, VV. PP. Rosw. lib. III cap. 73, lib. VII cap. 3, 1.

(b) Cf. VV. PP. Rosw. lib. III cap. 189.

IV.

ALIA SANCTI MACARII APOPHTHEGMATA

A IO. BAPT. COTELERIO EDITA.

« Sanctorum senum Apophthegmata » s. vv. *Agathon, Zacharias, Theodorus Phermensis* apud Io. Bapt. Cotelerium Eccl. Graec. Mon. T. I, p. 372. 445. 451.

1. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Πέτρος ὁ τοῦ ἀββᾶ Λώτ, ὅτι ἐν B τῷ κελλίῳ τοῦ ἀββᾶ Ἀγάθωνος ἤμην ποτέ, καὶ ἦλθε πρὸς αὐτὸν ἀδελφὸς λέγων· θέλω οἰκῆσαι μετὰ ἀδελφῶν· εἰπόν μοι πῶς μετ' αὐτῶν οἰκήσω. λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· ὡς ἐν τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ ὅτε εἰσέρχῃ πρὸς αὐτούς, οὕτως φύλαξον τὴν ξενιτείαν σου πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς σου, ἵνα μὴ παῤῥησιασθῇς μετ' αὐτῶν. λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Μακάριος· τί γὰρ ποιεῖ ἡ παῤῥησία; λέγει αὐτῷ ὁ γέρων· ἔοικεν ἡ παῤῥησία καύσωνι μεγάλῳ· ὃς ὅταν γίνηται, πάντες φεύγουσιν ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ τῶν δένδρων τὸν καρπὸν διαφθείρει. λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Μακάριος· οὕτως χαλεπή ἐστιν ἡ παῤῥησία; καὶ εἶπεν ὁ ἀββᾶς Ἀγάθων· οὐκ ἔστιν ἕτερον πάθος χαλεπώτερον τῆς παῤῥησίας· γεννήτρια γάρ ἐστι πάντων τῶν παθῶν· πρέπει δὲ τῷ ἐργάτῃ μὴ παῤῥησιάζεσθαι, C κἂν μόνος ᾖ ἐν τῷ κελλίῳ. οἶδα γὰρ ὅτι ἀδελφὸς ποιήσας χρόνον ἐν τῷ κελλίῳ οἰκῶν, ἔχων τι κοιτωνάριον, εἶπεν, ὅτι μετέβην ἐκ τοῦ κελλίου, μὴ γνοὺς αὐτὸ τὸ κοιτωνάριον, εἰ μὴ ἕτερός μοι εἶπεν. ὁ τοιοῦτος ἐργάτης ἐστὶ καὶ πολεμιστής (a).

1. Petrus abbas, discipulus Lot abbatis: Eram, inquit, aliquando in cellula Agathonis abbatis, ad quem venit frater dicens: Volo habitare cum fratribus; doce me quo pacto cum iis maneam. Cui senex respondit: Quemadmodum primo die ingressus tui, sic custodito hospitium tuum peregrinationemque cunctis diebus vitae tuae, ita ut erga illos non utaris fiducia. Ait ei Macarius abbas: Quid enim efficit fiducia? Cui senex: Similis est, inquit, fiducia aestui magno, qui quando contigerit, fugiunt omnes a facie eius, quique arborum fructus corrumpit. Dicit Macarius abbas: Adeone saevit fiducia? Agatho abbas: Nullus est, inquit, affectus saevior fiducia. Omnium quippe perturbationum mater est. Decet autem cultorem sui fiducia carere, etiamsi solus in cella versetur. Novi etenim fratrem, qui diu in cellula perseveraverat habens lectulum, dixisse: E cella emigrassem, non percepto illo lectulo, nisi alius monuisset me. Talis autem vere est operarius et bellator.

2. Εἶπεν ὁ ἀββᾶς Μακάριος τῷ ἀββᾷ Ζαχαρίᾳ· εἰπέ μοι τὸ ἔργον τοῦ μοναχοῦ. λέγει αὐτῷ· ἐμὲ ἐρωτᾷς, πάτερ; καὶ λέγει ὁ ἀββᾶς Μακάριος· πληροφοροῦμαι εἰς σὲ, τέκνον Ζαχαρία· ἔστι γὰρ ὁ νύσσων με τοῦ ἐρωτῆσαί σε. λέγει αὐτῷ ὁ Ζαχαρίας· τὸ κατ' ἐμὲ, πάτερ, τὸ ἑαυτὸν βιάζεσθαι εἰς πάντα, οὗτός ἐστιν ὁ μοναχός (b).

2. Macarius abbas Zachariae abbati: Dic mihi, inquit, opus monachi. Ait ei: Tune me interrogas, pater? Tum Macarius abbas: De te, inquit, mihi persuasum est, fili Zacharia. Est enim qui me pulsat, ut interrogem te. Zacharius hanc protulit sententiam: Quantum ego quidem existimo, pater, qui se ipsum cogit ad omnia, is est monachus (b).

3. Ὁ ἀββᾶς Θεόδωρος ὁ τῆς Φέρμης ἐκτήσατο τρία βιβλία καλά· καὶ παρέβαλε τῷ ἀββᾷ Μακαρίῳ, D καὶ λέγει αὐτῷ, ὅτι ἔχω τρία βιβλία καλά, καὶ ὠφελοῦμαι ἐξ αὐτῶν, καὶ οἱ ἀδελφοὶ χιχρῶνται αὐτὰ

3. Theodorus abbas Phermae tres bonos libros possidens ad Macarium abbatem venit, et: Tres, inquit, mihi sunt libri praeclari, ex quorum lectione fructum capio; fratres quoque iis utuntur, et

NOTAE.

(a) Cf. VV. PP. Rosw. lib. III cap. 198; lib. V libell. 10, 8; lib. VII cap. 42. Doroth. Doctr. 4.

(b) Cf. VV. PP. Rosw. lib. V 1, 6

Digitized by Google

pariter proficiunt. Effare igitur mihi, quid debeam facere; num ad meam fratrumque utilitatem eos retineam, an vendam demque pauperibus? Senex respondit : Pulchrae quidem actiones sunt, sed melior omnibus est paupertas. Quo audito discessit, eosque vendidit, et pecuniam dedit pauperibus.

A καὶ ὠφελοῦνται. εἰπὲ οὖν μοι, τί ὤφειλον ποιῆσαι·; κατάσχω αὐτὰ εἰς τὴν ἐμὴν καὶ τὴν τῶν ἀδελφῶν ὠφέλειαν, ἢ πωλήσω αὐτὰ καὶ δώσω πτωχοῖς; καὶ ἀποκριθεὶς ὁ γέρων εἶπε· καλαὶ μὲν αἱ πράξεις, ἀλλὰ μείζων πάντων ἡ ἀκτημοσύνη ἐστί. καὶ τοῦτο ἀκούσας, ἀπελθὼν ἐπώλησεν αὐτὰ, καὶ διέδωκε πτωχοῖς.

V.

APOPHTHEGMATA SANCTI MACARII ALEXANDRINI

A JO. BAPT. COTELERIO EDITA.

« Sanctorum senum Apophthegmata » s. v. *Macarius urbicus* apud Jo. Bapt. Cotelerium Eccl. Graec. Mon. t. I, p. 572 sq.

De abbate Macario urbico.

1. Macarius πολιτικός ille abbas aliquando ad secandos palmarum ramos exiit, fratribus ipsum comitantibus. Qui primo die ei : Veni, inquiunt, pater, nobiscum comede ! Accessit igitur ille et comedit. Altero eum die iterum rogant, ut comedat. At is renuens : Vos, inquit, filii, cibum sumatis necesse est; adhuc enim caro estis; ego vero nunc nolo manducare.

2. Macarius abbas convenit Pachomium abbatem Tabennesiotarum. Quem Pachomius interrogans : Si, inquit, fratres disciplinae ordinem non servant, bonumne est corripere eos ? Respondit Macarius abbas : Castiga et iuste eos iudica, qui tibi subiiciuntur; extra vero iudicaveris neminem; nam scriptum est : *Nonne de iis, qui intus sunt, vos iudicatis ? Nam eos, qui foris sunt, Deus iudicabit* (*a*).

3. Macarius abbas aliquando per quatuor integros menses quotidie visitabat fratrem quendam, neque unquam, ne semel quidem, invenit eum vacantem ab oratione. Admiratus igitur dixit : Ecce terrestris angelus !

B *Περὶ τοῦ ἀββᾶ Μακαρίου τοῦ πολιτικοῦ.*

1. Ἀπῆλθέ ποτε ὁ ἀββᾶς Μακάριος ὁ πολιτικὸς κόψαι θαλλία καὶ οἱ ἀδελφοὶ μετ' αὐτοῦ. καὶ λέγουσιν αὐτῷ τὴν πρώτην ἡμέραν· δεῦρο, φάγε μεθ' ἡμῶν, πάτερ. ὁ δὲ ἀπῆλθε καὶ ἔφαγε. καὶ πάλιν τῇ ἄλλῃ λέγουσιν αὐτῷ φαγεῖν. ὁ δὲ οὐκ ἤθελεν, ἀλλ' ἔλεγεν αὐτοῖς· ὑμεῖς χρείαν ἔχετε φαγεῖν, τέκνα· ἀκμὴν γὰρ σάρξ ἐστε· ἐγὼ δὲ νῦν οὐ θέλω φαγεῖν.

2. Παρέβαλεν ὁ ἀββᾶς Μακάριος πρὸς τὸν ἀββᾶν Παχώμιον τῶν Ταβεννησιωτῶν· ὁ δὲ Παχώμιος ἠρώτα αὐτὸν λέγων· ὅτε εἰσὶν ἀδελφοὶ ἄτακτοι, καλόν ἐστι παιδεῦσαι αὐτούς; λέγει αὐτῷ ὁ ἀββᾶς Μακάριος· παίδευσον, καὶ κρῖνον δικαίως τοὺς ὑπὸ σέ· ἔξω δὲ μὴ κρίνῃς τινάς. γέγραπται γάρ· *οὐχὶ τοὺς ἔσω ὑμεῖς κρίνετε ; τοὺς δὲ ἔξω ὁ Θεὸς κρινεῖ.*

3. Ἐποίησέ ποτε ὁ ἀββᾶς Μακάριος τετράμηνον, παραβάλλων τινὶ ἀδελφῷ ἡμερούσιον· καὶ οὐχ εὗρεν αὐτὸν εὐκαιροῦντα[a]) ἀπὸ τῆς προσευχῆς οὐδὲ ἅπαξ. καὶ θαυμάσας ἔλεγεν· ἰδοὺ ἐπίγειος ἄγγελος.

VARIAE LECTIONES.

[a] Al. ἀμελοῦντα.

NOTAE.

(*a*) I Cor. v, 12, 13.

JO. SAL. SEMLERI

DISSERTATIONES DUAE DE SCRIPTIS S. MACARII AEGYPTII.

DISSERTATIO PRIOR.

Specimen examinis critici Operum quae ita feruntur Macarii, sub laetissimos festosque dies Christo ab inferis magnifice redeunti sacros, boni ominis caussa edidit J. S. S. Sal. Thur. S. LL. S. Halae Magdeburgicae, typis Joannis Christiani Hendelii Acad. Typ. MDCCXLV (*a*).

[Pag. 3] *Viro summe reverendo, amplissimo, doctissimo D. Gotth. Augusto Franckio, Fac. Theol. Hal. Seniori, patrono suo summopere venerando.* [Pag. 4.]*Viro summe reverendo, amplissimo, doctissimo D. Sigism.*

NOTAE.

(*a*) Constat paginis 24 in-4. De Macario usque ad pag. 21 agitur, dein pag. 21-24 de Tertulliani Apo-

Digitized by Google

Jacobo Baumgarten, Sem. Theol. directori, patrono suo summopere venerando. Leve hoc et tenue scriptum reverentiae suae documentum multis faustisque in festos hos dies ominibus et precationibus offert auctor.

[Pag. 5] Bella sunt verba, viri summe reverendi, quae habentur in Homilia inter Macarii vulgo creditas V^ta^ (*a*) § 9, omnibus veris Christianis Xanthicum mensem, sive Aprilem, non iniuria fausta quaeque polliceri. Hic enim, quemadmodum renovat quasi frigidi et inimici olim caeli naturam, et calidiorem iam iucundamque reddit, ita beata recordatio eorum, quae sub hoc fere idem tempus in nos omnes per Salvatoris novam quasi vitam redundarunt, non potest non animi opprimere tristitiam, mentemque divina quadam perfundere laetitia. Unde oro atque obsecro, viri summe reverendi, pro eximia vestra benevolentia clementer interpretamini, quod sollemne hoc Christiano orbi tempus vobis ex animi sententia gratulari sustineo, inque eam rem leve hoc vobis offero scriptum. Quod quidem ipse satis intelligo ita esse comparatum, venerabilibus ut personis vestris dignum videri vix possit. Quare et ipse non mediocriter dubitabam, an summis nominibus vestris inscribere illud commode possim. At videbar mihi satis cognovisse in vobis, viri summe reverendi, [Pag. 6] eam virtutem, qua, ut potestis maxime, omnia benevolentissime in eam accipere soletis partem quae est lenior. Quidni ergo eodem me beneficio fruiturum sperem, dum meorum rationem vobis studiorum his reddere volo? Tum ne mihi ipsi quidem satisfeci, sed multa adhuc reprehendo. Hoc tamen, licet forte unicum, non omnino carere sua quacunque utilitate mihi videbatur, quod jam intelligi potest, ex se ipso Macarium, si diligenter volvatur, posse in multis corrigi, quod omnia bis aut ter occurrunt, et librariorum inde errores abstergi optime possunt. Quod licet parvum utilitatis momentum si vobis non penitus improbari intellexero, viri summe reverendi, videbor mihi non inutiliter hanc parvam operam consumsisse. Valete et benevolentia vestra, nisi indignus videbor, porro me amplectimini. Dabam Halae sub ipsos festos dies.

[Pag. 7] § I.

Quae *Macarii* circumferuntur Opuscula, ut diligenti lectione non omnino indigna sunt, ita nec forte hoc examine, *Macarii* an nomen jure prae se ferant et revera ab eo sint. Atque hic non dubito fore plerosque qui mirentur, quid sit quod ego potissimum dubitem de re, de qua nemini unquam fere in mentem venit. Quin et ipse aliquantum timidum me esse non nego. Utcunque vero res ceciderit, juvabit tamen errori, quem esse suspicatus sum, me ipsum pro virili parte obstitisse.

§ II.

Quod antea jam tetigi, posse mihi forte aliorum obstare auctoritatem, qui nihil tale suspicati sunt, id adhuc contendo vitio mihi verti nullo modo [Pag. 8] posse. Ita enim in his studiis mihi jam diu multorum auctoritatibus suasi esse versandum, ut temere nihil, nec sine rationibus facile crederem. Neque hoc meum examen ulla in re nomini magnorum virorum derogare aliquid potest. Mirari enim nemo erit qui vetet, cur hanc nemo quaestionem moverit. Nisi quis eo forte referat *Possinum*, qui in Thesauro suo ascetico de tertio *Macario* ideo cogitat, quod horum duorum neutri veterum testimonium exstet. Quam quidem litem simul confecero, si hanc potuero, quam ipse incipio.

§ III.

Atque videamus jam, quibus argumentis fidem haberi velint aut velle possint, qui *Macario*, quicunque is sit, ista adscribunt. Nulla certe habere aliia possunt, quam omnino duo. Quorum alterum A codicum MSS. est, alterum ex ipsis veterum scriptis petitum et testimoniis. Quod si ergo neutrum stabile et firmum sit, non temere dubitare ego videbor. Atque id ipsum ego assero.

Primum enim quod attinet ad MSS., ad quae in his rebus provocare non exiguum est testimonium, multa erunt circumspicienda. Quam antiqui tales codices sint, qui *Macarium* auctorem produnt, statuere vix possum, quia eorum in his terris, ut fit, nulla aut exigua est notitia. At contendere vix vereor, non ultra saeculum XII aut XIII esse posse, quia, ut ostendemus postea, nemo fere ante ista tempora istorum operum *Macarii* sub nomine mentionem facit. Hoc ergo sane non multum roboris habebit argumentum. [Pag. 9] Accedit, sint licet B MSS. multi, possunt ab uno omnes profecti esse, atque ergo auctoritatis adhuc minoris. Tum, si vel maxime de auctoritate MSS. constaret, iis tamen ex eo tantum capite aliquid dandum esset, quod rationibus contraria non dicunt. Jam vero fieri vix potest, ut auctor asceticus, qualis est *Macarius*, tam diu monachis ignoratus sit per X et plura saecula, ut nemo ejus meminerit. Adde, quod multi talia praecepta scripserint, ut hoc studium ἀσκητικὸν fere semper viguerit. Ita hoc eodem jure *Caveus*, Hist. Lit. P. I, *Macarii* negat esse opusculum aliquod de exodio animae justorum et impiorum, quod, licet MS. praeferat *Macarii* nomen, tamen ratio tractationis absona et non conveniens sit. Et profecto, si licet conjecturis indulgere, non dubito, nostra omnia *Macariana* Opuscula tempore eodem cum hoc isto nata C et consarcinata fuisse.

NOTAE.

logetico disputatio additur brevis hoc indice : *Explendi spatii caussa, quod me fefellit, pauculas animadversiones in Tertulliani Apologeticum prodo.* EDIT.

(*a*) Corr., Semlerus falso scripsit X^mus^. ID.

Digitized by Google

§ IIII.

MSS^tis ergo, ut vidimus, nisi aliunde auctoritas accedit, nulla est. Videamus jam argumentum alterum, utrum tale aliquid exstet in veterum scriptis. Ubi quidem cogitate scribere me credo et judicare, nemini veterum notum fuisse, quod *Macarius* ista reliquerit.

Ita omnes, qui de scriptoribus ecclesiasticis tradiderunt, certo ex consilio de *Macario* et his ejus Opusculis tacent. Atque hos ego auctores, quo cujusque [Pag. 10] major esse auctoritas videtur, singulos ordine collocabo. Agmen omnium ducit *Hieronymus*. Hic, quod notum inter omnes est, non vulgari diligentia in isto argumento versatus est, veterumque reipublicae Christianae insignium virorum vitas, et praesertim scripta eorum reliquit. At idem hic Hieronymus nescit, *Macarium* aliquid conscripsisse, et ideo ex isto albo omittit. Atque hoc argumentum eo est gravius, quod Hieronymi aetas non solum Macarii tempora non multo post est consecuta, sed et ipse habitaculum Macarii oculis suis vidit, ut testatur de se ipse inter opuscula de Vitis patrum. Mortui jam erant Macarii, et qui iis supervixerant, multa Hieronymum de eorum vita et rebus gestis docuerunt, at de scriptis tacent. Quod si ergo hi, qui omnia, quae ad laudem *Macariorum* pertinere videbantur, contulerunt, nulla ejus scripta sciunt, scire multo minus ii possunt, qui multum postea vixerunt. Sed et certo nesciunt, quia itidem tacent. Hieronymum enim jam excipit *Gennadius*, testimonium perhibiturus, se de his *Macarii* nihil omnino suo tempore cognovisse. Nec objiciat quis, quod Macarium inter scriptores ecclesiasticos ponat. Illud enim nihil huc juvat. Videamus ipsa Gennadii de Macario verba.

§ V.

Macarius, monachus ille Aegyptius, signis et virtutibus clarus, unam tantum scripsit ad juniores professionis suae epistolam, in qua docet, [Pag. 11] *illum perfecte posse servire Deo, qui conditionem creationis suae cognoscens ad omnes semetipsum inclinaverit labores, et luctando atque Dei auxilium adversum omne, quod in hac vita suave est, explorando, ad naturalem quoque perveniens puritatem, continentiam velut naturae debitum munus obtinuerit.*

Hic, ut videmus, meminit scripti alicujus a *Macario*, sed epistolam, et quidem *unam tantum* appellat. Adeoque nec Homilias, nec alia Opuscula audiverat aut viderat. Venit in mentem illius, quod *Caveus* Hist. Lit. P. II de Macario contra Possinum scribit, qui eadem de causa tertium Macarium exsculpserat, quod Gennadius de Aegyptio taceret. Respondet, inquam, Caveus ita : « Quid si Gennadius de solis Macarii epistolis loquitur? Quid si alia scripserit Macarius, quae Gennadii diligentiam fugerint, cum non pauca sint scripta, quae frustra apud Gennadium quaeri possint? » Haec Caveus. Quae et contra me sint, nisi averterem. Quod facile possum. Miror enim, virum in hoc genere doctissimum ista scripsisse. Putat de solis epistolis loqui Gennadium. At id non credibile est, quia confecturus erat indicem potiorum auctorum et scriptorum. Macarius isto tempore notissimus; ideo dicit, *ille* Aegyptius. Et cum ejus mentionem faciat, utique non minorem partem ab eo scriptorum nominasset, sed majorem et potiorem. Et si fuissent nostra eo tempore, fuissent tritissima, quia ἀσκητικά. Cum [Pag. 12] ergo taccat Gennadius, idem est ac si dicat, Macarium haec non scripsisse. Deinde aperte Gennadius dicit, scripsit *unam tantum* epistolam, i. e. nihil aliud ultra. Nec fugisse eadem de causa ista possunt ejus oculos aut diligentiam, quia et majus opus, quam epistola, conficiunt, et nota fuissent omnium maxime. Quin et haec epistola, quam *Macario* dat Gennadius, vix mihi revera ab eo esse videtur, quod Hieronymus non mentionem facit; qui, si exstitisset, eam in deserto isto domicilio monachorum, quibus praefuit Macarius, sine dubio vidisset. His addo adhuc *Rufinum*, qui libro XI cap. 4 (*a*) et 8 de Macariis agit, at de scriptis tacet; *Honorium Augustodunensem*, qui pleraque quidem ex Gennadio et aliis sublegit, at quia tacet, nihil ultra cognovisse credendus est. Sed omisi *Palladium*, qui primo post Hieronymum loco commemorandus fuisset, nisi isti mihi conjungendi esse visi fuissent. Hic anno post obitum Macarii eundem in locum solitudinis accessit, et tamen nihil horum scriptorum meminit in Historia Lausiaca, licet Macarii egregia facta collaudet. Omisi et *Joannem Cassianum*, qui de institutis monasticis scribens multa celebria Macarii dicta affert, at haec ejus Opuscula ignorat, quae tamen proprie ad suum scribendi genus pertinuissent, si exstitissent. Quin, quod adhuc addo, tacet et *Suidas*. Neque enim in vita *Macarii* scripta ejus ulla memorat, sed quaedam Evagrii, discipuli illius. Unicus restat, sed is ex recentioribus, *Joannes Trithemius*, qui Macarium inter scriptores [Pag. 13] ponit, nulla tamen ejus scripta commemorat. Quod ad *Simeonem Logothetam* attinet, quem Caveus monet capitula CLXX ascetica metaphrasi illustrasse, hoc sufficiat, eum, quia aut incerti sit, aut certe XII demum saeculi, parum posse ista scripta tueri. Si ad manum aliquando ipse fuerit is liber, plura forte notabimus. Certum ergo est, ante saeculum XII non nota fuisse Macariana.

§ VI.

Satis ergo suis rationibus destituitur, ut credo, opinio pervulgata de *Macarii* scriptis. Sed nec his argumentis solis innitor, quum de Opusculis istis dubito. Addam aliud adhuc, quod tantum abest ut istis cedat, ut pondere suo praestare potius opiner. Scilicet totam scribendi rationem, qua confecti isti

NOTAE.

(*a*) Corr., Semlerus habet 3. Edit.

Digitized by Google

sunt libelli, alienam esse non solum a *Macario*, sed a quovis alio auctore contendo. Eccui enim illud probabile videtur, ab aliquo auctore bis et ter eadem et verba easdemque sententias diversa συναφείᾳ, in parva scriptorum mole, pro integris et aliis opusculis repeti et obtrudi? At id ostendemus ita in his Macarii esse, ita tamen, ut simul nonnunquam alia quoque, pauca tamen moneamus, quae ad diversam scripturam et lectionem pertinere videbuntur.

§ VII.

Exempli loco apponemus ea, quae de cap. 13 Opusculi *de Custodia cordis* p. 22 edit. Pritianae [Pag. 14] notavimus. Ex isto integra Homilia confecta est, iisdem verbis et sententiis, xix[a] scilicet p. 287. Quo addam denique Opusculum *de Libertate mentis* cap. 18, et *Apophthegma* primum p. 231.

In Opusculo *de Custodia cordis* p. 22 ita habemus: *ὁ βουλόμενος προσελθεῖν τῷ Κυρίῳ, καὶ ζωῆς αἰωνίου καταξιωθῆναι, καὶ κατοικητήριον Θεοῦ γενέσθαι, καὶ πνεύματος ἁγίου καταξιωθῆναι, ἵνα τοὺς καρποὺς αὐτοῦ κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου δυνηθῇ ἀμώμως καὶ καθαρῶς ποιεῖν, οὕτως ὀφείλει ἐνάρξασθαι.* Haec periodus prima primi Opusculi (*a*). Et similiter eadem verba in Homiliae periodo prima, nisi quod pro Θεοῦ legitur τοῦ Χριστοῦ (*b*), pro καταξιωθῆναι, πληρωθῆναι, quod forte factum, ne idem verbum statim bis occurreret; pro καρποὺς αὐτοῦ legitur καρποὺς τοῦ πνεύματος, ubi, quis αὐτὸς sit, exprimitur; pro κατὰ τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου legitur καὶ τὰς ἐντολὰς τοῦ Χριστοῦ. Καὶ sane perplacet; Christus pro Domino, quia in Patrum scriptis Dominus et Christus pro eodem est. Tum pro ἀμώμως καὶ καθαρῶς legimus καθαρῶς καὶ ἀμώμως, levi mutatione; et pro ποιεῖν, ποιῆσαι, non male, quia hoc tempus saepe sequitur; pro οὕτως, οὗτος, male, nam legendum οὕτως; pro ἐνάρξασθαι, ἄρξεσθαι, quod melius ἄρξασθαι. Periodus altera levi mutatione differt.

In Opusculo *de Custodia* sequitur: *καὶ εἰς τὴν εὐχὴν πάντοτε προσκαρτερεῖν αὐτόν· καὶ μὴ ἀπογινώσκειν προσδεχόμενος τοῦ Κυρίου τὴν ἐπίσκεψιν καὶ τὴν βοήθειαν πάντοτε, τὸν σκοπὸν τοῦ νοὸς αὐτοῦ εἰς τοῦτο ἔχων διὰ παντός.* In Homilia aliquantum aliter: καὶ εἰς τὴν εὐχὴν χρὴ αὐτὸν [Pag. 15] πάντοτε προσκαρτερεῖν, et ita quidem recte; nam χρὴ aut exprimendum, quod malim, aut subintelligendum. Sed porro ita legit: ἐν πίστει προσδοκίας τοῦ Κυρίου τὴν ἐπίσκεψιν καὶ βοήθειαν αὐτοῦ πάντοτε ἐκδεχόμενον, τὸν σκοπὸν τοῦ νοὸς αὐτοῦ εἰς τοῦτο ἔχοντα διὰ παντός. Quae docent, perperam in vulgatis istius Opusculi editionibus esse προσδεχόμενος et ἔχων, cum sermonis series manifesto requirat casum quartum. Ista, de non desperando, non commode hic sunt, et in Opusculo *de Libertate mentis* cap. 16 et 17 meliori συναφείᾳ idem traditur; ut inde ferme appareat, consarcinata aliunde haec esse. Quod vero ad varietatem scripturae allatorum verborum porro attinet, possint ista conjuncta fuisse videri: καὶ μὴ ἀπογινώσκειν, ἀλλ' ἐν πίστει cet., aut facile ab aliquo addita sunt. Neque enim dubito, quod ex sequentibus apparebit melius, diversos fuisse, qui ista ex diversis aliis congesserint. Sed vix placent, quae ibidem sunt: τὸν σκοπὸν τοῦ νοὸς αὐτοῦ εἰς τοῦτο ἔχοντα διὰ παντός. Neque enim scire facile est, quid ista significent. Et cum non ita multo post sequatur: μόνον τὸν Κύριον ἀεὶ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχειν καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, parum abest quin legam: τόν τε σκοπὸν τοῦ νοὸς αὐτοῦ εἰς τοῦτον [τὸν Κύριον] ἔχειν διὰ παντός. Licet enim liquido intelligere, omnia inter se, si materiam ipsam spectes, confusa esse. Atque hoc ipsum, ut Christum quis intueatur, monet Opusculum *de Libertate* cap. 16 et 17, unde vix dubito haec esse excerpta. Nec est quod quis ideo dubitet de hac conjectura, quod scriptura haec eadem sit in Homilia. Videbimus enim alterutrum natum et factum esse posterius, [Pag. 16] et adeo corruptam aut bonam alterius scripturam accepisse.

Sequitur porro in *de Custodia*: *εἶτα βιάζεσθαι χρὴ ἀεὶ εἰς πᾶν ἀγαθὸν, καὶ εἰς πάσας τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου, κἂν μὴ θελούσης τῆς καρδίας διὰ τὴν συνοῦσαν αὐτῇ ἁμαρτίαν.* In Homilia omittitur ἀεὶ, nec id male; additur vero ἔργον ἀγαθόν, item non male; omittitur item κἂν μὴ θελούσης τῆς καρδίας, non bene. In Opusculo enim *de Libertate mentis* cap. 13 id additur, quod mox pluribus videbimus.

In Opusculo primo ita procedit: *οἷον βιάζεσθαι ἑαυτὸν εἰς τὸ ταπεινοφρονεῖν ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων, καὶ ἑαυτὸν πάντων ἐλάττω καὶ χείρονα ἡγεῖσθαι, μὴ ζητῶν τιμὴν ἢ ἔπαινον ἢ δόξαν παρά τινος, καθὼς ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ γέγραπται.* In Homilia pro βιάζεσθαι est βιαζέσθω, non male, quod imperativus saepe sequitur, et ubique forte reponendus sit. Nam sequitur: μὴ ζητῶν τιμὴν cet., quod non stare potest cum βιάζεσθαι [χρή], sed casus quartus esse debebat. Omissis, quae non multum differunt, pro παρά τινος est δόξαν *ἀνθρώπων* παρά τινος, quod putem invertendum δόξαν παρά τινος ἀνθρώπων.

In Opusculo porro est: *ἀλλὰ μόνον τὸν Κύριον ἀεὶ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχειν, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, αὐτῷ μόνῳ βουλόμενος ἀρέσαι.* In Homilia pro ἔχειν est ἔχων, idque recte. Supplendum enim βιαζέσθω cet. ἔχων. Cetera parum distant.

De Custodia porro: *εἰς τὴν πραότητα ὁμοίως ἑαυτὸν βιαζέτω, καὶ μὴ θελούσης τῆς καρδίας, ὡς φησιν ὁ Κύριος· μάθετε ἀπ' ἐμοῦ* cet. Homilia addit εἰς τὴν πραότητα τῆς καρδίας, et omittit βιαζέτω, quod a glossatore puto ex superioribus

NOTAE.

(*a*) Sic Semlerus; lege: Haec periodus *prima capitis* 13 *primi Opusculi*. EDIT.

(*b*) Corr., Semlerus habet: pro τοῦ Θεοῦ legitur *Χριστοῦ*. ID.

Digitized by Google

repetitum esse, Nam abfuisse docet id, quod non intercedit signum connexionis, sed tamquam perpetuo [Pag. 17] sermone junctum est.

In *Custodia* porro : *ὁμοίως εἰς τὸ εἶναι ἐλεήμονα, χρηστὸν, εὔσπλαγχνον, ἀγαθὸν, ὅση δύναμις, ἑαυτὸν ἐθίζειν μετὰ βίας, ὡς φησιν ὁ Κύριος· γίνεσθε* cet. In Homilia pro infinitivo melius ἐθιζέτω, omisso μετὰ βίας, quod nollem.

Quae porro sequuntur, non multum differunt, nisi quod in Homilia pro vulgato legere vellem : *ὥσπερ ὑπογραμμὸν πρὸ ὀφθαλμῶν ἐχέτω* ἐν πάσῃ μνήμῃ *αὐτοῦ* ἀληθαργήτῳ, quia aliter ista ultima non bene cohaererent, et p. 25 in Opusculo *de Custodia* haec fere repetuntur : τότε θεωρῶν ὁ Κύριος. . . . πῶς βιάζει ἑαυτὸν πάντοτε εἰς τὴν μνήμην αὐτοῦ cet. ; hinc additum vellem αὐτοῦ, scil. τοῦ Χριστοῦ.

In *de Custodia* p. 24 sequitur : *καὶ ὅση δύναμις βιαζέσθω ταῖς εὐχαῖς προσκαρτερεῖν, διὰ παντὸς δεόμενος καὶ πιστεύων*. In Homilia omittitur βιαζέσθω et scribitur προσκαρτερείτω.

Sequitur porro ibidem, omissis quae nihil fere mutant : *καὶ οὕτως ἃ νῦν μετὰ βίας καὶ μὴ θελούσης τῆς καρδίας ποιεῖ, ἐθίζειν ἑαυτὸν διὰ παντὸς εἰς τὸ ἀγαθὸν, καὶ τοῦ Κυρίου ἀεὶ μνημονεύειν, καὶ προσδοκᾶν αὐτὸν διὰ παντὸς ἐν πολλῇ ἀγαθότητι καὶ ἀγάπῃ*. In Homilia pro μὴ θελούσης cet. est ἀκούσης τῆς καρδίας ποιεῖ, ἑκουσίως (a) πράξει ποτέ, Ἐθίζων cet., ἐθίζων quoque legendum est in Opusculo. Nam ἐθίζειν non placet, quod librarii ita fecerunt, ut videretur constructio, quae tamen nulla est. Mallem tamen ceterum legere ἀκουσίως καὶ μὴ θελούσης τῆς καρδίας, quia sequitur ἑκουσίως : et certe ita credo fuisse.

Porro in Opusculo eodem — omitto non pauca, quia hoc specimen breve esse debet — p. 26 : *ὅτε καρποφορεῖ καθαρῶς*, pro quo ex Homilia p. 290 scribendum *τότε* καρποφορεῖ καθαρῶς. Ibidem : *χρὴ δὲ πρότερον. . . οὕτως βιάζειν καὶ αὐτόν*, pro quo in Homilia § 3 βιάζεσθαι ἑαυτὸν exstat. Et [Pag. 18] id placet, quia divulsum βιάζεσθαι peperisse videtur diversitatem. Jam vero haec χρὴ πρότερον cet. tertium occurrunt in Opusculo *de Libertate mentis* cap. 18. Ibi enim omnia ab initio conveniunt cum Homiliae scriptura, nisi quod haec melius habet προσελθόντα. Quae sequuntur in eodem *de Libertate* Opusculo : βιαστὴ γὰρ, φησὶν ὁ cet., recte hunc locum occupant; in Homilia vero et Opusculo I non optimo loco exstant. Corrupta vero sunt, quae mox in Opusculo *de Libertate* sequuntur. Vulgo enim ita sunt : ἀγωνίζεσθαι πάλιν αὐτὸν εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς θύρας, quae et latinum interpretem deceperunt. Certo autem legendum est : καὶ πάλιν [γέγραπται] · ἀγωνίζεσθαι cet., ut fere exstat in *de Custodia* p. 24.

Omitto judicare de iis, quae in Homilia et Opusculo I interjecta sunt, et pergo ad p. 26 hujus ejusdem Opusculi : *προσδοκῶντα διὰ παντὸς ἐν πίστει ἀδιστάκτῳ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ βιάζεσθαι ἑαυτὸν εἰς τὸ οἰκτεῖρειν* cet., pro quo auctius in Homilia, προσδοκῶντα διὰ παντὸς ἐν πίστει ἀδιστάκτῳ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ βιάζεσθαι ἑαυτὸν εἰς τὴν ἀγάπην, μὴ ἔχοντα ἀγάπην· βιάζεσθαι cet.; et rectius quidem ita, quod docet Opusculum *de Libertate* c. 18 : πρὸς ἀγάπην, μὴ ἔχοντας ἀγάπην. Jam scriptura in Homilia et Opusculo I^mo aliquantulum differt, unde quid statuamus, ex scriptura Opusculi *de Libertate* exponemus. Quae talis est : [συνωθεῖν] πρὸς τὸ ἀνέχεσθαι ἀτιμίας καὶ παροράσεως καὶ τοῖς ἐξουθενουμένοις ἐγκαρτερεῖν, pro quo lege casu quarto τοὺς ἐξουθενουμένους scil. ἡμᾶς, i. e. ut in Homilia exstat : εἰς τὸ. . . ἐξουθενούμενον ἢ ἀτιμαζόμενον μὴ ἀγανακτεῖν cet.

Sequitur porro in *de Custodia* : *βιάζεσθαί τε ἑαυτὸν εἰς τὴν εὐχὴν, μήπω ἔχοντα εὐχὴν πνεύματος*. Homilia parum differt, et corrigemus hinc [Pag. 19] locum in *de Libertate*, ubi ita exstat : οὕπω ταύτην ἐσχηκότας τὴν ἕξιν πρὸς εὐχὴν, μήπω πνεύματος εὐχὴν κεκτημένους, pro quibus legendum πρὸς εὐχὴν (scil. συνωθεῖν), μήπω ταύτης ἐσχηκότας τὴν ἕξιν, καὶ μήπω cet.

§ VIII.

Sed ut jam perveniam ad id, cujus rei causa haec scripsi, omittam orationis in Macario seriem, et ostendam, probabile esse, haec omnia a *Macario* non scripta esse, sed celebrata tantum sermone, ab aliis deinde talia apophthegmata subinde collecta et aucta, et tandem in haec opera digesta esse. Subjecit Pritius editioni suae Apophthegmata quaedam Macarii, quorum primum exstat p. 231, quod si quis legit, et leget postea ea, de quibus scripsimus, offendet eadem re ipsa diversa verbis esse et sententiis. In ipsa tamen illa scriptura malim pro *καὶ* μὴ μετρεῖν, *τοῦ* μὴ cet., similiter pro καὶ *τὸ* μὴ κρῖναι, καὶ *τοῦ* μὴ cet., et καὶ *τοῦ* ὑποφέρειν, et καὶ *τοῦ* ἀπορρίπτειν, et βιαστῶν *ἐστι* βασιλεία pro *ἐπί*. Quod ergo diversi diversis locis ista egregia hominis dicta collegerunt, at alio alii ordine digesserunt, inde venit, quod haec Opuscula nata sunt, et multa aut pleraque omnia bis et ter occurrunt.

§ IX.

Sed mihi omnino videndum, ne desinat hoc esse specimen. Sufficiat ostendisse omnia verba ita esse repetita, ut vix differant levi traiectione aut aliquot literis. Ceterum spondere ausim, me alio forte tempore ostensurum, vix minimam partem semel dici, sed omnia fere bis, multa ter occurrere. [Pag. 20] Paucis adhuc attingam, quae uberius olim exponenda sint. Primum, male omnia ista esse composita, ut, cum sit aliquod Opusculum *de Oratione*, multa in eo sint, quae alio, et in aliis plura, quae eo pertinebant. Deinde praecipue in Homiliis oratio non interrupta solum quaestiun-

NOTAE.

(a) Corr., Semlerus ἑκούσης. EDIT.

Digitized by Google

culis, sed et hae ipsae satis incompositae sunt, et responsiones haud raro ineptae, ut appareat non esse responsiones, et non posse a primo auctore natas esse. Nolo multis his immorari. Legat, si quis volet, quae sunt in Homilia VIII in fine § 4, et addat Opusculum *de Charitate* cap. 10 extremo. Jungat porro istius Homiliae § 5 et illius Opusculi cap. 12, ubi integrum caput inseritur, quod ex Homilia abest. Tum vero omnium maxime se fraus prodit Homiliae ejusdem § 6 per egregiam responsionem. Quaesitum erat, in quibus gradibus perfectionis tu es? et respondetur : μετὰ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ νῦν ἡ χάρις οὕτως ἐνεργεῖ, καὶ εἰρηνεύει ὅλα τὰ μέλη καὶ τὴν καρδίαν, ὥστε τὴν ψυχὴν ἐκ τῆς πολλῆς χαρᾶς ὡς παιδίον ἄκακον φαίνεσθαι, καὶ οὐκ ἔτι καταχρίνει ὁ ἄνθρωπος Ἕλληνα ἢ Ἰουδαῖον. Quae quam absurde cohaereant, dicere non attinet. Jungatur Opusculum *de Charitate* cap. 12.

§ X.

Ultimo loco addo illud adhuc, pro mea sententia, nescire me, quid sibi velit illud quod saepe occurrit *φησίν*. Tale ego semper credo esse narrantis aliquid de altero, non vero scribentis sua. At exstat cap. 10, cap. 9, cap. 8 *de Charitate*. Ita quoque cap. 9 ita scribitur : *Ad interrogantem, an* [Pag. 21] *possit homo in eo semper statu durare, sic respondendum est* cet. In Homilia vero octava § 2 habetur et quaestio et responsio, omissis istis *ita respondendum est*. Facile apparet dictum aliquod et memoratum postea responsum Macarii ad tale quid rogantem in hanc regulam conversum esse. Possem plura. Sed de his et aliis, unde et quando ista opera Macarii consarcinata videantur, si Deus voluerit, et haec non displicuerunt, aliquando uberius exponemus.

DISSERTATIO ALTERA.

Specimen animadversionum in aliquot Opuscula Graeca Macarii, in natalem diem viri summe reverendi, excellentissimi, doctissimi Sigismundi Jacobi Baumgarten, SS. Theol. Doct. et Prof. Publ. Ordin., Seminar. Theol. Directoris, patroni et praeceptoris officiosissime colendi, bene ominabundus edidit Jo. Sal. Semlerus, Salfelda Thuring. Halae Salicae Literis Joannis Christiani Hendelii. 1746. (a)

[Pag. 3] *Vir summe reverende, excellentissime, doctissime, Fautor et patrone benevolentissime.*

In communi Academiae huius laetitia, qua insignis hic dies omnes Musarum perfundit ordines, patere et me sollemni huic luci gaudium et vota per summam pietatem decernere. Ad me enim hoc officium unum omnium maxime videtur pertinere, in quem tot sane et tanta exstant Tua beneficia et eximiae benevolentiae documenta, ut, quem Praeceptoris Tuum numen venerabundum effecerat, jam [Pag. 4] Fautoris beneficentia tam reddiderit suum, ut diligenter negem mihi quemquam in officiis erga Te esse superiorem. Neque vero, licet praecipua ejus pars mea sit, mea unius est haec pietas ; omnes boni, ut hunc diem Tuum gaudent, ita felicem ejus reditum votis ominibusque optimis precantur. Quibus quidem rite susceptis votis tam confidimus Deum responsurum, quam certo scimus, Dei Te singulari beneficio in uberrimum multorum emolumentum hanc lucem adspexisse. Ceterum clementem Te, vir summe reverende, huic levi scripto opto interpretem, quod et brevissimum est, quia scio otium ferme Tuis negotiis deesse, nedum his iuvenilibus rebus, et levissimum, quod hujus diei laetitia severiorem gravitatem pati non videbatur. Tu vero, vir summe reverende, serva sis mihi favorem et benevolentiam. Vale.

Dies XIIII Martii feliciter. MDCCXLVI.

[Pag. 5] Cum a nemine, quod sciam, peculiaris cura in Macarii Opera adhuc suscepta sit, hic autem idem fatum sustinuerit ac alii scriptores veteres, ad quos et lectorum imperitia et temporum injuria multum valuerunt, brevissime tantum per aliquot Opuscula Macariana ostendam, ea exspectare adhuc meliorem scripturae curam. Ubi, omissis tum typographicis tum versionis vitiis, potiora quaedam scripturae menda sublatum ibo, quae inter legendum annotavi. Usus sum editione Pritii. Jam

Ad Opusculum primum, quod est *Περὶ φυλακῆς καρδίας*, haec fere annoto :

Cap. I : οὐ γὰρ ἡ ἀποχὴ τῶν κακῶν ἐστιν ἡ κάθαρσις, ἀλλ' ἡ κατὰ συνείδησιν τελεία κάθαρσις, *neque enim abstinentia a grandioribus vitiis est puritas, sed perfecta conscientiae expurgatio.* Sensus paullum incommodus. In Opusculo enim V^to^, Περὶ ὑψώσεως [Pag. 6] τοῦ νόός, cap. 20 extremo aliter habetur : καὶ γὰρ οὐχ ἡ τῶν φαινομένων κακῶν

NOTAE.

(a) Constat paginis 20 in-4°. Edit.

Digitized by Google

ἀποχὴ τελείωσίς ἐστιν, ἀλλ' ἡ κατὰ διάνοιαν κάθαρσις, αὕτη τελεία. Et in Homilia XVII § 15: οὐ γὰρ ἡ ἀποχὴ τῶν κακῶν, αὕτη ἐστὶν ἡ τελείωσις, ἀλλ' cet., ubi paulum variat. Planiora ita essent in Opusc. I, si pro primo κάθαρσις esset τελείωσις, ut in aliis locis, licet in scriptis Graecorum asceticis τελείωσις et κάθαρσις idem fere sit. Ultima verba capitis hujus I^mi haec vulgo sunt: εἰ δὲ μή, ταπεινωθεὶς ὡς ἐνδεὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ὑπὲρ τῶν κρυφίων σου δεόμενος τοῦ Θεοῦ. Ubi deest verbum ad quod ista participia pertinent. Quod supplendum est ex Opusc. V cap. 21: *πρόσελθε* ὑπὲρ τῶν κρυφίων cet.

Ad CAP. II de verbis ultimis monemus: διὸ καὶ ὕπνον λέγομεν τὴν κοίμησιν τῶν ἁγίων. Melius ex Homilia ista XV § 39 legi: ὕπνον οὖν λέγομεν καὶ κοίμησιν τῶν ἁγίων τὸν θάνατον. Nam ὕπνος et κοίμησις idem significat.

Omissis aliquot capitibus leviterque variantibus scripturis ad CAP. VI venimus. Ibi ita exstat: οὕτω καὶ ὁ προβλεπτικὸς νοῦς προβλέπει ταχὺς ὢν τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως τὰς τέχνας cet. Homilia autem VII § 8: οὕτω καὶ ὁ νοῦς προβλέπει γοργόρος ὢν cet. Legendum γοργός, non γοργόρος: et ista vox saepe occurrit in Homilia III. Hesychius: *γοργός*, εὐκίνητος, ταχύς, σκληρός, λιπαρός, εὐτραφής. Adeo ταχὺς in Opusc. I cap. 6 est glossa τοῦ *γοργός*.

CAP. VII pro τοῦ νοῦ ἡμῶν προσκαλουμένου μετὰ τοῦ Κυρίου πάντοτε lege: προσκολλωμένου τῷ Κυρίῳ cet.; ita exstat in Opusc. II cap. 13: ὁ γὰρ νοῦς ἡμῶν οὕτω διαπαντὸς τῷ Θεῷ προσκολλώμενος cet. Praeterea provocatur ad I Cor. VI, 17, ubi hoc [Pag. 7] verbum item exstat. Vulgata lectio sine sensu, ut docet versio latina. Sequitur ibi statim: τοῦτον δὲ τὸν κρυπτὸν ἀγῶνα καὶ μελέτην Κυρίου καὶ πόνον νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἔχειν ἡμᾶς χρὴ εἰς πᾶσαν ἐπιτήδευσιν ἐντολῆς, εἴτε εὐχομένων, εἴτε ἐσθιόντων, ἢ διακονούντων, ἢ πινόντων, ἢ ἕτερόν τι ποιούντων. Ubi constructio graeca claudicat a verbo χρὴ pendens. Legendum ex eodem Opusc. II ubique casu quarto: εἴτε εὐχομένους, εἴτε διακονοῦντας, ἢ ἐσθίοντας, ἢ πίνοντας, ἢ ἕτερόν τι ποιοῦντας, mutato simul ordine secundi et tertii verbi.

CAP. VIII occurrit phrasis: τί δ' ἄλλο διὰ τούτων αἰνίττεται τὸ πνεῦμα, ἀλλ' ἢ ὑψηλοτέραν θεωρίαν ἐμφαίνων cet. Quae ultima verba lucem quandam accipiunt ex Andreae Caesariensis Prologo in commentarium suum in Apocalypsin. Qui postquam monuerat de triplici sensu aut divisione Scripturae, ut in qua quasi corpus sit, et πνεῦμα et ψυχή de altero ita pergit: καθάπερ δὲ πνεῦμα ἡ τῶν μελλόντων καὶ ὑψηλοτέρων ἀγαγωγὴ καὶ θεωρία πέφηνεν. Ubi idem est θεωρία ὑψηλοτέρων ac ὑψηλοτέρα. Nisi forte in Macario pro ὑψηλοτέραν legendum est ὑψηλοτέρων. Ibidem... κομίζειν δεῖν πάντοτε τὴν τῆς καρδίας ἱερὰν θυσίαν· τὰ ἀκροθίνια, καὶ τὰ ἄκρα τῶν ἀγαθῶν λογισμῶν... ἀπασχολοῦντος. Ita adhuc sine sensu legitur. Pro quo casu quarto scribendum ἀπασχολοῦντα, scil. δεῖ κομίζειν: inde

A enim dependet constructio. Latina versio similiter errat, quae solet nonnunquam satis mala esse.

CAP. IX post medium: καλόν ἐστιν ἡ νηστεία, ἡ ἀγρυπνία, ἡ ξενιτεία· ἀλλὰ ταῦτα ἀκμὴ πολιτείας ἐστὶν ἀγαθῆς· πλὴν ἡ τάξις τῶν Χριστιανῶν [Pag. 8] ἐσωτέρα ἐστὶ τούτων cet. Latina versio talis est: *Sed haec flos ipse ac vigor sunt conversationis bonae. Ceterum ordo Christianorum interior est his* cet. Hic qualis sensus? Si aliquid est praecipuum in aliqua re, cur illud tam parvi ducatur? In Opusculo VI cap. 30 haec ita habentur: καλὸν ἡ νηστεία,... καὶ προοίμια ταῦτα πολιτείας θεοφιλοῦς· ἀλόγιστον δὲ ἀτεχνῶς τὸ ἁπλῶς τοῖς τοιούτοις ἐπιθαρρεῖν. Reddita sunt: *haec prooemia sunt conversationis Deum amantium*, sensu non incommodo, sed huc non per-
B tinente. Lege: καὶ παρόμοια ταῦτα πολιτείας θεοφιλοῦς, *et similia talia exercitia*. Sic et in Opusc. I legi velim: καὶ ἄλλα ταῦτα καὶ ὅμοια, ἃ πολιτείας ἐστὶν ἀγαθῆς· πλὴν ἡ ἀξία τῶν Χριστιανῶν cet., *dignitas eorum altior est*. Τάξις tamen potest ferri, significatu rariori.

CAP. X: μὴ νομίσῃ ἑαυτὸν κατειληφέναι τι, καὶ οἰηθῇ εἶναί τις, καὶ ἄρξηται διδάσκειν. Quid διδάσκειν hic velit, non invenio, cum in sequentibus dicatur de siti ulteriore gratiae. Accedit, in Opusc. VI cap. 30 fine pro his legitur: μὴ νομίσαι κατειληφέναι, μηδὲ κατακόρως ἔχειν. Unde forte pro διδάσκειν legendum διαρκεῖν, quod celerantibus nimis oculis pro διδάσκειν acceptum est. Paulo post: ἵνα ἔχῃ τὸν πόνον, τὴν δίψαν, pro quo in
C Opusc. VI: ἀλλὰ πεινᾷν τότε καὶ διψᾷν. Unde πόνον vix recte habet. Legerem τὴν πεῖναν, nisi paulo insolentior vox esset. Forte fuit: ἵνα ᾖ τότε πεινῶν καὶ διψῶν cet. Ibidem sequitur: καὶ ἔχῃ υἱὸν μονογενῆ καὶ παιδεύσει αὐτόν cet. Ubi nescio quid ad amorem et ad augmentum luctus intersit, si filium castigavit mater. Potius cum in Homilia [Pag. 9] XVI § 11 haec eadem occurrant, et pro his vocibus legatur ibi εὐειδέστατον, rescribo: καὶ παῖδα εὐειδέστατον, *et eum vultu honestissimo pulcherrimoque*. Hic enim si moritur, ad luctum multum facit, quia forma tam excellenti, et non solum unicus fuit.

CAP. XI: μὴ νομίσωσιν, ὅτι εἰσῆλθον εἰς τὴν κα-
D τάπαυσιν, ὡς δὲ ἀκμὴν εἰς τὰ πρόθυρα καὶ εἰς τὰς αὐλὰς εἰσέρχονται. In Opusculo VI cap. 31: μὴ νομιζέτωσαν ἤδη τοῦ τέλους καὶ τῆς καταπαύσεως ἐπιβῆναι· πόθεν; ἔτι γὰρ αὐτοῖς περὶ τὰ πρόθυρα καὶ τὰς αὐλὰς ἡ ἀναστροφή. Unde forte in Opusculo I legendum: πῶς γε; ἀκμὴν γὰρ εἰς cet.; aliter graeca languent. Sequitur in Opusc I: εἰ δὲ καὶ χάριτος μέτοχος γένηται, οἰηθῆναι ὡς καταλαβών, in Opusc. VI: κἂν χάριτός τινος πνευματικῆς ἠξιώθησαν· μηδὲ τοῦτο πάλιν αὐτοὺς ἀπατάτω cet. Addendum ergo in Opusc. I *Μὴ, μὴ* οἰηθῆναι, quod exstat quidem in versione, sed ob sensum tantum; graecum vitium mansit. Porro Opusc. I: οὐκ ὀφείλει ἐρευνᾷν ἕκαστον, εἰ εὗρεν ἐν τῷ ὀστρακίνῳ σκεύει τὸν θησαυρόν cet. Latina versio: *nec*

Digitized by Google

convenit scrutari unumquemque, num forte inveniat, cet.; impio sensu; quod mireris servatum esse. In Opusc. VI: ἐρευνᾷν οὖν προσῆκεν, recte vero. Lege ergo: ὀφείλει οὖν ἐρευνᾷν. Ibidem: ἔστι γὰρ ἡ χάρις πολλάκις ἐνεργοῦσα ἀδιαλείπτως, in Opusc. VI: ἐνὸν γὰρ, ὡς πολλάκις δεδήλωται, καὶ τὴν χάριν ἀδιαλείπτως ἐνεργεῖν, sensu multo meliore. Lege ergo: Ἔστι γὰρ ἡ χάρις, ὡς πολλάκις εἴρηται, ἐνεργοῦσα ἀδιαλείπτως. Corruptio aut lacuna ista nescio unde accidit; accidisse ex Opusc. VI certum est.

Cap. XII post medium: ἐπειδὴ οὖν [Pag. 10] ἡ ἐναντία δύναμις προτρεπτικὴ ἐστιν, οὐκ ἀναγκαστικὴ, καὶ θεία χάρις προτρεπτικὴ ἐστι. Lego ob meliorem connexionem: ἐπειδὴ οὖν, ὡς ἡ ἐναντία δύναμις, καὶ ἡ θεία χάρις προτρεπτικὴ ἐστι, διὰ τὸ αὐτεξούσιον καὶ λιτὸν τῆς φύσεως, λοιπὸν ἐάν cet. Ita omnia cohaerent. Pro λιτὸν malim αὐταίτιον, quod idem fere est ac αὐτεξούσιον, notans libertatem arbitrandi et decernendi. Pro quo in Opusc. VII cap. 3 est ἐλεύθερον καὶ αὐτεξούσιον. Affines sunt literae A et Λ graecae; inde error, per compendium scribendi adjutus. Et similiter erratum esse videtur paulo post in eodem Opusc. I: ἐπειδὴ ἑαυτῷ ἐγίνετο ὁ ἄνθρωπος αἴτιος τοῦ ἀγαθοῦ· αὐτῆς γάρ ἐστι τῆς φύσεως οὗτος. Pro quibus legendum puto: αὐτεξουσίου γάρ ἐστι τῆς φύσεως. Nam vulgata scriptura obscuro sensu. Et priora quidem verba non temere accipienda sunt, ne minus pelagizare videantur.

Cap. XIII: καὶ οὕτως ἃ νῦν μετὰ βίας καὶ μὴ θελούσης τῆς καρδίας ποιεῖ, ἐθίζειν ἑαυτὸν διὰ παντὸς εἰς τὸ ἀγαθὸν καὶ τοῦ Κυρίου ἀεὶ μνημονεύειν, καὶ προσδοκᾷν αὐτὸν διὰ παντὸς ἐν πολλῇ ἀγαθότητι καὶ ἀγάπῃ. Versio: *Et sic quae nunc per vim et corde invito facit, adsuefacient ipsum in omne tempus ad bonum, et ad semper vivam Dei memoriam habendam, et exspectandum eum semper in multa bonitate et caritate.* Ubi sensus sat bonus, modo eum graeca paterentur. Nam integra sententia omissa est ex oscitantia librarii, ex Homilia XIX, ubi omnia eadem habentur § 2, repetenda et restituenda. Legitur enim ibi ita: καὶ οὕτως ἃ νῦν μετὰ βίας ἀκούσης τῆς καρδίας ποιεῖ, ἑκουσίως πράξει ποτὲ, ἐθίζων [Pag. 11] ἑαυτὸν διὰ παντὸς εἰς τὸ ἀγαθὸν, καὶ τοῦ Κυρίου μνημονεύων cet. Hinc in Opusc. I legendum: .... τῆς καρδίας ποιεῖ, ἑκουσίως πράξει ποτὲ, ἐθίζων.... μνημονεύων καὶ προσδοκῶν cet. Ita recte jam habent. Paulo post: μᾶλλον δὲ ὁ Κύριος ποιεῖ ἐν αὐτῷ τὰς ἰδίας αὐτοῦ ἐντολὰς, καὶ τοὺς καρποὺς τοῦ πνεύματος, ὅτε καρποφορεῖ καθαρῶς. Legendum *τότε* καρποφορεῖ, nempe *talis homo*. Ita non solum in Homilia excitata legitur, sed et ipsa connexio jubet. Porro: καὶ ἁπαξαπλῶς τηρεῖ αὐτῷ τὸν καρπὸν τοῦ πνεύματος. Legendum ex Homilia et Opusculo VII cap. 18: πληροῖ αὐτὸν τῶν καρπῶν. Vitium a distante venit. Post pro: χρὴ γὰρ ἕκαστον, ὥσπερ εἰς τὴν εὐχὴν βιάζεται ἑαυτὸν καὶ ἄγχει cet., licet non plane nullus sit sensus, tamen ex Homilia et Opusculo VII restituendus est infinitivus βιάζεσθαι καὶ ἄγχειν. Ibidem pro: κατὰ τὸ γεγραμμένον, quod etiam in Homilia ita legitur, restituendum videtur κατὰ τὸ εἰρημένον, quia in toto N. T. tale quid non exstat, et in Opusc. VII legitur πρὸς τὰ εἰρημένα, unde fidem, credo, fecimus conjecturae nostrae. Denique: τὸ λοιπὸν γὰρ ἐλθὼν ὁ Κύριος, ἐλθὼν καὶ γενόμενος ἐν αὐτῷ. Aut alterum ἐλθὼν ejiciendum, aut legendum ὁ Κύριος κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν, καὶ γενόμενος cet., ut exstat in Opusc. VII; et corruptio quidem facilis.

Cap. XIIII paulo post initium pro ἢ ἀπόλει τὴν χάριν, ἢ λαμβάνει καὶ πίπτει lege: ἣν ἔλαβε, καὶ πίπτει· ἢ cet. Et paulo post: ὀφείλουσιν οὖν βουλόμενοι ἐξ ἀληθείας εὐαρεστῆσαι τῷ θεῷ... καὶ βιάζεσθαι πρῶτον ἑαυτόν: dele καὶ ante βιάζεσθαι, et pone pro eo colon, et pro ἑαυτὸν [Pag. 12] lege ἑαυτούς; nam pertinet ad βουλόμενοι. Sequitur postea: μεγάλη ὕψωτις ἡ ταπείνωσις· καὶ τιμιότης καὶ ἀξίωμα ἡ ταπεινοφροσύνη. Pro quo in Homilia citata [Hom. XIX § 8] legitur: μεγάλη ταπείνωσις ἡ ὑψηλοφροσύνη· καὶ μεγάλη ὕψωσις καὶ τιμιότης καὶ ἀξίωμα ἡ ταπεινοφροσύνη: similiter exstat in Opusc. VII cap. 19. Atque hoc melius esse videtur. Et ad finem porro legitur: καὶ οὕτως τῶν ἐντολῶν τοῦ Κυρίου πληρωθεισῶν ἐφ' ἡμῖν. Pro quo legendum ὑφ' ἡμῶν, ut etiam in Homilia exstat. Haec breviter ad I^mum Opusculum.

Ad secundum Opusculum, *Περὶ τελειότητος ἐν πνεύματι*, pauca et levia item habeo quae proferam.

Cap. V legitur vulgo et distinguitur: οἶδε γὰρ, φησὶν ἡ γραφὴ, τὰ κρύφια ταῦτα τῆς ψυχῆς ἁμαρτήματα ἐν ἴσῳ τοῖς ἐκτὸς τίθεσθαι, ex versione vulgari ita item distincta: *Novit enim, ait Scriptura, occulta haec animae peccata pari loco cum externis Dominus censere.* Ubi adeo Κύριος male a sequentibus abruptum et huc tractum est, quia aliter deerat subjectum in ratione. Sed perperam. Vox φησὶ minime ad γραφὴ pertinet, sed est illa sollemnis in his Opusculis formula, qua scriba aut collector horum Macarianorum innuit, Macarium hoc illud sermone celebrasse. Distingue ergo ita: οἶδε γὰρ, φησὶν [Μακάριος], ἡ γραφὴ τὰ κρύφια... τίθεσθαι, *novit enim Scriptura haec occulta animae vitia pari in pretio, ac illa externa ponere.* Sequentia docent, hunc esse verum sensum, ubi alligantur aliquot carmina Scripturae de occultis talibus vitiis [Pag. 13] pronuntiantia. Statim post ista sequitur corruptus item locus: καὶ τῶν λαλούντων εἰρήνην μετὰ τῶν πλησίον αὐτῶν, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ πάλιν· καὶ γὰρ ἐν καρδίᾳ ἀνομίας ἐργάζεσθαι ἐν τῇ γῇ. Ubi primum sensus non exprimitur, qui in Psalmo est, scilicet eos, qui aliud in pectore, quam in lingua habeant, a Deo insigniter puniri, ut alios aperte peccatores. Deinde efficitur quasi alius locus: ἐν καρδίᾳ ἀνομίας ἐργάζεσθαι ἐν τῇ γῇ, quem et versio latina ita exprimit, cum

Digitized by Google

tale dictum non inveniatur, et si inveniretur, tamen ad rem tractatam non pertineat. Hinc ante λαλούντων reponenda sunt, quae exstant in Ps. XXVIII, 3: Μὴ συνελκύσῃς μετὰ ἁμαρτωλῶν τὴν ψυχήν μου, καὶ μετὰ ἐργαζομένων ἀδικίαν μὴ συναπολέσῃς με, τῶν λαλούντων cet., delenda vero sunt ἐν καρδίᾳ... τῇ γῇ. Nam ἀνομίας vel ἀνομίαν erat varians lectio τοῦ *ἀδικίαν* in Psalmo, et cetera corrupta aliunde sunt, memoriae vitio maximam partem, ubi alius citata aliter explevit. Nam non integer locus appositus fuit, sed tantum prima verba, et signum orationis abruptae κ. τ. ε. Mox sequitur : ἐπεὶ πῶς δυνατὸν ἀγαθοεργοῦντας ἐσάπαν λαθεῖν, pro quo melius legi videtur posse : εἴποις πῶς cet., *dices*. Nam ἐπεὶ caret connexione, quam tamen mentitur.

Cap. XI : ἥτις [ἐντολὴ, non ἀγάπη, ut supplet interpres] ἀπὸ τῆς ἔνδον ἡμῶν διαθέσεως συνειδήσεώς τε ἀγαθῆς, καὶ ὑγειῶν τῶν πρὸς Θεὸν ἐννοιῶν, συνάμα καὶ βοηθείας συνεφαπτομένης συνίσταται cet. Lege βοηθείας θείας, nam haec vox a βοηθείας syllabis postremis absorpta est.

Ad Tertium Opusculum, *Περὶ προσευχῆς*, pauca haec praefero.

Cap. V : εἰ μὴ ἡ ταπεινοφροσύνη καὶ ἡ ἀγάπη, ἡ ἁπλότης τε καὶ ἀγαθότης κατακολλῶσιν [Pag. 14] ἡμῖν τὴν εὐχὴν cet., *Nisi.... conglutinent nobis orationem;* sensu non optimo. Legendum κατακαλλιῶσιν, *ornent*, ut (*a*) in Opusc. I cap. 9 : ἐὰν μὴ ἡ ταπεινοφροσύνη καὶ ἡ ἁπλότης καὶ ἡ ἀγαθότης κατακοσμήσῃ ἡμᾶς. Ubi pro ἡμᾶς adde ἡμῖν τὴν εὐχήν, ut necessario sensus postulat et collatio cum Opusculo isto III. Κοσμέω et καλλιόω eodem sensu sunt. Et in fine capitis hujus V pone signum interrogandi : μὴ ἀγνοῶν φαίνεται ψυχαγωγεῖν ἑαυτὸν παρακρουόμενος, καὶ μεγάλων ὄντως καρπῶν τοῦ πνεύματος, διὰ τὸ οὕτως ἔχειν, ἀποστερῶν; In vulgatis est τελεία στιγμή, quod sensum impedit.

Cap. IX extremo pro ὡς τὸ πολὺ οὐκ ἐκπλεόνασε, καὶ ὡς τὸ ὀλίγον οὐκ ἠλαττόνησεν lege ex II Cor. VIII et Exod. XVI : ὁ τὸ πολὺ, et ὁ τὸ ὀλίγον vel ἔλαττον.

Cap. X post initium : καὶ τῇ εὐχῇ ὀκνηρὸς cet.; lege ob meliorem connexionem καί γε, vel καὶ γὰρ cet.

Pergo ad cap. XIII, omissis multis mendis typographicis : τοὺς ἀδύνατον ἡγουμένους.... ὁ ἀπόστολος διαῤῥήδην ἐοικότας αὐτοὺς δείκνυσι τοῖς δι' ἀπιστίαν τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσελθεῖν μὴ ἠξιωμένοις, καὶ διὰ τοῦτο πεπτωκότων αὐτοῖς τῶν κώλων ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ubi graeca oratio σολοικίζει; saltem ita videtur, nisi commode explicetur. Latina versio haec graeca neglexit propter solam hanc causam, et posuit versionem vulgati interpretis. Tu ita verte : *expresse similes dicit istis, qui a promissa terra propter ἀπιστίαν prohibiti sunt, prostratis vel propter hoc*, i. e. quia non credebant, *membris ipsorum et cadaveribus in deserto*. Ita, inquam, graeca reddenda sunt. Clariora omnia essent, si abesset καὶ, et legeretur tantum διὰ τοῦτο. Eodem capite paulo post ista : τὸ δὲ ἀποστῆναι οὐκ ἐπὶ τοῦ ἀρνήσασθαι, [Pag. 15] ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ταῖς ἐπαγγελίαις αὐτοῦ ἀπιστῆσαι, τέθεικεν· ἀμέλει καὶ τὰ τυπικὰ τῶν Ἰουδαίων ἀλληγορῶν. Ubi quid sit ἀμέλει, non interpretari possum. Legendum puto pro eo τέθεικεν, ἐπαγγελίας καὶ τὰ τυπικὰ τῶν Ἰουδαίων, ἀλληγορῶν cet.

Opusculum IIII, *De Patientia et Discretione*.

Cap. III legitur : ὡς οἱ περὶ Ἰαννῆ φημι καὶ Μαμβρῆν, *ut Jannes et Mambres*. Ubi licet Ἰαμβρῆς frequentius sit, quam per *M* Mambres, hoc tamen ferri debet, quia in evangelio apocrypho Nicodemi *Mambres* item legitur, quam scripturam etiam servat MS. codex in bibliotheca Orphanotrophii. Ceterum videatur Fabricius in Codice Apocrypho N. T. de hac voce. Idem MS. codex exhibet *Jamnes* pro *Jannes*; nec piget integrum locum exscribere, quia differt a vulgata lectione apud Fabricium : *et erant ibi curantes medici nomine Jamnes et Mambres, et fecerunt signa, quae fecit Moyses, sed non omnia.* Lectio vulgata habet : *Erant ibi magi Jannes et Mambres, feceruntque et ipsi per incantationes suas signa, quae fecerat Moyses, sed non per omnia.* In MS. illo codice mendum est, ita forte tollendum : *Et erant ibi incantatores magici* cet. Hujus codicis MS. ideo hic feci mentionem, quia dignus est qui cum edito textu Fabricii conferatur, quod et accuratior et plenior scriptura, et multis historiis et narrationibus auctior est libellus. Exemplum ejus rei proferam quaedam ex posterioribus [Pag. 16] foliis, paulo ante finem evangelii hujus, ibi, quae occurrunt, omnia a vulgatis absunt. Inter alia et haec de Simone Mago, cujus in eodem hoc capite Macarii fit mentio : *Antea quidam Samaritanus venerat nomine Symon, in arte magica nimis eruditus, in quo et demonia multa inhabitabant. Qui dicebat, quod ipse passus fuisset, mortuus et sepultus, et tertia die asserebat se resurrexisse. Quae dum Neroni Caesari nunciata fuissent de Iesu Christo, Filio Dei vivi, et omnia, quae de eo erant acta apud Iudaeam, nunciatum est simul ei de Pylato. Qui statim direxit suos milites in Cymerinam civitatem, et Pylatum ad se accersiri praecepit. Et cum ei praesentatus fuisset, narravit Neroni omnia quae de Christo Nazareno dicta sunt, praesentavitque ei discipulos ejus Petrum et Paulum. Ipsi autem apostoli, refutantes Symonem esse Christum, dixerunt Neroni Caesari : Bone imperator, si vis scire, quae gesta sunt de Iudaea, accipe literas hujus Pontii Pylati ad Claudium missas, et tunc omnia cognoscere poteris. Ille autem mittens ad bibliothecam Capitolii, in quo ipsa scripta continebantur. Accepitque easdem literas, et legit eas; et series ita erat : Pontius Pylatus regi Claudio salutem. Nuper.... Et mortuus est* [Nero], *et a lupis devora-*

NOTAE.

(*a*) Sic ap. Semler.; leg. *et*. Ed.

Digitized by Google

tus, quemadmodum per dyaboli artem interpretatus fuerat ei Symon. Hic jam finis evangelii post additam doxologiam. Quae omnia et multa ante haec in vulgato evangelio apud Fabricium absunt. Si quando otium suppeditat, polliceor huic MS. cum edito [Pag. 17] conferendo meam qualemcunque operam. Jam ad Macarium redeo.

CAP. IIII. Καθαπερεὶ τεχμηράμενον τὴν τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας καθαίρεσιν, pro quo videtur legendum esse τεχμαιρόμενον vel τεκμηριούμενον, a τεκμαίρομαι aut τεκμηριόω. Istud vulgatum cujusmodi sit, non interpretor. In eodem adhuc capite : ἐπὶ δὲ τοῦ Κυρίου πρὸς ἀλήθειαν τοῦτο παθεῖν, reddit interpres *a Domino*, quod melius reddidisset *adveniente Domino*. Notissimum enim est, ἐπὶ in his tempus notare.

CAP. VIII. Item errat versio : καὶ γὰρ ὁ τοιοῦτος, ἐν λεπτότητι διὰ τῆς πίστεώς φημι, καὶ τῆς προθυμίας, ἤδη κοινωνεῖ τῷ Θεῷ. Latina habent : *Etenim talis (in tenuitate mea per fidem et confidentiam aio) talis inquam jam Deo communicat ;* quasi essent verba auctoris de se loquentis. Minus autem recte. Vertendum est : *in exiguo*, i. e. quodammodo, *talis jam κοινωνεῖ τῷ Θεῷ propter fidem et desiderium seu promptum animum.* Auctor vult, hanc animi credentis dispositionem, qua exoptat conjunctionem cum Deo, jam esse κοινωνίαν aliqualem, seu, ut statim inferius dicit, talem καθάπερ ἤδη κοινωνεῖ τῷ Θεῷ. Quod ostendit ab exemplo Matth. v, 28, ubi cupido adulterii a Deo reputetur pro ipso adulterio. Et est hoc elegans testimonium antiquitatis de ratione fidei.

Falsa legitur sententia CAP. XI : καὶ γὰρ . . . . ἡ διὰ τοῦ πνεύματος ἁγίου γέννησις εἰκόνα τελειότητος ἔχει ἔν τε τῇ μορφῇ καὶ τοῖς μέλεσιν· οὐ μέντοι δυνάμει, ἢ νῷ, ἢ ἀνδρείᾳ, *non tamen virtute, aut mente, aut fortitudine.* Legendum : . . . *μέλεσιν*, ἢ ἐν τῇ δυνάμει cet.

Vitium similiter esse videtur CAP. XXIII in verbis : δι' ἑνὸς δὲ ὑποδείγματος γνώρισμα [Pag. 18] ἔσται τῷ μετὰ χεῖρας, ubi graeca languent. Legerem. . . . γνωρίσομεν ταῦτα, ὅ ἐστι μετὰ χεῖρας.

In CAP. XXV item mendosa est lectio : τὸ γὰρ ἕκδοτον ἑαυτὸν παρασχεῖν τῷ φίλων αὐτῷ φαίνεται, ἕτερος ὁμιλίας ἐς οὐδὲν δέον. Quae interpres ita explevit : *nam impendere se ipsum amicis vindicandis laus ipsi videtur; alii jucundae sunt confabulationes facetae de nugis scurrilibus.* Quem sensum haec graeca pati non possunt. Tentarem restituere : ὁ ἕτερος ἕκδοτον ἑαυτὸν παρασχὼν τῶν φίλων αὐτῷ, φαίνεται ἑτέρας ὁμιλίας ἐς οὐδὲν δεόμενος, ut auctor ἑτέραν ὁμιλίαν intelligat consuetudinem cum Deo, cujus ista cum aliis improbis amicitia impedimentum sit.

Nec desunt nodi scripturae in CAP. XXVI : ὡς τοῦ ἐμπρησμοῦ ἥσθετο, γυμνὸς ἐκπέφευγε, πάντων ἀμελήσας, καὶ τῆς ἑαυτοῦ μόνης ψυχῆς γενόμενος. Ubi γενόμενος sine sensu est. Nisi aliquid exciderit, legerem ἡγουμένης, *da ihm sein Leben über alles ging.*

A Qui significatus hujus verbi Graecis non insolens est. Ibidem paulo ante finem : εὐθὺς ὡς εἶχε ποδῶν ἐκφυγεῖν, μὴ μελῆσαν αὐτῷ τῶν μηδενός, pro quo forte scribendum : μὴ μελήσαντος αὐτῷ τῶν αὐτοῦ μηδενός. Quia breviter tantum delibare hic ibi quaedam constitui, verto me jam ad.

OPUSCULUM V, *De Elevatione mentis.*

CAP. I. Hic statim primo in capite levis error in graecis ab interprete non cautus est : ὑμεῖς γὰρ, φησὶν, . . . κατοπτριζόμεθα cet. Sunt excitata verba ex Epistola [Pag. 19] Pauli secunda ad Corinth. c. III, 18. Ubi interpres per oscitantiam vix condonandam reddidit : *Vos...* speculantes, cum tam ex συναφείᾳ luculenta, quam ex loco allato scire debuisset legendum esse ἡμεῖς, *nos.*

B Omitto quaedam, et in CAP. VIII : οὕτω φησὶ καὶ ἑκάστῳ τῶν ἱερέων καὶ ἁγίων ὁ Θεὸς ὤφθη scribo τῶν *πατέρων* καὶ ἁγίων. Nam de sacerdotibus nihil tale legimus, et qui sequuntur non sunt sacerdotes. Ne quis dubitet, legit etiam Homilia IV § 13 τῶν ἁγίων πατέρων. Ibidem recensetur Dániel inter Noam et Mosen, pro quo legendum Σαμουήλ; nam Daniel pertinet ad prophetas, de quibus statim dicit : καὶ ἑκάστῳ τῶν προφητῶν.

In fine CAPITIS IX item vitium est : σχολῇ γ' ἂν οἱ ἐκείνῳ τῷ ἀπαθεῖ βληθέντες, ἔρωτί τινι τῶν τοῦ κόσμου καθεκτοὶ γένοιντο. Ubi se male torquet interpres : *An segne otium erit desiderio perturbationis omnis immuni permissis amorem aliquem mundi non cohibendi?* Lego : ὅσῳ μᾶλλον οἱ ἐκείνῳ τῷ πόθῳ C βληθέντες ἔρωτί τε, τῶν τοῦ cet. Ita suadet connexio.

Statim ab initio CAP. XIII est vitium duarum literarum : εἰ τὸ σύνθετον ἐκεῖνο ἔλαιον τοσαύτην ἔχει τὴν δύναμιν, ὡς τοὺς χρησαμένους αὐτῷ. Lege χριομένους ex Homilia XVII, ubi haec omnia occurrunt. In eodem capite occurrit vox rarior τρανός : τρανοῖς καὶ ἀνεπικωλύτοις ὀφθαλμοῖς. Pro qua in Homilia est bona glossa καθαροῖς, quae significatio nec apud veteres est Lexicographos. Hesychius enim *τρανός*, σαφής, ἀληθής. Cyrilli Onomasticon *τρανῶς*, expresse. Haec adeo vox eleganter declaratur per καθαρός et ἀνεπικώλυτος.

OPUSCULUM VI, *De Charitate.*

D Primum CAPUT ostendit lacunam, unde et Pritius aut interpres in margine notat « corruptus videtur locus. » Habet ita : ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ σταυροῦ δυνάμει· τούτοις ἐνεργούμενος ἐν ὑποστάσῃ τοῖς καταξιωθεῖσι ταύτην κτήσασθαι. Videbar mihi itaque restituere. . . . δυνάμει· οὕτως ἐνεργούμενός ἐστιν ὁ περὶ σταυροῦ λόγος τοῖς καταξιωθεῖσι ταύτην [σοφίαν] κτήσασθαι, vel ἐν τοῖς καταξιωθεῖσι, vel δύναμιν. Corruptio ex compendiis scribendi venit.

CAP. III ab initio : οὔπω διακορὴς γίνεται, μᾶλλον τῆς ἐπιθυμίας. Videtur excidisse γίνεται δὲ μᾶλλον, ut γίνεται bis occurrat.

CAP. V occurrit vox μυχοί, in qua Hesychius vitiosus est, *μυχοί*, αἱ καταδύσεις, οἱ ἐνδότατοι καὶ ἀπόκρυφοι τόποι, λιμένες, κοιλότητες, ἴσχατα καὶ τὰ

Digitized by Google

ποιήματα, ἢ τὰ ἐσώτερα μέρη. Τὰ ποιήματα varie A tentant notae doctorum virorum ad Hesychium. Mihi verum videtur ταπεινότατα.

Cap. X : Ἐδείχθη ἐκεῖνα δὴ τὰ θαυμάσια cet. Videtur excidisse : καὶ γὰρ, ἃ ἐδείχθη, cet. Aliter languent graeca. *Καὶ ταῦτα δὴ μὲν ταῦτα.*

HOMILIARUM S. MACARII AEGYPTII

EDITIO PRINCEPS

Cui titulus : *ΤΟΥ ΟΣΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ ΟΜΙΛΙΑΙ ν'. B. Macarii Aegyptii Homiliae quinquaginta. Ex Bibliotheca Regia. Parisiis M. D. LIX. Apud Guil. Morelium, in Graecis typographum Regium. Ex privilegio Regis.* 12°.

Praefationis loco Suidae testimonium prae se fert hocce :

| *ΕΚ ΤΩΝ ΣΟΥΙΔΑ.*

ΜΑΚΑΡΙΟΣ. Δύο ἐγένοντο μακάριοι ὁμώνυμοι καὶ περιβόητοι δι' ἄσκησιν, διὰ βίον, διὰ τρόπον, διὰ τὰ μαθήματα. ὁ μὲν αἰγύπτιος θαυματουργὸς ἦν, καὶ μετὰ τοῦ εὐλαβοῦς πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας αὐστηρός· ὁ δὲ ἀλεξανδρεὺς κατὰ πάντα ὢν παραπλήσιος τῷ αἰγυπτίῳ καὶ ἱλαρός· οὕτως ἱλαρὸς ἦν τοῖς ἐντυγχάνουσι, καὶ τῷ χαριεντίζεσθαι τοὺς νέους ἦγε πρὸς ἄσκησιν. τούτων Εὐάγριος γενόμενος μαθητὴς τὴν δι' ἔργων φιλοσοφίαν ἐκτήσατο, πρότερον λόγῳ μόνῳ φιλόσοφος ὤν· ὃς ἐν Κωνσταντίνου πόλει ὑπὸ Γρηγορίου τοῦ θεολόγου εἰς τὴν τοῦ διακόνου προεχειρίσθη τάξιν. ἀλλὰ καὶ ἐς τὴν Αἴγυπτον κατελθὼν, καὶ τοῖς προλεχθεῖσιν ἐντυχὼν ἀνδράσι, τὸν ἐκείνων βίον ἐζήλωσε. τούτῳ βιβλία ἄγαν σπουδαῖα συγγέγραπται· ὧν τὸ μὲν μοναχὸς ἢ περὶ πρακτικῆς ἐπιγέγραπται· τὸ δὲ γνωστικὸς ἢ περὶ τῶν καταξιωθέντων γνώσεως· κεφάλαια δὲ αὐτοῦ πεν | τήκοντα· τὸ δὲ ἀντιῤῥητικὸν πρὸς τοὺς πειράζοντας δαίμονας, ἐν ὀκτὼ διῃρημένον μέρεσι, κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ὀκτὼ λογισμῶν· καὶ ἑξακόσια προγνωστικὰ προβλήματα· καὶ στιχηρὰ β'· ἐν πρὸς τοὺς ἐν κοινοβίοις ἢ συνοδίαις μοναχούς· καὶ ἓν πρὸς τὴν παρθενίαν. καί φησι κατὰ λέξιν οὕτως· ἀναγκαῖον τὰς ὁδοὺς τῶν προοδευσάντων μοναχῶν ὀρθῶς διερωτᾷν, καὶ πρὸς αὐτὰς κατορθοῦσθαι· πολλὰ γάρ ἐστιν ὑπ' αὐτῶν τὰ ῥηθέντα καὶ πραχθέντα καλῶς· ἐν οἷς καὶ τοῦτό τις ἔφησε, τὴν ξηροτέραν καὶ ἀνώμαλον δίαιταν, ἀγάπῃ συζευχθεῖσαν, θᾶττον διάγειν τὸν μοναχὸν εἰς ἀπάθειαν.

[Sequuntur Homiliae graece pagg. 1-567. In fine libri legitur : *Excudebat Guil. Morelius in graecis typographus Regius M. D. LIX.*]

JOANNIS PICI PRAEFATIO

AD VERSIONEM LATINAM HOMILIARUM S. MACARII AEGYPTII

Quam edidit hoc titulo :

S. Patris Macarii Aegyptii Homiliae quinquaginta, interprete Joanne Pico, in Senatu Pariensi classium inquisitoriarum praeside. Parisiis M. D. LIX. Apud Guil. Morelium in Graecis typographum Regium. Ex privilegio Regis. 12°.

—

Joannes Picus, in senatu Parisiensi Classium inquisitoriarum Praeses, piis omnibus Christi et Ecclesiae sanctae cultoribus Salutem.

Quam antiqua sit et illustris anachoretarum ac monachorum origo, declarat inprimis beati Joannis Baptistae solitaria conversatio, quam Evangeliorum libro descriptam habemus; declarant secundo loco monimenta, quae nobis reliquerunt Apostolorum discipuli et eorum coaevi philosophi, cujus generis exstitit Philo philosophus et orator clarissimus, qui sanctorum Petri Marcique apostolorum temporibus floruit; declarant postremo auctores Historiae ecclesiasticae, rerumque divinarum doctores et interpretes : quos introducere loquentes malo, quam sermonem meum illis affingere, quoniam in ea tempora incidimus, quibus omne, quantumvis verum, oppugnatur, nec creditur a plerisque nisi quod lubet et arridet. Deprompamus ergo primum quaedam ex libro beati Dionysii Apostolorum discipuli de Ecclesiastica hierarchia I (*a*) : « Ἡ δὲ τῶν τελουμένων ἁπασῶν ὑψηλοτέρα τάξις, ἡ τῶν μοναχῶν ἐστιν ἱερὰ διακόσμησις, πᾶσαν μὲν ἀποκεκαθαρμένη κάθαρσιν, ὁλικῇ δυνάμει, καὶ παντελεῖ τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν ἀγνότητι, πάσης δὲ, ὅσης θε-

NOTAE.

(*a*) Cap. 6 de ordinibus qui initiantur.

Digitized by Google

μιτὸν αὐτῇ θεωρεῖν, ἱερουργίας ἐν νοερᾷ | θεωρίᾳ καὶ κοινωνίᾳ γεγενημένη, καὶ ταῖς τῶν ἱεραρχῶν τελειωτικαῖς δυνάμεσιν ἐγχειριζομένη, καὶ ταῖς ἐνθέοις αὐτῶν ἐλλάμψεσι καὶ ἱεραρχικαῖς παραδόσεσιν ἐκδιδασκομένη τὰς ἐποπτευθείσας τῶν κατ' αὐτὴν ἱερῶν τελετῶν ἱερουργίας, καὶ πρὸς τῆς ἱερᾶς αὐτῶν ἐπιστήμης ἀναλόγως εἰς τελειοτάτην ἀναγομένη τελείωσιν. ἔνθεν οἱ θεῖοι καθηγεμόνες ἡμῶν ἐπωνυμιῶν αὐτοὺς ἱερῶν ἠξίωσαν, οἱ μὲν θεραπευτάς, οἱ δὲ μοναχοὺς ὀνομάσαντες, ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ καθαρᾶς ὑπηρεσίας καὶ θεραπείας, καὶ τῆς ἀμερίστου καὶ ἐνιαίας ζωῆς, ὡς ἑνοποιούσης αὐτοὺς ἐν ταῖς τῶν διαιρετῶν ἱεραῖς συμπτύξεσιν, εἰς θεοειδῆ μονάδα καὶ φιλόθεον τελείωσιν. διʼ ὃ καὶ τελεστικὴν αὐτοῖς ἐδωρήσατο χάριν ἡ ἱερὰ θεσμοθεσία, καί τινος αὐτοὺς ἠξίωσεν ἀφιερωτικῆς ἐπικλήσεως οὐχ ἱεραρχικῆς, ἐκείνη γὰρ ἐπὶ μόναις γίγνεται ταῖς ἱερατικαῖς τάξεσιν, ἀλλ' ἱερουργικῆς, ὑπὸ τῶν ὁσίων ἱερέων τῇ ἱεραρχικῇ τελετουργίᾳ δευτέρως ἱερουργουμένης.

Μυστήριον μοναχικῆς τελειώσεως.

Ὁ μὲν ἱερεὺς ἕστηκεν ἐπίπροσθε τοῦ θείου θυσιαστηρίου, τὴν μοναχικὴν ἐπίκλησιν ἱερολογῶν· ὁ δὲ τελούμενος ὀπίσω τοῦ ἱερέως ἕστηκεν, οὐκ ἄμφω τὼ πόδε κλίνων, οὐχ ἕνα τοῖν ποδοῖν, οὐκ ἐπὶ κεφαλῆς ἔχων τὰ θεοπαράδοτα λόγια, μόνον δὲ τῷ ἱερεῖ παρεστὼς ἱερολογοῦντι τὴν ἐπ' αὐτῷ μυστικὴν ἐπίκλησιν. τελέσας δὲ αὐτὴν ὁ ἱερεὺς, ἐπὶ τὸν τελούμενον ἐλθὼν, ἐπερωτᾷ πρῶτον αὐτὸν, εἰ πάσαις ἀποτάσσεται ταῖς διαιρεταῖς οὐ μόνον ζωαῖς, ἀλλὰ καὶ φαντασίαις. εἶτα τὴν τελειοτάτην αὐτῷ ζωὴν ὑφηγεῖται, μαρτυρούμενος, ὅτι χρὴ τῆς μέσης αὐτὸν ὑπερανεστηκέναι. ταῦτα δὲ πάντα τοῦ τελουμένου προσεχῶς ὁμολογήσαντος, τῷ σταυροειδεῖ τύπῳ σφραγισάμενος αὐτὸν ὁ ἱερεὺς, ἀποχείρει, τὴν τρισσὴν τῆς θείας μακαριότητος ἐπιβοήσας ὑπόστασιν, καὶ τὴν ἐσθῆτα πᾶσαν ἀπαμφιέ | σας, ἑτέραν ἀμφιέννυσι, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ἱερῶν ἀνδρῶν ὅσοι πάρεισιν, ἀσπασάμενος, αὐτὸν κοινωνὸν ἀποτελεῖ τῶν θεαρχικῶν μυστηρίων. τὸ μηδένα τοῖν ποδοῖν κλίνειν, μηδὲ ἐπὶ κεφαλῆς ἔχειν τὰ θεοπαράδοτα λόγια, παρεστάναι δὲ τῷ ἱερεῖ τὴν ἐπίκλησιν ἱερολογοῦντι, δηλοῖ τὴν μοναχικὴν τάξιν οὐκ εἶναι προσαγωγικὴν ἑτέρων, ἀλλ' ἐφ' ἑαυτῆς ἑστῶσαν ἐν μοναδικῇ καὶ ἱερᾷ στάσει, ταῖς ἱερατικαῖς ἑπομένην τάξεσι, καὶ πρὸς αὐτῶν ὡς ὀπαδὸν ἐπὶ τὴν θείαν τῶν κατ' αὐτὴν ἱερῶν ἐπιστήμην εὐπειθῶς ἀναγομένην. ἡ δὲ τῶν μεριστῶν οὐ μόνον ζωῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ φαντασιῶν ἀποταγὴ τὴν τελειοτάτην ἐμφαίνει τῶν μοναχῶν φιλοσοφίαν, ἐν ἐπιστήμῃ τῶν ἑνοποιῶν ἐντολῶν ἐνεργουμένην. ἔστι γὰρ, ὡς ἔφην, οὐ τῆς μέσης τῶν τελουμένων τάξεως, ἀλλὰ τῆς πασῶν ὑψηλοτέρας. διʼ ὃ καὶ πολλὰ πρὸς τῆς μέσης τάξεως ἀκατακρίτως ἐνεργουμένων ἀπείρηται τρόπῳ παντὶ τοῖς ἐνιαίοις μοναχοῖς, ὡς πρὸς τὸ ἓν αὐτῶν ὀφειλόντων ἑνοποιεῖσθαι, καὶ πρὸς ἱερὰν μονάδα συνάγεσθαι, καὶ πρὸς τὴν ἱερατικὴν, ὡς θεμιτὸν, ἀπομορφοῦσθαι ζωὴν, ὡς τὸ συγγενὲς αὐτῆς ἔχουσαν ἐν πολλοῖς, καὶ μᾶλλον αὐτῇ παρὰ τὰς λοιπὰς τῶν τελουμένων τάξεις πλησιάζουσαν. ἡ δὲ τοῦ σταυροειδοῦς τύπου σφραγὶς, ὡς ἤδη παρʼ ἡμῶν εἴρηται, δηλοῖ τὴν πασῶν ὁμοῦ τῶν σαρκικῶν ὀρέξεων ἀνενεργησίαν. ἡ δὲ τῶν τριχῶν ἀπόκαρσις ἐμφαίνει τὴν καθαρὰν καὶ ἀσχημάτιστον ζωὴν, οὐκ ἐπιπλάστοις σχήμασι τὸ κατὰ νοῦν δυσειδὲς ἐπιθετικῶς καλλωπίζουσαν, ἀλλʼ αὐτὴν ἐφʼ ἑαυτῆς οὐκ ἀνθρωπικοῖς κάλλεσιν, ἀλλʼ ἐνιαίοις καὶ μοναχοῖς εἰς τὸ θεοειδέστατον ἀναγομένην. ἡ δὲ τῆς προτέρας ἐσθῆτος ἀποβολὴ, καὶ τῆς ἑτέρας λῆψις, τὴν ἀπὸ μέσης ἱερᾶς ζωῆς ἐπὶ τὴν τελειοτέραν μετάταξιν ἐμφαίνει, καθάπερ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς θεογενείας ἡ τῆς ἐσθῆτος ἀμείψις ἐδήλου τῆς ἀποκαθαιρομένης ζωῆς | εἰς θεωρητικὴν καὶ σοφιστικὴν ἕξιν ἀναγωγήν. εἰ δὲ καὶ νῦν ὁ ἱερεύς τε καὶ πάντες ὅσοι πάρεισιν ἱεροὶ τὸν τετελεσμένον ἀσπάζονται, τὴν ἱερὰν τῶν θεοειδῶν ἐννόησον κοινωνίαν, ἀγαπητικῶς ἐν εὐφροσύνῃ θείᾳ συνηδομένων ἀλλήλοις. ἐν τέλει δὲ πάντων ὁ ἱερεὺς ἐπὶ τὴν θεαρχικὴν κοινωνίαν καλεῖ τὸν τετελεσμένον, ἐμφαίνων ἱερῶς, ὡς ὁ τελεσθεὶς, εἴπερ ἀληθῶς ἐπὶ τὴν μοναχικὴν ἀφίκοιτο καὶ ἐνιαίαν ἀναγωγὴν, οὐ θεωρητικὸς μόνον ἔσται τῶν κατʼ αὐτὸν ἱερῶν, οὐδὲ κατὰ μέσην τάξιν ἐπὶ τὴν κοινωνίαν ἥξει τῶν ἱερωτάτων συμβόλων, ἀλλὰ μετὰ θείας τῶν ὑπʼ αὐτοῦ μετεχομένων ἱερῶν γνώσεως, ἑτέρῳ τρόπῳ παρὰ τὸν ἱερὸν λαὸν ἐπὶ τὴν μετάληψιν ἥξει τῆς θεαρχικῆς κοινωνίας. »

Quae sic vertit Perionius.

« Summus vero eorum omnium, qui initiantur et perficiuntur, ordo est sanctorum monachorum, cum et omni piaculo, tota vi omnique actionum suarum sanctimonia expiatus sit, et omnis mysterii, quod quidem ei fas sit aspicere, spiritalis spectator particepsque sit factus traditusque perficienti pontificum ordini, ac divinis eorum illustrationibus pontificiisque institutis discat sanctorum mysteriorum, quae eum attingunt, sacra quae aspexerit, atque sancta eorumdem scientia pro modo suo ad summam perfectionem virtutemque efferatur. Hinc divini praeceptores nostri sanctis eos nominibus appellari voluerunt, alii cultorum, alii monachorum, a puro Dei famulatu et cultu, individuaque ac singulari vita, quippe quae eos unum faciat sanctis rerum dividuarum coniunctionibus, ad divinam unionem Deoque gratam perfectionem adipiscendam. Itaque perficiendi eis munus sancta lex concessit, dignataque est eos invocatione quae vim consecrandi | habet, non pontificia quidem, ea enim est tantum penes sacerdotum ordines, sed sacerdotali, quae a sanctis sacerdotibus secundo a pontificio munere loco adhibetur.

Mysterium monasticae consecrationis.

Sacerdos quidem stat ante divinum altare, precationem quae monachos attingit recitans ac pronuncians; is autem, qui consecratur et initiatur, stat post sacerdotem, nec utrumque genu flectit nec alterum, nec

Digitized by Google

caput habet suppositum divinis libris, sed tantum praesto est sacerdoti qui mysticam precationem in ipso recitat. Sacerdos vero ea perfecta, cum ad eum qui initiatur venit, illum rogat primum, num remittat nuntium non solum dividuis distinctisque vitis, verum etiam visionibus; deinde perfectissimam ei vitam exponit, hoc pro testimonio dicens, eum mediam vitam superare ac transilire oportere. Quae ubi omnia is qui initiatur continenter professus est se esse facturum, sacerdos signo crucis eum consignatum tondet, appellans tres personas divinae beatitudinis; omnique veste detracta eum alia induit, et eum aliis sanctis viris qui adsunt, cum eum salutavit, participem facit divinorum mysteriorum.

Contemplatio.

« Quod neutrum genu flectit, neque habet caput divinis libris subiectum, praestoque est sacerdoti precationem recitanti, declarat, monachorum ordinis non esse alios deducere, sed in se ac per se perstare in singulari sanctoque statu, sacerdotum ordines assectantem, et ab eis ad divinam sacrorum quae illum attingunt scientiam facile traduci. Divisarum autem diversarumque non solum vitarum, sed etiam visionum ut ita | dicam abrenunciatio perfectissimam monachorum philosophiam significat, quae in praeceptorum, quae unum faciunt, scientia vim et efficacitatem habet. Est enim, ut dixi, non medii eorum qui initiantur ordinis, sed summi omnium. Itaque multa eorum, quae impune ac sine improbatione a medio ordine geruntur, omni ratione singularibus monachis interdicta sunt; quippe qui cum uno coniungi debeant et cum sacra monade colligi atque ad sacerdotum vitam, quantum licet, formari; quod ei ordini in multis ordo ille similis sit, et unus ex omnibus ordinibus eorum qui initiantur, ad eum proxime accedat. Signum vero figurae crucis, ut iam a nobis dictum est, declarat universarum ad corpus pertinentium cupiditatum privationem. Capillus autem tonsus puram nullaque figura fucatam vitam indicat, quae non fictarum figurarum aut colorum inductione deformitatem mentis ornet, sed per seipsam non humana pulchritudine, verum singulari et unica ad divinam excitet. Prioris vero vestis detractio et alterius inductio significat a media sancta vita ad perfectiorem traductionem : quemadmodum in ortu a Deo sive baptismo vestis vicissitudinem ac mutationem a vita quae expiabatur ad contemplationis sapientiaeque statum et habitum migrationem significare dicebamus. Quod si nunc etiam et sacerdos et omnes sancti qui intersunt eum qui initiatus est consalutant, intellige sanctam eorum qui divinitatem imitantur societatem, amanter cum divina laetitia inter se gratulantium. Postremo sacerdos ad divinam communionem invitat eum qui initiatus est, sancte indicans illum qui | consecratus est : si vero ad monachorum institutum, quod singulare est, pervenerit, non solum spectatorem sacrorum quae ei permissa sunt fore, nec ritu medii ordinis in sanctissimorum sacramentorum societatem communionemque venturum, sed cum divina eorum sacrorum quae percepit cognitione, alio quam sanctus populus modo venturum esse ad divinae societatis adeptionem et perceptionem. » Philo vero de eorumdem ortu scripsit hunc in modum 1 (*a*): « Postquam de Essaeis disseruimus, qui vitam activam exercent, omnibus, aut, quod minus invidiosum dictu est, plerisque felicius ordo postulat, ut deinceps dicamus quae dicenda sunt de contemplationi deditis. Non debet enim huiusmodi virorum virtus eximia causam praebere silentii his qui nihil honestum putant tacendum dissimulandumque. Institutum autem huius philosophiae mox apparet ex ipsis appellationibus; vocantur enim *therapeutae*, *therapeutridesque*, hoc est curatores et curatrices, sive cultores et cultrices, vero nomine, vel quia profitentur medicinam praestantiorem ista vulgata per omnia oppida ; haec enim medetur solis corporibus, illa et animas liberat morbis gravibus et adversus medelas contumacibus, quos inflixerunt voluptates, concupiscentiae, dolores, timores, avaritiae, insipientiae, iniustitiae et ceterae perturbationes et vitiorum agmen innumerabile; vel quia didicerunt a natura et e sacris legibus colere illud *Ens* et bono melius et uno sincerius et unitate in generando antiquius atque, ut ita dicam, principalius. Horum pietati quos tandem merito comparabimus? » Et paucis interiectis : « At | illud hominum genus therapeuticum semper in divinitatis contemplatione proficiet, etiam sole hoc sensibili praeterito, nec unquam suum ordinem deseret tendentem ad felicitatem perfectissimam. Huic vitae instituto qui se addicunt, non ex more aut rogati id faciunt, sed amore correpti rerum caelestium, et quasi divino furore perciti, donec ad contemplationem illam desideratissimam perveniant. Deinde prae immortalis beataeque vitae cupidine quasi iam hac mortali defuncti, facultates suas relinquunt liberis aut cognatis, ultro eis possessione cedendo : atque etiam sociis et amicis, si cognati desint. Oportet enim, ut qui perspicaces divitias adeptus est, caecas illas relinquat mentibus caecutientibus. » Nec multo post : « Relictis igitur facultatibus et avocamentis omnibus fugiunt, nulla habita ratione fratrum, liberorum, parentum, uxorumque, et deserunt numerosas cognationes, societates, amicitias, ipsas denique patrias, in quibus geniti educatique sunt. Quando quidem consuetudo magnum momentum habet ad allectandos animos. Demigrant autem non in aliam civitatem, sicut servi, qui se vendi aliis heris impetrant miseri, ut qui servitutem mutant, non effugiunt. Quaevis enim civitas, vel optimis ornata legibus, plena est tumultu plurimo,

NOTAE.

(*a*) Lib. De vita contemplativa sive supplicum virtutibus.

Digitized by Google

quem nemo sapientiae sectator sustineat. Sed extra moenia degunt in hortis aut villis solitariis, amantes solitudinem, non hominum odio, sed ad cavendos congressus cum dissimilibus, quos sciunt bonis moribus officere. Hoc genus reperitur in multis orbis regionibus, merito, ut absolutae probitatis, receptum a Graecis atque Barbaris. Maxime tamen | in Aegypto frequentatur per praefecturas singulas, praesertim circum Alexandriam. Ex omnibus autem locis optimus quisque therapeutarum, tamquam in huius generis patriam, colonus mittitur in locum quendam aptissimum, situm ad stagnum Mariam, in terreno colle acclivi leviter, tutum simul ab aeris temperie. Securitatem enim ei praestant villae vicique proximi; aerem vero temperat emissarium stagni exonerantis se in mare, et aurae nunquam non ex alto aspirantes tenuiter, sicut crassiores feruntur e stagno, quibus permixtis temperamentum existit saluberrimum. Domicilia vero convenarum sunt admodum frugalia, parata contra aestum tantummodo et frigora, non contigua ut in urbibus, non enim placet id amantibus solitudinem, nec tamen longe remota, quia societatem diligunt, ut sibi possint invicem succurrere adversus latronum incursus fortuitos. Singuli autem habent sacras aediculas quae σεμνεῖα vocant sive monasteria, ubi solitarii sanctae vitae mysteriis dant operam. Nec cibi potusve quicquam eo inferunt, aliudve in usum corporis, sed legem tantum et prophetarum oracula divinitus prodita hymnosque et quaedam alia pietati scientiaeque promovendae utilia. Itaque perpetuam habent Dei memoriam, ut ne in somnis quidem aliud eis obversetur quam imagines divinarum pulchritudinum. Et sunt in his qui somniando produnt praeclaras sacrae philosophiae sententias. Quotidie bis precari solent, mane ac sub vesperam: oriente sole petentes diem vere felicem, utque mentes eorum caelesti repleantur lumine; occidente vero, ut anima in totum exonerata | sensibus moleque rerum sensibilium veritatem vestiget in consistorio domestico. Medium vero matutini vespertinique temporis interstitium totum meditationi tribuitur. Versantes enim sacra volumina dant operam philosophiae per manus acceptae a maioribus, scrutando eius allegorias, quoniam sub apertis verbis latere credunt secreta naturae, coniecturis explicanda probabilibus. Habent etiam priscorum commentarios, qui huius sectae auctores multa monumenta reliquerunt de allegoriis eiusmodi, ad quorum imitationem posteri se accommodant. Itaque non solum contemplantur, sed etiam cantica hymnosque in Dei laudem componunt, vario metrorum carminumque genere rhythmis concinnatos in augustiorem ac religiosam speciem. Per sex dies seorsum quisque in suis illis modo dictis monasteriis philosophantur, non progredientes foras, immo ne prospicientes quidem. Septima vero conveniunt in coetum communem, et iuxta aetatis ordinem considunt decenti habitu, manus continentes sub pallio, dextram inter pectus barbamque, sinistram applicant lateri. Tum progressus in medium natu maximus et dogmatum eius sectae peritissimus disserit vultu ad gravitatem composito, voce moderata, non sine magna prudentia, secus quam oratores aut aetatis nostrae sophistae ostentatores eloquentiae: ut cui magis cordi sunt exquisitae sententiae diligensque et accurata harum enarratio, quae non summis insidat auribus, sed per auditum penetret in animum ibique firmiter inhaereat. Reliqui omnes auscultant per summum silentium, annutantes oculis tantum aut capite. Id commune σεμνεῖον, in quod | septimo die conveniunt, septo clauditur duplici, separatis virorum et mulierum coetibus. Nam mulieres quoque auscultant ex more, duntaxat quae institutum idem sectantur. Medius autem paries a solo surgit tribus quatuorve cubitis in modum loriculae; superiora usque ad tectum patent. Unde gemina provenit commoditas, et quod pudori foeminei sexus consulitur, et quod verba doctoris exaudiuntur facile absque obstaculis quae vocem intercipiant. Temperantiae tanquam fundamento in anima iacto virtutes ceteras superstruunt. Nec cibum nec potum quisquam sumit ante solis occasum, quod sapientiae studium luci convenire iudicent, tenebris vero curam corporis. Ideo totos dies alteri, alteri vero exiguam noctis partem tribuunt. Nonnulli ex his vix tertio quoque die famem sentiunt, attenti magis ad disciplinarum scientiam. Nec desunt, qui praelaute accepto epulo sapientiae copiose praebentis sua placita, perdurant duplum eius temporis, et vix sexto die degustant cibum necessarium, assueti sicut cicadae rore vivere, canticis, opinor, solantes inediam. Septimum vero diem, ut festum sacratumque, honore dignantur eximio; quo post curam animi corpus quoque reficiunt, sicut iumento relaxantes laborem continuum. In cibatu utuntur pane simplici; sal vicem supplet obsonii; qui delicatiores sunt, hyssopum pro condimento adiiciunt. Potum e fluentis hauriunt, contenti placare dominas a natura mortalibus additas, famem sitimque, absque omnibus lenociniis, fruendo rebus sine quibus non licet vivere. Edunt igitur ne esuriant, bibunt ne sitiant, saturitatem cavendo ut inimi | cam animo pariter ac corpori. Et quoniam tegminis quoque duae sunt species, vestis tectumque, de aedibus iam dixi, esse incultas et extemporaneas, factas ad praesentem usum tantummodo. In veste autem eadem apparet simplicitas, ad arcendos calores et frigora, pro pelliceis crassa tunica in hyeme, aestate vero exomis aut interula linea. In universum enim exercent modestiam, ut fontem veritatis, sicut e fastu mendacium prognatum autumant. Profluunt enim e mendacio variae malorum species; contra ex veritate omnium felicitatum humanarum divinarumque copia. » Deinde quibusdam interiectis haec ait: « Ubi vero convenere candidati et laeti cum summa gravitate ad signum datum a quopiam ephemereuta—sic huiusmodi ministros nominant—priusquam discumbant, stantes una serie decenter, sublatisque ad caelum manibus atque oculis: his quoniam didicerunt spectare caelestia,

Digitized by Google

illis utpote incorruptis a muneribus et quaestu illicito : precantur, ut Deo placeat id convivium. Absolutis precibus seniores discumbunt, ac mox alii pro cuiusque dignitate. Nec enim seniores ex annis aestimant, sed quantumvis grandaevos habent pro pueris, si sero institutum hoc complexi sunt; honorem vero senectutis tribuunt his qui exercuerunt se a iuventute in hac pulcherrima divinaque parte contemplativae philosophiae. Adhibentur mensae foeminae quoque, anus pleraeque, sed virgines, non coactae castitatis, sicut apud Graecos quaedam sacrificulae, sed sponte continentes prae amore sapientiae, cuius studio per totam vitam contempserunt voluptates corporis, nimirum divinae, non mortalis, prolis cupidae, quam solae Deo | charae animae ex seipsis pariunt, excipientes pro semine intelligibiles Patris radios, ut decreta sapientiae contemplando percipere valeant. Discubitus ita distribuitur, ut seorsum viri dextrum latus, seorsum foeminae sinistrum teneant. Quod si quis suspicatur, lectisternia etsi non sumptuosa, certe molliuscula parari hominibus ingenuis et philosophiae deditis, sciat esse tegetes rudes e vili contextas materia, videlicet e papyro indigena, sic humi aggestas, ut eminendo fulciant cubitos. Remittunt enim paululum illam laconicam disciplinae duritiam, semper et ubique probantes liberalem frugalitatem, totis viribus aversando voluptatis illecebras. » Et paulo post : « Vinum per illos dies non praebetur, sed aqua limpidissima, ceteris frigida, calida vero his qui inter seniores tractantur delicatius. Mensa pura est a cruentis dapibus. Pro cibo panis apponitur, sal pro obsonio, et pro condimento hyssopus in delicatorum gratiam. Operantur enim ut sacerdotes sacris abstemiis, tota victus ratione castigata ad eandem frugalitatem. Nam vinum habent pro veneno afferente dementiam, opiparis autem obsoniis aiunt irritari concupiscentiam, belluam insaturabilem. Haec sunt exordia convivii. » Et post pauca subditur : « Enarrationes autem sacrarum literarum constant ex allegoriis. Nam hi viri totam legem existimant habere animalis similitudinem, quod praeceptа corpus referant, animam vero sententiae retrusiores sub velamine verborum abditae. In quibus rationalis anima egregie seipsam contemplatur tanquam in speculo, sub his ipsis verbis miram sententiarum pulchritudinem conspiciens et explicans e figu | rarum involucris, atque ita penitiorem intellectum in lucem producens duntaxat apud eos, qui per occasionem admoniti sciunt obscura ex apertis colligere. Ubi vero praeses visus est rem bene tractando satisfecisse auditorum desiderio, plausus propalam editur ab omnibus. Tum ille assurgens hymnum in laudem Dei primus canit, aut recens a se compositum, aut desumptum ab aliquo vatum veterum. Exstant enim huius generis carmina prisca, versu trimetro, et hymni cum suis accentibus inter sacra canendi ante altaria, vel a stantibus, vel a choreas ducentibus moderatas variis flexibus atque reflexibus. Praesulem mox imitantur ceteri decenti ordine, omnibus intente quieteque auscultantibus, praeterquam in fine hymni extremaque clausula. Tunc enim universi vocem extollunt, sine sexus discrimine. » Ista sunt Philonis verba. Quae quantum ad religionem christianam et ecclesiasticum ordinem faciant, liquido declarat Eusebius Caesariensis Historiae Ecclesiasticae libro secundo. Qui quidem horum θεραπευτῶν ducem affirmat esse beatum Marcum apostolum et evangelistam, primum Alexandriae episcopum, Philonemque ecclesiasticae institutionis initia et originem apostolicae atque etiam evangelicae traditionis eidem Supplicum libro intexuisse, sic scribens[1] : « Marcum hunc primum aiunt ad Aegyptum missum, evangelium illic, quod et conscripserat, praedicasse, primumque ecclesias Alexandriae constituisse. Tanta autem ibi credentium virorum ac mulierum multitudo prima accessione per exercitium philosophicum admodum ac diligentissimum collecta est, ut exercitia eorum, conventus, symposia, et universam re | liquam vitae conversationem Philo literis mandare dignatus sit. Fertur etiam hic Philo Romae sub Claudio ad colloquium Petri Romanis tum praedicantis venisse. Neque hoc vero dissimile est. Commentarius enim ille, quem tandem ab eo posterioribus temporibus elaboratum esse dicimus, Ecclesiae canones, qui ad haec nostra usque tempora servantur, manifeste continet. Imo quoniam vitam etiam religiosorum nostrorum quam fieri potuit accuratissime descripsit, satis manifestum relinquitur, non modo vidisse eum viros illos apostolicos sui temporis ex Hebraeis, ut vero simile est, profectos, ob eamque causam priscorum ritum adhuc more Judaeorum observantes, sed et probasse, divinosque et honestos iudicasse. Cum primis et hoc liquet, quod nihil ultra veritatem aliunde aut ex seipso his, quae scribere conatus fuit, adiicere volens in eo libro, quem de vita contemplativa aut de precantibus inscripsit, cultores eos, et mulieres, quae cum eis erant, cultrices vocari dixerit, causamque appellationis huius adiecerit, aut quod animos accedentium a passionibus malitiae instar medicorum liberantes curaverint ac sanaverint, vel quod caeleste numen mundo cultu sinceraque religione venerati sint. Sive igitur hanc illis appellationem de suo ob praedictas causas imposuit, nomenque virorum istorum proprie hoc pacto descripsit, sive statim initio vere sic vocati sint, cum Christianum nomen haudquaquam tum quovis loco celebraretur, non est necesse ut contendamus. Hoc tamen cum primis testatur, quod facultatibus suis renunciarint, ac bonis ad se pertinentibus cesserint hi qui philosophari coepissent; deinde et a cun | ctis vitae huius curis abstinuerint, relictisque muris in agris et hortis solitarie conversati sint, certo scientes consortia eorum, qui disparem sequebantur vivendi rationem, inutilia et noxia esse illis qui tum temporis hoc, ut par erat, agebant, ut

[1] Lib. II cap. 16 sq.

Digitized by Google

alacri ferventique fide eos imitarentur qui propheticam vitam ducebant. Etenim et in Actis apostolorum [1], de quibus nihil est dubii, hoc memoratur, quod omnes Apostolorum discipuli possessiones ac facultates suas divenditas cunctis distribuerint, iuxta quod cuiusvis exigebat necessitas, ita ut nemo prorsus inter eos egeret. Quotquot enim, sicut ipsa verba habent, possessores erant agrorum aut aedium, vendiderunt, ac pretium distractorum bonorum afferentes ad pedes Apostolorum ponebant, ad hoc, ut singulis secundum cuiusvis necessitatem expenderetur. Consimilia istis praedictus Philo testificatus, ad verbum subiicit dicens : « Est autem in multis quidem terrarum locis hoc genus hominum ; oportebat enim perfecti boni participes fieri tam Graecos quam Barbaros : verum in Aegypto in singulis praefecturis, sicuti vocant, abundat, et maxime circa Alexandriam. Undique autem optimus quisque velut in patriam, ita in cultorum coloniam ad commodissimum locum, qui lacui Mariae in tumulo submissiore adiacet, admodum opportune propter securitatem aerisque temperiem sese recipit. » Deinde et habitationes eorum, quales illae fuerint, describens, de ecclesiis eius regionis haec dicit : « In singulis autem sacrum domicilium est, quod σεμνεῖον et monasterion vocatur ; in quo manentes, honestae ac sanctae vitae mysteria celebrant, nihil illo inferentes, | nec potum, nec cibum, neque aliud quidquam eorum quae ad corporis sunt sustentationem necessaria, sed leges et oracula prophetarum et hymnos ac reliqua huiusmodi, quibus scientia et pietas augescunt et consummantur. » Et aliquanto post dicit : « Totum autem illud temporis spacium, quod a diluculo est usque ad vesperam, in exercitium illis insumitur. Sacras quippe Scripturas legentes philosophantur, ac patriam philosophiam allegorice tractant. Etenim putant ea, quae in manifesta sunt Scripturarum expositione, quaedam esse absconditae naturae symbola per figuras significata. Habent et commentarios priscorum virorum, qui cum haereseos ipsorum duces essent, multa in forma rerum allegorice traditarum post se monumenta reliquerunt, quibus tanquam archetypis usi propositi illorum imitantur rationem. » Haec igitur ita videntur ab hoc viro dicta, ut appareat, illum eorum fuisse auditorem, qui sacras Scripturas exposuerunt. Vero simile autem est, commentarios illos priscorum virorum, quos apud eos fuisse dicit, esse Evangelia et Apostolorum scripta, et quasdam antiquorum prophetarum expositiones, quales cum ea, quae ad Hebraeos est, tum aliae plures epistolae Pauli continent. Denique et de eo, quod de novo psalmos composuerint, ad hunc modum scribit : « Itaque non modo divina contemplantur, sed et cantica et hymnos ad Deum sacratioribus omnis generis metrorum et carminum rhythmis graviter construunt. » Et alia quidem multa de illis, quorum hic mentionem facimus, in eo libro disserit. Verum illa visa sunt necessario deligenda, per quae certas ecclesiasticae conversa | tionis notas posuit. Quod si cuipiam ea quae, dicta sunt, non proprie ad evangelicam pertinere politiam, sed et aliis praeter dictos cultores adaptari posse videntur, credat saltem his illius verbis quae subiiciemus, ex quibus indubitatum, si aequo sit animo, hac de re testimonium reportabit. Sic enim scribit : « Continentiam autem primum tanquam fundamentum quoddam in anima collocant, deinde et alias virtutes superstruunt. Cibum aut potum nemo illorum ante solis occasum usurpat. Etenim philosophiae studium luce, corporis vero necessitates tenebris dignas esse iudicant ; unde et diem illi, istis vero modicam noctis partem tribuunt. Nonnulli ex eis toto triduo cibi non recordantur, quibus maius scientiae quam cibi desiderium insedit. Nonnulli ita laetantur ac delectantur sapientia pasci, quae dogmata opulente et abunde subministrat, ut duplicato temporis spatio abstineant, ac vix per sex dies necessario cibo gustantes vescantur. » Haec Philonis verba clare et absque ulla contradictione de nostris esse dicta putamus. Si vero adhuc quisquam obfirmate contradixerit, vel sic sibi persuaderi sinat, ut clarioribus demonstrationibus credat, quas non apud alios quosdam nisi solam Christianorum secundum Evangelium religionem invenire licet. Dicit enim, apud eos, de quibus loquitur, mulieres quoque reperiri, quarum pleraeque grandaevae virgines castitatem non necessitate, sicut quaedam sacerdotes apud gentes, magis quam sponte sua propter zelum ac desiderium sapientiae custodiant, cuius commercium studiose colentes, corporum voluptates, im | mortalium liberorum, quos solus amans Dei animus ex se gignere potest, non mortalium cupidae aspernentur. Deinde subsecutus clarius ista exponit : « Interpretationes autem, » inquit, « sanctarum Scripturarum allegoricae illis ac figuratae sunt. Videtur enim viris istis universa legis Scriptura animanti similis esse, ita ut superficies verborum, corporis, sensus vero in verbis reconditus, animae sit loco, quem ipsorum religio praecipue, quasi per speculum nominum eximiam sententiarum pulchritudinem relucentem observans, contemplari coepit. » Quid opus est istis adiicere, quomodo in unum congregati, separatimque viri ac separatim mulieres conversati sint, et quae illis exercitia in consueto fuerint ; quae etiamnum apud nos durant, et praecipue circa salutaris Passionis festum diem in ieiuniis et vigiliis nocturnis divinorumque sermonum lectione exercere consuevimus? Quae vir praedictus eodem modo, quo apud nos solos hactenus sunt servata, diligenter annotavit et commentariis suis inseruit, praesertim nocturnas magni festi vigilias, et horum exercitia, cum hymnis qui apud nos dici solent, describens ; et quomodo uno cum rhythmo psallente reliqui cum silentio auscultantes extremam hymnorum partem una cum illo concinendo terminent ; quomodo etiam praedictis diebus humi in stragulis

[1] Act. IV. 32 sqq.

Digitized by Google

iacentes, vinum in universum, sicut ipsis verbis scripsit, et de animantibus ne gustant quidem, sed sola illis aqua potum praebeat, et obsonium sit panis cum sale et hyssopo. Praeterea scribit, quo pacto praesideant inter eos ii quibus ecclesiastica commissa sunt ministeria, diaconatus etiam, | et quae supra cunctos eminent episcopatus praesidentiae. Quod si cui desiderium inerit ista exacte cognoscendi, discat ea ex dicta iam viri huius historia. Quod igitur Philo illic de primis evangelicae doctrinae praeconibus et ritibus olim ab Apostolis traditis disserens ista scripserit, cuivis manifestum est. Singulares anachoretarum vitas summae auctoritatis in Ecclesia viri scripserunt : D. Athanasius Alexandrinae urbis episcopus ac Dorotheus vitam Antonii Magni, quam postea latino sermone tradidit Evagrius; D. Hieronymus Pauli heremitae, Hilarionis atque Malchi captivi monachi; reliquorum autem monachorum vitas prosecuti sunt Theodoretus ac Palladius iustis voluminibus, quae latina nuper prodierunt in lucem opera Gentiani Herveti, viri de christiana republica bene meriti. Istorum porro colloquia si quis desideret, legat Cassianum. At cum huiusmodi homines per deserta respersi vitamque solitariam agentes, sibi duntaxat prodesse viderentur, et religionem christianam parum promovere, Basilius Magnus Caesareae Cappadociae episcopus, ut ait Nazianzenus in Vita Basilii, deduxit eos ad civitates et oppida, ut ab his populus Deo gratam vivendi rationem ac cultum divinum ediscerent. Itaque Gregorii Nazianzeni verba *(a)* subiicere non poenitebit : « Ut autem, » ait, « non solum sibi, sed et aliis quoque proficeret, primus coenobia excogitavit, ritumque illum monachorum antiquum atque agrestem ad ordinem quendam formulamque religioni propiorem reduxit. Cum enim animadvertisset, eos, qui in communi vita, hoc est, inter alios mixtim agunt, mo | nasticam licet abstinentiam servent, aliis quidem utiles, sibi vero nequaquam existere, cum in multis eos necesse sit versari malis quae vitae quietae ac plane perfectae contraria videntur, eos vero, qui in solitudine procul ab aliis agunt, firmiores sane proposito magisque Deo coniunctos quam supradictos vidit, attamen sibi tantum utiles, cum rerum experientiam nequaquam teneant, nec cum aliis commercium ullum habeant, utrumque vitae genus coniungere conatus est. Quamobrem monachorum coenobia haud procul ab iis, qui in hominum societate vivunt, aedificari iussit, nec omnino separavit, ut et propinquitate, cum opus charitatis exposceret, adesse valerent, dissiti alioqui propriis terminis, ne quies eorum aut pax interrumpi per multitudinem posset, nec ipsi monachi actionis merito, quod ex impendenda aliis pietate esset, privarentur, neque rursus eorum actio per tumultus inutilis efficeretur, et alter alterum hoc modo iuvare posset, et monachorum vita per conversationem eorum, qui in communi agunt, pia fieret, et ipsi ex monachis quietem, constantiam, sapientiam, contemplationem ediscerent, quemadmodum tellus ac pontus invicem se iuvant ac suscipiunt. » Hos ergo ubi coegisset Basilius in urbes, ac e monachis et anachoretis coenobitas effecisset, vivendi regulam Evangelio consentaneam illis conscripsit, quam et in precio habemus, et totius Graeciae monachi hactenus observarunt atque reveriti sunt, quemadmodum et Latini sumptam inde regulam beatorum Hieronymi, Augustini, Benedicti, Dominici, Francisci, Bernardi, ac reliquorum. Ceterum ne variis allegationibus obruen | tes lectoris animum epistolae modum excedamus, institutique nostri videamur obliti, duos fuisse Macarios testantur Palladius ac Nicephorus *(b)*, alterum Alexandrinum genere, qui licet iunior in iis, quae sunt monachorum praecipua, primas obtinebat, alterum Aegyptium, aetate grandiorem, qui has ipsas graece scripsit Homilias, quas in latinum sermonem transtulimus. Hic nonaginta vixit annos integros, quorum sexaginta transegit in solitudine. Itaque natus annos triginta, et in iuvenili constitutus aetate, tam toleranter tulit labores exercitationis totum decennium, ut magna quadam et insigni dignus haberetur distinctione, adeo ut vocaretur παιδαριογέρων, id est, in puerili aetate senex, quoniam citius quam pro aetate profecerat virtutibus. Quadraginta annos natus potestatem accepit adversus daemonas, gratiam item curandi, spiritumque praedicendi futura. Dignus quoque est habitus honorando sacerdotio. Habitarunt cum eo duo discipuli in intima solitudine quae vocatur Scete. Quorum unus quidem, velut minister, illi semper assidebat eorum gratia qui veniebant curandi, alter autem seorsum secedebat in cellam. Procedente vero tempore cum sanctus perspicaci oculo praevidisset, dixit ministro suo nomine Joanni, qui postea factus presbyter suffectus est in locum Macarii : Audi, mi frater Joannes, meamque fer aequo animo admonitionem tibi valde profuturam. Tentaris enim, inquit, et te tentat spiritus avaritiae; sic enim perspectum habeo ; scio tamen, si meam benigne tuleris adhortationem, te perfectum fore in Dei timore atque eius opere, laudaberisque, et | flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quod si non audieris, in te venient, quae Giezi tandem acciderunt, cuius vitio laboras. Contigit porro, ut defuncto Macario non paruerit, sed ei, qui propter avaritiam alligavit Judae laqueum. Elapsis itaque quindecim aut viginti annis, cum bona pauperum usurpasset, tam gravi laboravit elephantia, ut in toto eius corpore non inveniretur integer locus, in quo quis digitum figere posset. Haec fuit Macarii prophetia. Ferebatur hic sanctus pati continentem ecstasin, saepiusque vel cum Deo, vel in rebus versari caelestibus. Fama etiam constans erat, in solitudine illum suscitasse mortuum, ut persuaderet cuidam haeretico neganti resurrectionem. Reliqua,

NOTAE.

(*a*) Ex monodia Greg. Nazianzeni in vitam Basilii.
(*b*) Pallad. in Historia Patrum cap. 19, 20; Niceph. Hist. Eccl. lib. IX cap. 14.

Digitized by Google

quae divino beneficio gesta sunt ab eo, petenda sunt e Palladio. Spiritus igitur divinus, qui vigebat in Macario nostro, non potuit otiosus esse, quin per eum fructum aliquem ederet, effecitque ut qui consodalibus duntaxat monachis exemplo proderat, scriptis ad posteros transmissis omnibus prodesset. E quibus quinquaginta solum homilias graece scriptas accepimus e Bibliotheca Regia. Quas cum legentes animadverteremus non tantum monachis et religionem, quod aiunt, profitentibus, sed cuicunque christiano lectori profuturas, tum quod afflictum ac moerentem valde solantur animum, eumque a nugis futilibus huius mundi traducunt ad caelum, tum quod bene beateque vivendi normam Evangelio convenientem praescribunt, in latinum sermonem convertimus, cuilibet homiliae argumento brevi praefixo, unde confestim | emergat, quid unaquaeque contineat. Has ipsas impressas graece latineque, vobis animo grato suscepturis mittimus, si quid melius allatura sit temporum tranquillitas, protinus emissuri. Valete plurimum, Deumque precemini, ut nostris faveat ad gloriam eius susceptis consiliis.

Lutetiae Calend. Maii M.D.LIX.

JOANNIS DAVAL TREPORTUENSIS

DOCTORIS THEOLOGI IN LAUDEM D. PICI PRAESIDIS

HEXASTICHON.

Quo celebrem, Macari, donabis munere Picum,
Qui splendore suo candidat Aethiopem?
Silenos aperit, miscet simul utile dulci,
Atque suis Graecas unguibus auget opes?
Pelle sub obscura celasti clausus odores;
At celata diu Picus aperta facit.

| *De Macariis.*

E Suida.

Duo fuerunt Macarii eiusdem nominis ac professione ascetica insignes, vita, moribus, doctrina. Alter Aegyptius, miraculis clarus ac cum religiosa cautione in eos qui se conveniebant severus : alter Alexandrinus, per omnia similis Aegyptio, necnon comis et festivus ; in eos qui ad se veniebant ita humanus ac blandus hic erat, ut ea festivitate juvenes ad asceticam vitam pelliceret. Horum Evagrius discipulus fuit, ac factis philosophiam exercuit qui verbis duntaxat prius philosophabatur. Idem Constantinopoli a Gregorio Theologo diaconorum ordini adscriptus est; quin etiam in Aegyptum profectus ac cum Macariis quos dixi collocutus vitam illorum aemulatus est. Ab hoc libri valde graves ac serii conscripti sunt. Quorum unus *Monachus* sive de vita activa inscriptus est ; alter *Gnosticus* sive de iis qui cognitionis munere donati sunt, qui capita complectitur numero quinquaginta ; tertius *Antirrheticus* adversus tentantes daemones, octo partibus distinctus, ut octo cogitationum modi recensentur ; itemque sexcenta Prognostica problemata, et Elementaria duo, unum ad monachos in coenobiis aut contuberniis viventes, alterum ad virginum coetum. Eius autem sunt haec verba : « Necesse est, ut sedulo eorum qui praecesserunt monachorum vias indagemus, ad earumque normam dirigamur; multa enim ab iis recte et dicta sunt et facta ; inter quae et hoc quispiam dixit, aridiorem et aspe | ram vivendi rationem cum charitate copulatam celerius monachum ad animi tranquillitatem, quam ἀπάθειαν appellant, perducere. »

| *Homiliarum Macarii singularum argumenta.*

I	*Interpretatio allegorica visionis apud Ezechielem descriptae.*	Pag. 1
II	*De regno tenebrarum, hoc est peccato, et hominem solius Dei beneficio liberari ab eo.*	12
III	*De quieta fratrum inter se conversatione et proelio interiori.*	17
IV	*Qua ratione promovendum in vita Christiana.*	21
V	*Quantum discrepat vita Christianorum a reliquorum hominum vita.*	40
VI	*De modo precandi.*	50
VII	*De clementia Christi erga homines. Continet etiam responsiones ad quasdam interrogationes forte curiosas.*	55
VIII	*De his quae contingunt Christianis inter orandum.*	59
IX	*Promissiones ac prophetias divinas per varios successus et tentationes impleri, et soli Deo adhaerendo liberari nos ab infestationibus daemonum.*	63
X	*Humilitate et alacritate retinentur et augentur dona gratiae divinae, superbia autem et ignavia perduntur.*	70
XI	*Virtutem sancti Spiritus in corde hominis se habere instar ignis.*	75
XII	*De statu Adae post imaginem Dei perditam.* |	84
XIII	*Quem fructum a Christiano Deus exigat.*	94
XIV	*Qui se dedicant Deo, non sine sve remunerationis id faciunt.*	95

Digitized by Google

XV	*Quam sancte et caste se gerere debeat anima Christiani erga Christum sponsum suum.*	100
XVI	*Spiritales homines obnoxios esse tentationibus et afflictionibus, quarum origo est primum peccatum.*	132
XVII	*De Christianorum unctione spiritali et gloria.*	141
XVIII	*De thesauro Christianorum qui est Christus et Spiritus sanctus variis modis exercens eos ad perfectionem assequendam.*	150
XIX	*Christianus proficere volens ad omne id quod bonum est, se vi compellere debet.*	157
XX	*Solus Christus sanavit animam, quam ornamento gratiae suae vestivit.*	166
XXI	*Homini Christiano duplex incumbit bellum, externum et internum.*	168
XXII	*De duplici statu decedentium.*	171
XXIII	*Hi soli diadema regium gestare possunt, qui sunt e semine regio.*	172
XXIV	*Christianorum status mercaturae et fermentationi similis est.*	174
XXV	*Per inobedientiam redacti sumus in servitutem, a qua per mysterium crucis liberamur; item de lacrimarum et ignis divini efficacia.*	178
XXVI	*De dignitate, facultate et operationibus animae, et qua ratione tentetur a diabolo et | ab eo liberetur.*	184
XXVII	*Dignitatem et statum hominis Christiani prosequitur, eiusque liberum arbitrium, permixtis interim utilibus quaestionibus.*	200
XXVIII	*Describit ac deplorat calamitatem animae in qua propter peccatum non habitat Christus.*	214
XXIX	*Duplici ratione gratiam suam largitur Deus, cuius fructum tandem iusto iudicio repetit.*	218
XXX	*Ex Spiritu sancto renasci debet anima Dei regnum ingressura, et qui hoc fiat.*	223
XXXI	*Fidelis animo mutari debet et in Deum colligere cogitationes omnes, a quibus vere dependet obsequium divinum.*	230
XXXII	*Gloria Christianorum modo latet in animis eorum, quae resurrectionis tempore emerget et illustrabit corpora pro suo quaeque modo.*	234
XXXIII	*Quam attente diligenterque precandum sit.*	241
XXXIV	*De gloria Christianorum illis non ignota.*	244
XXXV	*De sabbato antiquo et novo.*	246
XXXVI	*Diversa est resurgentium gloria.*	248
XXXVII	*De paradiso et lege spiritali.*	249
XXXVIII	*Exacto opus est iudicio in discernendis veris Christianis, et quinam sint illi.*	258
XXXIX	*Ad quid Scriptura divina nobis donata est a Deo.*	261
XL	*Virtutum inter se colligatio, itidem vitiorum.*	262
XLI	*Quam profunda sint animae penetralia, quae paulatim incrementa gratiae aut vitiorum accipit.* |	266
XLII	*Non externa, sed interna promovent aut laedunt hominem, veluti spiritus gratiae aut spiritus nequitiae.*	268
XLIII	*De progressu viri Christiani, cuius tota vis dependet a corde, ut hic varie describitur.*	270
XLIV	*Quantam in homine Christiano mutationem ac renovationem faciat Christus, qui morbos animae sanavit.*	276
XLV	*Nullis artibus aut operibus huius mundi, sed solo Christi adventu sanatum esse hominem; cuius magnam cum Deo cognationem refert haec homilia.*	282
XLVI	*De differentia inter verbum Dei et verbum mundi, et inter filios Dei et filios huius mundi.*	287
XLVII	*Explicatio allegorica quorundam sub lege benefactorum.*	291
XLVIII	*De perfecta fide in Deum,*	301
XLIX	*Non satis est huius saeculi delicias reliquisse, nisi quis alterius saeculi beatitudinem consequatur.*	305
L	*Deus est, qui per sanctos suos et creaturas edit miracula.*	308

—

[Post « *Scripturae locorum sacrae qui in homiliis citantur* » atque « *rerum memorabilium* » duos indices exstant Homiliae latine p. 1-311. In quarum fine legis : *Excudebat Guil. Morelius in Graecis typographus Regius Lutetiae Parisiorum M. D. LIX. Cal. Maias.*]

ZACHARIAE PALTHENII PRAEFATIO

AD EDITIONEM HOMILIARUM S. MACARII AEGYPTII

QUAM INSCRIPSIT

SANCTI PATRIS MACARII EREMITAE AEGYPTII HOMILIAE SPIRITUALES QUINQUAGINTA DE INTEGRITATE QUAE DECET CHRISTIANOS, cunctis quibus animae salus revera curae est, tum propter insignem pietatis doctrinam, tum propter similium frequentiam maxime utiles ac necessariae, E GRAECO IN LATINUM SERMONEM conversae et coniunctim nunc primum in Germania editae a M. ZACHARIA PALTHENIO FRIDBERGENSI 1594. *Francofurti Apud Joan. Wecheli viduam, impensis Nicolai Bassaei,* 8° *min.*

—

\| *Reverendo, generis splendore ac nobilitate antiqua, religione, virtute, doctrina multisque in Ecclesiam Christi meritis praestantissimo viro DD. JOANNI SWICHARDO A CRONBERG, insignis metropolitanae ecclesiae Moguntinensis Scholastico, S. Albani Praeposito, nec non reverendissimi et illustrissimi Domini D. Wolfgangi Archiepiscopi et Principis Electoris Moguntinensis in spiritualibus Vicario generali, Domino ac Patrono suo plurimum colendo S. P.*

Quotiescunque, reverende, nobilissime et amplissime Do. Schwicharde, Maecenas clarissime, vir summis

Digitized by Google

laudum praeconiis atque nomine nunquam interituro dignissime, quotiescunque, inquam, hac tristissima mundi senecta adeo frigide ac supine graecam linguam in plerisque locis tum tradi tum addisci conspicio, continuo animus meus obruitur luctu, moerore et tristitia non exigua. Quae etenim est dementia, quae fatuitas, quae insania eorum hominum, qui absque huius | linguae rudimentis rarae et solidae eruditionis laudem se consequi posse sperant? Non minor certe, ac si quis absque rati immensum ac vastum pelagus transire, aut absque alis in aethera evolare, aut absque lingua seu Spiritus sancti dono aeternae salutis mysteria enodare, patefacere et explicare, aut denique absque Christo rege et fratre nostro supernam Jerusalem civitatem caelestem et gaudia paradysi ingredi conaretur. Et certe tanta est huius linguae praestantia, tanta dignitas, tanta dignitati coniuncta utilitas, tanta amplitudo, tanta maiestas tantusque decor et ornatus, ut, si instituta collatione haec lingua cum ceteris comparetur, reliquas omnes tum copiosa vocabulorum serie, tum miranda dialectorum varietate sic anteire et superare videatur, ut sol in superius hemisphaerium productus cunctas octavi orbis stellas splendore suo offuscat. Nulla enim est e circulo humanarum atque ingenuarum artium ac disciplinarum, quae hac carere, nulla quae absque hac perfecte doceri, et nulla quae absque hac penitus percipi cognoscive possit. Si et | enim, ut luce meridiana clarius est, latinus sermo e graeco manavit atque processit, adeo ut, quod Homerus de oceano canit:

Ἐξ οὗπερ πάντες ποταμοὶ καὶ πᾶσα θάλασσα
Καὶ πᾶσαι κρῆναι καὶ φρέατα πάντα νάουσι

de graeca lingua non immerito dici possit, nemo, opinor, vel impudentissimus negaverit, absque graecae linguae cognitione, principio nimirum atque origine rei, exactam atque perfectam latinae linguae scientiam comparari non posse. Quod sane, si, ut ipsius rei maiestas exigit, in singulis vel artium disciplinis, vel earundem summis facultatibus demonstrare atque evincere vellem, vereor, ne in infinitum extenderetur oratio nostra. Modo paucis rem delibabo, ne, quod dixi, mendacio magis quam veritati congruum ac consentaneum videatur. Atque principio, nonne omnes artes, grammatica, dialectica, rhetorica, musica, arithmetica, geometria, astronomia, poetica, politica, therapeutica, physica, theologia atque adeo universa philosophia omnisque disciplinarum orbis, quem ἐγκυκλοπαιδείαν vocamus, graecos etiamnunc fontes sapiunt? | Adeo ut ne nomina quidem alia, quam nativa et graeca admittant, neque nos aliis nominibus eas agnoscamus, eoque iure se nobis permittant, ut a fontibus secludi non patiantur. Si a literis velut ab ovo rem retexamus, nonne Latini omnes suas literas, una duntaxat atque altera demta, a Graecis mutuati, nec tamen graecarum literarum concisam brevitatem aut potius elegantiam perfecte ac plene (*a*) assecuti sunt? Quod enim Latini quatuor, id Graeci duabus exprimunt literis, id quod apparet in dictione ἀπόφθεγμα, φθίσις, et similibus. Nonne quoque Grammatici huius linguae peritia summopere indigent, adeo ut qui *Criste* pro *Christe*, *eleison* pro *eleeson* et sonant et scribunt, rudes atque omnium rerum ignari existimentur? Quid de dialectica, quidve de rhetorica dicam? Quam infinitis, quaeso, utuntur illae vocabulis, quae partim sunt graeca, partim eorum imitatione facta, quorum vim ac significationem qui ignorant quam graviter hallucinentur, notum omnibus. Et certe multa sunt apud Aristotelem, quae aut latine transferri optime ne | queunt, aut translata alio sensu accipiuntur a legentibus quam ab eo dicuntur. Quin et poetas graecarum literarum ignaros incassum laborem suscipere ac nunquam Musarum penetralia ingredi posse vel ex eo patet, quod omnes fabulae ac figmenta poetica e Graecis pendeant. Quid de mathematicis scientiis loquar? Illae tam possunt sine graecis literis perfecte teneri, quam sine graecis auctoribus? Quis, quaeso, nisi Graecus intelliget Euclidem? quis Ptolemaeum? quis Proclum? Quis nisi Graecus explicabit quid sit *trigonus*, quid *tetragonus*, quid *monas*, quid *trias*, quid *diapente*, quid *diatessaron*, quid *excentrici*, quid *syncentrici*, quid *epicyclii*, quid *eclypses*, et eius generis tanta turba, ut audiendo prius quam commemorando omnia defatigari quis possit. Ad serias vero atque arduas si progrediar disciplinas, medicina tantopere indiget graecis literis, ut qui eius cognitione careant, dum, ut poeta canit,

Φάρμακα πολλὰ μεμιγμένα λυγρὰ καὶ ἐσθλά

ministrant, aegrotos non raro in extremum vitae periculum coniiciant. Cum enim phar | macorum, unguentorum, cataplasmatum, potionum, ceromatum, item animantium, plantarum, gemmarum, morborum, remediorum, instrumentorum, ponderum et mensurarum vocabula omnia sint graeca, quis, quaeso, citra huius linguae cognitionem periti medici laude ac praeconio exornari mereatur? Quis Hippocratem et Galenum omnium medicorum κορυφαίους et δᾳδούχους, de quibus re vera dici posset quod fuerint

Ἰητροὶ ἀνδρῶν πολλῶν ἀντάξιοι ἄλλων,

quis, inquam, eos absque huius linguae scientia intelliget, quis enodabit, quis genuinum verumque sensum ex iis eruet? Nec vero iuris prudentiam graecae linguae adminiculo carere posse, hinc fit manifestum,

NOTAE.

(*a*) Corr., Palth. *pleni*. Edit.

Digitized by Google

quod epistolae et rescripta imperatorum aliorumque iureconsultorum responsa pleraque sermone graeco prolata atque edita sint, multaeque voces et sententiae graecorum philosophorum, poetarum et oratorum tanquam gemmae et lumina orationis ad res significantius exprimendas insertae sint. Quin etiam aliquot sunt leges et tituli, quos totos a | Graecis mutuati sunt iureconsulti, ab Aristotele nimirum titulus *de usuris*, a Platone *ff. de nundinis l.* 2, sic titulus *de poenis* ex Homero et Demosthene. Summopere ergo graecarum literarum ope indiget legum cupida iuventus. Quoad theologiam vero, quae nobis sacrosancta oracula atque adeo salutis nostrae summam tradit, si quis huius linguae cognitione se carere posse asserat, is mihi non multum absimilis videtur esse ei, qui absque nutrimento et cibo corpus salvum et incolume conservari statuit. Nonne omnes Evangelistae, excepto uno Matthaeo, nonne omnes epistolae Pauli, nonne apocalypsis Joannis graeco sermone perscripta et ad nos delata est? Nonne Basilius, nonne Chrysostomus, nonne Nazianzenus, nonne Eusebius, nonne Origenes, nonne Theophylactus, nonne Athanasius atque Epiphanius, viri vitae sanctimonia atque eruditione commendati, cum quibus quem compares cuiuscunque vel linguae vel aetatis theologum, non facile video : nonne, inquam, omnes graeco sermone sua opera conscripserunt? Quis ergo ex illis nobis futurus fru | ctus, quae consolatio aut oblectatio, si graecae linguae studium negligeremus? Nullus certe. Et certe hoc pacto, quod absit, irritus atque inanis omnis illorum labor fuisset. Fateor quidem, ex Latinis gustum maximum hauriri atque percipi posse, attamen hac in parte poetae adstipulor qui canit :

Gratius ex ipso fonte bibuntur aquae.

Haec ergo quum omnia ita, ut dixi, sic se habeant, quis adeo pervicax, adeo obstinatae mentis, adeo durae cervicis atque adeo perversi iudicii esse possit, qui tantam huius linguae praestantiam, tantam dignitatem dignitatique coniunctam utilitatem non agnoscat, agnitam praedicet, atque debitis laudum encomiis ornet? Recte igitur atque optime subtilis iudicii atque profundae eruditionis vir H. S. velut παρῳδὸς de hac lingua canit :

Γλώσσης θησαυρὸς γλῶσσαν παρὰ πᾶσαν ἄριστος
Ἑλλαδικῆς, πασῶν χαρίτων πᾶν μέτρον ἐχούσης.

Et quidem, ut ingenue fatear, tantus me huius linguae incessit amor, tanta me a teneris fere unguiculis detinuit cupiditas, ut per totum semestre spatium, invidia dicto absit, | uni Homero

A quo ceu fonte perenni
Vatum Pieriis ora rigantur aquis,

perlegendo, relegendo atque revolvendo, totum me dederim. Idem enim accidebat mihi, quod iis, qui exiguo aliquo divinorum mysteriorum gustu percepto, quo majora sibi revelata fuerint gaudia caelorum, eo ardentiori desiderio tenentur. Sic ego quo majori fervore scriptores graecos tum solutae tum ligatae orationis evolvebam, eo vehementius aestus ille animi inflammari atque incendi coepit, adeo ut me illius studii nulla unquam ἀψιχορία aut fastidium ceperit, et quo magis esurirem, nunquam tamen fames illa sedari, expleri aut exsaturari potuerit. Quumque hac hieme a continuis laboribus, quibus ultra sesquiennium obrutus, non tamen oppressus fui, respiratio exigua concederetur, incidi forte fortuna in sanctum atque divinum sancti patris Macarii opus, sanctissimas nimirum atque summa pietate refertas Homilias, quarum lectio me adeo oblectavit, recreavit et detinuit, ut, priusquam spatio trium dierum librum evolvissem, perversis meis cogi | tationibus omnino gravem et molestum me exhibuerim. Tanta enim religione scatent hae homiliae atque sermones, ut vel in agone mortis constitutum in vitam reducere, atque consolatione pia praesto esse queant. Summa ergo suavitate huius sacerrimae lectionis illectus atque devinctus, tandem insignium aliquot et praecipuarum homiliarum versionem aggredior latinam; non tamen eo animo, ut, quas latina veste exornaram, alteri mecum essent communes, sed ut aridos ingenii mei rivulos irrigarem atque incultos memoriae agellos excolerem. Quas latinitate donatas quum apud me conspexissent viri quidam non infimae existimationis eruditionisve, illi coeptum urgere, instare ac dicere, me, si, quam coepissem telam pertexere, ad finem perducerem, tum cupidae graecarum literarum iuventuti, tum ceteris omnibus, quibus animae salus re vera curae est, rem non omnino ingratam praestiturum. Quorum tandem ardenti desiderio et voluntati, quod aequum erat, satisfacere cupiens, opus, quod spero, non inutile in manus sumpsi, in quo quantum laboris posuerim aut sus | tinuerim, testes erunt ii, qui quos dies noctesque in typographiis nostris labores impendo, norunt. Ut enim factae promissioni atque prelo satisfacerem, nocturnas quasdam horas suffurari necesse fuit, quarum tamen molestias et asperitatem, ut non persentiscerem, vicit amor linguae, superavit ipsa operis amoenitas, levavit consolationum copia, molliit caelestis animo depicta requies, adeo ut, Sisyphi saxum dum volverem, id a me volvi minime sentirem. Quoniam vero, ut fieri solet, non defuturos iniquiores aliquos censores et aristarchos verebar, qui minus laborem hunc meum probarent, operae pretium esse sum ratus, si quem patronum operi huic quaererem, qui ipsum et eruditione sua pro-

Digitized by Google

bare et contra alios, pro re nata, protegere posset. Eum autem quod Te, *Suicarde* (*a*) *nobilissime*, prae ceteris selegerim, plures reddi possunt causae. Cum etenim Tu unus sis, quem hac aetate tum propter eximias animi dotes, tum propter praeclara virtutis ornamenta, quae ad hominem ornandum cumulate valere possunt, iure merito suspiciunt, admirantur ac venerantur omnes, cui potius quam | T. R. D. excelso atque nobilissimo nomini sanctas sancti Macarii Homilias insignirem, dedicarem atque consecrarem. Quid enim de alta et antiqua stemmatis Tui progenie et familia, quae multis abhinc saeculis summa semper viguit laude, plura dicam?

Fortes creantur fortibus,
Est in iuvencis, est in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilae columbam.

Testantur hoc ipsa historiarum monumenta per totam Germaniam atque adeo totum fere orbem, quibus virtus Vestra illustrata, ignota diutius esse nequit. Taceo Imperatores et Principes, et non domesticos tantum, sed externos etiam, quibus prudentia Cronbergiorum in consiliis, fortitudo in rebus bellicis, et usui et summae semper admirationi fuit. Quid de Guilielmo Cronbergio, equite aurato dicam, cuius et virtus et fortitudo, quum ludis equestribus Augustae Trevirorum a Conrado II imperatore et Franciae Orientalis duce institutis rex praeficeretur, atque amplissimis victoriae βραβείοις onustus do | mum reverteretur, ante multa saecula emicuit? Quid de Eberwini episcopi Wormatiensis ab heroico vestro stemmate orti pietate, vitae integritate atque sanctitate dicam, qui velut inter cetera astra aurorae sidus elucescit? Quid de Philippi Cronbergii fortitudine atque infracto animo, quem imperator Carolus huius nominis V, exigentibus id eius meritis atque animi dotibus praestantissimis, militaribus copiis praefecit atque primarium ductorem constituit? Quid de reliquorum summa cognitione et scientia bonarumque literarum eruditione dicam, quorum omnium gloria et aeterni nominis fama in excelso posita est loco? Cui non cognita atque perspecta summa animi magnitudo, prudentia, religio, pietas et humanitas reverendissimi atque illustrissimi Principis ac Domini D. Waltheri Cronbergii, totius Ordinis Teutonici per Italiam et Germaniam Magistri supremi? Cuius rei testimonia e scriptoribus dignissimis clarissima atque evidentissima peti possent, si res postularet. Verum ne externa prosequi videar, Hartmannus a Cron | berg, senior suae aetatis P. M., nobilissimus ille tuus parens, quantis, quaeso, virtutibus, quanta animi constantia, iustitia atque ceteris virtutum ornamentis emicuit? Tantis quidem, ut ad summam illum dignitatem summosque honores evexerint, atque apud Reverendissimum Illustrissimum Principem Electorem Moguntinum tantam fidem atque auctoritatem illi conciliarint, ut nihil ardui, nihilque, quod alicuius momenti vel ponderis esset, incideret, in cuius deliberationem ac diffinitionem non fuerit adhibitus, imo praecipuo loco habitus? Quid vero fratres Tuos, viros nobilissimos memorem, quorum singuli in Illustrissimi Principis Electoris Moguntini consilium asciti tantis animi dotibus ornati sunt, ut ex re, ex tempore, de qualibet re ad negotium quoquo modo pertinente, quid facto opus sit, deliberare, tum commode quoque de his, quae deliberaverint, dicere, eaque, quoties res exegerit, conficere possint. Quae res effecit, ut ad amplissimas atque honorificentissimas sint promoti dignitates, quibus cum laude praesunt. Taceo hic reliquos, quos aut Burggra | viatus aut praefecturae amplissima dignitate suscepto balthei militaris decore exornatos totus suspicit orbis, tota veneratur ac colit Germania. De Te vero, reverende ac amplissime Swicarde, avita Tuorum religione et nobilitate laudatissimo quid dicam? Cui non sunt cognitae ac perspectae plurimae, quae in Te elucent, virtutes? Pietas, humilitas, comitas, humanitas, aequanimitas, rerum experientia, linguarum peritia, laborum et molestiarum tolerantia, et erga omnes vel infimae sortis homines et egentes summa benignitas et propensa benefaciendi voluntas, totus virtutum orbis Te totum velut margarita quaedam pretiosa circumvestiunt, Te totum sibi vindicant totumque ad suas partes pertrahunt. Sed nolo in Tuis laudibus recensendis, quae innumerabiles sunt, diutius immorari, ne Tuas virtutes plurimas tenui oratione mea videar imminuere : quanquam pro Tua modestia graviter feras, eas a quoquam praedicari. Illud certissime constat, quod demonstrare volui, Te unum esse, quem literarum scientia expoliti literarum et | virtutum antistitem habeant et observent, communemque defensorem ac patronum sibi diligant. Quo nomine etsi ego in numero literatorum minime sum reponendus, si Te mihi patronum versionis huius constituo, videor id meo summo iure vindicare. Offero ergo Tibi, reverende ac spectabilis Swicarde, sanctum sancti Patris opus, e graeco sermone in latinum, praefixis et additis singularum homiliarum (*b*) argumentis, de integro a me conversum : quod verene verterim, Tu omnium sapientissime iudicabis, si modo vacat, animum a gravioribus curis ad sanctum sancti Patris opus perlegendum convertere. Quod omnino iam Tuum benevole suscipias, Tuo splendore illustres, dignitate foveas, auctoritate defendas, ut si non de auctore, certe de patrono ubique possit suo iure gloriari : meque cum ipso T. R. D. ex asse devinctum recipias et ames, atque, quod in Te est, ad

NOTAE.

(*a*) Sic ! Edit.
(*b*) Corr., Palth. additis *singuli Homiliae suis*. Ib.

Digitized by Google

dignitates et honores promoveas, quam humillime oro. Quod superest, aeternum Deum patrem Liberatoris nostri Jesu Christi ex imo pectore precor, ut Reverendam | Dominationem Vestram tanquam singulare et electum gratiae suae organum sub umbra alarum suarum protegat, tranquillam et pacatam vitam largiatur, benedictionem animae et vitae conferat, et tandem immarcescibili beatitudinis corona exornet.

Francofurti ex meo Musaeo, Calend. Aprilis, anno a nato Rege Messia filio Dei 1594.

R. T: D.

devinctissimus.

M. ZACHARIAS PALTHENIUS Fridbergensis.

| *Carmen heroicum in vitam B. Macarii Aegyptii, instituti vitae eremiticae Primarii, discipuli quondam D. Patris Antonii devotissimi etc. ad eundem reverendum, nobilem et amplissimum virum Dominum Dn. Joannem Swichardum a Cronberg, etc. D.D. suum gratiosum, scriptum a M. Valentino Leuchthio, S. Palatii Aulaeque Lateranensis Comite etc.*

Quaestio mota diu, sacrae non infima sortis,
Quis prior aut potior Divorum ex ordine vitam
Foverit abstractam, et deserta habitacla ferarum.
Nam quidam referunt *Heliam* Thesbitide cretum,
Qui iuga Carmeli conscendit et aspera montis,
Indignos regina tuos Isabella furores
Evitans, saevas et iniquis frontibus iras.
Sunt, qui *Baptistam* memorant, quem Spiritus ipsis
Visceribus matris complevit numine clausum,
A teneris qui annis montosa cacumina lustrans,
Et populi turmas fugit mundique favores,
Ad scopulos nemorum petiit Iordanidis undae,
Texta camelorum gessit velamina setis;
Et zonae pellis medium cinxere ferinae, |
Et virides victum dederant de rure locustae,
Silvestrisque cava mellis favus ilice sumptus;
Bacche, tuas vires risit, nec cetera curans
Quae mentes hominum genialia pocula mulcent.
Ast alii et quorum melior sententia menti
Insidet, a quodam *Paulo* deducier ortum
Monstrant, qui Decii crudelis tempore diro
Insidias fugiens accessit inhospita rura,
Ut silvas inter, inter quoque lustra leonum,
Christe tibi gratas resonaret Maxime laudes,
Efferretque tuum sincero pectore nomen.
Hunc exercitio felix *Antonius* uno
Austerae sequitur vitae; nam laetus eremo
Conspectus hominum liquit carosque parentes,
Ut casses satanae, mundi, carnisque dolosos,
Et liber posset fraudes vitare malignas,
Ac Christo soli pacato corde placere,
Servitiumque Deo sine fine litare supremo.
Proximus hinc noster *Macarius* ordine fertur,
Quem studio Aegypti tellus fecunda Pelasgo
Edidit, et nobis divino sidere misit.
Aemulus Antonii vitam moresque beatos
Discipulus fidi sequitur placido ore magistri,
Se tibi, Christe, dedit totum, vitamque solutam
A curis legit rigidoque gravamine plenam.
Delicias mundi contempsit iugiter omnes,
Nimbosos petiitque animosa mente recessus,
Atque ibi nudus, inops, saxo vix tectus adeso,
Sub Jove ferre nives statuit glacialibus auris
Hiberno, expertus quantum patientia tandem
Duraque paupertas humanaque membra valerent.
Exili cuius tenuatum corpus amictu,
Desidiae patiens, tolerans algoris et aestus,
Rugosa facie, lacrimisque fluentibus ore
Sub tacito pastum, queruli constante doloris |
Pectore duritiem consumpsit, laeta salutis.
Quem volucres cinxere leves pia verba sonantem,
Aurita ante pedes stupuere animantia quaevis.
Non auro splendente domus, gemmisque decora,
Illi punecio nec lana colore rubescens,
Non centum versata iugis felicia campi
Iugera, crescenti nec palmite dives agellus,
Aut gregis innumeri foetus, nec merce Sabaea
Niliaco plenae venientis littore naves,
Efficiunt alias felicem quamve, fuere.
O quam laeta piae est paupertas conscia mentis,
Immortale viro forti decus atque perenne!

Digitized by Google

Qua vel Achaemenios luxus, regnumque Phrahatis
Vicerat excelsum, vel ditia fortiter arva.
Cui calidi cessere ignes, victusque refugit
Moesta dolo assiduo semper qui corda revisit.
Crudeles fraudes et noxia crimina pressit
Omnia, deiecitque animo phantasmata casto,
Et variis mandata Dei virtutibus implens,
In paucis locuples, fluidae nec non bona vitae
Praesentis fugiens, potuit sperare futura,
Praemia digna tulit, caelestia regna petivit.
Nunc caeli plenis meritis sortitus honores
Exigit aeternos horis felicibus annos.
Exemplum egregium nobis dedit ille sequendum,
Ut mundi pompas fugeremus et alta viarum,
Atque Deum puro meditantes pectore semper.
O nimium felix animae sors atque beatis
Coelicolis socianda poli, quos clauserit aether;
Exempla haec cui tanta placent, quae tanta secuta,
Ibit ad Elysios multo cum fenore campos.
Nunc ad Te, *Schwicharde*, feror, generosa propago,
Antiquae *Cronbergiacae* flos inclyte stirpis,
Insigni virtute potens, laudateque fama,
Quem pietas, honor et zelus, devotio, vera
Religio, Charites trinae, constantia cordis,
Commendant multum, Musarum splendor et ingens.
Accipe *Macarium* divum, sermone Pelasgo
Scriptorem quondam, Latio nunc ore loquentem,
Palthenius quem mente pia doctissimus offert,
Et studiis *Leuchtii* consueto more faveto.

—

Joannes Trithemius de scriptoribus Ecclesiae.

Macarius monachus Aegyptius et B. Patris Antonii quondam discipulus, vir devotus sanctissimae conversationis, de quo multa miracula narrantur, quomodo etiam mortuorum voces de sepulchris pro fidei confirmatione impetravit, claruit multa sanctitate sub Constantino et Constantio principibus anno Domini 350; cuius gesta habentur in vitis Patrum.

ΕΚ ΤΩΝ ΣΟΥΙΔΑ.

Δύο ἐγένοντο Μακάριοι ὁμώνυμοι καὶ περιβόητοι δι' ἄσκησιν, διὰ βίον, διὰ τρόπον, διὰ τὰ μαθήματα. ὁ μὲν Αἰγύπτιος θαυματουργὸς ἦν, καὶ μετὰ τοῦ εὐλαβοῦς πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας αὐστηρός· ὁ δὲ Ἀλεξανδρεὺς κατὰ πάντα ὢν παραπλήσιος τῷ Αἰγυπτίῳ καὶ ἱλαρός· | οὕτως ἱλαρὸς ἦν τοῖς ἐντυγχάνουσι, καὶ τῷ χαριεντίζεσθαι τοὺς νέους ἦγε πρὸς ἄσκησιν. τούτων Εὐάγριος γενόμενος μαθητὴς τὴν δι' ἔργων φιλοσοφίαν ἐκτήσατο, πρότερον λόγῳ μόνῳ φιλόσοφος ὤν· ὃς ἐν Κωνσταντίνου πόλει ὑπὸ Γρηγορίου τοῦ θεολόγου εἰς τὴν τοῦ διακόνου προεχειρίσθη τάξιν. ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν Αἴγυπτον κατελθών, καὶ τοῖς προλεχθεῖσιν ἐντυχὼν ἀνδράσι, τὸν ἐκείνων βίον ἐζήλωσε. τούτῳ βιβλία ἄγαν σπουδαῖα συγγέγραπται· ὧν τὸ μὲν *Μοναχὸς* ἢ περὶ πρακτικῆς ἐπιγέγραπται· τὸ δὲ *Γνωστικὸς* ἢ περὶ τῶν καταξιωθέντων γνώσεως· κεφάλαια δὲ αὐτοῦ πεντήκοντα· τὸ δὲ *Ἀντιῤῥητικὸν* πρὸς τοὺς πειράζοντας δαίμονας, ἐν ὀκτὼ διῃρημένον μέρεσι, κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ὀκτὼ λογισμῶν· καὶ ἑξακόσια προγνωστικὰ προβλήματα· καὶ στιχηρὰ β', ἓν πρὸς τοὺς ἐν κοινοβίοις ἢ συνοδίαις μοναχοὺς, καὶ ἓν πρὸς τὴν παρθενίαν. καί φησι κατὰ λέξιν οὕτως· *Ἀναγκαῖον τὰς ὁδοὺς τῶν προοδευσάντων μοναχῶν ὀρθῶς διερωτᾶν, καὶ πρὸς αὐτὰς κατορθοῦσθαι· πολλὰ γὰρ ἐστιν ὑπ' αὐτῶν τὰ ῥηθέντα καὶ πραχθέντα καλῶς, ἐν οἷς καὶ τοῦτό τις ἔφησε, τὴν ξηροτέραν καὶ ἀνώμαλον διαιταν, ἀγάπῃ συζευχθεῖσαν, ῥᾷττον διάγειν τὸν μοναχὸν εἰς ἀπάθειαν.*

A Duo fuerunt Macarii eiusdem nominis atque decantati propter exercitia studiorum, vitam, mores atque disciplinam. Alter quidem Aegyptius, qui miracula edebat, ac religiosa cautione in eos, qui se conveniebant, erat severus: alter Alexandrinus per omnia similis Aegyptio et humanus, | adeo humanus erat erga eos, qui se conveniebant, ut lepida urbanitate utendo iuvenes ad exercitia provocaret. Horum Evagrius discipulus factus, factis philosophiam exercuit, qui prius verbis duntaxat philosophabatur. Qui Constantinopoli a Gregorio Theologo in diaconorum adscitus est ordinem, quin etiam in Aegyptum profectus, in praedictos incidit viros atque illorum vitam aemulatus est. Ab hoc libri valde graves et serii conscripti sunt, quorum unus B *Monachus* sive de vita activa inscriptus est. Alter *Gnosticus* sive de iis, qui cognitionis munere donati sunt. Capita vero eius libri sunt quinquaginta. Tertius *Antirrheticus*, adversus tentantes daemones, octo distinctus partibus secundum numerum octo cogitationum. Item sexcenta Prognostica problemata, et Elementaria duo, unum ad monachos in coenobiis aut contuberniis viventes, alterum ad virginum coetum. Atque haec sunt eius verba: *Necesse est, ut vias eorum, qui praecesserunt, monachorum sedulo indagemus, et ad eorum normam dirigamur. Multa ab iis et dicta et facta sunt recte, inter quae et hoc quispiam dixit: Aridiorem et asperam vivendi rationem cum caritate copulatam celerius peraducere monachum ad affectionum vacuitatem.*

Digitized by Google

Homiliarum B. Macarii singularum argumenta.

I	*Interpretatio allegorica visionis apud Ezechielem descriptae.*	Pag. 1
II	*De regno tenebrarum, hoc est peccato; et hominem solius Dei beneficio liberari ab eo.*	21
III	*De quieta fratrum inter se conversatione et proelio interiori.*	28
IIII	*Qua ratione promovendum in vita Christiana.*	35
V	*Quantum discrepet vita Christianorum a reliquorum hominum vita.*	68
VI	*De modo precandi.*	85
VII	*De clementia Christi erga homines; continet etiam responsiones ad quasaam interrogationes forte curiosas.*	94
VIII	*De his quae contingunt Christianis inter orandum.*	101
IX	*Promissiones ac prophetias divinas per varios successus et tentationes impleri, et soli Deo adhaerendo liberari nos ab infestationibus daemonum.*	108
X	*Humilitate et alacritate retinentur et augentur dona gratiae divinae, superbia autem et ignavia perduntur.*	120
XI	*Virtutem sancti Spiritus in corde hominis se habere instar ignis.*	126
XII	*De statu Adae post imaginem Dei perditam.*	145
XIII	*Quem fructum a Christiano Deus exigat.*	164
XIV	*Qui se dedicant Deo, non sine spe remunerationis id faciunt.*	166
XV	*Quam sancte et caste se gerere debeat anima	Christiani erga Christum sponsum suum.*	174
XVI	*Spirituales homines obnoxios esse tentationibus et afflictionibus; quarum origo est primum peccatum.*	230
XVII	*De Christianorum unctione spiritali et gloria.*	246
XVIII	*De thesauro Christianorum, qui est Christus et Spiritus sanctus, variis modis exercens eos ad perfectionem assequendam.*	264
XIX	*Christianus proficere volens, ad omne id, quod bonum est, se vi compellere debet.*	277
XX	*Solus Christus sanavit animam, quam ornamento gratiae suae vestivit.*	288
XXI	*Homini Christiano duplex incumbit bellum, externum et internum.*	296
XXII	*De duplici statu decedentium.*	302
XXIII	*Hi soli diadema regium gestare possunt, qui sunt e semine regio.*	303
XXIV	*Christianorum status mercaturae et fermentationi similis est.*	307
XXV	*Per inobedientiam redacti sumus in servitutem, a qua per mysterium crucis liberamur; item de lacrimarum et ignis divini efficacia.*	314
XXVI	*De dignitate, facultate et operationibus animae, et qua ratione tentetur a diabolo et ab eo liberetur.*	326
XXVII	*Dignitatem et statum hominis Christiani prosequitur, eiusque liberum arbitrium, permixtis interim utilibus quaestionibus.*	354
XXVIII	*Describit ac deplorat calamitatem animae in qua propter peccatum non habitat Christus.*	380
XXIX	*Duplici ratione gratiam suam largitur Deus,	cuius fructum tandem iusto iudicio repetit.*	387
XXX	*Ex Spiritu sancto renasci debet anima Dei regnum ingressura, et qui hoc fiat.*	396
XXXI	*Fidelis animo mutari debet et in Deum colligere cogitationes omnes, a quibus vere dependet obsequium divinum.*	407
XXXII	*Gloria Christianorum modo latet in animis eorum, quae resurrectionis tempore emerget et illustrabit corpora pro suo quaeque modo.*	414
XXXIII	*Quam attente diligenterque precandum sit.*	426
XXXIV	*De gloria Christianorum illis non ignota.*	430
XXXV	*De sabbato antiquo et novo.*	434
XXXVI	*Diversa est resurgentium gloria.*	437
XXXVII	*De paradiso et lege spiritali.*	439
XXXVIII	*Exacto opus est iudicio in discernendis veris Christianis, et quinam sint illi.*	452
XXXIX	*Ad quid Scriptura divina nobis donata est a Deo.*	457
XL	*Virtutum inter se colligatio, itidem vitiorum.*	458
XLI	*Quam profunda sint animae penetralia, quae paulatim incrementa gratiae aut vitiorum accipit.*	466
XLII	*Non externa, sed interna promovent aut laedunt hominem; veluti spiritus gratiae aut spiritus nequitiae.*	469
XLIII	*De progressu viri Christiani, cuius tota vis dependet a corde, ut hic varie describitur.*	472
XLIV	*Quantum in homine Christiano mutatio	nem ac renovationem faciat Christus, qui morbos animae sanavit.*	482
XLV	*Nullis artibus aut operibus huius mundi, sed solo Christi adventu sanatum esse hominem; cuius magnam cum Deo cognationem refert haec homilia.*	493
XLVI	*De differentia inter verbum Dei et verbum mundi, et inter filios Dei et filios huius mundi.*	502
XLVII	*Explicatio allegorica quorundam sub lege [bene] factorum.*	509
XLVIII	*De perfecta fide in Deum.*	525
XLIX	*Non satis est huius saeculi delicias reliquisse, nisi quis alterius saeculi beatitudinem consequatur.*	331
L	*Deus est, qui per sanctos suos et creaturas edit miracula.*	537

Homiliae exstant graece et latine pagg. 1-542. Quibus singulis praemissa argumenta graeca multo prolixiora a Palthenio, ut ipse in Praefatione supra col. 305-306 testatur, conscripta, habes infra in Praefatione ad editionem alteram Parisiensem Homiliarum S. Macarii Aegyptii col. 317 sqq. Homilias excipit *Index rerum ac sententiarum in S. Macarii Homiliis contentarum alphabetico ordine digestus*, quem sequuntur *Palthenii* atque *typographi* hae literae:

PALTHENIUS LECTORI SALUTEM.

E Suida et Trithemio, amice lector, in prioribus libelli paginis de vita Macarii quaedam adiecimus,

Digitized by Google

nec tum alios scriptores Macarii mentionem facientes ad manum habuimus. Verum cum iamiam ad finem paulatim opus tenderet, revolvimus Nicephorum et Palladium. Sane uterque, ut supra dictum, duos fuisse Macarios testantur, alterum Alexandrinum genere, qui, licet iunior, in iis quae monachorum sunt praecipua, primas obtinebat, alterum Aegyptium, aetate grandiorem, qui has ipsas graece conscripsit Homilias, quas in latinum sermonem transtulimus. Hic XC vixit annos integros, quorum LX transegit in solitudine. Itaque natus annos XXX et in iuvenili aetate constitutus, tam toleranter tulit labores exercitationis totum decennium, ut magna quadam et insigni dignus haberetur distinctione, adeo ut vocaretur παιδαριογέρων, id est in puerili aetate senex, quoniam citius quam pro aetate profecerat virtutibus. XL annos natus potestatem accepit adversus daemones, gratiam item sanandi, spiritumque praedicendi futura. Dignus quoque est habitus honorando sacerdotio. Habitarunt cum eo duo discipuli in intima solitudine quae vocatur Scete. Quorum unus quidem velut minister illi semper assidebat eorum gratia qui veniebant curandi; alter autem seorsum secedebat in cellam. Praecedente vero tempore cum sanctus perspicaci oculo praevidisset, dixit ministro suo nomine Joanni, qui postea factus presbyter suffectus est in locum Macarii: *Audi, mi frater Joannes, meamque fer aequo animo admonitionem tibi valde profuturam. Tentaris enim*, inquit, *et te tentat spiritus avaritiae; sic enim perspectum habeo. Scio tamen, si meam benigne tuleris adhortationem, te perfectum fore in Dei timore atque eius opere, laudaberisque, et flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo. Quod si non audieris, in te venient quae Giezi tandem acciderunt, cuius vitio laboras.* Contigit porro, ut defuncto Macario non paruerit, sed ei qui propter avaritiam alligavit Judae laqueum. Elapsis itaque XV aut XX annis, cum bona pauperum usurpasset, tam gravi laboravit elephantia, ut in toto eius corpore non inveniretur integer locus in quo quis digitum figere posset. Haec fuit Macarii prophetia. Ferebatur hic sanctus pati continentem ecstasin, saepiusque vel cum Deo vel in rebus versari caelestibus. Fama etiam constans erat in solitudine, suscitasse eum mortuum, ut persuaderet cuidam haeretico neganti resurrectionem. Reliqua, quae divino beneficio gesta sunt, petenda sunt e Palladio in Historia Patrum cap. 19 et 20, Nicephoro Hist Eccl. lib. IX cap. 14. Vale. |

Typographus Lectori S.

Diligentiam quam in Macarii Homiliis adhibuimus, benevole lector, praedicare nolumus; ipse satis perspicies in transcursu lectionis. Nec tamen asseverare volumus, nihil prorsus nos hic fugisse, sed, quae oculos nostros fefellerunt, pleraque omnia facile per te cognosci posse. In uno tamen monendus es. Demandaramus munus versionis describendae ex auctoris autographo studioso cuidam; verum is qua scatet levitate alicubi misere pervertit auctoris verba. Volumus itaque ut ea sic restituas.

Sequuntur Corrigenda octo locorum versionis.

PRAEFATIO

AD EDITIONEM HOMILIARUM S. MACARII AEGYPTII

QUAE COMPARUIT SUB TITULO:

SS. PP. GREGORII NEOCAESARIENSIS EPISCOPI COGNOMENTO THAUMATURGI, MACARII AEGYPTII ET BASILII SELEUCIAE ISAURIAE EPISCOPI OPERA OMNIA QUAE REPERIRI POTUERUNT. Nunc primum Graece et Latine coniunctim edita, cum indicibus necessariis. Accessit Joannis Zonarae Expositio Canonicarum Epistolarum. Parisiis sumptibus Michaelis Sonnii, Claudii Morelli et Sebastiani Cramoisy, via Jacobea. MDCXXII. Cum privilegio Regio fol.

—

Illustrissimo viro Merico de Viq, summo Galliarum procancellario.

Alienum nimis a munere nostro credebamus, vir illustrissime, si inter tot ac tanta publicae congratulationis indicia, quibus universa Gallia communibus votis et vocibus Nomen Vestrum commendat, ipsi soli taceremus, et nulla nostri etiam obsequii officia testaremur. Ex quo enim iustissimus idemque invictissimus Rex noster Ludovicus XIII matura deliberatione ad sanctiora consilii sui Te admisit penetralia, et ad regiorum Sigillorum custodiam deputatum Te voluit, nemo fuit, cui cognita tua virtus est, qui non laudarit, non approbaverit, et regium et egregium factum non praedicaverit. Virum scilicet maturum consilio, iusti et aequi amantissimum, prudentem, sapientem, de republica summe meritum; virum, inquam, ad summa natum, longo rerum usu et seria variorum negotiorum exercitatione ad status politici regimen apprime versatum, tali vocatione dignum. Unde factum est, ut ipsae etiam Musae castissimae in partem exultationis venire gestientes, Tibi patrono suo ad patrios lares redeunti et triumphatorem regem nostrum

Digitized by Google

comitanti obviae forent ovantes. Et quoniam virum ad tantum dignitatis apicem evectum maxime condecet pietas et antiqua veterum Patrum fides et religio, ecce e typis nostris prodeunt in manus vestras tres invicti fidei athletae Gregorius Thaumaturgus, Basilius Isau | ricus, et Aegyptius ille nomine reque beatus Macarius, qui ex Orientis fontibus ut tres olim generosi Davidis milites aquam de cisterna Bethleem, id est, avitae fidei et limpidioris doctrinae latices Tibi porrectum veniunt. Tres quidem non Atticae tantum facundiae gloria celebres, sed, quod amplius, et morum probitate et vitae sanctimonia et miraculorum frequentia conspicui.

Gregorius equidem, qui Neocaesariensi ecclesiae praefectus ita pastoralis officii munus implevit, ut adiunctis sibi septemdecim non amplius sociis universos urbis et ruris incolas ad Christi fidem adduxerit; qui precibus montem excelsum transtulit; qui lacum altissimum in solum ferax convertit et exundantis fluminis cursum virgae attactu in proprium alveum reduxit, unde et alter Moses dictus est; qui futurorum praedictione nulli Prophetarum inferior, sed varia miraculorum operatione multis superior effectus, Thaumaturgus inde est appellatus.

Tum Basilius, qui supra aetatem sapiens duodeviginti tantum annos natus Seleuciae Isauriae in Episcopi gradum evectus haereticae pravitati singulari qua pollebat cum doctrina tum animi fortitudine murum se pro domo Dei opposuit; qui coacto Chalcedonensi centum quinquaginta episcoporum concilio in primis affuit, Nicenae synodi decreta sententiae suae auctoritate firmavit, et Dioscorum fidei vomicam confregit.

Macarius denique eremicolarum decus, solitariae quietis amantissimus, qui transacto in solitudine sexaginta annorum stadio nulla non fuit expertus religiosae pietatis exercitia. Cui daemonas arcere, varios morbos curare, et spiritu prophetico futura praedicere familiare fuit. Qui in futurae resurrectionis fidem ad revincendum cuiusdam dubitantis errorem suscitati etiam mortui hominis testimonium advocavit. Cui perspectae erant cordium cogitationes, et qui continua paene mentis ecstasi adhuc in terris positus Deo coniunctus vivebat.

Quid ergo est quod in istis Patribus non aequi bonique consulat vir sapiens? Elige itaque, vir clarissime, aut huius facundiam, aut illius probitatem, aut istius sapientiam, vel melius utrumque amplectere. Habes enim in triplici tantorum virorum delectu complexam omnium virtutum, quae virum gravem condecorant, encyclopaediam. Habes in sacris ipsorum monumentis, quae suis scriptis posteritati consignarunt, expressam ad vivum cum sincerae doctrinae, | tum fidei catholicae, imo ipsius pietatis imaginem. Unde nec munus nostrum, qualecunque est, tanto viro de re literaria quam bene merito minus dignum iudicavimus. Imo quem aequum rerum aestimatorem comperimus, eidem quem rei literariae auctorem et fautorem sperat, sua quantula sunt munera dicat societas nostra typographica. Interim dum grata benignus accipis nostri in Te animi monumenta, excipiat Altissimus vota nostra, et Te quam optamus diu, cum Ecclesiae suae sanctae tum totius Galliae bono servet incolumen. Vale.

Vestrae Celsitudini addictisimi

Michael Sonnius.
Claudius Morellus.
Sebastianus Cramoisy.

Sequuntur S. Gregorii Thaumaturgi Opera pagg. 1-116, dein titulus:

S. PATRIS MACARII AEGYPTII HOMILIAE QUINQUAGINTA
GRAECE ET LATINE CONIUNCTIM EDITAE
INTERPRETE JOANNE PICO IN SENATU PARISIENSI
CLASSIUM INQUISITORIARUM PRAESIDE.

Joannis Daval Treportuensis Doctoris Theologi
in laudem D. Pici praesidis
Hexastichon.

Quo celebrem Macari donabis munere Picum,
Qui splendore suo candidat Aethiopem?

cet., *ut in Jo. Pici Praefatione ad versionem latinam Homiliarum S. Macarii Aegyptii supra col.* 297-298.

Joannes Picus in senatu Parisiensi classium inquisitoriarum Praeses et piis omnibus Christi et Ecclesiae sanctae cultoribus salutem.

Quam antiqua sit et illustris anachoretarum et monachorum origo cet., *ut ibidem supra col.* 283-284.

Ex Suida.

Duo fuerunt Macarii cet., *ut in Zachariae Palthenii Praefatione supra col.* 310.

Ἐκ τῶν Σουΐδα.

Δύο ἐγένοντο Μακάριοι κ. τ. λ., *ut in Zachariae Palthenii Praefatione supra col.* 309.

Digitized by Google

Joannes Trithemius de scriptoribus Ecclesiae.

Macarius monachus Aegyptius cet., *ut ibid. supra col.* 309-310.

Index capitum Homiliarum sancti Macarii Aegyptii.

Ἀλληγορικὴ παράφρασις τῆς παρὰ τῷ Ἰεζεκιὴλ τῷ προφήτῃ γεγραμμένης ὀπτασίας. Ὁμιλία α'. pag. 1

Interpretatio allegorica visionis apud Ezechielem prophetam descriptae. Homilia 1. pag. 1

Περὶ τῆς βασιλείας τοῦ σκότους, τοῦτ' ἔστι, τῆς ἁμαρτίας· καὶ ὅτι μόνος ὁ Θεὸς δύναται αἴρειν ἀφ' ἡμῶν τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ῥύσασθαι ἡμᾶς ἐκ τῆς δουλείας τοῦ ἄρχοντος τοῦ πονηροῦ. β'. 10

De regno tenebrarum, hoc est peccato, et Deum solum posse a nobis peccatum auferre, ac nos liberare e jugo servitutis principis nequissimi. 2. 10

Ὅτι οἱ ἀδελφοὶ ἐν εἰλικρινείᾳ, ἐν ἀκεραιότητι, ἐν ἀγάπῃ καὶ εἰρήνῃ μετ' ἀλλήλων συνδιάγειν, καὶ ἐν τοῖς ἔσω λογισμοῖς ἀγῶνα καὶ πόλεμον ποιεῖν ὀφείλουσιν. γ'. 13

Quod fratres in sinceritate, simplicitate, dilectione ac pace inter se conversari, ac cogitationibus internis bellum inferre debeant. 3. 13

Τὸν δρόμον τοῦ σταδίου τοῦ κόσμου τούτου προσεχόντως καὶ ἀκριβῶς διέρχεσθαι δεῖ τοὺς Χριστιανοὺς, ἵνα ἐπαίνων οὐρανίων παρὰ Θεοῦ καὶ ἀγγέλων τύχωσι. δ'. 16

Cursum stadii hujus mundi attente et accurate absolvere oportet Christianos, ut caeleste praeconium a Deo et angelis consequantur. 4. 16

Πολλὴ μετάστασις μεταξὺ τῶν Χριστιανῶν καὶ ἀνθρώπων τοῦ κόσμου τούτου. οἱ μὲν γὰρ πνεῦμα τοῦ κόσμου ἔχοντες, τῇ καρδίᾳ καὶ τῷ νῷ ἐν τοῖς γηΐνοις θεσμοῖς δέδενται· οἱ δὲ τὴν ἀγάπην τοῦ ἐπουρανίου πατρὸς ἐπιποθοῦσιν, αὐτὸν μόνον πρὸ ὀφθαλμῶν ἐν πολλῇ ἐπιθυμίᾳ ἔχοντες. ε'. 31

Magna differentia inter Christianos et homines huius saeculi. Hi enim spiritu mundi praediti animo tenus ac corde terrestribus vinculis devincti sunt, illi vero dilectione caelestis patris detenti, eum solum ob oculos in omni desiderio habent. 5. 31

Οἱ βουλόμενοι Θεῷ εὐαρεστῆσαι, τὰς εὐχὰς ἐν εἰρήνῃ καὶ ἡσυχίᾳ καὶ ἡμερότητι καὶ σοφίᾳ ποιεῖσθαι ὀφείλουσιν, ἵνα μὴ κραυγαῖς κεχρημένοι εἰς πάντας σκανδαλίζων | ται. συνέχει δὲ ἡ ὁμιλία ζητήσεις δύο, εἰ οἱ θρόνοι καὶ οἱ στέφανοι κτίσματά εἰσιν, καὶ περὶ τῶν δώδεκα θρόνων τοῦ Ἰσραήλ. ς'. 38

Qui Deo placere cupiunt, preces suas in pace, tranquillitate, mansuetudine ac sapientia facere debent, ne minus decentibus clamoribus usi, omnibus scandalum | pariant. Continet vero homilia duas quaestiones, utrum throni et coronae creaturae sint, et de duodecim thronis Israel. 6. 38

Περὶ τῆς χρηστότητος τοῦ Χριστοῦ πρὸς τὸν ἄνθρωπον. συνέχει καὶ ἡ ὁμιλία ζητήσεις καὶ ἀποκρίσεις τινὰς σχεδὸν ἀτόπους ἢ ματαίας. ζ'. 42

De clementia Christi erga homines; continet etiam homilia interrogationes et responsiones quasdam ferme ineptas aut frivolas. 7. 42

Περὶ τῶν συμβαινόντων τοῖς Χριστιανοῖς μεταξὺ τοῦ εὔχὰς ποιεῖσθαι, καὶ περὶ τῶν μέτρων τῆς τελειότητος, δηλαδὴ εἰ εἰς τὸ μέτρον τὸ τέλειον ἔρχεσθαι δύνανται οἱ Χριστιανοί. η'. 46

De his quae contingunt Christianis inter orandum, et de gradibus perfectionis, utrum videlicet ad perfectum gradum pervenire possint Christiani. 8. 46

Τὰς ἐπαγγελίας καὶ προφητείας τοῦ Θεοῦ διὰ παμποικίλης δοκιμασίας καὶ πειράσεως διαπληροῦσθαι· καὶ μόνῳ τῷ Θεῷ προσκαρτεροῦντας λυτροῦσθαι ἡμᾶς ἀπὸ τῶν τοῦ πονηροῦ πειράσεων. θ'. 49

Promissiones ac prophetias divinas per varias probationes et tentationes impleri, et soli Deo adhaerendo liberari nos ab infestationibus daemonis. 9. 49

Ταπεινοφροσύνῃ καὶ προθυμίᾳ διασώζεται καὶ αὔξεται τὰ δῶρα τῆς θείας χάριτος· ἐπάρσει δὲ καὶ ῥᾳθυμίᾳ ἀπόλλυται. ι'. 54

Humilitate et alacritate retinentur et augentur dona gratiae divinae, superbia autem et ignavia perduntur. 10. 54

Τὴν δύναμιν τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐν τῇ καρδίᾳ τοῦ ἀνθρώπου εἶναι ὡς πῦρ· καὶ τίνων χρῄζομεν πρὸς τὸ διακρίνεσθαι τοὺς λογισμοὺς ἐν τῇ καρδίᾳ βρύοντας. καὶ περὶ τοῦ νεκροῦ ὄφεως εἰς τὸ ἀκρότατον τοῦ ξύλου παρὰ Μωσέως προσπεπηγμένου, ὃς τύπος ἐγένετο τοῦ Χριστοῦ. συνέχει καὶ [ἡ] ὁμιλία διαλογισμοὺς δύο· ἕτερον μὲν Χριστοῦ μετὰ τοῦ πονηροῦ σατανᾶ, θάτερον δὲ τῶν ἁμαρτωλῶν μετὰ τοῦ αὐτοῦ. ια' 57

Virtutem sancti Spiritus in corde hominis se habere instar ignis, et quibus rebus indigeamus ad discernendum cogitationes in corde scaturientes, et de serpente mortuo ad sublimitatem ligni a Mose affixo qui typus fuit Christi. Continet quoque homilia disputationes duas, unam quidem Christi cum nequissimo satana, alteram vero peccatorum cum eodem. 11. 57

Περὶ τῆς στάσεως τοῦ Ἀδὰμ πρὸ τοῦ παραβῆναι αὐτὸν τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ· καὶ μετὰ τὸ αὐτὸν ἀπυ-

De statu Adae, antequam transgrederetur mandatum Dei, et postquam amisit propriam ac caelestem

Digitized by Google

imaginem. Continet quoque homilia quasdam quaestiones omnino utiles. 12. 65

Quem fructum a Christianis Deus exigat. 13. 74

Qui cogitationes ac mentem Deo dedicant, hoc sub spe illuminandorum oculorum cordis faciunt, ac Deus huiusmodi in summa san | ctimonia ac puritate mysteriis dignos reputat, ac participes facit illos gratiae suae. Quidque bona caelestia consecuturi agere debeamus. Tandem Apostoli et prophetae assimilantur radiis solaribus per fenestram ingressis. Docet quoque homilia, quae sit terra satanae et quae angelorum, et quod utraque nec contrectari nec videri possit. 14. 75

Docet homilia haec prolixe, quo pacto anima in sanctitate, castitate ac puritate erga sponsum suum Christum Jesum, Servatorem mundi, se gerere debeat. Continet vero quasdam quaestiones summa doctrina refertas, videlicet, utrum in resurrectione omnia membra resurgant, et alias infinitas de vitio, de gratia, de libertate arbitrii et dignitate generis humani. 15. 78

Spirituales homines obnoxios esse tentationibus atque afflictionibus ex primo peccato scaturientibus. 16. 103

De spirituali Christianorum unctione et gloria, et quod absque Christo salvari aut vitam aeternam consequi impossibile sit. 17. 110

De thesauro Christianorum, videlicet Christo et Spiritu sancto, variis modis exercente eos ad perfectionem assequendam. 18. 117

Christiani proficere et crescere volentes, debent se vi compellere ad omne id quod bonum est, ut liberentur ab inhabitante peccato, et Spiritu sancto repleantur. 19. 122

Solus Christus, verus medicus interioris hominis, sanare potest animam, eamque vestimento gratiae suae exornare. 20. 127

Christiano homini duplex incumbit bellum, internum videlicet et externum; hoc quidem in rece | dendo eum a distractionibus terrenis, illud vero in corde adversus cogitationes spirituum [malorum]. 21. 130

De duplici statu eorum, qui ex hac vita decedunt. 22. 133

Quemadmodum regiam ac pretiosam margaritam gestare solum possunt, qui ex regio semine sunt pronati, eodem modo caelestem margaritam solum filiis Dei gestare licet. 23. 134

Status Christianorum similis est mercaturae e fermentationi. Perinde enim ac mercatores terrena accumulant lucra, sic illi dispersas per hoc saeculum cogitationes. Et quemadmodum fermentum totam massam reddit fermentatam, sic fermentum peccati universum genus Adae percurrit. Verum Christus caeleste bonitatis fermentum fidelibus animis infundit. 24. 136

A λέσαι καὶ τὴν ἰδίαν εἰκόνα καὶ τὴν ἐπουράνιον. συνέχει καὶ ἡ ὁμιλία ζητήσεις τινὰς πάνυ ὠφελίμους. ιβ'. 65

Ὅν καοπὸν ἀπαιτῇ ὁ Θεὸς παρὰ τῶν Χριστιανῶν. ιγ'. 74

Οἱ τοὺς λογισμοὺς καὶ τὸν νοῦν τῷ Θεῷ ἐπιδίδοντες, τοῦτ' ἐπ' ἐλπίδι τοῦ φωτισθῆναι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας ποιοῦσι, καὶ ὁ Θεὸς τοιούτους ἐν ἁγιότητι καὶ καθαρότητι | μεγίστῃ μυστηρίων ἀξιοῖ, καὶ μεταδίδωσιν αὐτοῖς ἐκ τῆς χάριτος αὐτοῦ. καὶ τί ἀγαθῶν ἐπουρανίων τυχεῖν βουλόμενοι ποιεῖν ὀφείλομεν. λοιπὸν οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ προφῆται ἀφομοιοῦνται ταῖς ἀκτῖσιν ἡλίου διὰ θυρίδος εἰσερχομέναις. διδάσκει καὶ ἡ ὁμιλία, τίς ἡ γῆ τοῦ σατανᾶ, καὶ τίς τῶν ἀγγέλων, καὶ ὅτι ἀμφοτέρα ἀψηλάφητος καὶ ἀόρατος. ιδ'. 75

B Διδάσκει αὕτη ἡ ὁμιλία διὰ πολλῶν, πῶς τὴν ψυχὴν ἐν ἁγιότητι καὶ ἁγνότητι καὶ καθαρότητι πρὸς τὸν νυμφίον αὐτῆς Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν σωτῆρα τοῦ κόσμου χρὴ διακεῖσθαι. συνέχει δέ τινας ζητήσεις πολλῆς διδασκαλίας γεμούσας, δηλαδὴ εἰ ἐν τῇ ἀναστάσει ὅλα τὰ μέλη ἀνίστανται; καὶ ἄλλας μυρίας περὶ τοῦ κακοῦ καὶ τῆς χάριτος καὶ τοῦ αὐτεξουσίου καὶ τῆς ἀξιότητος τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων. ιε'. 78.

Τοὺς πνευματικοὺς ἀνθρώπους ὑποκεῖσθαι τοῖς πειρασμοῖς καὶ θλίψεσι ταῖς ἐκ πρώτης ἁμαρτίας βρυούσαις. ις'. 103

Περὶ τῆς πνευματικῆς τῶν Χριστιανῶν χρίσεως καὶ δόξης, καὶ ὅτι ἄνευ Χριστοῦ σωθῆναι ἢ ζωῆς αἰωνίου μέτοχον γίνεσθαι ἀδύνατόν ἐστι. ιζ'. 110

C Περὶ τοῦ θησαυροῦ τῶν Χριστιανῶν, δηλαδὴ τοῦ Χριστοῦ καὶ πνεύματος ἁγίου, διαφόρως ἀσκοῦντος αὐτοὺς πρὸς τὸ φθάσαι εἰς τὴν τελειότητα. ιη'. 117.

Οἱ Χριστιανοὶ προκόπτειν καὶ αὐξάνεσθαι βουλόμενοι ὀφείλουσιν ἑαυτοὺς βιάζεσθαι πρὸς πᾶν τὸ ἀγαθὸν, ὥστε λυτροῦσθαι αὐτοὺς ἀπὸ τῆς ἐνοικούσης ἁμαρτίας, καὶ πνεύματος ἁγίου πληροῦσθαι. ιθ'. 122

Μόνος ὁ Χριστὸς, ὁ ἀληθινὸς τοῦ ἔσω ἀνθρώπου ἰατρὸς, θεραπεῦσαι δύναται τὴν ψυχὴν, καὶ αὐτὴν τῷ τῆς χάριτος ἐνδύματι διακοσμῆσαι. κ'. 127

Τῷ Χριστιανῷ ἀνθρώπῳ διπλὸς πρόκειται πόλεμος, ἐσώτερος δηλαδὴ καὶ ἐξώτερος· ὁ μὲν ἐν | τῷ ἀφίστασθαι αὐτὸν περισπασμῶν γηΐνων, ὁ δὲ ἐν τῇ καρδίᾳ πρὸς λογισμοὺς τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας. κα'. 130

D Περὶ διπλῆς στάσεως τῶν ἐκ τοῦ βίου τούτου ἐξερχόντων. κβ'. 133

Ὡς τὸν βασιλικὸν καὶ πολύτιμον μαργαρίτην φορέσαι μόνον δύνανται οἱ ἐκ τοῦ σπέρματος τοῦ βασιλέως γεννηθέντες· τὸν αὐτὸν τρόπον τὸν οὐράνιον μαργαρίτην μόνον τοῖς τοῦ Θεοῦ τέκνοις φορέσαι ἔξεστι. κγ'. 134

Ἡ στάσις τῶν Χριστιανῶν ἔοικε τῇ ἐμπορίᾳ καὶ τῇ ζυμώσει. ὥσπερ γὰρ οἱ ἔμποροι τὰ γήϊνα κέρδη ἐπισυνάγουσι, οὕτως καὶ ἐκεῖνοι διασκορπισμένους ἐν τῷ αἰῶνι λογισμούς. καὶ ὥσπερ ἡ ζύμη φύραμα ὅλον ἀπεργάζεται ζύμην, οὕτως ἡ ζύμη τῆς ἁμαρτίας πᾶν γένος τοῦ Ἀδὰμ διατρέχει. πλὴν ὁ Χριστὸς οὐράνιον ἀγαθότητος ζύμην ταῖς πισταῖς ψυχαῖς ἐντίθησιν. κδ'. 136

Digitized by Google

Διδάσκει αὕτη ἡ ὁμιλία, ὅτι οὐδεὶς ἀνθρώπων, εἰ μὴ δυναμωθεὶς ὑπὸ τοῦ Χριστοῦ, τῶν τοῦ πονηροῦ σκανδάλων περιγίνεσθαι ἰσχύει· καὶ τί δεῖ τοὺς τῆς θείας δόξης ὀρεγομένους πράττειν. διδάσκει καὶ ὅτι διὰ παρακοῆς τοῦ Ἀδὰμ εἰς δουλείαν τῆς σαρκὸς παθῶν κατήλθομεν, ἀφ' ἧς διὰ τοῦ ἐν τῷ σταυρῷ μυστηρίου ῥυόμεθα. παιδεύει λοιπὸν ἡμᾶς, ὅτι μεγάλη ἐστὶ τῶν δακρύων καὶ τοῦ θείου πυρὸς δύναμις. κε'. 139

Περὶ τῆς ἀξιότητος, καὶ τῆς τιμιότητος, καὶ τῆς δυνάμεως, καὶ τῆς ἐργασίας τῆς ἀθανάτου ψυχῆς, καὶ πῶς αὐτὴ ὑπὸ τοῦ σατανᾶ πειράζεται, καὶ τῆς ἐλευθερώσεως ἀπὸ τῶν πειρασμῶν τυγχάνει. συνέχει δὲ ζητήσεις τινὰς πάνυ πολλῆς διδασκαλίας γεμούσας. κς'. 144

Περὶ τῆς ἀξιότητος καὶ στάσεως τοῦ Χριστιανοῦ ἀνθρώπου διὰ πολλῶν διηγουμένη διατελεῖ αὕτη ἡ ὁμιλία, ὡς καὶ ἡ προηγουμένη. ἔπειτα περὶ τοῦ αὐτεξουσίου πανωφέλιμα πολλὰ διδάσκει, ἀναμιγνῦσα ζητήσεις τινὰς θείας σοφίας πλήρεις. κζ'. | 156

Διαγράφει καὶ ἀποδύρεται αὕτη ἡ ὁμιλία τὴν ξυμφορὰν τῆς ψυχῆς, ὅτι διὰ τὴν ἁμαρτίαν ὁ Κύριος οὐκ οἰκεῖ ἐν αὐτῇ. καὶ περὶ τοῦ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ, ὅτι οὐδεὶς ἐν γεννητοῖς γυναικῶν αὐτοῦ μείζων ἐστί. κη'. 167

Κατὰ διπλὸν τρόπον τὰς οἰκονομίας τῆς χάριτος εἰς τὸ γένος τῆς ἀνθρωπότητος ἐξεργάζεται ὁ Θεὸς, μέλλων τῆς αὐτῆς καρποὺς ἐν δικαίῳ κρίματι πάλιν ἀπαιτῆσαι. κθ'. 170

Ἐκ τοῦ ἁγίου πνεύματος δεῖ γεννηθῆναι τὴν μέλλουσαν εἰσελθεῖν εἰς βασιλείαν Θεοῦ ψυχήν· καὶ ὃν τρόπον τοῦτο γένηται. λ'. 174

Δεῖ τὸν πιστεύοντα μεταλλαγῆναι τοῦ νοῦ αὐτοῦ, καὶ πάντας τοὺς λογισμοὺς εἰς Θεὸν συλλέγειν, ἐν οἷς ἀληθῶς πᾶσα διακονία τοῦ Θεοῦ ἐστι. λα'. 179

Ἡ δόξα τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦ νῦν ἐν ταῖς αὐτῶν ψυχαῖς ἐμμένει, μέλλουσα ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἀναστάσεως φανερωθῆναι καὶ δοξάσαι τὰ σώματα κατ' ἀναλογίαν τῆς αὐτῶν εὐσεβείας. λβ'. 182

Ἀδιαλείπτως καὶ προσεχῶς δεῖ τῷ Θεῷ προσεύχεσθαι. λγ'. 187

Περὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν δόξης, ἧς τὰ σώματα αὐτῶν ἐν τῇ ἀναστάσει καταξιωθήσεται καὶ μετὰ τῆς ψυχῆς φωτισθήσεται. λδ'. 189

Περὶ τοῦ παλαιοῦ καὶ τοῦ καινοῦ σαββάτου. λε'. 191

Περὶ διπλῆς ἀναστάσεως τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων, καὶ διαφόρου δόξης τῶν ἀνισταμένων. λς'. 193

Περὶ τοῦ παραδείσου καὶ νόμου πνευματικοῦ. λζ'. 194

Πολλῆς ἀκριβείας καὶ συνέσεως χρεία ἐστὶν ἐν τῷ δοκιμάσαι τοὺς ἀληθινοὺς Χριστιανούς, καὶ τίνες ἐκεῖνοι ὦσιν. λη'. 200

Τίνος ἕνεκεν ἐδόθη ἡμῖν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἡ θεία γραφή. λθ'. 203

Ὅτι πᾶσαι αἱ ἀρεταὶ καὶ πάντα κακὰ ἀλλήλων ἐκδέδενται, καὶ ὥσπερεὶ ἅλυσίς τις μία τῆς μιᾶς ἤρτηνται. μ'. 204

Βαθέα λίαν τὰ τῆς ψυχῆς ταμεῖα, τῆς ἀπὸ μέρους

Docet haec homilia, nullum nominem, nisi a Christo corroboratum, scandala nequissimi superare posse, et quid iis, qui divinam gloriam appetunt, agendum. Docet quoque, nos per inobedientiam ad servitutem carnis redactos esse, a qua per mysterium crucis liberamur. Instruit denique nos, magnam esse lacrimarum et ignis divini efficaciam. 25. 139

De dignitate, praestantia, facultate et operationibus immortalis animae, et qua ratione ea a Satana tentetur et liberationem e tentationibus consequatur. Continet vero quaestiones quasdam summa doctrina refertas. 26. 144

Dignitatem et statum Christiani hominis copiosa oratione prosequitur haec homilia, ut et quae praecedit. Deinde de libero arbitrio multa non prorsus inutilia docet, permixtis quaestionibus quibusdam divinae sapientiae plenis. 27. | 156

Describit ac deplorat haec homilia calamitatem animae, in qua propter peccatum non habitat Christus. Et de Joanne Baptista, quod inter natos mulierum nullus eo sit maior. 28. 167

Duplici ratione dispensationem gratiae in genus humanum exercet Deus, eius fructus iusto iudicio denuo repetiturus. 29. 170

Ex Spiritu sancto renasci oportet animam, quae regnum Dei ingressura est, et quo pacto hoc fiat. 30. 174

Fidelem oportet mutari animo, atque in Deum omnes cogitationes colligere, in quibus vere omne obsequium divinum consistit. 31. 179

Gloria Christianorum amodo in illorum animis latet, quae tempore resurrectionis emerget, et illustrabit corpora pro modo eorum pietatis. 32. 182

Indesinenter et attente oportet Deo vota facere et precari. 33. 187

De gloria Christianorum, qua corpora illorum in resurrectione dignabuntur et cum anima illustrabuntur. 34. 189

De sabbato antiquo et novo. 35. 191

De duplici resurrectione animarum et corporum, et diversa resurgentium gloria. 36. 193

De paradiso et lege spirituali. 37. 194

Accurato iudicio atque intellectu opus est in discernendis veris Christianis, et quinam sint illi? 38. 200

Ad quid Scriptura divina nobis a Deo donata sit. 39. 203

Cunctas virtutes et cuncta vitia inter se colligata esse et velut catenam unam ab altera dependere. 40. 204

Profunda valde sunt penetralia animae, quae

Digitized by Google

paulatim incrementa gratiae aut vitiorum accipit. 41. | 207

Non externa, sed interna promovent aut laedunt hominem, veluti spiritus gratiae aut spiritus nequitiae. 42. 209

De progressu viri christiani, cuius tota vis ex corde dependet, ut hic varie describitur. 43. 210

Quantam in homine christiano mutationem et renovationem faciat Christus, qui animae affectiones ac morbos sanavit. 44. 215

Nulla ars aut divitiae huius mundi, sed solus Christi adventus sanare hominem potest, cuius maximam cum Deo cognationem haec homilia explicat. 45. 219

B De differentia inter verbum Dei et inter verbum mundi, et inter filios Dei et inter filios huius mundi. 46. 223

Explicatio allegorica quorundam sub lege factorum. 47. 227

De perfecta fide in Deum. 48. 234

Non satis est, huius saeculi delicias reliquisse, nisi quis alterius saeculi beatitudinem consequatur. 49. 237

Deus est, qui per sanctos suos et creaturas edit miracula. 50. 240

A τῇ χάριτι καὶ ταῖς κακίαις συναυξανομένης. μα'. | 207

Μὴ τὰ ἔξωθεν, ἀλλὰ τὰ ἔνδοθεν προάγει ἢ βλάπτει τὸν ἄνθρωπον, δηλαδὴ τὸ τῆς χάριτος πνεῦμα, ἢ τὸ πνεῦμα τῆς πονηρίας. μβ'. 209

Περὶ τῆς προκοπῆς τοῦ Χριστιανοῦ ἀνδρὸς, ἧς πᾶσα ἡ δύναμις ἐκ τῆς καρδίας ἀποκρεμαμένη ἐστὶν, ὥσπερ ποικίλως ἐνταῦθα διαγράφεται. μγ'. 210

Ποίαν ἐν ἀνθρώπῳ Χριστιανῷ μεταβολὴν καὶ ἀνακαίνισιν ἀπεργάζηται ὁ Χριστὸς, ὁ τὰ τῆς ψυχῆς πάθη καὶ νόσους θεραπεύσας. μδ'. 215

Οὐδεμία τέχνη, οὐ πλοῦτος τούτου τοῦ κόσμου, εἰ μὴ μόνη ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐπιφάνεια θεραπεῦσαι τὸν ἄνθρωπον δύναται, οὗ μεγίστην πρὸς τὸν Θεὸν συγγένειαν αὕτη ἡ ὁμιλία ἀποφαίνεται. με'. 219

B Περὶ τῆς διαφορᾶς τοῦ τε λόγου τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ λόγου τοῦ κόσμου, καὶ τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν τέκνων τούτου τοῦ κόσμου. μς'. 223

Ἀλληγορικὴ παράφρασις τῶν ὑπὸ νόμον γεγενημένων. μζ'. 227

Περὶ τῆς τελείας πίστεως εἰς Θεόν. μη'. 234

Οὐκ ἐπαρκεῖ, τῆς τρυφῆς τούτου τοῦ κόσμου ἀπαλλαγῆναι, ἐὰν μή τις τὴν μακαρίαν ἄλλου τοῦ κόσμου λάβῃ. μθ'. 237

Θεός ἐστιν ὁ διὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ θαυματουργῶν. ν'. 240

[Sequuntur *Locorum Scripturae qui in homiliis citantur* atque *Rerum memorabilium* indices duo, dein Homiliae pagg. 1-242.]

PETRI POSSINI SOC. JES. PROLEGOMENA.

AD OPUSCULA S. MACARII AEGYPTII AB IPSO PRIMUM EDITA IN LIBRO CUI TITULUS:

Thesaurus asceticus sive Syntagma Opusculorum octodecim a graecis olim Patribus de re ascetica scriptorum. Ea nunc primum prodeunt e vetustissimis mss. codicibus eruta. Collectore atque interprete Petro Possino societatis Jesu. [*Tolosae et vaeneunt.*] ***Parisiis apud Antonium Dezallier, in vico San-Jacobaeo ad Coronam auream. MDCLXXXIV. Cum approbatione et privilegio*** 4°.

| *Venerando in Christo Patri domno Joanni Le Houx Cartusiae Tolosanae Priori dignissimo Petrus Possinus societatis Jesu salutem in Christo veram.*

Cum qui *thesaurum* in *solo alieno* reperit, communicare illum domino agri legibus Augustorum iubeatur (1), hunc *asceticum* a me inventum in monumentis anachoretarum et coenobitarum Graeciae veteris ei me repraesentare debere familiae sentio, quae vitae solitariae ac socialis decora in se una colligens, bona cuncta priscarum vel anachoreseon vel societatum hereditaria successione transmissa jure possidere quam optimo creditur

Haec sine dubio sacra Cartusiana Religio est, orbe toto clarissima summeque venerabilis. Nec vero quaerendus procul est, cui debitum hoc depositum consignem : Te habens prae oculis, | *venerabilissime pater*, Tuamque istam a Te sapientissime religiosissimeque gubernatam Tolosanam Cartusiam.

Quemadmodum Tu omnium praesidum istius sanctissimi ordinis, qui unquam fuerunt aut uspiam sunt, ita illa communitatum reliquarum sub S. Brunonis disciplina Deum colentium locis passim variis per Europam universam, plenum instar exhibetis, ut quidquid utriusque generis praestans admirabileque alibi conspicitur, in vobis illustri collectum compendio, et quasi refractis in centrum undique radiis luculenter uno expressum aere concavo cernamus

NOTAE.

(1) Cod. Theodos. lib. X tit. XVIII.

Digitized by Google

Non evagor extra Te, dum communitatis Tibi commissae gloriam exsequor. Corporis vis et flos totius in capite residet; inde vigent sensus, valent artus; motus, facultas, omnis actio eo laudem sui referant fas est, unde originem et vigorem utique trahunt. Nec gratuitus hic Tibi otiosae felicitatis fructus est, sed sollicitae et enixe certantis proventus industriae; curas, satagis, contendis, indesinenter attentus vigiliae custodiaeque gregis Tui. Verbo admones exemplo monstrans, nocturnis aeque diurnisque psalmodiis assiduissimus perseverantissimusque praecentor et choragus. Novitiorum institutione ipse defungeris; ipse iunioribus professis consentaneam illi statui culturam impertis; ipse curandis dirigendisque provectioribus non officia solum cuncta exhibes ordinis constitutionibus praescripta, sed et supererogas quae multa variaque in rem praesentem opportune suggerit solertis ingenium caritatis.

Haec sunt arcana vestra; de quibus eo parcius dicere cogimur, quod talium notitia non nisi tenui ad nos externos odore transspirat. Illa iam percutiunt sensus apertius. Per vos illata hodie urbibus eremi sanctitas, ut, cum primis Christianae memoriae saeculis ecclesiae ac cleri angelicam anachoretarum vitam non aliter quam famae longinqua narrantis indicio cognoscerent, mariaque ac lata terrarum se obiicerent spatia spectare illam optantibus, meliori iam sorte nostris felicioribus reservata temporibus Nitrias et Thebaides non modo intra Continentem, citra mare, sed in suburbanis, sed intra ipsa civitatum frequentium moenia videamus (2), opportunitate non ad spectaculi magis novitatem | expetibili aut ad iucunditatem, quam vel inprimis ad animi fructum et morum in intuentibus emendationem quaestuosa.

Quidni hoc putemus tanto ante praedictum ab Isaia verbis illis: *Laetabitur deserta et invia, et exultabit solitudo, et florebit quasi lilium* (3)? Attemperavit se videlicet industria caritatis humanae debilitati, et velut ne suus squallor, larvam virtuti horribilem induens, odiis eam imprudentium obiiceret, *spinis* quaedam suis insivit *lilia;* floridior apparere sustinuit; et austeritatem intus recondens suam tectorium sibi circumdedit amoenius; nihil sibi quidem indulgens aut relaxans intimae asperitatis, at in gratiam et utilitatem intuentium eminentem exterius horrorem piae cuiusdam aspersione suavitatis emolliens, ne infirmi aspectu primo territi averterentur, quos allici ad bonum expedit.

Egrediebatur, ait Evangelista Marcus, *ad Ioannem* [Baptistam] *omnis Iudaeae regio et Hierosolymitae universi* (4). Tolosanis per vos lucrifit egrediendi labor, ut proficiant. Habent intra portas, unde ad sanctimoniam initientur. Vestra illis se obiiciens Cartusia scenam aperit coelestem: vestibulum, atria, porticus, muri, postes, aer ipse paradisum spirans, claustrorum prospectus, et in quadrum digesti late circumiacentium ordines cellarum, quas videns merito exclamet cum Iacob Patriarcha: *Castra Dei sunt haec* (5), castra utique Cartusiae, novae Sulamitidis et Christi sponsae, *ut castrorum acies ordinatae* (6). E quibus cum statis horis procedere cernuntur ascetae vestri illa fronte adhuc a recenti cum Deo congressu fulgente, illis oculis adhuc uvidis e contemplationis arcanae fletu, illa compositione quae angelos referat, totam Antoniorum, Hilarionum et Paulorum e speluncis in apertum ad Dei laudem prodeuntium exhibent speciem, nisi quod admota penitus cuti cilicia, quae illi monstrabant, candidae obtentu vestis abscondunt. Merito tales Tolosana civitas censuit esse illos *vigiles custodes murorum qui custodiunt civitatem* in Scripturis memoratos (7), dum magistratuum ac populi plenissimo et liberalissimo consensu, quem Senatus deinde auctoritas comprobavit, extendi iussit septum Tolosanae Cartusiae usque ad muros urbis, et comprehensam eo spatio moenium partem ac turres vestrae fidei commisit, sapien- | ter reputans, nullum esse ad tuendas urbes munitius Religione propugnaculum. Meminerant quid Romae contigisset a Vitige rege Gothorum obsessae, quam quum propugnans Belisarius, partem muri ruptam et insultibus paene patentem instaurare ac munire decrevisset, consensu reclamantis populi prohibitus abstitit, civibus passim universis affirmantibus, S. Petri se tutelae locum illum credidisse, certoque confideres numquam Romam ea parte capiendam. Nec spes illos fefellit sua. Nam Vitiges frustra omnia conatus solvere obsidionem est coactus, prout haec ex oculato testimonio refert qui praesens adfuit Procopius (8).

E Tuis ad Te nunc revertor, *venerabilissime pater*. Spissa et multiplex persona vobis Cartusiarum praepositis imponitur, ex intimis profundissimae adytis asceseos exire isto subinde officio coactis in tractatus cum proceribus et populo promiscuos, in hospitalitatem comem et mundam, in sermones accommodatos audientibus status ac generis cuiusvis. Pauci ad fundum penetrant, quanta vis sit illius Pauli apostoli sententiae: *Omnibus omnia factus sum, ut omnes facerem salvos* (9). Quam vivida, inquam, et scintillanter micanti mentis experrectae praestantia opus Apostolo gentium fuerit, ut ab ecstasi, qua raptus ad paradisum arcana ineffabilia audierat, ad facunde perorandum in medio Areopago, ad prolixe disserendum coram Festo praeside, rege Agrippa et regina Berenice, ad urbane conversandum cum Sergio Paulo Cypri pro-

NOTAE.

(2) Corr., Possin. *videmus*. EDITOR.
(3) Isai. XXXV, 1.
(4) Marc. I, 5.
(5) Gen. XXXII, 2.
(6) Cant. VI, 3.
(7) Cant. V, 7.
(8) Gothic. lib. I cap. 33, ed. Reg. p. 368; lib. II cap. 2 p. 410.
(9) I Cor. IX, 22. II Cor. XII, 4.

Digitized by Google

consule, denique ad familiariter simulque utiliter agendum Philippis cum Lydia purpuraria, Iconii cum Thecla virgine, aliisque alias innumeris (10). Sic nusquam luculentius quam in Te apparet, quod quidam veterum aiebat, eloquentiam silentii prolem esse, et neminem loqui uberius et dulcius, quam qui diu religiosissime tacuerit; dum, ut Bernardus ex umbra et secessu silvarum, ita Tu e severissima claustri taciturnitate, quasi e schola rhetorum prodiens audiris, quotiescumque loquendum est, mellifluus orator.

In locum me ancipitem propulsum sentio, ubi praedicare, quod haec civitas universa sentit et loquitur, prohibeor modestiae Tuae respectu, quam suarum obtrusione laudum scio quantum offenderem. Utar ergo astutia Pauli apostoli, artificium suum quoddam | tale adeo non dissimulantis, ut ultro prodiderit, quando ait Corinthiis : *Cum essem astutus, dolo vos cepi* (11). Nempe idem Corinthiis iisdem alibi profitetur, se quaedam, quae de ipsis, offensionem eorum metuens, declarare verebatur, *transfigurasse in se et* suum in praedicatione ad ipsos socium vel administrum *Apollo, propter ipsos* (12), ut pudori scilicet ipsorum parceret. Sic et ego in aliis personis Tua decora constituens, simul erubescentiam Tibi Tuam lucrifaciam, simul tamen officio meo non deero significandi, quae nosse multorum interest.

De Magno Antonio S. Athanasius scribit, fuisse illum ita in congressu et sermone cum omni hominum genere humanum et suavem, ut non e desertis montibus, ubi omnem aetatem solitarius exegerat, sed e sinu cultarum urbium prodire videretur. Verba ipsa ponam Athanasii, ne quis a me fingi suspicetur : οὐχ ὡς ἐν ὄρει τραφεὶς, κἀκεῖ γέρων γενόμενος, ἄγριον εἶχε τὸ ἦθος· ἀλλὰ καὶ χαρίεις ἦν καὶ πολιτικός· τὸν δὲ λόγων εἶχεν ἡρτυμένον τῷ θείῳ ἅλατι, hoc est : *non ut in monte nutritus et ibi senex factus, agrestem habuit conversationem, sed suavis erat et civilis, sermonem autem habebat divino sale conditum.* Haec Athanasius, qui eiusdem alibi Antonii eloquentiae specimina profert insignia, longas ipsius, etiam ad gentiles philosophos, orationes recitans, quibus in admirationem illi raperentur. Antonii quoque discipulus Macarius cognomento Alexandrinus, etsi vitam et ipse in deserto longam duxerat, tamen, ut Sozomenus testatur (13), eam exhibuit in promiscuo cum illum adeuntibus usu morum et sermonum elegantiam, ut vulgo cognominaretur ἀστός, hoc est *urbanus* et *civilis*. Talem Te passim gratulantur admirantes, qui e congressu Tuo redeunt, simul e prudentia consiliorum, e gravitate admonitionum, e sententiarum sapientia fructum animi mansurum in sinu reportantes.

Nec tenent se, quin in laudes postea erumpant. Unde, ut fit, gliscens fama, impleta civitate, in provinciam redundat eo strepitu, cuius sonitus ne ad Te perveniat, ulla claustri ac solitudinis obstare munimenta queant. Non igitur Te latet; sed nec Te laedit, hoc est, humilem Tui sensum, qui verae sanctitatis indubitatissimus character est, in Te ulla ex parte minuit publicum istud Tibi honorificum praeconium. Quo plus eveheris, eo Te altius apud Te co | ram Deo deprimis, sancta illa, philosophis ignota gentilibus, unius propria christianismi humilitate, quae nusquam eminet probatior, quam ubi inter faventissimos vulgi plausus et famae buccinantis elogia sonora locum nihilominus suum, hoc est infimum, mordicus retinet. *Magna et rara virtus*, ut idoneus talium judex, Tuorum exemplar decorum, S. Bernardus pronunciat, *humilitas honorata* (14).

Huius Tibi carissimae pretio dotis commendandum apud Te quem offero librum autumo, in cunctis fere paginis christianissimae ac religiosissimae virtutis huius encomia ambitiose, paene dixerim, perorantem.

Nec minus, spero, placebit ascetis istis venerandis et domus hic huius Tuae et universi alibi uspiam sacri vestri ordinis. Iuvabit ipsos illic abstinentiam, quam orbe obstupescente mire continuam exercent; silentium aeternum, coelituum alloquiis confabulationes hominum permutatione quaestuosa compensans; abnegationem evangelicam sui, abdicationem terrenorum, adhaesionem Deo super omnia indivulsam glutino nunquam intermissae iuxta suggestiones apostolicas (15) orationis, caeterasque religiosissimas observationes ubique praescriptas, praedicatas, praeceptis pariter et exemplis commendatas, informatas intueri. Suas prorsus ipsorum in hoc quasi speculo formas aspicient, et quae instituto dudum vestro domestico usurpant, dictis, actis, legibus antiquissimorum Ecclesiae Patrum jam olim exercita comprobataque recognoscent voluptate, quantum auguror, non parva. Cuius in suggerenda per hanc editionem occasione ac facultate, si quam mihi contingeret a Te et illis inire gratiam, abunde ampla illi merces rependeretur, ubi per Vestrae indulgentiam caritatis participatione quadam meritorum suffragiorumque Vestrorum aspergerer. Quod, multum iis indigens, licet non minus immeritus, opto et voveo, faustissima Vobis omnia precans et augurans. Vale, *venerabilis pater*, et hoc qualecumque obsequium ne graveris admittere addictissimi Tibi et universo vestro sanctissimo ordini devotissimi clientis. Scribebam Tolosae XVI Kal. Sept. A. CIↃIↃCLXXXII.

NOTAE.

(10) Act. XVII, 22. XXV. XXVI. XIII, 7. XVI.
(11) II Cor. XII, 16.
(12) I Cor. IV, 6.
(13) Sozom. Hist. Eccl. lib. III cap. 13.
(14) S. Bernardi Hom. IV super *Missus est*.
(15) I Thess. V, 17.

Digitized by Google

PETRI POSSINI SOC. JESU

IN THESAURUM ASCETICUM PROLEGOMENA

| I. Duodecim graecorum Patrum veterum octodecim Opuscula, numquam hactenus vel graece edita vel latine reddita, utraque simul exposita lingua hoc collecta syntagmate tibi, *lector*, offerens oro, ut dum de iis et eorum auctoribus meaque in illis exscribendis et interpretandis opera quaedam, quae te nosse juverit, expono, ne brevem commodare audientiam gravere.

Multum et dulce a prima mihi inventute studium fuit bibliothecas veteres lustrandi, quaeque in iis inedita, praesertim graeca, servarentur ab elegantibus olim ingeniis composita, non cognoscendi solum, quod insatiabili voluptate faciebam, sed etiam, in quo vincendum saepe taedium aerumnosi laboris fuit, longa describendi patientia in literas lectu faciliores ex archetypis aevo iam evanescentibus transferendi, si qua ex his aliorum aut meo usui quondam profutura sperarentur. In quo equidem a nullo scriptorum laudabilium abhorrui genere, utique qui rhetorum etiam et poetarum nonnullam sic congesserim farraginem, historicos vero quosdam ediderim; fateor tamen, proniori me affectu incubuisse ad scripta Patrum ac Magistrorum Ecclesiae priscorum adhuc latentia e pulvere pluteorum eruenda, seu quae ad librorum canonicorum expositionem spectant, seu culturam morum religionisque disciplinam ex professo tractantia. Prioris argumenti quaedam luci dedi, plura in scriniis habeo. Sunt enim penes me, ultra dudum datas Patrum symbolas in Matthaeum et Marcum, supplementa et auctaria insignia Catenarum editarum in Lucam ac Joannem et in Genesim; Catenae item integrae copiosissimae in Isaiam, Ezechielem, Danielem; scholia pariter graeca in prophetas minores duodecim; perpetuus insuper Commentarius libris duodecim expansus S. Gregorii episcopi Agrigentini in Ecclesiasten, quem erudito iuveni Ioanni Francisco de Rubeis Romano latinitate ac luce donandum | reliqui Roma discedens anno superiori 1681; denique complementum operis imperfecte editi S. Gregorii Nysseni in eundem Ecclesiasten, post octo, quae exstant, homilias expositionem perducentes ad tertium duntaxat, nec ipsum totum sacri eius libri caput, reliquum universum Patris eiusdem disertissimi usque ad versum ultimum postremi duodecimi capitis commentarium exhibens.

II. Confiteri tamen debeo, delectatum me potissimum occursu operum ab antiquis magni nominis Patribus scriptorum de interiori religionis disciplina quam ascesin vocant, graeco vocabulo *exercitationem* latine sonante, sed plus quippiam significante quam primo eius vocis auditu menti subiicitur. Quo injungi mihi officium sentio, rem ipsam hanc totam, A cuius intima notio cum tituli huic collectioni praefixi intelligentia et universo argumento librorum hoc systema conflantium implicata est, lucide, si possum, distincteque declarandi. Graecum verbum, cui latina *exercere* ac *meditari* respondent, iam ab aevo priscorum Atticorum non ad cuiusvis exercitii significationem applicatum est, sed constanter et ex professo iterati ad certum finem perficiendi vel corporis vel animi. Nam et militia et pugilatus, cursus, lucta ceterique agones, et venatio, et cantus, et tibiarum ac fidium melodia, similesque aut iucundae aut utiles ideoque in pretio habitae artes, suas habent cuique accommodatas *asceses*, *meditamenta* et *praeexercitationes*, quibus ad eas initientur qui clarescere aut beari per illas sperant. Plerumque tamen B philosophi veteres ad mentis culturam virtutumque praxim, per quas homo ad felicitatem disponitur, *asceseos* appellationem adaptarunt. Quos imitati unanimi consensu iam a primis legis novae saeculis ecclesiastici scriptores *ascesin* non fere aliam agnoscunt et praedicant, quam quae ab ipsis distinguitur adiuncto pietatis ac religionis, *quae animam pascit divinis sensibus*: verba sunt Basilii Magni, scriptorum asceticorum facile principis, in libro De vita solitaria. Addicta igitur usu iam olim ecclesiastico est *ascesis* graeca vox indicandae praxi actuum internorum humanae mentis et voluntatis Deo colendo et sibi perficiendis, semper quidem et ubique, sed in secessu praesertim ac solitudine, aut in C convictu et contubernio idem ex instituto meditantis sodalitatis attendentium.

III. Character Ecclesiae Christi est, honorare numen non labiis solum aut usurpatione sensibili rituum, quod faciebat Synagoga, sed conceptis intime sensibus affectibusque devoti penitus animi. Hoc discrimen Christus exprimit his verbis Samaritanam alloquens Joan. IV: *Mulier, venit hora, et nunc est, quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu et veritate.* Summam sibi religionis vetus Iudaeorum natio ponebat in speciosis cerimoniis et pompis, qualium ostendendarum professam et quaestuosam artem Scribae praesertim Pharisaeique factitabant. Iis D quomodocunque functi perfectos se arbitrabantur, securi celatorum intus ulcerum reae mentis et criminosorum affectuum consciae. Quod exprobrans illis Christus ait Matth. XXIII, 25: *Vae vobis, Scribae et Pharisaei, quia mundatis quod deforis est calicis et paropsidis, | intus autem pleni estis rapina et immunditia... similes sepulchris dealbatis, quae aforis parent hominibus speciosa, intus vero plena sunt ossibus mortuorum et omni spurcitia.* Quemadmodum ergo certam methodum ac formulam observationum istarum Mosaicarum Iudaei legis doctores

Digitized by Google

digestam in regulas et compositam habebant tradebantque ad usum plerumque merum ambitiosae ostentationis, ita par fuit, sanctos legis novae mystas interioris huius Dei cultus tacitis sensibus mentis et voluntatis motibus exerciti totam, exploratam animadversione longa, et literis commissam explicare rationem.

Talis hyle, talis scopus est horum quos edimus librorum, non monachis duntaxat aut anachoretis, quod videri cuipiam posset, utilium, sed promiscue cunctis Ecclesiae statibus ordinibusque profuturorum; quoniam, etsi Christi Ecclesia per Bethaniam figurata Mariam habeat in solidum contemplationi deditam et Martham vitae activae ministeriis attendentem, tamen ex suis alterutrae officiis invicem interdum participant. Nam et Maria ministerii corporei nonnihil attigit, dum Christi hospitaliter epulantis caput spicato nardino suavissimi odoris dapsiliter inunxit; et ipsa Martha orationum momenta suis occupationibus infindit, prout vel ex eo patet, quod stetit Christum alloquens et orans, ut iuvari se curaret a sorore. Commune profecto cunctis cuiusvis sexus, aetatis, ordinis Christianis orandi et actus interiores fidei, spei, caritatis, religionis exercendi praeceptum est, hoc solo discrimine coenobitarum et anachoretarum a caeteris, quod illi semper et unice religioni se totos impendunt, hi cogitant quidem quae sunt mundi pro sui conditione status, sic tamen, ut religionis officia non negligant, Deo reddentes quae Dei sunt, interim dum et patriae et familiae prout res exigit consulere non desistunt. Unde iis quoque sua pars asceticis competit.

Est igitur cur sperem, non ingratam Publico futuram a me curatam productionem in lucem uno collectorum corpore duodeviginti talis materiae tanti usus Opusculorum a celebribus duodecim elucubratorum auctoribus, cum paris in tanto minus dignis rariusque utilibus libellis coniunctim edendis diligentiae exempla faventer excepta praeiverint. Equidem sentire me secus, quam par sit, de politissimi huius acumine et aequitate saeculi crederem, si, cum ab eo laudata et magni habita videam syntagmata cynegeticorum, accipitrariorum, georgicorum, agrimensorum, hippiatricorum et similium, despici vererer et a delicatorum fastidiis frigere, dum asceticorum non antehac visorum operum connexam uno serto seriem offero; quasi agrorum vel culturae vel dimensionis, mulorumque medicinae gratiosius sit praecepta vulgare ab istarum consultis artium tradita, quam disciplinae scitu dignissimae ac cunctis necessariae Deo placendi, mundandae animae, fidem, spem, caritatem, humilitatem, patientiam exercendi, orandi non solum illa initiali cunctis facili oratione, sed sublimiori altera quam contemplationem vocant, multa cautione ob periculum illusionum egente, certam methodum exploratamque rationem a viris sanctissimis, doctissimis, antiquissimis, accuratis explicatam commentariis ita e graeca latinam facere, ut ipsa tamen archetypa non supprimerem, | cum ad pignus meae fidei praebendum, tum ad fructum non invidendum eruditis, ex ipsa, quod passim malunt, fonte hauriendi.

IV. Reddenda deinceps ratio est Opusculorum. Inprimisque prodendum unde quodque hauserim. Inter volumina manus antiquae graeca plurima, quae Franciscus Turrianus Societatem nostram Romae iniens anno 1566 in domo professa Romana, ubi hactenus asservantur, deposuit, unum est auctorum facile triginta lucubrationes de re ascetica colligens, veteri transmarina exaratum manu, annis abhinc retro plus quingentis, quantum fumida ferrugo chartae olim candidae augurandum praebet. Ex eo sexdecim Opuscula descripsi, hoc est, omnia exceptis duntaxat duobus XIII et XVIII; nam prius e Vaticano perantiquo codice, cui numerus inscribitur 730, descriptum est, ultimum e Cryptoferratensi bibliotheca deprompsi.

Omnium in fronte posui epistolam S. Joannis Chrysostomi ad monachos, ita clare in Turrianensi codice inscriptam. Esse illam Chrysostomi si quis negaret, ab hoc iure meo exigerem, ut testimonium pro se auctoritati Turrianei codicis *aequilibre* aut potius praeponderans afferret. Cum certum sit Patrem illum sanctissimum, ipso affirmante lib. I De sacerdotio, sat longo tempore antequam presbyter et ecclesiastes Antiochiae fieret, unde est ad thronum Constantinopolitanum evocatus, inter monachos vixisse, verisimillimum est, tam foecundum ingenium non abstinuisse a scribendo de rebus quas tunc meditabatur, atque adeo hanc eo iam tum tempore epistolam, et plura forte alia paris argumenti literis mandasse, quae, quod non compareant in collectionibus vulgo editis Operum illius, causa esse potuit, quoniam ea potissimum ex illis in codices publicos referebantur quae ad promiscui generis homines docendos pertinere viderentur, alia seorsum in monachorum scriniis et coenobiorum archiis uti professionis ascetarum propria sinebantur custodiri. Istam porro epistolam praeposui cunctis aliis Opusculis non antiquitatis praerogativa, qua Chrysostomum superant Macarius et Amphilochius, ille septem Opusculorum a II ad VIII, hic decimi auctores, sed ob claritatem tam noti et celebris Ecclesiae doctoris, quomodo inter Paulinas epistolas primatum occupat Romanis scripta propter Romanae vel urbis vel Ecclesiae praecellentem dignitatem, licet aliquanto posterius quam quaedam ceterarum data. In reliquorum sane dispositione Opusculorum aetatis cuiusque rationem, quantum licuit, habui.

Septem Opuscula sequentia unius sunt auctoris Macarii Magni, prout diserte singulorum titulus signabat in codice Turrianeo. Erant autem ea ibi non uno continue ductu expansa, sed in duo separatim, multis interpositis, divisa systemata nominis eiusdem. Priori siquidem hic praefigebatur in-

Digitized by Google

dex : *Macarii Magni de custodia cordis;* incipit a folio 150 Turrianei codicis, et in 158 desinit. Alterum a folio 245 ad 291 extensum rubrica exarato insignitur titulo sic latine sonante : *E dictis ac scitis divini Macarii vere beati de perfectione in spiritu summaria epitome.* Legens et comparans animadverti, opus utrumque unius exhibere doctrinam auctoris, sed a duobus exceptam, | et prout ex ore dicentis audierant, suo cuiusque ingenio missam in literas. Hinc notabilis cernitur styli diversitas inter priorem posterioremque collectionem, quamquam eadem utrobique sententiarum quasi substantia est, unus tenor ordoque praeceptorum, nec differentia plerumque verba. Tantum pressior et paulo incomptior primus exceptor est, nihil prorsus referens, quod non in secundo syntagmate alicubi legatur. Id illum qui digessit, non efferre in eo propriae mentis sensa, sed aliena, nominati videlicet in fronte operis Macarii Magni recitare, cum alia declarant, tum inserta subinde vox valens *ait*, ubi minus exspectes; quam interpretando plerumque negligere sum coactus, metu, ne, si scrupulose redderem, sententiae limpiditatem et pronum fluxum molesta nec utilis ad quidquam interpellaret iteratio.

Totum autem commentarium priorem Opusculorum Macarianorum primo, syntagmatis huius secundo, complexus, alterum haud paulo uberius et prolixius in sex alia molis ferme paris Opuscula discrevi, non arbitrio mere meo, sed indicia secutus inspersorum certis intervallis peculiarium titulorum, quos in fronte cuiusque Opusculi expressi. Capita quoque sic ut exhibui distincta in originali codice visuntur, rubrica et suo cuique indito numero dirempta ordinataque invicem.

V. Non dissimulo, septem haec Macarii Opuscula praecipuam mihi fuisse causam huius editionis adornandae, ceterosque auctores undecim totidem his adiunctorum libellorum non alio ferme consilio, quam ut Macario pompam facerem, neve incomitatus parum honeste prodiret, a me adscitos. Cui consentanee proposito agere hic paulo diligentius de Macario Magno debeo, non omissurus de aliis item reliquorum auctoribus Opusculorum suo cuiusque loco et ordine quae dici oportere videbuntur.

Multa me ad impendendam Macarianis hisce Opusculis e situ eruendis diligentiam moverunt. Verbum vetus est S. Ambrosii : *Primus discendi ardor nobilitas est magistri* (1). S. Patris auctoritas, Magno Athanasio aequalis, Magno quoque Antonio familiaris, in opere illa ipsa proferente, quae divinitus illustratus Antonius antiquissimo discipulorum ac filio primogenito, intimi longo usu contubernii ministro fidelissimo, arcane communicavit, digna visa est quam venerarer, et ea commendatum non despicerem latere in perpetuum sinendo volumen, praesertim spectabile utileque in [non] paucis, ut mox ostendam, ubi prius absolvero quod coepi, definiendo quis sit iste Macarius inter plures etiam Magni Antonii discipulos quos idem signavit nomen.

Duo celebres Macarii feruntur, Aegyptius prior dictus, alter hoc iunior Alexandrinus. Fasti sacri Ecclesiae latinae priorem die secunda Januarii, alterum quinta decima memorant; Graeci utrumque die mensis eiusdem undevigesima venerantur. Non falso ambo discipuli Antonii vocantur. Viderunt enim audieruntque illum, sed seniorem iuvenes, sero tandem et obiter ad ipsum, ut multi tunc, profecti ad brevem venerationem, reversi mox ad statas habitationes suas a statione magni anachoretarum Patris dissitas plurimum. Aegyptius quippe Macarius in Scithi sedem habuit, Alexandrinus in Celliis, | quae loca in Libya sunt, longe a Thebaide distantia, in qua et mons interior, ubi solus plerumque residebat Antonius, erat, et ab hoc non multum distans mons exterior, in quem subinde excurrebat, ut in eo habitantes suos monachos viseret.

Ab hoc utroque Macario alium diversum et ambobus seniorem fuisse docent nos Athanasius in S. Antonii, Hieronymus in Pauli primi eremitae Vita, dum aiunt, Magnum Antonium duos secum discipulos intimos, comites individuos, habuisse Macarium et Amatham, praesertim ultimis quindecim vitae suae annis, quos et solos obitus sui testes et sepulturae, de qua illis mandata suprema dedit, esse conscios voluit. Contigit S. Antonii obitus anno Constantii 19, Christi 356. Atqui de Macario Aegyptio, quem passim ponunt Alexandrino fuisse seniorem, ex eius Actis constat, eum naturae debitum solvisse anno Christi 391 nonagenarium, post annos sexaginta in Scithica solitudine transactos. Unde sequitur, capessivisse illum solitariam apud Scithin vitam anno Christi 331, ubi cum ad finem perseveraverit, nisi quod peregrinatus interdum ad Antonium est visendi et consulendi eius gratia, mox ad stationem regrediens suam, consequenter haud sane dici posse, fuisse hunc Aegyptium Macarium, illum Amathae collegam, ministrum et socium individuum Magni Antonii, quem ille iam ab anno Christi 341—hic enim quintus decimus est ante mortem Antonii—dum in montem interiorem, illic reliquae vitae stadium decursurus, secederet, in loco huic vicino, hoc est in monte exteriore praesto semper sibi ad extremum esse iusserit.

VI. Hunc equidem Macarium socium Amathae existimo tam quinquaginta, quae dudum exstant inscriptae nomine Macarii, Homiliarum auctorem, quam horum septem Opusculorum quae nunc edimus. Nam quod vir doctissimus Joannes Picus, qui Homilias illas a se latine redditas vulgavit, opinatur, scriptas eas fuisse a Macario Aegyptio, Scithicae incola solitudinis, valide refellitur contrario testimonio Gennadii Massiliensis, cuius cap. X libri De

NOTAE.

(1) Lib. De virg.

Digitized by Google

viris illustribus haec leguntur verba : *Macarius ille monachus Aegyptius, signis et virtutibus clarus, unam tantum ad juniores professionis suae scripsit epistolam.* Ita ille : cuius tam idonei tam disertae auctoritati testis quid satis validum obtendi eluctandae queat, haud video ; atque adeo pro certo teneo, quaerendum alium a Macario Aegyptio Macarianarum Homiliarum auctorem.

Suggeret forte quispiam alterum hoc iuniorem Macarium, vulgo dictum Alexandrinum a civitate in qua natus est. At cum inter multa, quae de isto Macario Sozomenus lib. III cap. 13, Socrates lib. IV cap. 18, et ex his de more Nicephorus lib. IX cap. 14 colligunt, nihil prorsus referant, unde scripsisse quidquam eum, quod in lucem ac famam exierit, possit intelligi, nec ei quisquam alius veterum, quod sciam, aut recentiorum hoc opus tribuat : quis non videt, magna nos invitari verisimilitudine ad Homilias istas antiquissimo Macario Magni Antonii intimo atque individuo ministro vindicandas? Nec qua eas occasione quove officio graece a se redditas ex Antonii magistri dictatis protulerit, latere poterit reputantem, praepositum eum ab Antonio | fuisse gubernandis eius nomine quinque millibus monachorum, qui ultimis quindecim vitae Antonii annis monasterium Pispiritanum frequentabant. Hoc disertissime testatur antiquissimus vitae abbatis Posthumii scriptor anonymus, quem referunt et a fide maxime commendant nostri Bollandus et Henschenius Tom. I Ianuarii pag. 1006. Is enim narrans, Macarium post rectum a se solo aliquot a morte Antonii annis Pispiritanum coenobium, senio se fatiscere sentientem, in sui locum elegisse successurum sibi Posthumium, clarissime ait, fuisse Posthumii decessorem *Macarium B. Antonii discipulum*, ac mox tertio post versu : *nam idem Macarius ab illustri viro Antonio monachorum fere quinque millia acceperat gubernanda.* Nimirum S. Antonius, qui literas a puero non didicisset, et patria una lingua coptica semper loquens, graeca non expedite uteretur, propterea solitus cum Graecis agere per interpretem, ut haec omnia diserte Athanasius testatur, addens etiam, ad hoc ad manum habuisse hominem idoneum maxime, non alium, opinor, a Macario, insuperque ab instituto suo veteri anachoreseos, hoc est vitae solitariae, recedere non volens, cum in monte interiori, loco sibi divinitus monstrato, solus perseverare usque ad mortem, prout revera fecit, decrevisset, nec tamen deesse vellet tot millibus hominum, qui undique ad eum studio ad salutem aeternam ex ipso proficiendi confluebant, eorum commorationi assignavit montem alium illi suo vicinum, et ad eius differentiam exteriorem vocatum, in quo Pispiritanum monasterium exstructum est, a monachis frequentatum, qui discretis cellulis circum degentes, sparsi per spatium triginta milliarium, ad locum exterioris montis, interiori propinquum, cui loco nomen erat *Pisper* (2), ubi Amathas et Macarius residebant, soliti erant convenire audiendae gratia sacrae doctrinae a Macario Antonii interprete, quin et ipsius Antonii visendi, qui eo consueverat certis dierum intervallis se conferre. Nihil horum credi mihi postulo. En oculatum, referente Palladio in Vitis Patrum, de his cunctis testimonium Cronii cuiusdam presbyteri Nitriensis, se venisse aientis *ad monasterium S. Antonii in loco qui Pisper dicitur. In quo*, inquit, *sedebant eius discipuli Macarius et Amathas, qui etiam eum, cum dormiisset, sepelierunt.* Addit, *exspectasse se dies quinque, ut conveniret sanctum Antonium. Dicebatur enim*, ait, *accedere ad hoc monasterium aliquando quidem post decem dies, aliquando vero post viginti, aliquando vero post quinque, prout expediebat pro beneficio eorum qui veniebant ad monasterium.* Porro iis, qui in eo erant monasterio, praefuisse vicarium Antonii Macarium clare tradit idem qui viderat Cronius presbyter, hoc modo supra descriptis adiungens : *Accidit autem, ut alio die veniret Magnus* [Antonius] *sero vespere, amictus chlamyde pellicea. Ingressus est ergo suum monasterium. Erat autem haec eius consuetudo, ut alloqueretur Macarium, et eum interrogaret : Frater Macari, veneruntne huc aliqui ? Respondebat Macarius : Venerunt. Dicebat autem Magnus : Suntne Aegyptii an Hierosolymitani ? Dederat autem Magnus ei signum dicens : Cum videris venisse aliquos quibus est minus negotii, dic : Adsunt Aegyptii ; quando autem videris venisse aliquos religiosiores et paulo consideratiores, dic :* | *Sunt Hierosolymitani.* Haec Cronius, quae viderat fide presbyteri referens. Ex quibus manifeste patet, assidue mansisse in Pispiritano coenobio Macarium, vices Antonii, quoad is vixit, gerentem et videlicet quotidianas aut frequentes erudiendis aptas monachis Homilias habentem, quarum ipse non tam auctor quam interpres esset. Audita enim ab Antonio coptice loquente ipse graece perorabat. Audi enim Athanasium in Vita Antonii Tom. II Athanasianorum Operum edit. Paris. anni 1627 pag. 479, ubi, postquam dixit, Antonium Alexandriae praesentem tempore persecutionis Maximini obtulisse se ad martyrium praesidi alioqui fero et sanguinario, nec tamen, quod impense cupiebat, fuisse comprehensum, adiungit : *Erat autem Dominus illum reservans in nostram et aliorum utilitatem, ut in ascesi, quam e Scripturis ipse didicerat, multis magister fieret.* Magisterium autem istud Antonius exercuit coptica, quam solam, ut dixi, callebat, lingua. Ex qua S. Athanasius graece reddit bene longas eius orationes duas, priorem a pag. 461 ad 477, alteram a pag. 492 ad 497, saepe etiam alias eruditas eius eo de genere sententias, responsa et praecepta memorans, quorum pleraque eadem in Macarii Homiliis

NOTAE.

(2) Sic ! Edit.

Digitized by Google

librisque hodie apparent, haud dubio indicio originis inde haustae. Et illae igitur Homiliae Antonianae potius, quam Macarianae sunt, quippe quarum verus auctor Antonius, merus ferme interpres Macarius fuerit, prorsus idem unusque, cuius nomen tum Homiliis, tum septem modo per nos editis Opusculis praefigitur. Etenim si non alius a prisco Macario, prout ostendimus, quaerendus auctor est Homiliarum quinquaginta a Pico editarum, repertus nobis opera eadem fuerit verus auctor septem quae nunc damus Opusculorum. Tanta quippe germanitas comparando agnoscitur scriptionum ambarum, ut dubitari fere nequeat, quin Patris unius duo foetus sint. Sensa invicem congruentia, expressionis unus genius, elocutionis et styli saliva, structurae atque ordinis forma par, contextus compositionisque totius color et succus idem, ut mihi quidem non nix, quod aiunt, nivi ad aspectum, non lac lacti aut mel melli ad gustum similior, quam ista duo ad legentis sensum scripta videantur. Accedit suffragium communis utrisque naevi, quali maxime rapi ad persuasionem solent, qui, expositum recens a partu aut alio casu aliquo abreptum a nutricis gremio infantem postquam diu quaesiere, dubitant an puer iam adultior pro tali oggestus idem vere sit. Tunc enim, ubi maculam aut verrucam in filiolo, cum est natus, observatam mater aut obstetrix in oblato quoque corpore notarunt, exclamare consueverunt: Nihil amplius quaerendum, hic prorsus, hic ipsus est. Idem usu veniat par est nobis Macarium Homiliarum scriptorem in septem asceticorum librorum auctore quaerentibus. Deformitas quaedam cernitur in Macariana Homilia tertia doctrinae nunc falsi convictae, olim magnis Patribus visae probabilis, de corporeitate angelorum et animarum. Eadem porro cum Opusculo huius Thesauri VI cap. item VI pag. 121 legatur, et quidem iisdem fere verbis, quidni nos quoque iam convicti fateamur: Manus haec omnino manus, imo et vox quoque Homiliarum auctoris Macarii est.

VII. Nolim tamen hac offensum confessione labis lectorem continuo praeiudicare luce indignum et opera editoris ea sorde inquinatum commentarium. Nimis multos tam praeceps sententia proscriberet. Nam e graecis S. Methodius martyr, S. Basilius Magnus, uti et huius aequalis et familiaris S. Ephrem Syrus, Severianus Gabalensis, S. Cyrillus Alexandrinus, Caesarius, Anastasius Sinaita et alii, e latinis vero Tertullianus, S. Augustinus, S. Fulgentius, S. Petrus Chrysologus, Arnobius, Cassianus, Maximus Taurinensis, Gennadius, Rupertus, S. Bernardus, hunc errorem hodieque suis exstantibus consignatum libris praeferunt, prout allegatione locorum demonstrat Dionysius Petavius Tom. III Theologicorum dogmatum lib. I de angelis cap. II. Quid quod, cum ex modo nominatis quidam, uti Tertullianus et Cassianus, alia perniciosa suo superseminata tritico zizania habeant, nempe prior praeter caetera errores damnatissimos Montanistarum, alter Semipelagianum odiosissimum dogma, quia illa uterque vitia magnis virtutibus redimunt, adeo non interdicuntur usu ac luce, ut eorum etiam suadeatur lectio et commendetur: quis tam iniquus arcere cunctos visu et contactu lucubrationum Magni Macarii conetur propter tres quatuorque versus labecula nulli hodie noxia repersos in libris septem sana, inculpatissima, saluberrima eruditione redundantibus?

Licebit igitur per omnes aequos et prudentes nobis in hoc quoque horto rosarum odore frui, vitato, quod facillime possumus, spinae unius aculeo; in hoc campo metere purum frumentum in annonam, neglecto reiectoque unius illic forte adnati surculo lolii. Non vulgaris spes ad hoc operae pretii vocat. Utique vix uspiam alibi reperturos enucleatius, disertius, intelligentius declaratam rationem omnem ac methodum artis alioqui reconditae ac perplexae, serviendi Deo in spiritu, mentisque ac voluntatis cuiusque nostrarum via recta certaque promovendarum ad gratum divino Numini obsequium praestandum, nosque per heroicarum exercitia virtutum elimandos ad perfectionem, quanta homini potest in hac vita contingere, sicque disponendos ad ineundam statim ab obitu possessionem regni diligentibus Deum promissi. Iuvabit etiam in puritate catholici dogmatis et capitibus praecipuis orthodoxarum veritatum, hodie cum maxime adversus haereses propugnatis, miram Ecclesiae quae nunc vivit, cum ea quae Magnorum Antonii et Athanasii aevo floruit, consensionem in his libris agnoscere. Absoluta in omnibus necessitas gratiae supernaturalis ad bene operandum in ordine ad salutem aeternam, cum ubique passim insinuatur, tum disertissime asseritur cap. XV Opusc. VI pag. 134, ubi non magis posse bene cogitari aut agi sine speciali naturae meritum excedente Dei adiutorio dicitur, quam videri sine oculo, dici sine lingua, sine pedibus ambulari. Capite vero XIX Opusc. VII pag. 165 pulcherrime idem adstruitur inductione generali creatarum rerum, naturales etiam suas operationes exsequi non valentium, nisi iis subveniat alienae naturae auxilium. Idem antea demonstratum fuerat cap. IV Opusc. VI pag. 118, eo argute applicata Evangelica parabola decem virginum, quarum quae prudentes merito dicuntur quinque: *Peregrinum*, ait auctor, *a sua ipsarum natura oleum, quod est spiritus gratiae, in vasis cordis praesumpserant..... quinque vero fatuae ea sibi sufficere ducentes, quae natura ipsis suppeditabat sua, excludi a thalamo meruerunt, in quem priores sunt admissae.*

VIII. His opponi forte posset locus ex fine capitis XXIX Opusc. VIII pag. 221, ubi Macarius ait, *renuere hominem et non condelectari cogitationibus pravis sine Deo adiuvante esse possibile.* Ac nihil hic doctrinae orthodoxae de necessitate auxilii gratiae actualis ad omnem actum bonum positivum con-

Digitized by Google

trarii est. Agit enim auctor de dissensu mere negativo, hoc est suspensione assensus, quae, cum mera negatio et purum nihil sit, auxilio non eget nisi pariter negativo. Talem esse Macarii mentem prope manifeste patet ex his eius verbis immediate praecedentibus : *sine Deo adiuvante et per se ipsum liberare se quemquam, quoad lucta, quae ipsi est cum cogitationibus, expeditus fuerit, est impossibile.* Siquidem *liberare se, et lucta cogitationum expedire se,* actus hominis positivos indicant, ad quales omnes prorsus indispensabiliter necessarium Dei per gratiam actuale adiutorium esse auctor pronunciat; de suspensione vero assensus mera, quae vere nihilum sit, concedit actuali eam auxilio non egere. Scio, a quibusdam hodie scholasticis negari, esse possibiles puras istiusmodi omissiones. Ab aliis tamen eae non paucis nec parum illustribus admittuntur. Quorum sententiae Macarius hoc loco suffragatur ; agere enim se de mera, ut dixi, cessatione voluntatis pravis cogitationibus tentatae eo significat, quod cum suspensionem assensus expressisset verbo *renuere* aut *contradicere*, in quo erat emphasis quaedam positivi actus, quasi corrigens aut explicans statim adiungit : *et non condelectari*, ubi *et*, ut saepe alias, expositivum est, quasi diceretur *id est*. His adiungat, si quis volet, plerosque theologos docere, ad actus quidem omnes vere salutares et meritorios vitae aeternae requiri actualem gratiam supernaturalem *in substantia*, sive, ut loquuntur, *in entitate ;* ad non succumbendum autem tentationi per simplicem renitum mere naturalis ordinis sufficere actualem gratiam supernaturalem tantum *quoad modum*, non vero *in substantia*. Quod si putetur hic Macarius indicare voluisse, etiam sic expers erroris erit. Apparet praeterea, septem hos libros scriptos ante natam Evagrii Pontici Origenistae, et alumni huius, Pelagii, doctrinam, quae impeccabilitatem et salutis securitatem cum plena exstinctione passionum hominibus in hac vita possibilem finxit. Contra enim horum auctor absolutam securitatem salutis in hac vita propter vertibilem in malum etiam post ecstases et visa divina voluntatem ne primis quidem Apostolis post acceptum die Pentecostes Spiritum sanctum concedit cap. XVI Opusc. VI pag. 135, ut timere videlicet cum Paulo potuerint, *ne cum aliis praedicavissent, ipsi reprobi efficerentur*. Unde capite libri eiusdem XX pag. 139 exemplum affert monachi post visum in raptu paradisum foede lapsi. Quare capitibus VIII et IX Opusc. VII pag. 152 et 153 perfectionem omnibus absolutam numeris et plenam impeccantiam homini viventi contingere ait posse solum momentaneam in puncto raptus et ecstasi, post quae iterum peccabilem sic passum divina nihilominus esse pronunciat. Capite autem Opusculi eiusdem VII duodecimo pag. 157 haec no | tabilia ponit verba : *Nondum autem quemquam vidi Christianum perfectum, aut omni ex parte in tempus omne liberum*, a periculo videlicet peccandi. Atqui Magnum Antonium viderat qui hoc scribit, intimo ei convictu diu familiaris.

Contrarius est scopulus sanam gratiae doctrinam tradentibus vitandus, oppressio humani arbitrii ac vertibilis in contraria et contradictoria inficiatio libertatis. Hunc semper studiosissime declinat Macarius hic noster, velis numquam non remisque in oppositam incumbens professionem vertibilitatis indifferenter liberae sui compotis voluntatis, ita semper aut gratiae praesenti ad bene agendum, aut tentationi seu concupiscentiae instiganti ad male operandum consentientis, ut possit pro arbitrio resistere : in quo fontem residere meriti et vituperii verumque cardinem negotii humanae iustificationis aut depravationis, quatenus hae imputabiles homini sunt vel ad praemii meritum, vel ad poenae iustissimae reatum, verissime hic auctor censet. Haec cum paginis fere omnibus perpetuo aut inculcat aut innuit tum praesertim Opusc. II cap. XII et Opusc. VIII cap. III pagg. 37 et 185 ex professo tam luculenter enunciat, ut qui sic loquitur saeculo Ecclesiae fluente quarto, videri possit orthodoxam de libero arbitrio deque gratiae cum ipso ac concupiscentiae cooperante doctrinam non potuisse disertius, uberius circumspectiusque proponere, si decreta et canones sacrae synodi Tridentinae Sessionis VI plus mille annis posterius celebratae iam tum legisset; adeo illis consentanee catholicam de hominum justificatione fidem edisserit.

IX. Dicendum hic aliquid superest de cognomento *Magni*, Macarii nomini adiuncto. Expressum id clare praefert antiquissimus quem exscripsi codex non solum in Macarianorum Opusculorum titulo, sed praeterea in Opusculo IX quod inscribitur *Apophthegmata Patrum*, ut videre est pag. 243, quin et in Opusc. XVII Nicephori, argumento, ni fallor, satis certo, receptum olim hoc fuisse et usu vulgari tritum. Cuius triplex excogitari ratio potest.

Prima, ingens viri meritum ; doctrinae, inquam, eius et sanctimoniae praestantia, quas quotidiano proprie quisque longo usu experientiae cum perspicerent, et praesenti fructu sentirent tot millia monachorum, quos ante et post mortem Antonii annis plurimis lacte divini verbi aluit et efficacissima dexteritate ad profectum spiritus promovit, exemplo semper praeiens in omni functione religiosi officii, tam excellentem magistrum sibi visi sint tali honorare appellatione debuisse, Evangelio etiam auctore, ubi legebant Matth. V, 19 : *Qui fecerit et docuerit, hic magnus vocabitur in regno coelorum.*

Altera, quod cum Antonium solerent *Magnum* sine addito vocare, adeo ut istud adiunctum in nomen iam proprium migrasset, prout intelligitur ex supra recitatis Cronii presbyteri apud Palladium verbis, et Macarium viderent e sinu Antonii productum, vices eius in ipsorum regimine gerentem, et in omni laude simillimum, aequum duxerint,

Digitized by Google

post Antonii praesertim mortem, eodem Macarium impertire titulo, quo Patrem et suum cunctorum communem, et pe | culiarem ipsius exemplarque archetypum Magnum Antonium, dum viveret, honoraverant.

Postrema huius rei sat verisimilis causa est, quod, cum iam tum fama florerent duo alii, de quibus superius est dictum, iuniores Macarii et diversis in partibus degentes Aegyptius et Alexandrinus, ut suum antiquiorem ab illis distinguerent, *Magni* eum insigniendum epitheto putaverint qui tunc vivebant. Quod utinam constantius fuisset a posteris observatum; sic enim foret damnosa et periniqua confusio vitata, quae veneratione propria in fastis ecclesiasticis Patris olim sanctissimi et coelestium merentissimi honorum obrutam ambiguitate memoriam fraudavit; ut cum dies assignatus anniversario cultui proprius in Martyrologiis et Menologiis signetur Aegyptio et Alexandrino Macariis, eorumque Acta separatim descripta legantur, solus antiquior ambobus et neutro minus illustris Macarius Magnus innominatus praetereatur. Cui, spero, medebuntur incommodo Antuerpienses nostri, quorum laus tanta est in Actis Sanctorum illustrandis, si propriam historiam vitae abbatis Pispiritani Macarii, ab anonymo veteri, qui Posthumii ei succedentis Acta literis tradidit, ut ipse indicat, compositam, reperire alicubi potuerint, cum tineis forte adhuc blattisque luctantem.

X. Diu nos tenuit Macarius. Utinam transigere velocius queamus quae de aliis sequentium Opusculorum auctoribus necessario praefanda videbuntur. Nonum Opusculum anonymi est collectoris sententiarum Patrum. Huius aetatem prodit, quod non nisi antiquissimorum nomina recitat : argumento, eum ante posterius celebrium tempora vixisse. Opusculum X simplicem in meo archetypo Turrianeo codice praeferebat titulum qualem exhibeo : *S. Amphilochii de non desperando.* Quod non fit hic mentio Iconiensis episcopatus, uti neque supra in titulo I Opusculi S. Joanni Chrysostomo tributi citra ullam sedis Constantinopolitanae memoriam, indicio est, opus utrumque ab iis Patribus fuisse scriptum, dum adhuc privati inter monachos viverent, antequam in thronos promoverentur; quae amborum talis temporis et argumenti lucubrationes in monachorum tabulariis relictae fuerint, tanquam iis solis accommodatae. Scio, non unum esse in antiqua Ecclesiastica memoria celebrem Amphilochium; tamen huius, quem hic edimus, libelli verum fuisse patrem antiquissimum illum doctrina et sanctimonia late inclytum, ex monacho Iconiensem episcopum Amphilochium, a SS. Basilio, Gregorio Nazianzeno, Hieronymo multisque aliis veterum magnifice laudatum, cuius in Martyrologio Romano ad diem IX Kal. Dec., in Graecis Meneis eodem die splendida elogia leguntur, manifeste constat ex eo, quod in operibus eiusdem S. Patris ante hos annos XL gracce simul latineque Parisiis editis, quae octava numero ponitur eius oratio inscripta *de poenitentia et quod non sit desperandum*, duas hoc quod damus expansas scripto narrationes totidem plane recitat verbis continua serie ab extrema pagina centesima, quae illius orationis ibi nona est, usque ad centesimam duodecimam. Et sunt ambae illae historiae adeo inopinatae ac mirae, ut describenti mihi sollicitudinem moverent, ne pro apocry | phis et temere confictis reiicerentur. Quo carius habeo muniri eas tam irrefragabilis auctoris minime dubio nec cuiquam recusabili suffragio. Puto autem hunc commentarium ab Amphilochio adhuc monacho et monachorum institutore compositum, ex quo idem postea Iconiensis antistes, in occasione praemuniendi suum populum adversus tentationem desperationis, duo ista exempla verbis plane iisdem retulerit, alia plura omittens quae monachis alias allegata utiliter, saecularibus docendis minus opportuna viderentur.

XI. Opusculum undecimum equidem plurimi facio propter efflorescentem in illo genuinam indolem vere asceticorum sensuum, et quendam suavissime fragrantem ex uberi, qua penitus imbuitur, unctione spiritus heroicae sanctimoniae odorem. Nullum libentius exscripsi, in nullo interpretando tantum intimae dulcedinis sum expertus. Quo mihi contendendum enixius statui ad ejus tempus auctoremque, ignotissimum utrumque, vestigiis omnibus indagandum.

Continet id alloquia quatuordecim studio auditoris in literas missa, prout excepta fuerant ex ore senis cuiuspiam grandaevi, longo usu vitae religiosae per omnes perfectionis Evangelicae gradus ad apicem evecti sanctitatis, quantam capit divinis adiuta beneficiis humana mortalitas. Alloquiorum auctor nominatur beatus abbas Zosimas. De exceptore tantum innuitur, fuisse illum ex eius assiduis auditoribus unum, verisimiliter sodalem eiusdem in quo degebat Zosimas coenobii. Diu de his et sollicite disquirenti mihi ea tandem sedit sententia, eundem istum esse Zosimam cum illo celebratissimo divinitus electo, ut sanctae poenitentis Mariae Aegyptiae, seu, ut vulgo loquuntur, Aegyptiacae, et cognosceret vitam et funus curaret. Exstat de his commentarius omni fide firmatus, non Sophronii, ut perperam inscribitur a multis, quod invictis argumentis confutatur ab ultimo eius scripti editore, nostro Daniele Papebrochio Tom. I Aprilis pag. 69, sed anonymi monachi coenobii prope Jordanem siti, in quo Zosimas ultimos suae vitae annos exegit, prout ipse innuit auctor sic scribens sub finem narrationis suae, postquam docuisset, reversum a S. Mariae Aegyptiacae funere Zosimam quae viderat et audiverat saepe retulisse : *Perseverarunt autem monachi* [post Zosimae videlicet obitum] *haec ipsa per traditionem discentes atque ad communis utilitatis argumentum proponentes audire volentibus, sed non audivi quemauum scripto signasse narrationem. Ego*

Digitized by Google

vero quae citra scripturam comperi, per literas curavi nota facere. Indicia hinc exsequar, quibus moveor ad opinandum, horum auctorem Alloquiorum Zosimam non alium esse ab eo, cui testi unico Mariae Aegyptiacae notitiam debet Ecclesia, sicut Antonio Pauli primi eremitae.

Primum : detector latebrarum Aegyptiacae Mariae Zosimas, a puero traditus monasticae disciplinae in quodam coenobio Palaestinae, in eo laudatissime vitam asceticam exercuit per annos supra quinquaginta, testante id ipso, cujus haec verba anonymus monachus exscribit num. 3 suae narrationis : *Dicebat autem ipse de se Zosimas, quod ab ulnis, ut sic loquar, paternis in monasterium istud datus, per annos quinquaginta tres in monastico cursu perseveravit.* | Monasterium porro istud, ut initio narrationis clare dicitur, *fuit unum ex iis quae per Palaestinam sunt monasteriis.* Atqui haec Alloquia eius sunt, qui in Palaestina vixerit et consenuerit, nec aliam admodum orbis partem, quantum ex eius verbis intelligitur, incoluerit. Nam Alloquio VI haec loquitur : *Iter agebamus ego et frater unus via Neapolitana cum quibusdam saecularibus, venimusque ad locum ubi erat telonium* cet. Fuit olim Neapolis celeberrima Palaestinae civitas, teste inter innumeros alios Plinio, cuius haec lib. V cap. 13 verba sunt : *Samariae oppida Neapolis, quod Mamorta dicebatur* cet. Iterum Alloquio X dicit Zosimas : *Cum essem in monasterio quod est apud Tyrum.* Est quidem Tyrus Phoeniciae urbs, sed quae, uti et Sidon, propter propinquitatem Palaestinae contribuitur. Hodierni geographi Palaestinam duodecim Israeliticarum tribuum habitatione definiunt, nec cum Veteris nec cum Novi Testamenti historiis consentientes. Nam rex duodecim tribuum Saul, ut ex I Regum patet, et qui ei successit David, ut ex II, itemque ex I Paralip. manifestum est, universam XII tribuum ditionem obtinentes, multa bella cum Philistaeis, hoc est Palaestinis, habuerunt, qui utique aliam ab Israelitide terra regionem habitabant. Christus vero ipse, qui se aiebat *non venisse nisi ad oves quae perierant domus Israel*, Matth. XV, 24, tamen, ut ibidem V, 21 dicitur, *secessit in partes Tyri et Sidonis*, quod et Marcus cap. VII confirmat, et ibi curavit filiam Chananaeae, prout ibidem Evangelistae narrant; quasi ut ostenderet, Phoenicem jam tum ad Palaestinam, prout haec Israeliticam regionem denotat, pertinuisse. Certe in historiis sacrarum expeditionum Tyrum, Sidonem, et Phocniciam universam Palaestinae partem videmus habitam. Antiquiores vero longe latius fines Palaestinae porrexerunt, ut Ovidius, qui ripam Tigris amnis marginem Palaestinae vocat illo versu Fast. II.

Inque Palaestinae margine sedit aquae,

adstipulante Plinio, qui lib. VI cap. 28 Sittacenem regionem Tigri continuam Palaestinae accenset; ut omittam quod testatur Plutarchus, Strymonem Macedoniae fluvium Palaestinum olim dictum : cur? nisi quod Palaestina eo usque protendi videretur. Utut de iis sit, certum videtur, post Judaeam deletam primis Ecclesiae saeculis, et IV potissimum, quo Zosimas vivebat, ut ostendemus, Tyrum Palaestina fuisse comprehensam. Herodi sane Agrippae, nepoti Herodis Magni, cum sub Caesare Claudio pareret maxima Judaeae pars, ut docet Josephus lib. XIX Antiq., subjectos fuisse Tyrios et Sydonios indicat S. Lucas Actorum XII, 20. Quae cum ita sint omnia, cur affirmare dubitemus, monasterium, quod apud Tyrum fuerit, vere situm in Palaestina dici potuisse? Meminit praeterea Zosimas in quodam Alloquio *campestrium*, ubi ait se fuisse. Quae haec *campestria*, nisi campus magnus Galilaeae et latissima illa planities tam saepe in Scripturis memorata? Alibi ait, se Hierosolymis diversatum, alias, quemdam se vidisse Caesareae; loca haec omnia Palestinae. Denique initio Alloquii XIII lauram abbatis Gerasimi memorat tanquam vicinam loco in quo tunc Zosimas degebat; coenobio nempe prope Jordanem, quo ex Tyrio migrave rat : fuisse autem lauram quoque sive monaste | rium Gerasimi propinquum Jordani, clare docet Moschus cap. CVII Prati sic scribens : *uno fere milliario distat a Jordane monasterium quod abbatis Gerasimi dicitur.* Ex his conficitur, tam Zosimam Alloquiorum auctorem, quam repertorem Mariae Aegyptiacae in Palaestina vixisse.

XII. *Secundus* est character identitatis utriusque Zosimae, genius amborum unus ac mores. Relator Actorum Mariae, quod e scripto anonymi monachi patet, doctus quidem et disertus vir fuit, docere tamen viva praesentes voce contentus a scribendo abstinuit. Audiamus hoc testantem anonymum; sic num. 2 scribit : *Iste Zosimas orthodoxus fuit, qui in uno monasteriorum* [nempe Tyrio, ex supra dictis] *ab initio conversatus, per omne exercitationis* [graece *ascesis*] *genus probatus est, et ad omnem virtutem congruenter institutus, totum quidem ordinem in eiusmodi palaestra solitum servari custodivit, multa vero et sponte adiecit, volens carnem spiritui subiicere; quod ita ei successit, ut propter multam rerum spiritualium experientiam saepius ex vicinis, aut etiam remotioribus monasteriis ad eum confluerent plures, ipsius doctrina ad perfectionem informandi.* Ita ille. An non haec et occasionem et argumentum horum Alloquiorum manifeste indicant? Subdit mox idem : *Cum autem tantam animarum tractandarum peritiam assecutus esset senex, nunquam remissius egit in meditatione eloquiorum divinorum, sed insistebat iisdem, seu decumberet strato, seu assurgeret, vel quidpiam manibus operaretur* cet. Nusquam hic scriptionis mentio; qua certo et irrevocabili judicio abstinuisse Zosimam nihil magis declarat, quam quod Acta tam mira Mariae poenitentis, quorum unus esset ipse conscius, scriptis haud commiserit, narrare verbo satis habens. Sic enim habetur num. 40 eiusdem narrationis : *Zosimas reversus in coenobium* [a curato S. Mariae Aegyptiacae funere] *narravit omnia monachis, nihil*

Digitized by Google

eorum quae audierat ac viderat reticens. Paulo post : *Perseveraverunt autem monachi haec ipsa per traditionem discentes.... sed non audivi quemquam scripto signasse.* Adeo a scribendo alieni erant illi veteres ascetae sancti, sibi videlicet ex instituto unis vacantes, exemplo Antonii Magni, qui cognitam a se solo mirabilem vitam Pauli primi eremitae, multis licet annis ei superstes, nec scripsit, nec dictavit, voce tantum narrare contentus, posteritate id ignoratura, nisi Hieronymus Pauli memoriam e discipulis Antonii compertam literis consignasset. Ad quem modum Zosimas, quae admirabilia de Maria poenitente sensibus praesens hauserat, etsi, cum centenariam attigerit aetatem, ut in Vitis Patrum lib. I pag. 299 diserte traditur, triginta totis minimum annis Mariae Aegyptiacae supervixerit, tamen nec ipse, nec eius suasu aut sponte sua quisquam auditorum illius ea curavit in chartam mittere, donec sero exstitit anonymus monachus, qui Deo movente talem operam posteris praestaret : quem equidem ipsum, aut divino simili motum impulsu alium e coenobitis vel Tyrii prioris, ubi Zosimas diu vixit, vel alterius Jordani propinqui, quo iam senex migravit, monasterii quempiam crediderim haec nobis, quae aut ipse a Zosima audierat, aut e referentibus cognorat, Alloquia servasse, iis scripto complectendis.

| *Tertium* exstat indicium a tempore ductum, ni fallor, vehemens ad suadendum, B. Zosimam, cuius haec Alloquia nomen praeferunt, eundem esse ipsum, qui S. Mariam Aegyptiacam sepelivit. Non multos per ea tempora fama celebres fuisse Zosimas indicat anonymus editor Actorum Mariae, qui suum cum nostro cognominem et, ut credimus, unum eundemque a cunctis synonymis se satis distinxisse credidit, ubi eum ab uno discrevisset, solo videlicet tunc noto alio Zosima. En id eius testantia verba : *Nemo autem appellationi soli inhaerens sermonem mihi existimet esse de eo Zosima, qui circa doctrinam lapsus minus recte sapuit. Alius enim hic, et ille alius, multumque differunt inter se, quamvis nomenclaturam ambo eandem sortiti.* Sic ille. In cuius verbis si quaerimus quis sit ille alius Zosimas, *qui circa doctrinam lapsus minus recte sapuit*, docebit id nos Marcellinus in lib. De schismate Ursicini et Damasi, quem librum cum ex recenti memoria scripserit, intelligimus eius auctorem sub Damaso, aut paulo post, hoc est, circiter annum Christi 390 floruisse. Ibi autem meminit cuiusdam Zosimi sive Zosimae quem Ariani suis tinctum erroribus in episcopatum urbis per Italiam clarae Neapolis, eiecto inde orthodoxo et sancto episcopo Maximo, intruserunt. Hunc sua poena celebrem fecit. Aggresso enim episcopale officium in ecclesia Neapolitana obire, intumescens ei lingua extra os excessit, nec nisi Zosima extra templum egresso retrahi potuit. Quo facto, cum iterum ac tertio Zosimas tentasset ingressus aedem sacram episcopali fungi munere, toties pari coactus malo est abscedere compulsus. Unde *ob eam causam tandem cessit episcopatu, ut pristinum sibi linguae officium redderetur :* verba sunt Marcellini, qui mox addit : *non res antiquas referimus..... nam et hodie Zosimas in corpore est, usum linguae non amittens, postquam maluit cum amissione episcopatus vivere.* Videri potest hic Zosimas tam evidenti miraculo resipuisse, quae causa fortasse fuerit anonymo de eius errore ut praeterito loquendi. Quidquid in re sit, ex his habemus, et S. Zosimam et alium eiusdem nominis non sanctum eodem tempore, hoc est, sub finem quarti saeculi vixisse. Hoc quidem hieromonacho B. abbati Zosimae competit. Nam cum Daniel Papebrochius noster Tom. I April. pag. 68 argute demonstret ex charactere Paschae, S. Mariam Aegyptiacam obiisse die I April. parasceve Paschae anno Christi 432, postquam pridie a Zosima circiter septuagenario sacrum Christi corporis et sanguinis viaticum percepisset, manifestum est, eum multis annis ante quingentesimum aerae Christi non solum vixisse, sed vitam etiam asceticam sanctissime coluisse in priori apud Tyrum monasterio, ex quo, antequam in aliud Iordani citimum migraret, vitam religiosam se in primo exercuisse per annos tres et quinquaginta ipse, ut prius vidimus, testatur. Confirmat hanc chronologiam totus Alloquiorum Zosimae contextus. Nam ibi et Evagrius, non ille Origenista, sed alius antiquior sanctissimus Macarii discipulus, et Pachomius, aliique paris antiquitatis tanquam homines recentis memoriae nominantur; sed et cum alia referantur ex Vitis et Actis Patrum, nihil omnino proditur non anno Christi sesquiquingentesimo anterius. Ex his corrige quae Rosweidus noster, decep | tus corrupto apographo Actorum Aegyptiacae Mariae sub falso nomine Sophronii vulgato, annotavit ad Vitas Patrum pag. 299 his verbis : *Claruit Maria Aegyptiaca temporibus Justini senioris circa annum Domini* 520. Ea enim metachronismo laborare integri fere saeculi erudite demonstrat supra laudatus Papebrochius, quem vide Tom. I Aprilis a pag. 67 ad 70. Iure igitur nostro hoc Opusculum, B. Zosimae Alloquia complectens, superiori, quod S. Amphilochium Iconiensem episcopum habet auctorem, sine medio coniungimus, ordinem temporum secuti, quo vitae digeruntur amborum ita comparatae, ut communes annos aliquot habuerint, Amphilochii senectute concurrente cum Zosimae adolescentia.

Non erit abs re, hic ad extremum admonere, Ioannem Moschum, libri celebris jam olim et a sexta generali Synodo laudati, cui *Pratum spirituale* titulus est, auctorem, haec sine dubio Zosimae Alloquia vidisse. Nam cap. CCXI ex iis decimum describit, verbis inde fere totidem referens historiam monachi, qui expilari cellam suam a vicino monacho cum clare vidisset, patientissime tolerans, etiam postquam audivit improbissimum illum furem ob id facinus delatum ad iudicem

Digitized by Google

clausum carcere teneri, primum corrogatos cibos ad eum in custodiam detulit, deinde a iudice liberationem eius impetravit. Id solum discrimen est, quod, cum Zosimas dicat, senem corrogasse ova et cathara, quae ad furem vinctum deferret, Moschus pro iis ponit, *aliqua esculenta*, vitans forte necessitatem exponendi quid essent cathara. Quam vocem neque in ullis glossariis declaratam reperi, et cum de ea Graecos in Italia monachos interrogarem, fatentes audivi nescire se prorsus quid ea signaret, unde ipsum vocabulum latinis expressum literis in mea interpretatione sum coactus relinquere. Moschus idem cap. CCXII exscribit ex Alloquio XIII duo exempla senum sanctorum ultro latronibus offerentium sua omnia, ea sola differentia, quod vocem *scalidion* interpretatur *marsupium pendens*, praeterquam minus perite, cum vetus Theocriti scholiastes ad Idyllium X vocabulum *scalis* explicet *instrumentum agriculturae*, unde sarculum sum interpretatus, sed etiam improbabiliter numerans inter mobilia cellae monasticae *marsupium*, praesertim quod addit *pendens*, quod statim latrones vidissent, nec opus habuissent abeuntes a sancto sene admoneri, ut quod non advertentes relinquebant tollerent. Est praeterea caput CCXVI Prati ex Alloquio Zosimae sexto descriptum. Caput vero CCXVIII ex undecimo. Denique caput CCXIX ex tertiodecimo. Sed de his iam satis.

XIII. Zosimae Isaac Syrum Opusculi XII auctorem proxime admotum subiungimus, quoniam hunc Possevinus, ex Gennadio referens, ponit imperatorum Martiani ac Leonis temporum aequalem. Quem et ait, praeter multa contra haereticos, etiam ascetica scripsisse. Supra Opusc. IX pag. 247 fit mentio cuiusdam Isaac, qui fuerit discipulus Magni Arsenii. Idem is sane cum hoc nostro esse potuit. Dubium quidem mihi non est, quin, quae infra Opusc. XVII Nicephori monachi ex Isaac Syro describuntur, eiusdem huius nostri sint. Memini alias in Bibliotheca Vaticana vidisse me multa et praeclara Isaac | Syri opera, quae multum profutura, si prodirent, interpretis et editoris operam implorant. Theodorum Studitam Isaac Syro continuo, quod illum inter plerosque sequentium auctores Opusculorum certae et notae aetatis video esse. Vixit octavo saeculo. Multa, quae de eo dicenda sunt, cumulate congeret vir doctissimus omnium eius operum plenam et luculentam editionem adornans.

Abbatis Isaiae quartum decimum est Opusculum. Hunc alii Esaiam appellant, ego Ecclesiae latinae usum receptum in Isaiae vocabulo efferendo tenui, securus scripturae Graecorum in verbo Hebraicae originis. Bellarminus in libro De scriptoribus ecclesiasticis de eo ait, se, quo tempore vixerit, invenire nequivisse. Vide etiam de illo Possevinum. Huius quoque honorifice meminit infra Nicephorus monachus Opusc. XVII.

Sermo S. Philothei de mandatis Christi Opusculum XV conficit. Quod non ponerem hoc loco ante tria sequentia, si crederem, eius auctorem, quod aliqui autumant, esse illum, cuius meminit Spondanus Tom. I Contin. ad annos 1350, 1354, 1355 et 1362. His ne assentiar, tria retrahunt: I. quod titulo sanctitatis huic in nostro codice tributo parum congruant hominis mores, qui se schismaticum actis et scriptis acrem praebuerit, quique Constantinopolitanum patriarchatum, scelere partum, justa poena perdiderit; II. quia nihil videtur causae, cur non compareret in titulo episcopatus Heracleensis et patriarchatus Constantinopolitanus, quibus duabus successive insignitus infulis ille Philotheus dicitur; III. quoniam scriptor saeculi XIV non potest credi auctor operis in codice descripti, cuius manus et charta aetatem praeferunt annorum, ut supra dixi, quingentorum, praesertim cum ibi post illud alia ponantur aetatis manifeste senioris. Scripserit ergo hunc sermonem multo antiquior quidam et sanctior e plurimis omni aevo insignitis Philothei vocabulo monachis.

De Theodoro archiepiscopo Edesseno Opusculi XVI auctore non constat quis fuerit, unde oriundus, ubi vitam, quod apparet, monasticam ante archiepiscopatum exercuerit, quando et qua occasione a coenobio ad Edessenam cathedram fuerit promotus. Tom. XXII Bibliothecae Patrum editionis novissimae Lugdunensis quinquaginta ex eius capitulis, hoc est non totum dimidium libri eius [quem integrum damus], idque mere latine exhibentur, deque eo in generali indice Tom. I dicitur floruisse illum XII saeculo. Sane serius non potuit Theodorus noster, quam istius saeculi initio vivere. Testatur enim Eugenius III summus Pontifex literis ad Ludovicum regem Francorum scriptis, quas recitat Baronius Tom. XII num. XXXI anni 1145, captam a Saracenis eo anno Edessam, occiso ab iis archiepiscopo pluribusque aliis. Ex quo tempore vacasse illam sedem apparet, quoad erepta Saracenis per Francos Edessa est, qui deinceps, quamdiu Hierosolymis regnarunt, archiepiscopos ei latinos dederunt. Nec videtur verisimile, archiepiscopum a Saracenis interfectum hunc ipsum fuisse Theodorum. Martyr enim fuisset dictus, qui in Turrianeo codice duntaxat *Sanctus pater noster* inscribitur. Obiisse ergo illum naturali morte ante annum 1145 credibile est, imo forte aliquanto submotiore re- | tro aetate, ut, quem Saraceni Edessae expugnatores occiderunt, successor illius non immediatus, sed secundus, tertius, quartusve fuerit.

Paris cum Theodoro Edesseno aetatis Nicephorum monachum opinari licet Opusculi XVII, libri valde utilis, auctorem, cum certiori rerum et actorum eius testimonio careamus.

Hoc forte antiquior fuerit auctor XVIII ultimi Opusculi, anonymus monachus coenobii graeci ordinis S. Basilii in agro Tusculano, a S. Nilo juniore circa finem saeculi X fundati, cuius amplificator insignis exstitit unus e Nili discipulis, eiusdem-

Digitized by Google

que successor tertius, S. Bartholomaeus, cum quo A Benedictum VIII, alii IX numerant, anno Christi vixisse qui hanc eius vitam conscripsit significat. Certo autem charactere S. Bartholomaei abbatis Cryptoferratensis aetas consignatur in hoc scripto, dum dicitur, Pontificem, qui tunc Romanam regebat Ecclesiam, iuvenem ob grave delictum clam patratum morsu adactum conscientiae Bartholomaeum consuluisse, a quo cum audiisset, quod in hac Vita legitur : *Non licet tibi sacro fungi sacerdotio ; opus est redigere te in ordinem, et privatim animae tuae remedio vacare, ac divinum placare numen, cuius iram peccando provocasti ;* obsequens ille *statim*, ut ibidem additur, *throno relicto, privatus apparuit.* Fuit hic sine dubio Pontifex, quem alii B

1033 creatus ambitu et factione cognatorum Tusculanorum comitum adolescentulus vixdum puber. Qui duodecim annis Romanam vexavit et conspurcavit Ecclesiam, anno tandem 1045 deiectus. Vide de his Ciaconium edit. novissimae Romanae Tom. I a col. 775 ad 779. Ultimam huic sedem Opusculo decrevi, quod non, ut alia, didacticum dogmaticumque sit, doctrinae asceticae praecepta tradens, verum eius praxim in exemplo illustri ascetae clarissimi demonstrans. His iam nimis multis etsi quae adjungerem se offerant, verbum non addam, ne in librum excrescat praefatio. Vale, *lector*, et fave.

—

Facultas provincialis Soc. Jesu et communicatio privilegii regii.

Ego Petrus Allemand, provincialis Societatis Jesu in provincia Tolosana, juxta privilegium concessum a Regibus Christianissimis Henrico III 10 Maii 1583, Henrico IV 20 Decemb. 1605, Ludovico XIII 14 Febr. 1612 et Ludovico XIV nunc regnante 23 Decembr. 1650, quo prohibetur omnibus librariis et typographis, ne libros ab eiusdem Societatis hominibus compositos absque permissu superiorum imprimant, permitto *Guillelmo Bosc*, ut librum cui titulus est *Thesaurus asceticus* etc, ab aliquot Societatis nostrae theologis probatum, excudere et vendere possit. Datum Tolosae die 21 Aprilis anno 1682. *Petrus Allemand.*

—

SERIES OPUSCULORUM.

Opusculum I	*Sancti Ioannis Chrysostomi Epistola ad monachos.*	1
Opusc. II	*S. Macarii Magni de custodia cordis liber.*	19
Opusc. III	*Eiusdem de perfectione in spiritu liber.*	47
Opusc. IV	*Eiusdem de oratione liber.*	63
Opusc. V	» » *de patientia et discretione liber.*	81
Opusc. VI	» » *de elevatione mentis liber.*	115
Opusc. VII	» » *de caritate liber.*	141
Opusc. VIII	» » *de libertate mentis liber.*	185
Opusc. IX	*Apophthegmata Patrum.*	228
Opusc. X	*S. Amphilochii de non desperando liber.*	255
Opusc. XI	*B. abbatis Zosimae Alloquia.*	279
Opusc. XII	*Isaac Syri de cogitationibus libellus.*	308
Opusc. XIH	*S. Theodori Studitae capitula.*	311
Opusc. XIV	*Abbatis Isaiae capitula.*	315
Opusc. XV	*S. Philothei de Mandatis Domini nostri Iesu Christi sermo.*	326
Opusc. XVI	*S. Theodori archiepisc. Edessae capitula CII.*	345
Opusc. XVII	*Nicephori monachi de custodia cordis liber.*	404
Opusc. XVIII	*Vita S. Bartholomaei abb. Cryptoferratensis.*	429

[Sequuntur Opuscula pagg. 1-455, tum *Index rerum.*]

—

Libri a Possino editi censuram hanc, quae exstat in *Actis eruditorum Lips.* [liber prohibitus decr. ab a. 1685 ad a. 1757] a. 1685 mens. Novemb. pagg. 488-491, adiicere lubet.

Thesaurus asceticus sive syntagma opusculorum octodecim a Graecis olim Patribus de re ascetica scriptorum. Ea nunc primum prodeunt e vetustissimis Mss. codicibus eruta. Collectore atque interprete Petro Possino Soc. Iesu.

Parisiis apud Ant. Dezallier. 1684 *in-4.*

Cum, qui Scriptorum gentilium fragmenta colligunt atque typis publicis exscribi curant, non leve operae pretium fecisse putantur, tum maius illi laboris praemium meruisse censendi sunt, qui sanctorum virorum fragmenta pietati excitandae idonea typorum opera vindicant ab interitu. Fecit id laudabili sane industria eruditissimus *Possinus*. Nam *Thesauro* hoc *ascetico* duodeviginti Opuscula complectitur; quorum sedecim ex antiquissimo volumine Ms. graeco triginta lucubrationes de re ascetica continente et a Francisco Turriano in domo professa Romae anno 1566 deposito, cum Societatis Iesu ille membrum fieret, descripsit. Reliqua duo, nempe *S. Theodori Studitae Capitula*, ex codice Vaticano perantiquo, cui numerus inscriptus 730, et *Vitam S. Bartholomaei abb. Cryptoferratensis*, quod ultimum est in hoc volumine, ex Cryptoferratensi bibliotheca depromsit.

Primum omnium istorum Opusculorum est *S. Ioannis Chrysostomi Epistola ad monachos* in Turriano codice inscripta, quam scripsisse illum putat, cum Antiochiae inter monachos vixerit, antequam episcopus fieret Constantinopolitanus. *Septem opuscula* quae post laudatam Epistolam collocantur, ut *De custo-*

Digitized by Google

dia cordis, *De perfectione in Spiritu*, *De oratione*, *De patientia et discretione*, *De elevatione mentis*, *De caritate*, *De libertate mentis*, Macario Magno, prout in codice Turriano illa hoc titulo signata legerat, ipse tribuit. Qua occasione *duos* celebres fuisse *Macarios* observat, *unum* Aegyptium in *Scithi*; *alterum*, ex quidem eo iuniorem, Alexandrinum, in *Celliis* degentem : ambos Antonii anachoretae discipulos. Ab utroque vero hoc *alium Macarium*, et illis quidem antiquiorem fuisse, ex *Athanasio* in *S. Antonii*, et *Hieronymo* in *Pauli primi Eremitae Vita* comprobat. Hi enim Magnum Antonium aiunt duos secum habuisse discipulos intimos, comites individuos, *Macarium* et *Amatham*, obitus sui testes, qui anno Constantii XIX, Christi CCCLVI contigit. Atqui de Macario Aegyptio, quem passim ponunt Alexandrino fuisse seniorem, ex eius actis constat, eum naturae debitum solvisse anno 391 nonagenarium, post annos sexaginta in Scithica solitudine transactos. Unde sequitur, capessivisse illum solitariam vitam apud Scithin anno Christi 331. Ubi cum ad finem vitae commoratus fuerit, consequitur, hunc non fuisse Macarium illum Amathae collegam, Magni Antonii socium indivulsum, quem ille iam ab anno Chr. 341, dum in montem interiorem, reliquae vitae illic stadium decursurus secederet, in loco huic vicino, hoc est in monte exteriore, praesto sibi semper ad extremum esse iusserit. *Macarium* ergo socium Amathae *Possinus* auctorem fuisse tum quinquaginta *Homiliarum*, quae Macarii nomine inscriptae prostant, tum *septem* modo nominatorum *Opusculorum* statuit. Atque ideo Io. Picum, qui illos a se latine redditos vulgavit, et Macario Aegyptio Scithicae solitudinis incolae tribuit, contrario Gennadii Massiliensis testimonio nixus refutat. Deinde, ne quis *iuniorem Macarium*, vulgo Alexandrinum a civitate, qua natus fuerat, dictum, illarum auctorem putet, negat, hunc quidquam, quod in lucem et famam exierit, scripsisse, quia Sozomenus lib. III cap. 13, Socrates lib. IV cap. 18, et qui ex his de more sua hausit Nicephorus lib. IX cap. 14, ubi de Macario hoc agitur, nihil de scriptis eius commemorent; neque alius quisquam seu veterum seu recentiorum scriptorum illi libellos hos tribuerit. Quapropter memoratas Homilias cum hisce VII Opusculis *antiquissimo Macario* Magni Antonii intimo individuoque ministro vindicat, ita quidem, ut eum non tam illorum auctorem, quam interpretem faciat. Audita enim ab Antonio magistro coptice loquente ipsum Macarium in gratiam monachorum graece reddidisse ac perorasse, inde illis Macarii nomen praefixum fuisse ait. Enimvero quod de *Macario Alexandrino* heic inspergit *Possinus*, nihil illum scripsisse quod quidem innotuerit eruditis, aliter sese habere ex codice Ms. antiquo Bibliothecae Lipsiensis nostrae Academicae, quae Paulina vocatur, novimus. Nam inter varia eius Mss., quorum catalogum singulari industria confectum proxime bibliothecarius noster Academicus, vir clarissimus *L. I. Fellerus* publicavit, exstat Macarii Alexandrini Ms. hoc titulo insigne : Τοῦ ἁγίου Μακαρίου τοῦ Ἀλεξανδρέως λόγος περὶ ἐξόδου ψυχῆς δικαίων καὶ ἁμαρτωλῶν, τὸ πῶς χωρίζονται ἐκ τοῦ σώματος καὶ πῶς εἰσιν, id est *D. Macarii Alexandrini sermo de egressu animae iustorum et peccatorum, qua ratione separentur a corpore et quomodo sint.* Id quod obiter hic memorare libuit. De cetero recte *Possinus* naevum Macarii de angelorum et animarum corporeitate, qui in *Opusculo Thesauri* huius *sexto* p. 121 et in eius *Homilia III* occurrit, simul notavit. *Nonum opusculum* Thesauri huius sunt *Apophthegmata Patrum*, a scriptore anonymo collecta. *Decimum*, *De non desperando*, S. Amphilochii nomen praefert, omissa episcopatus Iconiensis cui ille praefuit mentione, quia, ut Possinus arbitratur, commentarius hic ab Amphilochio adhuc monacho scriptus fuerit. Cf. Amphilochii Opera ante hos XLI annos Parisiis graece simul et latine edita p. 91 sqq., ubi oratio *De poenitentia*, *quodque de sua ipsius salute non sit desperandum* legitur. *Opusculum XI*, quod *Alloquia quatuordecim B. Abbatis Zosimae* sanctimoniae laude celebris continet, ipse editor magnopere commendat, simul probans, eundem esse hunc Zosimam cum illo celebratissimo viro, qui sanctae poenitentis Mariae Aegyptiacae cognovit vitam eiusque funus curavit. Postea *Isaaci Syri De cogitationibus* libellus sequitur, cuius auctoris multa et praeclara opera nondum edita in bibliotheca Vaticana sese vidisse memorat. Huic *S. Theodori Studitae*, qui saeculo octavo vixit, *Capitula* subiungit, quae *XIII Opusculum* faciunt. De quo multa praefari supersedit *auctor*, quia vir quidam doctissimus omnium eius operum plenam et luculentam editionem adornaret. Exstant alias in nostra Paulina Bibliotheca viri huius *ducenti et viginti sermones graeci*, una cum *Testamento* eius *graeco ad discipulos*, *et Naucratii* filii Studitae, qui se ἁμαρτωλὸν μοναχὸν nominat, *Epistola graeca ms. ad spirituales Fratres et Patres hinc inde dispersos*. In *Thesauro* autem hoc porro *Abbatis Isaiae* vel *Esaiae* Opusculum XIV *Capitulorum* nomen inscriptum habet, qui quo tempore vixerit, *Bellarminus De Script. eccl.* invenire se non potuisse scribit. Nicephorus tamen monachus infra in Opusculo XVII eiusdem mentionem iniicit. *Sermo S. Philothei de mandatis Christi*, qui XV Opusculum est, subiungitur; quem alium esse ab illo, cuius *Spondanus in Contin. ad ann.* 1350, 1354 et 1362 meminit, *auctor* tribus argumentis evincit. *S. Theodori archiepiscopi Edesseni*, qui Opusculi sequentis XVI auctor vocatur, aetatem ad initium saeculi XII refert. In Tomo XXII Bibliothecae Patrum editionis novissimae Lugdunensis quinquaginta eius capitula latine exstant. Sed *Possinus* centum et duo heic graece et latine exhibet. Paris cum Theodoro Edesseno aetatis *Nicephorum Monachum*, auctorem Opusculi *De custodia cordis*, quod est hic penultimum, *editor* clarissimus facit. *Ultimi* denique *Opusculi De vita S. Bartholomaei* auctor anonymus monacho coenobii graeci ordinis S. Basilii in agro Tusculano, a S. Nilo iuniore circa finem saeculi X fundati, celebratur. His octodecim memoratis Opusculis index rerum copiosus satisque accuratus subiungitur.

JO. GEORGII PRITII PRAEFATIO

AD EDITIONEM HOMILIARUM S. MACARII AEGYPTII

QUAE PRODIIT HOC INDICE :

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΑΙΓΥΠΤΙΟΥ ΟΜΙΛΙΑΙ. *Sancti Patris Macarii Aegyptii Homiliae. Io. Georgius Pritius textum graecum accurate revidit, et in sectiones dispescuit, latinamque versionem quamplurimis in locis emendatiorem magisque perspicuam reddidit, adnotatis ubique, ad quae provocatur, Scripturae sacrae dictis. Lipsiae, in bibliopolio Grossiano. Anno MDCCXIV.*

Viro illustri excellentissimoque Io. Ernesto a Schoenleben, serenissimi principis Anhaltino-Servestani,

Digitized by Google

Caroli Guilielmi, cancellario, consiliario intimo et sacri consistorii praesidi, eminentissimo, patrono singulari, Macarium, sanctissimum Patrem, atque seipsum obsequiosissimo cultu et studio offert Jo. Georgius Pritius. |

Vir illustris!

Quum Dei Optimi Maximi singulari nutu, et Serenissimi *Caroli Guilielmi* summi Principis iussu et auspiciis, Tuis tamen etiam consiliis, Lipsia, e charissima omnium patria, ad Servestanos evocatus abitum meditarer, adducendum insimul existimavi comitem venerandum Macarium illum Aegyptium, inter Patres Ecclesiae Christianae pietatis solidioris laude et viva rerum spiritalium scientia incomparabilem. Quem enim dabimus, qui, nisi divinorum mysteriorum a Spiritus sancti gratia fuerit peculiariter particeps factus, de excellentissima animae praestantia, de lapsu hominis miserrimo, de extrema hominum in peccatis iacentium pravitate, de insidiis hostium infernalium et molitionibus in mentem humanam periculosissimis, de suavissimo divini Spiritus ductu, de gratia Dei, | gratiaeque a natura distinctione, universaque salutis nostrae oeconomia solidius scripserit, quam veteranus ille inter Christi Salvatoris ministros Macarius? Tantum virum quod in hospitium deducam, nisi ad Te, vir excellentissime? quippe qui pro inusitata rerum divinarum, qua polles, peritia es unus omnium maxime ad existimandum idoneus, quodnam sit tam eximiis animabus statuendum pretium. Quod qui noverit, quam et cupide calideque olim nostris sacris dederis operam, quam amplas interioris sapientiae divinae possideas facultates, quam et morum praestes singulari integritate, quantoque amore in pietatem sinceram eiusque cultores feraris, iuxta mecum agnoscet libenter et praedicabit. Mihi vero et ista ratio fuit in clientelam Tuam tradendi divinum Macarium nostrum, nostris qualibuscunque vigiliis nunc paulo politius prodeuntem in publicum, ut me quoque hac ratione sisterem Tibi, vir illustris, ad perpetua servitia, ac aliquod exstet grati animi erga Te documentum: cui imprimis refero acceptum, quod apud Servestanos vestros et in ecclesia et in cathedra publica ea tra | dendi concessa mihi sit facultas, quae populo Christiano et studiosae iuventuti possint esse ad vitam Christianam recte ingrediendam atque colendam, ac ad veram eruditionem comparandam necessaria et utilia; quo vitae ego genere maxime omnium iam a multis annis vehementer delector. Recipe igitur, vir illustris, hospitem hunc novum ea fronte, qua ad suavissimam humanitatem, dotem Tibi a natura faventer impertitam, et elegantissima vivendi ratione plurimum auctam, compositus, non doctos tantum, sed praesertim pietatis cultores ad conspectum Tuum benignissime admittis. Recipe et me in favorem, qui enixim in id connitar, ut quibus muneribus Tuo beneficio praeficior, satisfaciam semper, et de cetero quibuscunque possim officiis ad Te, vir eminentissime, ornandum sim paratissimus. Vale. Lipsiae in abitu meo Cal. Octobr. A. O. R. clɔ lɔc XCVIII.

| *Lectori Benevolo salutem dicit Io. Georgius Pritius, SS. Theologiae Licentiatus et Professor Publicus.*

Evulgamus hic, quod Deus faustum esse iubeat, in Ecclesiae veraeque pietatis studiosorum utilitatem Macarii, Patrum antiquissimi, Homilias, rebus optimae frugis divinissimaque mysteria complexis refertissimas. De qua nova editione ut lectori paulo accuratius constet, erunt aliqua, licet brevissimis, praemittenda, antequam ad lectionem libri utilissimi admittatur. Editionem, ut apparet, Francofurtanam, quam Zacharias Palthenius anno saeculi superioris nonagesimo quarto adornaverat, repetivimus quidem; sed ut paulo comtior tamen prodiret elaboravimus. Nam graecum textum accurato studio revisimus, sublatis hinc inde mendis, quae in priorem editionem irrepserant. Ubi quidem in vo | tis nobis fuisset, ut ad manus nobis codex exstitisset manu exaratus, quum alicubi satis esset manifestum, lectionem libri excusi in vitio cubare. Multis id locis posset ostendi, sed unum saltem speciminis loco adferre sufficiat. Homilia X p. 221 editionis Francofurtanae nullo sensu legitur ἐκπεινεῖ καὶ ἐκδιψᾷ ὑπάρχουσι, *in quorum verborum locum reposuimus* ἐν πείνῃ καὶ δίψῃ ὑπάρχουσι. *Quamvis nec minus congruenter legi possit* ἔκπεινοι καὶ ἔκδιψοι, *quae verba paulo post in ipso quoque contextu occurrunt. Ubi ergo et manifestum fuit, verba auctoris esse corrupta, et manifesta quoque emendationis ratio patuit, tentavimus auctorem sibi restituere. Aliquibus vero in locis Cotelerii diligentia nobis inserviit, ex manuscriptis codicibus in Ecclesiae Graecae Monumentis, quae Parisiis lucem adspexerunt, subinde variantes lectiones adnotantis, quas vel in textum recepimus vel ad latus adnotavimus. Latina versio miserrime omnino se habebat, adeo quidem, ut multis in locis foeda stribligine et barbarismis horreret, nec saepissime verum Macarii sensum exprimeret. Dedimus igitur operam, tum ut paulo magis Latinus sit interpres, tum ut fidelius, quae senserit ipse auctor, suo sermone exhibeat. Quanquam* | *nec sic quidem possimus spondere, nihil superesse in versione amplius, quod emendari mereatur, quum sit difficillimum, quae peccata sunt ab aliis, ita plene sustollere, ut nullus amplius naevus appareat. Ac mihi quidem facilius longe videbatur fore, novam concinnare versionem, quam veterem illam tot locis incongruam, et male auctoris menti respondentem corrigere. Textum in sectiones dispescuimus, interpretem germanicum ea in re secuti, ut videlicet, qui germanicum idioma cum graeca auctoris oratione conferre cupiant, quod quaerunt, faciliori negotio invenire possint, nec ceteroquin aliqua oriatur exinde confusio. Quamvis non negemus, si nostra libertate uti hic nobis datum fuisset, aliam nos haud infrequenter distinguendi rationem fuisse secuturos. Argumenta Homiliis ipsis praemissa retinuimus quidem, quamvis non ipsius sint Macarii, sed alterius cuiusdam*

Digitized by Google

auctoris, inepte saepius Macarii mentem in summa proponentis, auctoremque ipsum, non raro a se ne intellectum quidem, intempestiva notantis censura. Non diffitemur interim, Homiliarum summam succinctius multo accuratiusque referri potuisse. Index denique multis in locis auctior redditus et ordinatior factus est. Ut nunc quidem sperare | liceat, sanctissimi Patris labores insigni cum fructu a studiosorum manibus teri posse. Quae vero ad ipsius Macarii patriam, genus, vitae rationem, scribendi modum, summamque, quanta cogitari potest, rerum divinarum intelligentiam, aliaque multa pertinent, de iis prolixius tum sumus dissertaturi, quum Macarii Opuscula, a Petro Possino, e societate Jesu viro, ante annos aliquot Tolosae e manuscriptis primum nobis exhibita, Homilias has consequi jubebimus. Interim valeat lector, et quae promisimus iamiam, propediem nos exsoluturos esse certissime sibi persuadeat. Properabam Lipsiae ineuntibus nundinis auctumnalibus anni reparatae salutis cIↃ IↃC XCVIII.

—

| *Homiliarum B. Macarii singularum Argumenta.*

I	*Interpretatio allegorica visionis apud Ezechielem descriptae.*	1
II	*De regno tenebrarum, hoc est peccato, et hominem solius Dei beneficio liberari ab eo.*	22
III	*De quieta fratrum inter se conversatione, et proelio interiori.*	29
IV	*Qua ratione promovendum in vita Christiana.*	37
V	*Quantum discrepet vita Christianorum a reliquorum hominum vita.*	72
VI	*De modo precandi.*	90
VII	*De clementia Christi erga homines; continet etiam responsiones ad quasdam interrogationes forte curiosas.*	99
VIII	*De his quae contingunt Christianis inter orandum.*	106
IX	*Promissiones ac prophetias divinas per varios successus et tentationes impleri, et soli Deo adhaerendo liberari nos ab infestationibus daemonum.*	113
X	*Humilitate et alacritate retineri et augeri dona gratiae divinae, superbia autem et ignavia perdi.*	126
XI	*Virtutem sancti Spiritus in corde hominis se habere instar ignis.*	132
XII	*De statu Adae post imaginem Dei perditam.* |	151
XIII	*Quem fructum a Christiano Deus exigat.*	171
XIV	*Qui se dedicant Deo, non sine spe remunerationis id facere.*	173
XV	*Quam sancte et caste se gerere debeat anima Christiani erga Christum sponsum suum.*	181
XVI	*Spirituales homines obnoxios esse tentationibus et afflictionibus, quarum origo est primum peccatum.*	240
XVII	*De Christianorum unctione spirituali et gloria.*	257
XVIII	*De thesauro Christianorum, qui est Christus et Spiritus sanctus, variis modis exercens eos ad perfectionem assequendam.*	274
XIX	*Christianus proficere volens ad omne id quod bonum est, se vi compellere debet.*	287
XX	*Solus Christus sanavit animam, quam ornamento gratiae suae vestivit.*	298
XXI	*Homini Christiano duplex incumbit bellum, externum et internum.*	307
XXII	*De duplici statu decedentium.*	313
XXIII	*Hi soli diadema regium gestare possunt qui sunt e semine regio.*	314
XXIV	*Christianorum status mercaturae et fermentationi similis est.*	318
XXV	*Per inobedientiam redacti sumus in servitutem, a qua per mysterium crucis liberamur; item de lacrimarum et ignis divini efficacia.*	325
XXVI	*De dignitate, facultate, et operationibus animae; et qua ratione tentetur a diabolo, et ab eo liberetur.* |	338
XXVII	*Dignitatem et statum hominis Christiani prosequitur, eiusque liberum arbitrium, permixtis interim utilibus quaestionibus.*	367
XXVIII	*Describit ac deplorat calamitatem animae, in qua propter peccatum non habitat Christus.*	394
XXIX	*Duplici ratione gratiam suam largitur Deus, cujus fructum tandem iusto iudicio repetit.*	401
XXX	*Ex Spiritu sancto renasci debet anima Dei regnum ingressura, et qui hoc fiat.*	411
XXXI	*Fidelis animo mutari debet, et in Deum colligere cogitationes omnes, a quibus vere dependet obsequium divinum.*	422
XXXII	*Gloria Christianorum modo latet in animis eorum, quae resurrectionis tempore emerget, et illustrabit corpora pro suo quaeque modo.*	430
XXXIII	*Quam attente diligenterque precandum sit.*	443
XXXIV	*De gloria Christianorum illis non ignota.*	447
XXXV	*De sabbato antiquo et novo.*	452
XXXVI	*Diversa est resurgentium gloria.*	455
XXXVII	*De paradiso et lege spirituali.*	457
XXXVIII	*Exacto opus est iudicio in discernendis veris Christianis, et quinam sint illi.*	470
XXXIX	*Ad quid Scriptura divina nobis donata est a Deo.*	475
XL	*Virtutum inter se colligatio, itidem vitiorum.*	477
XLI	*Quam profunda sint animae penetralia, quae* | *paulatim incrementa gratiae aut vitiorum accipit.*	485
XLII	*Non externa, sed interna promovent aut laedunt hominem veluti Spiritus gratiae aut Spiritus nequitiae.*	488
XLIII	*De progressu viri Christiani, cuius tota vis dependet a corde, ut hic varie describitur.*	491
XLIV	*Quantam in homine Christiano mutationem ac renovationem faciat Christus, qui morbos animae sanavit.*	502
XLV	*Nullis artibus aut operibus huius mundi, sed solo Christi adventu sanatum esse hominem; cuius magnam cum Deo cognationem refert haec homilia.*	513
XLVI	*De differentia inter verbum Dei et verbum mundi, et inter filios Dei et filios huius mundi.*	525

Digitized by Google

XLVII *Explicatio allegorica quorundam sub lege [bene] factorum.* 530
XLVIII *De perfecta fide in Deum.* 547
XLIX *Non satis est huius saeculi delicias reliquisse, nisi quis alterius saeculi beatitudinem consequatur.* 554
L *Deus est, qui per sanctos suos et creaturas edit miracula.* 561

[Sequuntur Homiliae pag. 1-566, dein *Index rerum ac sententiarum in B. Macarii Homiliis contentarum alphabetico ordine digestus.*]

EIUSDEM PRAEFATIO

AD EDITIONEM OPUSCULORUM S. MACARII AEGYPTII

INSCRIPTAM :

Sancti Patris Macarii Aegyptii Opuscula nonnulla et Apophthegmata. Io. Georgius Pritius collegit, revidit, latinam versionem studiose emendavit, indicibusque adiectis edidit. Cum Privilegio S. Regiae Majest. Polon. et Elect. Sax. Lipsiae, in bibliopolio Grossiano. Literis Christoph. Fleischeri. Anno cIↃ IↃc IC.

—

Viro magnifico Adriano Stegero Icto, scabinatus electoralis adsessori et civitatis Lipsiensis consuli hoc tempore regenti gravissimo viro de patria splendidissime merito, Haec Macarii monumenta a se revisa et emendata sacra esse iubet tanti nominis perpetuus cultor Io. Georgius Pritius. |

—

Vir magnifice!

Cum nuper admodum Macarii Homilias studio qualicunque nostro politius prodire faceremus, fidem pariter obstringebamus, fore, ut brevi quoque tempore, quae reliqua essent Macarii, pari ratione a nobis emendata consequerentur. Quam dissolvere nunc, quod boni est debitoris, cum apud animum constituerimus, Tu imprimis, vir amplissima illustris auctoritate, obveniebas animo, cui quicquid id est traderetur in clientelam. Summam Opuscula haec et dicta Macarii spirant ubique pietatem, quae coelestissima virtus tantopere Tibi cordi est et curae, ut haudquaquam Tibi satis fuerit ingenti prudentiae civilis florere laude, et copiosissimas sapientiae omnis possidere opes, nisi et eandem exquisitissimis istis, quibus abundas, bonis adiungeres, quae bona iam esse desinunt, si comitem, vel ducem rectius, non habeant pietatem. Memini, nec sine | voluptate memini prudentissimi illius sermonis, quem haurire aliquando, cum officii causa Te reverenter salutarem, ex ore Tuo sapientissimo mihi feliciter contigit, cum de pietatis studio recte et non ambitiose excolendo sane quam elegantissime dissereres, ut et fidei puritatem cum cura custodiendam, et vitae tamen insimul sanctitatem fervidius, quam vulgo fieri adsolet, colendam esse, tempestive admodum graviterque moneres. Fateor enimvero, his dictis Tuis in animi proposito de virtutis studio amplectendo, et recto de incidentibus controversiis sensu, me praeclare fuisse confirmatum. Mirabar vero insimul, virum, negotiis civilibus districtum, et in republica quotidie versantem, de rebus pariter divinis tam prompte, tam exquisite, tamque solide posse sermocinari. Sed ea magnorum virorum, quos cura felicitatis suae tenet, ratio est, ut levia omnia esse existiment, summis fulgere honoribus, circumfluere, quae in bonis sunt, omnibus, scientiis instructum esse excellentissimis, nisi et colendi Numinis modum sollicitius investigent, investigatumque haud segnius retineant. Haud ergo ingratum arbitror Tibi fore hoc munusculum, Macariana Opuscula, | cum, si cuiusquam alius ingenii monumenta, res divinissimas bonaeque frugis, in aeternam quoque vitam duraturae, fertilissimas contineant. Cuiusmodi voluminibus haud mihi ignotum est, quantum nunc delecteris, decliviori praesertim aetate ad beatae hinc demigrationis meditationem Te invitante, ut quandocunque Te evocare placuerit ad felicia illa regna sua Deo, Te inventurus sit omnibus momentis ad ultimum iter ingrediendum paratissimum. Ego vero ex animo opto, ut benignissimum Numen Te, vir nobilissime, inter tota egregia, quibus Lipsia mea ad invidiam efflorescit, decora diu adhuc et corpore et animo validum conservet : ita enim et patriae meae, vel absenti carissimae, prospicietur porro utilitatibus, Tuaque merita magis magisque impense augebuntur. De favore Tuo, toties a Te et universa nobilissima gente Tua mihi demonstrato, iam non amplius dubitare me patitur animi Tui constantissima benevolentia, quam certe et religiosis precibus compensare, et, si qua possum, inserviendi promptitudine nutrire studiosissime semper connitar. Vale. Lipsiae die VI Iduum Martii Anno R. O. cIↃ IↃc IC. |

—

Digitized by Google

IO. GEORGII PRITII

SS. THEOLOGIAE LICENTIATI ET PROFESSORIS PUBLICI

AD MACARIANA OPERA PRAEFATIO.

I. Cum Patris sanctissimi nominisque in Ecclesia maximi, magni illius Macarii, monumenta quae reperiri potuerunt omnia, divinissimae sapientiae, plenissima, ut collecta a nobis et studio non plane nullo revisa sunt, prodeant nunc in publicum: lectoris interesse putamus, ut non tantum quae ad ipsum Macarium, sed et quae ad illius Opera insignemque illam, quae admirabilis in illo est, docendi rationem, et nostram denique, quam Patri venerando ut orbi literato integer sisteretur, praestitimus operam, pertinere videntur, in hoc veluti vestibulo exhibeantur; id quod nuper admodum, cum Homilias praecedere partem hanc alteram iuberemus, fuimus polliciti.

II. Duos autem hoc insignes imprimis nomine in historia res personasque ecclesiasticas exponente occurrere videas, quorum unum Macarium dicunt Aegyptium, alterum vero Alexandrinum; sed *ambo*, ut habet Menologium antiquum, *exercitatione monastica, vita, moribus, admirabili | abstinentia et miraculis fuere illustres* (1). Nec minus et Socrates, ecclesiasticae historiae conditor, refert, fuisse *duos inter monachos eodem tempore viros, Deo amabiles, utrumque Macarii nomine, unum ex Aegypto superiore, alterum Alexandrinum, utrumque multis rebus insignem, et imprimis propter abstinentiam, conversationem, mores, miraculaque, quae eorum manibus* (2) *perpetrabantur* (3).

III. Unum ex iisdem magni illius Antonii, disciplinae monasticae auctoris primarii, fuisse discipulum, antiquorum testimonia perhibent: sed uter illorum is fuerit, Aegyptiusne an Alexandrinus, res, ut videtur, apud auctores nondum confecta est; id quod et in causa fuerit, ut de natali die, utrique distincte adsignando, certum aliquid pronuntiari nequeat. Nam Martyrologia antiqua duos quidem fastis suis inseruerunt Macarios, quorum unum beati Antonii fuisse discipulum sane memorant; sed quinam ille ex duobus a nobis memoratis fuerit, non perinde adiungunt. Sic enim Martyrologium Romanum non tantum vetus, sed et Bellini diem II Ianuarii beato Macario simpliciter ita dicto, diem vero XV eiusdem mensis Macario abbati Antonii discipulo sacrum esse et sanctum testatur. Quanquam Galesinius et Baronius suis in Martyrologiis priori illi Alexandrini vocabulum adiiciunt, ut inde posteriorem Aegyptium esse hariolari liceat. Vicissim tamen Palladius, cum de Macario Aegyptio agit, adeo non memorat, eundem Antonii discipulum fuisse, ut id potius de Macario Alexandrino referat (4). Res ergo haec esse videtur in | certa, nisi aliquis cum Petro Possino de utroque persuaderi sibi sinat, *non falso eosdem Antonii discipulos vocari, quippe qui viderint illum audiverintque, quamvis seniorem iuvenes, ac sero tandem et obiter, cum ad ipsum ad brevem venerationem essent profecti, mox iterum ad habitationes suas, quae a statione Antonii plurimum dissitae fuerint, reversuri* (5). Nec certe videmus quid obstet, cur, cum eodem tempore cum Antonio vixerint Macarii, cum vitam in solitudine sanctissimis meditationibus deditam cōnsectati fuerint (6), cuius instituti princeps erat Antonius, credi non possit, ad eundem se recepisse viros istos disciplinae rigidioris studiosissimos, ut a viro sanctitatis opinione claro in eo, quod susceperant, vitae proposito confirmarentur.

IV. Sed praestat singulos intueri distinctius. Macarius igitur, quem Aegyptium et seniorem dicunt, e regione Thebaide suam traxit originem (7). Florente iam aetate et cum adhuc esset iuvenis, virtutis studium amplectebatur, tamque austero vitae generi dabat operam, ut παιδαριογέρων a monachis appellitaretur. Cum XL iam annos natus esset, in presbyterum consecratus est. LX vero annos exegit in solitudine; demumque cum XC annos vivendo fere explevisset, animam suam, corporeis vinculis liberam, Deo reddidit circa annum CCCXCI. Multis miraculis insignem fuisse produnt omnes, qui de eo faciunt memoriam, Hieronymus imprimis, Palladius ac Sozomenus (8).

V. Solet praeterea frequentissime nomini eius *Magni* cognomen addi, credo non imitatione | tantum magni illius Antonii, quem sine addito *Magnum* vocare solebant, ut, cum Macarius ipsi in omni laude esset simillimus, eodem quoque cum tanto patre titulo insigniretur; sed imprimis id fieri

NOTAE.

(1) Die XIX Jan.

(2) Sic Pritius; leg. *quae per eorum manus.* |EDITOR.

(3) Socrat. *Hist. Eccles. lib. IV cap.* 23.

(4) Pallad. *cap.* 20.

(5) Petrus Possinus *Prolegom. in Thesaur. Ascet.*

(6) Vide infra p. 156. 243.

(7) Theodoret. *lib. IV cap.* 21; Sozom. *lib. III cap.* 14; Socrat. *lib. IV cap.* 23.

(8) *De Vitis Patrum cap.* 28; Pallad. *Histor. Lausiac. cap.* 19; Sozom. *lib. III cap.* 15.

Digitized by Google

patet ob ingentia viri merita et ob singularem plane doctrinae atque sanctimoniae, quibus virtutibus mirum in modum effulsit, praestantiam.

VI. Eremus, in qua divinarum rerum studio et coelestibus cogitationibus vacabat, Scetis erat, quam tamen diversis nominibus et Sceticam, Scetinam, Scetiacam, Scyticam, Scytiacam et Scytioticam nuncupari identidem videas. Aegypti vero solitudo haec fuit, confluxu virorum sanctitati studentium frequentissima. Testis enim Cassiodorus (1) est, *in eremo hac Scyti monachorum probatissimos patres et omnium sanctorum moratam esse perfectionem.* Qua occasione vero istum in locum se receperit, narrantem ipsum audire, qui volet, poterit Macarium (2).

VII. Sed de Macario Alexandrino aliquid etiam dicendum est. Hunc *iuniorem* appellant et *politicum :* iuniorem quidem, quoniam Macario illi Aegyptio superstes exstitit, mortuus demum, cum C annos vixisset, anno CCCCIV. *Politicus* vero dictus est, quod non in solitudine duntaxat Nitriensi, in quam secesserat, vitam monasticam amplexus versaretur, sed quod etiam in urbem aliquando veniret, qui et magnam vitae partem in luce et oculis hominum transegisset. Anno aetatis XL baptismum suscepisse dicitur, presbyter deinde factus et archimandrita Nitriensis. | Cum vero in eo cum Macario Aegyptio conveniret, quod solitudinem amaret, et severiori disciplinae ac vitae sanctioris studio esset addictissimus : tum vero in ea parte ab eodem plurimum discrepabat, quod hilari fronte invisentes ad ipsum exciperet, lepidisque oblectaret sermonibus, iuniores urbanitate quadam ad vitae monasticae cultum alliciens; id quod in Aegyptio secus se habebat. Nec minora vero, quam de Aegyptio, de eius virtutibus, vivendi genere frugalissimo miraculisque referuntur, quae qui legere descripta cupiat, evolvat Palladium (3).

VIII. Tertium vero aliquem Macarium producit Petrus Possinus, ab utroque illo Macario diversum et ambobus seniorem, Antonii discipulum et comitem, Amathae socium, quem magno molimine probat Operum Macarianorum esse auctorem, eo ad hanc rem probandam utens argumento, quod Athanasius in Vita Antonii et Hieronymus in Vita Pauli Antonium memorent duos secum discipulos intimos comitesque individuos habuisse, Macarium et Amatham : non concedere vero temporis rationem, hoc ut in Macarium vel Aegyptium vel Alexandrinum conveniat. Fatemurque, tanti hoc argumentum momenti visum fuisse viro antiquitatum ecclesiasticarum peritissimo Guilielmo Cavio, ut ista quoque in sententia se acquiescere scriberet, praesertim cum Oudinum quoque Possino succinere animadvertisset (4). Interim re melius expensa, alia nunc mente praeditus est vir eruditissimus, ut praeter Aegyptium et Alexandrinum tertium Macari | um aliquem admittere haudquaquam velit. Et certe quod observatum et Cavio est, non alios Macarios, qui Antonii discipuli fuerint, sistunt nobis Socrates, Sozomenus, Theodoretus, et qui his ipsis in locis et hoc tempore vixit Palladius, cum tamen diligenter de his rebus fuerint commentati. Nec vero est, cur, quae Possinus allegat, moveri se iisdem aliquis patiatur. Nam quod Athanasium suam in rem citat, fallitur in eo ipse et fallit, cum de Macario apud Athanasium plane nihil exstet. Sic et Hieronymus meminit quidem Macarii et Amathae veluti discipulorum Antonii, qui et Amatham ait magistrum suum tumulo intulisse; sed de Macario nihil praeterea docet. Et quare ex duobus istis Macariis, quos exstitisse omnium confessione constat, unus Antonii comes esse non potuerit, nondum possumus perspicere. Incoluerit Macarius Aegyptius per LX annos solitudinem Sceticam : putabimusne, per integrum id tempus uno ipsum loco adfixum aliorsum aliquando non migravisse? Atqui vero compertum est, solitariam vitam amantes suas saepe sedes commutavisse. Quid obstat ergo, quod nec ipse Possinus negat, quominus Macarius subinde se ad Antonium contulerit, ex ore ipsius saluberrima praecepta hausturus? quem et, cum mori eum contigisset eo, quo praesens aderat, tempore una cum Amatha sepultura honestaverit? Nec vero Sozomenus Macarium in una Sceti, sed in solitudine LX annos exegisse commemorat. Qualia et de Macario Alexandrino facile possent probari, si vellemus hoc agere. Suas | ergo res Macarius sibi habeat a Possino praeter necessitatem historiaeque fidem productus; nobis vero sufficiant Macarii duo, sub quorum uniusnomine haec, quae nunc lucem adspiciunt, circumferuntur Opera.

IX. Sed nunc considerandum erit exactius, utri illorum foetus isti sint adscribendi? Et Homilias quidem Aegyptio adscriptas semper fuisse ex inscriptione, quam manu exarati pariter et typis excusi codices prae se ferunt, manifestum est. Sed nec hoc placet Possino, qui easdem Macario a se praeter rem conflicto vindicare satagit (5). Ad Gennadii Massiliensis auctoritatem provocat, qui *unam tantum Macarium* aiat ad *iuniores professionis suae scripsisse epistolam* (6). Sed nondum persuaderi possumus, Possino ut adstipulemur; nec verba Gennadii, quod vult Possinus, satis evincunt, cum

NOTAE.

(1) Leg. *Cassianum.* Pritius *Cassiodorum* cum *Cassiano* confundit. EDIT.

(2) Socrat. *Hist. lib. IV cap.* 18; Cassiodor. [sic Pritius, leg. Cassian.] Collat. I cap. 1; Theodoret. *lib. IV cap.* 21; Sozom. *lib. III cap.* 14; Socrat. *lib. IV cap.* 23.

(3) Pallad. *Hist. Lausiac. cap.* 20. Petrus Possinus *in Proleg. ad Thesaur. Ascet.*

(4) Cave *Hist. Lit. P. I p.* 212. *P II p.* 76.

(5) Possinus l. l.

(6) Gennad. *De viris illustr. c.* 10.

Digitized by Google

eum in sensum possint accipi, quod tantum de literis a Macarii conscriptis agant. Quid si et scripserit aliqua Macarius, a Gennadio, ut multa alia, oculis non usurpata? Unde non opus erit, ut multa comminiscamur, veluti facit Possinus, qua occasione quove officio Homilias istas Maçarius Amathae socius graece a se redditas ex Antonii magistri dictatis protulerit.

X. Quid vero de Opusculis istis dicemus, quae nunc post Possinum in Germania primum a nobis evulgantur, et cui patri liberos istos adseremus? Possinus vero hic iterum suum nobis supponit Macarium, quem tamen in mundo non fuisse, iam, ut arbitramur, monstravimus. Celeberrimus Cavius (1) tribuenda quidem Macariorum no | strorum alterutri Opuscula haec non immerito esse iudicat; sed in eam tamen magis propendet sententiam, quod Alexandrino illi sint adsignanda.

XI. Nobis autem id ante omnia videtur esse certissimum, quod unus auctor fuerit, qui divinissimas nobis dedit Homilias, cum illo, cui debemus isthaec Opuscula. Id enim et res ipsae probant, quae et in Homiliis et Opusculis occurrunt, summa fidei nostrae mysteria, et praecipua Christianae religionis capita, maxime quae ad usum transferenda sunt, exhibentes; et verba quoque modique loquendi, circa quos summa ubique similitudo est; et par orationis forma elocutionisque dignitas. Addi etiam potest, quae desiderari in Macario possent, et qui in elegantissimo hoc corpore naevi observantur, eos utrobique sese nobis offerre. Cum igitur paulo ante Macario Aegyptio Homilias assertum iverimus, patet ratio, quare Opuscula ei sint quoque adiudicanda; praesertim cum codices manuscripti in bibliotheca Vindobonensi, ipso docente Cavio, (2) Macario nostro haec et similia opuscula attribuant. In ipso etiam, quo usus Possinus est, codice exserte Macarii nomini *Magni* appellatio, fatente editore, est adiuncta, quam non Alexandrino, sed Aegyptio Macario addi frequentissime notissimum est. Nam quod Possinus persuadere nobis conatur, personarum hic contigisse confusionem, videlicet suae inservit causae, ut iure aliquo, quae Macario Aegyptio debentur, novo suo et antiquis incognito Macario adscribere posset. Quanquam interim refragari nolimus, fuisse, qui ex ore di | centis saltim Macarii haec exceperit: unde et esse putamus, cur tam frequenter in Graeco vox ἔφη occurrat, in versione ut plurimum omissa; ut adeo omnium quidem, quae traduntur, auctor fuerit Macarius, quanquam ipse illa non scripserit.

XII. Pertineant ergo foetus isti per nos ad Macarium Aegyptium. Nunc qua ratione ex tenebris, quibus circumsepti per aliquot saecula fuerant, emerserint, agedum videamus. Homiliae primum spirituales illae graece seorsim prodierunt Parisiis anno superioris saeculi LIX elegantissimis typis excusae: separatim vero et latina versio lucem adspexit, a Ioanne Pico, nisi fallimur, concinnata. Successit postmodum Zachariae Palthenii diligentia, qui anno XCIV eiusdem saeculi et graecum sermonem, et latinam versionem, a se non exiguis laboribus exornatam, coniunctim edidit, typis, quales et nostri sunt, paulo minutioribus. Opuscula vero reliqua diutius obscuritati suae immersa delituerunt, usquedum felici Petri Possini, e Societate Jesu viri, opera in *Thesauro*, quem vocat, *Ascetico*, cuius partem faciunt primariam, in lucem publicam sunt exposita. Unde tantum ipse habuerit thesaurum, non equidem dissimulat. Franciscum enim Turrianum, notissimi nominis Iesuitam, cum anno clɔ Iɔ LXVI societatem illam Romae ingrederetur, inter volumina refert graeca plurima, quae antiquae manus prae se ferant vestigia, quaeque in domo antiqua professa Romana deposuerit, unum quoque auctorum ferme triginta de re ascetica continens lucubrationes, annis abhinc plus quin- | gentis a manu transmarina exaratum, bibliothecae Patrum societatis intulisse; et inde Possinum, cum Romae degeret, praeter alia, isthaec Macariana descripsisse.

XIII. Cum vero Homiliae illae Palthenianae nostris in bibliopoliis non amplius exstarent, Opuscula autem reliqua a Possino edita rarissime apud nos conspicerentur, visum est, e re fore reipublicae literariae, imprimisque iuventutis studiosae, praeter linguae graecae delicias pietati quoque operantis, in corpus unum revocare omnia quae Macarium agnoscunt auctorem, Macarium inquam, quem existimamus esse Aegyptium. Nam quae in bibliotheca Paulina Lipsiensi manuscripta exstat, et a Guilielmo Cavio ac Iacobo Tollio in latinum simul conversa prodita est *De animae iustorum peccatorumque exitu* Oratio (3), et in titulo Alexandrino Macario adscribitur, et aniles ineptasque fabulas complectitur, ut recentioris cuiusdam graeculi videatur esse commentum, nec proinde hic locum invenire potuerit.

XIV. Quae vero circa Homilias a nobis sint praestita, de iis in praefatione ad easdem actum fuit. Nunc vero quid circa Opuscula, quae sequuntur, quidque circa Apophthegmata egerimus, breviter indicandum est. In Opusculis autem illis VII Possini editionem, cum manuscriptis destitueremur, secuti sumus, sublatis tamen, quae in editione Possiniana apparebant frequentissime, sphalmatibus typographicis. Longè plura circa versionem latinam agenda invenimus. Possinus enim genus interpretandi liberius secutus, mirifice non | raro evagatur, ut commentatoris potius, quam interpretis partes suscepisse videri possit; quae instituti ratio licet

NOTAE.

(1) Cave *Hist. Lit. P. II* p. 76.
(2) Id. *Hist. Lit. P. II* p. 75.
(3) Id. *Hist. Lit. P. I* p. 708. Tollius *Insign. Itin. Ital.* p. 199.

Digitized by Google

cum aliqua lectoris utilitate coniuncta sit, eius tamen, qui sermonem alicuius in aliud idioma convertere instituit, limites egreditur, cum sine dubio hoc sit optimum interpretandi genus, cum simplicissime verbis auctoris inhaeretur, mente eius sine ambitiosis hinc inde excursionibus repraesentata. Possinus vero et excurrit creberrime, et praeterea genus loquendi sequitur fastuosius, ac altius verbis adsurgit, quam interpretem decere videbatur. Nos itaque superflua resecuimus, et quae pomposius dicuntur, tumoreque aliquo inflata sunt, ad modestiam redegimus, id ubique sedulo navantes operam, ut Macarii cogitata verbis in latino sermone perspicuis, planis et sponte fluentibus lectoribus exhibeantur. Qua in re quidem haud exiguae tolerandae nobis fuerunt molestiae, cum longe minus sit difficile, sua potius proferre, indolique suae accommodata, quam in aliorum laboribus emendandis occupatum esse. Neque tamen censeat lector velim, nihil in versione restare amplius, quod luxuriem Possini sapiat, aut alias in melius restitui non potuisset; satis nobis fuit, tantum hac vice praestare, quantum praestitimus, reliqua lectorum iudicio permittentes. Apophthegmata vero viro eruditissimo Io. Baptistae Cotelerio, linguae graecae in academia Parisina Professori regio debemus, quae ipse, cum in bibliotheca Regia manuscripta inveniret, Tomo I Monumentorum Ecclesiae Graecae, Lutetiae Parisiorum anno | MDCLXXVII prodeuntium, inserta edidit. Eiusdem quoque versionem retinuimus, cum ipse auctorum verbis insistat pressius, et genus scribendi sequatur simplex, liquidum, et ab omni tumore ornatuque anxie conquisito alienum. Adiecta denique a nobis sunt fragmenta Macariana adhuc alia, quae auctores hinc inde evolventibus se nobis obtulerunt.

XV. Nunc ad ipsum propius intuendum Macarium accedamus. Constare autem vel ex prima Operum eius inspectione poterit omnibus, virum fuisse Macarium ut sanctitatis studiosissimum, ita in rebus divinis et spiritualibus, si ullum alium, longe expertissimum, et admirandis gratiae divinae dotibus cumulate exornatum; quales qui sunt, illi vero maxime omnium existunt idonei, qui, qua luce divina illustrantur, alios perfundant. Si quis ergo est, qui, nucleo insuper habito, externo cortice delectatur, qui verborum flosculis ducitur, rebus contemptis, qui mente terrae affixa coelestia in minimis habet, cui nauseam creat, quidquid de carne cruci defigenda, et de perpetua mentis ad Deum elevatione dicitur, et qui denique, quidquid ad veram solidamque cum devotione pietatem attinet, in extremis eurat: eum certum esse iubeo, nequaquam se, quod iuvare eius possit animum, hic reperturum esse. Nam qui hac mente non est praeditus, ut posthabitis rebus sub adspectum cadentibus, immoto animi proposito desideriis suis, et omnibus animae viribus in spiritualia divinaque feratur; et contra vel gloriae saltem suae inservit, vel vitae delicias et com | moda cupide consectatur: eidem non possunt non vel ingrata esse penitus et fastidio, vel plane non intelligibilia, quae ab animabus, totas se sublimioribus cogitationibus dedentibus, et a divino Spiritu copiosius illustratis, de salutis humanae negotio Deique in animas operatione praeclare disseruntur. Sed qui impulsu diviniori excitatus sibi iam attendere incipit, et id ea cum cura, quam negotii exposcit sublimitas; qui quam nihil ad veram hominis constantemque et aeternam conferant felicitatem omnia, quae lapsa in peccatum perditaque tam magni aestimat natura humana edoctus, iam ad Deum, beatitudinis omnis fontem, et ad Dei propiorem coniunctionem sollicite adspirat, et de obtinenda animae suae salute decenter satagit: ille demum in Macario offendet; unde abundantissime ipse sitim suam restinguat.

XVI. Quid enim in iisdem occurrit aliud quam sanissima illa saluberrimaque in omnem Christianismi partem dogmata? Lapsu humanum genus in peccatum miserrime esse corruptum et deformatum, ut aversae iam a Deo mentes hominum ab adversaria maligni spiritus potestate in omnis generis grandia peccata abripiantur. Inde divina gratia esse opus, ut tam male se habens ex peccato mortalium genus convalescat. Hanc vero nunquam non in animam hominis potenter operari, ut ipsa erepta adversario suo in libertatem adseratur; desperandum esse homini de suis viribus, nisi ipsi a Spiritu coelesti gratiose subveniatur. Christum a Deo hominibus destinatum re | demptorem et omnes homines profuso sanguine expiasse, et in omnium salutem hominum solerter incumbere. Quod tam frequenter, tamque dilucide inculcat Macarius, ut Io. Gerhardus Vossius, vir in evolvenda antiquitate diligentissimus, in doctissimo Historiae Pelagianae opere, cum id probare debet, Macarium in doctrinae tam salutaris testem creberrime excitet. Quam porro docet egregie, quantis insidiis satanas animas hominum circumveniat, quamque constanter hominum salutem evertere studeat. Quanta certamina homini salutem acquisituro, quam vehementia, quamque difficilia per omne vitae tempus sint sustinenda. Quanta cum devotione et quam ardenter semper preces ad Deum sint fundendae. Quam diligenter ad res divinas omnes animi cupiditates sint alligandae. Et denique, ut breviter complectar omnia, quid natura sit et gratia, quibus signis utraque dignoscatur: quo certo in capite summam sapientiae consistere apud Christianos omnium est certissimum. Et profecto vix videre ex veteribus contigit ullum, unde tam luculenter divinae gratiae operationes et indolem licuit addiscere.

XVII. In pulcherrimo vero hoc corpore si quidam deprehendantur naevi: quid mirum est, si et Macarius fuerit homo errandi facilitati expositus? Nec ex omni antiquitate sisti possit ullus, qui labis omnis et erroris fuerit expers! Statuerit ergo Maca-

Digitized by Google

rius, angelis quoque esse corpus quoddam tenue (1): condonemus ipsi qualemcunque hunc errorem, cum Patres Ecclesiae venerandi nominis, vel | uti Basilius, Ephrem, Cyrillus Alexandrinus, Tertullianus, Augustinus, Hilarius, Fulgentius, Arnobius, Cassianus, aliique plures, adnotante etiam Possino, eundem erraverint. Si quae et porro sunt in dogmatibus fidem attinentibus, in quibus minus recte sensisse videtur, ea in ipsum utamur animi aequitate, quam reliquis Patribus graviter aliquando hallucinantibus haudquaquam invidemus. Nam id et charitas Christiana exposcit, et sine summo Chri- A stianae religionis detrimento omitti nequit. Cum enim in palmariis et capitalibus fidei sanctissimae capitibus rectas aliquis fovet opiniones, si propter quaedam minus bene dicta condemnetur statim, censentur reliqua quoque eius esse erronea et condemnanda. Quo casu saepe contingere videas, ut, quae admirandae in religionem Christianam utilitatis esse, et rem pietatis strenue adiuvare poterant, cum ipsa pietate flocci fiant et proscribantur.

XVIII. Restat ut testimonia aliqua de Macario subiiciamus.

Suidas in Macario.

Duo fuerunt Macarii eiusdem nominis atque decantati propter exercitia studiorum, vitam, mores atque disciplinam. Alter quidem Aegyptius, qui miracula edebat, ac religiosa cautione in eos, | qui se conveniebant, erat severus. Alter Alexandrinus per omnia similis Aegyptio et humanus : adeo humanus erat erga eos, qui se conveniebant, ut lepida urbanitate utendo iuvenes ad exercitia provocaret. Horum Evagrius discipulus factus, factis philosophiam exercuit, qui prius verbis duntaxat philosophabatur. Qui Constantinopoli a Gregorio Theologo in diaconorum adscitus est ordinem, quin etiam in Aegyptum profectus, in praedictos incidit viros, atque illorum vitam aemulatus est. Ab hoc libri valde graves et serii conscripti sunt, quorum unus *Monachus* sive de vita activa inscriptus est; alter *Gnosticus* sive de iis qui cognitionis munere donati sunt; capita vero eius libri sunt quinquaginta; tertius *Antirrheticus* adversus tentantes daemones octo distinctus partibus, secundum numerum octo cogitationum. Item sexcenta Prognostica Problemata, et Elementaria duo, unum ad monachos in coenobiis aut contuberniis viventes, alterum ad virginum coetum. Atque haec sunt eius verba : *Necesse est, ut vias eorum, qui praecesserunt, monachorum sedulo indagemus, et ad eorum normam dirigamur.* Multa ab iis et dicta et facta sunt certe, inter quae et hoc quispiam dixit, *aridiorem et asperam vivendi rationem cum charitate copulatam celerius perducere monachum ad adfectionum vacuitatem.*

B Δύο ἐγένοντο Μακάριοι ὁμώνυμοι καὶ περιβόητοι δι' ἄσκησιν, διὰ βίον, διὰ τρόπον, διὰ τὰ μαθήματα. ὁ μὲν Αἰγύπτιος θαυματουργὸς ἦν, καὶ μετὰ τοῦ εὐλαβοῦς πρὸς τοὺς ἐντυγχάνοντας αὐστηρός· ὁ δὲ Ἀλεξανδρεὺς κατὰ πάντα ὢν παραπλήσιος τῷ Αἰγυπτίῳ καὶ ἱλαρός. οὕτως ἱλαρὸς ἦν τοῖς ἐντυγχάνουσι, καὶ τῷ χαριεντίζεσθαι τοὺς νέους ἦγε πρὸς ἄ | σκησιν. τούτων Εὐάγριος γενόμενος μαθητὴς τὴν δι' ἔργων φιλοσοφίαν ἐκτήσατο, πρότερον λόγῳ μόνῳ φιλόσοφος ὤν· ὃς ἐν Κωνσταντίνου πόλει ὑπὸ Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου εἰς τὴν τοῦ διακόνου προεχειρίσθη τάξιν· ἀλλὰ καὶ ἐς τὴν Αἴγυπτον κατελθών, καὶ τοῖς προλεχθεῖσιν ἐντυχὼν ἀνδράσι, τὸν ἐκείνων βίον ἐζήλωσε· τούτῳ βιβλία ἄγαν σπουδαῖα συγγέγραπται· C ὧν τὸ μὲν *Μοναχὸς* ἢ περὶ πρακτικῆς ἐπιγέγραπται· τὸ δὲ *Γνωστικὸς* ἢ περὶ τῶν καταξιωθέντων γνώσεως· κεφάλαια δὲ αὐτοῦ πεντήκοντα· τὸ δὲ *Ἀντιῤῥητικὸν*, πρὸς τοὺς πειράζοντας δαίμονας, ἐν ὀκτὼ διῃρημένον μέρεσι, κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν ὀκτὼ λογισμῶν· καὶ ἑξακόσια προγνωστικὰ προβλήματα· καὶ στιχηρὰ β', ἓν πρὸς τοὺς ἐν κοινοβίοις ἢ συνοδίαις μοναχοὺς, καὶ ἓν πρὸς τὴν παρθενίαν· καὶ φησι κατὰ λέξιν· *οὕτως ἀναγκαῖον τὰς ὁδοὺς τῶν προοδευσάντων μοναχῶν ὀρθῶς διερωτᾶν, καὶ πρὸς αὐτὰς κατορθοῦσθαι· πολλὰ γάρ ἐστιν ὑπ' αὐτῶν τὰ ῥηθέντα καὶ πραχθέντα καλῶς, ἐν οἷς καὶ τοῦτό τις ἔφησε, τὴν ξηροτέραν καὶ ἀνώμαλον διαιταν, ἀγάπῃ συζευχθεῖσαν, θᾶττον διάγειν τὸν μοναχὸν εἰς ἀπάθειαν.*

JO. TRITHEMIUS DE SCRIPTORIBUS ECCLESIAE.

Macarius Monachus Aegyptius, et beati Patris | Antonii quondam discipulus, vir devotus et sanctissimae conversationis, de quo multa miracula narrantur, quomodo etiam mortuorum voces de sepulcris pro fidei confirmatione impetravit. Claruit multa sanctitate sub Constantino et Constantio Principibus anno Domini 350. *Cuius gesta habentur in Vitis Patrum.*

MYSTER. INIQUITAT. AUCTORE M. B. F. B. pag. 209.

B. Macarius scriptor religiosissimus, et de quo B. Arndus mihi confirmavit, fuisse, cum illum verbotenus posset libro seposito recitare.

D PETRUS POIRET DE ERUDITIONE SUPERFICIARIA p. m. 202.

Macarii Aegyptiaci admirabiles et divina prorsus sapientia abundantes Homiliae.

XIX. Nihil nunc restat amplius, quam ut lectorem benevolum rogemus, aegre ne ferat, si menda typographica forte alicubi occurrant. Neque enim adesse licuit speciminum emendationi. Si quae vero relegenti Macarium se obtulerunt, ea in calcem libri adnotavimus; quae tollantur licet, antequam ad librum legendum fiat accessio. Deum vero oramus supplicibus precibus, ut libri huius lectoribus

NOTAE.

(1) Macar. *Homil. IV* § 9 *p.* 47, 48, *De elevat. mentis cap. VI p.* 113. Petavius *Tom. III Dogm. Theol. lib. I de Angel. cap. II.* Dallaeus *de usu Patrum p. m.* 268.

Digitized by Google

sui spiritus impertiat gratiam, et, quo usus est instrumento ad demonstrandas exuberantes suas divitias spirituales, Macario, eius divinissimis scriptis multas ad se allicere, et in rectam, quae ducit ad felicitatem, nullis temporum periodis terminandam viam dignetur dirigere. Scripsimus Lipsiae in urbe patria die IX Martii Anno recuperatae salutis clɔ Iɔc Ic. |

| *SERIES eorum, quae in hoc libro de Macario continentur.*

I	*De Custodia Cordis.*	1
II	*De Perfectione in Spiritu.*	33
III	*De Oratione.*	50
IV	*De Patientia et Discretione.*	70
V	*De Elevatione Mentis.*	108
VI	*De Charitate.*	136
VII	*De Libertate Mentis.*	181
VIII	*Apophthegmata Macarii a Petro Possino edita.*	231
IX	*Apophthegmata Macarii a Io. Baptista Cotelerio edita.*	235
X	*De Macario Relatio ex Hieronymo.*	270
XI	*De Macario Relatio ex Palladio.*	273
XII	*De Macario Excerpta ex Cassiodoro* *.	279

[Sequuntur Opuscula pag. 1-285, tum « *Index rerum et verborum* » et « *Index locorum Scripturae quae in his Opusculis obiter explicantur.* »

* Leg. *Cassiano. Cassiodorum* cum *Cassiano* confundit Pritius. EDIT.

ANDREAE GALLANDII

PRESBYTERI CONGREGATIONIS ORATORII

PROLEGOMENA

IN VITAS ET SCRIPTA SS. MACARIORUM AEGYPTII ET ALEXANDRINI.

(Bibl. veterum Patrum antiquorumque scriptorum ecclesiasticorum T. VII. p. III-VI.)

[Pag. III] *De S. Macario Aegyptio.*

I. *Macarius* senior genere Aegyptius, et *Magni* cognomentum adeptus (1), florente adhuc aetate monasticum institutum amplexus est. Quo quidem tempore virtutibus atque austero vivendi genere adeo enituit, ut παιδαριογέρων, id est *puersenex*, a monachis vocaretur (2), quoniam citius quam pro aetate in monasticae disciplinae studiis profecerat. Deinceps vero in intimam solitudinem secedens, in Sceti sedem posuit (3). Ubi egregiis religiosae vitae certaminibus inclytus, pluribusque gratiae donis divinitus cumulatus, annos natus quadraginta ad sacerdotium evectus est. Magno Athanasio aequalis, Magno quoque Antonio familiaris (4), ex hac vita migravit nonagenarius, postquam ipsos annos sexaginta solitariam vitam egisset, Palladio teste, qui et praeclara eius facinora pluribus edisserit (5). « Quid ego narrem, » inquit Hieronymus (6), « *Macarios*, Arsenios, Serapionas et reliqua columnarum Christi nomina? » Eius memoria in Ecclesiae Latinae fastis die XV Januarii recolitur.

II. Non solum autem vitae sanctioris institutis eximius exstitit Macarius Aegyptius, sed etiam doctrina praestans sacrarumque literarum scientia apprime excultus fuisse comperitur. Sub eius nomine circumferuntur Homiliae quinquaginta *de integritate quae decet Christianos*, spiritualis succi plenae. Has primus ex codice Bibliothecae Regiae graece latineque edidit Parisiis Joannes Picus, in senatu Parisiensi classium inquisitoriarum praeses; eademque editio cum Gregorii Thaumaturgi et Basilii Seleuciensis operibus ibidem iterum prodiit anno 1621. Antea vero, anno scilicet 1594, ex versione Zachariae Palthenii Friedbergensis Francofurti fuerant eaedem Homeliae secundo evulgatae. Atque hanc posteriorem editionem, graeco textu ex mss. codicibus, quos in suis *Ecclesiae Graecae Monumentis* excitavit Cotelerius, potissimum recensito, ac versione Paltheniana subinde castigata, rursus prelo commisit Lipsiae anno 1698 Joannes

NOTAE.

(1) Pallad. Hist. Laus. cap. 20 p. 924; Apophthegmata Patrum ap. Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 537.
(2) Sozom. Hist. Eccl. lib. III cap. 14.
(3) Pallad. l. l. cap. 19 p. 921.
(4) Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 530 sq.; Tillemont Mémoires eccl. T. VIII p. 806 Not. IV sur S. Macaire.
(5) Pallad. l. l. cap. 19.
(6) S. Hieron. Ep. CVIII al. XXVII ad Eustoch. § 14, S. Hieron. Opp. ed. Veron. T. I p. 698 [Migne T. I [Patrol. T. XXII] p. 890].

Digitized by Google

Georgius Pritius additis praeterea septem opusculis asceticis, a Petro Possino in *Thesauro Ascetico* primum in lucem eductis, subiectisque simul eiusdem sancti abbatis Apophthegmatis cum Possinianis tum Cotelerianis, nec non excerptis, quae de nostro Macario in Vitis Patrum et apud Palladium atque Cassianum habentur. Quam propterea editionem ceteris auctiorem accuratioremque typis excudendam consignavimus.

III. De Homiliarum porro integritate ut paucis agamus, earum auctorem Macarium Aegyptium agnoscunt non solum impressi codices, verum etiam mss. complures, quos laudant Montfauconius (7) et Fabricius (8). Neque vero hac de re unquam suborta fuerat dubitatio, donec alium ab Aegyptio Macarium, Amathae socium et Magni Antonii discipulum, excogitare placuit Petro Possino, eumque sive Homiliarum quinquaginta, sive septem Opusculorum asceticorum ab se editorum parentem statuere (9). Verum viri docti placita non esse omnino admittenda, pluribus evincunt Caveus (10) et Pritius (11), sed maxime Tillemontius (12). Atque hinc etiam respuenda Oudini sententia, qui eiusmodi scripta, de quibus loquimur, ad Marcum Ἀσκητὴν seu *Exercitatorem*, Macarii iunioris discipulum, spectare arbitratur (13). Quorum quidem virorum cll. iudicium non minimum confirmare videtur Ioannes, patriarcha Antiochenus, in Oratione quam vulgavit Cotelerius. Sic enim ille (14) : « A divinis sanctisque patribus nostris Athana- « sio, Basilio, Nysseno, aliisque eorum temporum editi sunt ascetici atque a Deo inspirati libri, qui com- « muniter degendi et vivendi rationem, omnemque absolute monachorum vitam et institutionem « praestituunt; sed et qui primum in Aegypto compositus fuit maximus liber sanctorum Senum *Scetis*, « Thebaidis et Libyae, complectens ordine alphabetico sacra eorum gesta et dicta. Quia vero per gratiam « Christi etiam multi in disciplinis exercitati ac philosophi saeculi, angustam et arctam viam sectati, « monachi sanctique evaserunt, *conscripserunt illi quoque non paucos libros divinitus inspiratos, qui sic in « scribuntur :* Liber..... sancti Macarii » cet. Ex quibus intelligas, et *Scetis* solitudinem heic nominari, quam incoluisse Macarium Aegyptium superius ex Palladio didicimus, et *Macarii librum* laudari, quem eidem abbati Aegyptio iure adscribas. Alter enim, Alexandrinus, in *Celliis* habitasse traditur, ut mox videbimus.

IV. Idem porro ferendum videtur iudicium de septem Opusculis asceticis a Possino in vulgus emissis : eorum nimirum auctorem unum eundemque cum illo (15) esse, a quo fuere Homiliae conscriptae. Etenim praeterquam quod res ipsae, quae utrobique ferme edisseruntur, unum scriptorem produnt (16), et Macarium quidem Aegyptium cognomento Magnum, accedit in primis ms. codicis fides quo usus est Possinus, ut ipsemet testatur his verbis : « Septem, » [P. IV] inquit, « Opuscula unius sunt auctoris *Macarii Magni*, « prout diserte singulorum titulus signabat in codice Turrianeo. Erant autem ea ibi non uno continue « ductu expansa, sed in duo separatim, multis interpositis, divisa systemata *nominis eiusdem*. Priori « siquidem hic praefigebatur index : *Macarii Magni de custodia cordis* (17) » cet. At vero non est heic dissimulandum, quod ex Joannis Mariae Brasichellani Expurgatorio Indice in literas retulit Labbeus (18). Sic autem locus se habet : « Illud opportune observamus, quaedam illis [Homiliis] inesse « obscura, ambigua et a proprio exactoque more loquendi theologorum quadamtenus aliena, proinde- « que cum iudicio et circumspecte legenda. Et subest suspicio, ne ab aliquo Pelagiano sint alicubi « interpolatae. » Haec ibi. Quem in locum lectorem haud pigeat laudatum subinde Tillemontium adire (19), sed in primis ipsummet Opusculorum editorem Possinum (20).

V. Alia praeterea nonnulla de iisdem Macarii Homiliis observare nostra interest. Et primum quidem homiliam XXV sub titulo *De libero arbitrio* fuisse olim inter Basilianas recensitam, ut probe intellexit eruditus Bengelius (21). Neque id sane olfecit Combefisius, qui eandem propterea, tanquam integrum Basilii Magni foetum existimans, suo Ecclesiastae graeco intexuit (22). Verum Garnierius, doctissimus Basilianorum Operum editor, quamvis legitimum laudatae homiliae parentem Magnum Macarium haud agnoverit, eam tamen sancto Basilio perperam fuisse adscriptam pluribus a contextu ac stilo ductis rationibus demonstravit (23); quam proinde in appendicem reiecit (24). At vero acrem viri

NOTAE.

(7) Montf. Bibliotheca Bibliothecarum manuscriptorum nova Paris. 1739 fol. T. I p. 67 C.
(8) Fabric. Bibl. Graec. T. VII p. 492 [ed. Harles Hamburg. 1802 T. VIII p. 363 not.]
(9) Possin. Prolegom. ad Thesaur. Ascet. § VI.
(10) Cave Hist. Lit. [ed. Basil. 1741] T. I p. 256.
(11) Pritius Praef. ad Macar. Opusc. § VIII sqq.
(12) Tillemont Mémoires eccl. T. VIII p. 619. 810 Not. X sur S. Macaire.
(13) Oudin de Scriptt. eccl. [Lips. 1722] T. I p. 478.
(14) Joan. Antioch. apud Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 66 § V.
(15) Tillemont Mémoires eccl. T. VIII p 610. Pritius l. l. § XI.
(16) Possinus l. l. § VI sub fin.
(17) Ibid. § IV.
(18) Labbe Dissert. hist. de Scriptt. eccl. T. II p. 41.
(19) Tillemont Mémoires eccl. T. VIII p. 810 Not. X sur S. Macaire.
(20) Possin. l. l. §§ VI sub fin. VII ac VIII.
(21) Bengel. in not. ad Gregor. Thaum. panegyr. in Originem p. 235.
(22) Combefis. Eccl. Graec P. I p. 455.
(23) Garnier Praef. ad S. Basilii Opp. T. II § VIII p. XXVI-XXVIII.
(24) Id. ibid. p. 613.

Digitized by Google

critici censuram emollire placet mitiore iudicio, quod post Dupinium tulit cl. Tillemontius his verbis : « Le style en est simple, et l'on voit sans peine que c'est un solitaire qui parle du cœur, sans affecta- « tion, sans ornement, et quelquefois aussi sans ordre (25). » Admonendum praeterea, homiliam ex Macarianis XXXVII *De paradiso et lege spirituali* inscriptam prooemio ad Opuscula Marci Eremitae ascetica integram fuisse intextam. Quae quidem hactenus observata, si aevo superiore ac nostro fuissent nonnullis eruditis viris comperta, neque fidenter nimis pronuntiassent, ut arbitror, aliquot nimirum aliorum scriptorum homilias Macarianis insertas deprehendi, neque adeo de legitimo earum auctore Macario Aegyptio suspicionem admisissent ingessissentque.

VI. Quod superest, de locis Novi Testamenti a Macario recitatis varia observat Millius (26), quae heic excutere neque vacat neque libet. Quae vero sententia de hac ipsa re absque ullo vade a Weststenio profertur (27), loca scilicet sacrae Scripturae in codicibus Macarii editis ad Vulgatam latinam conformata esse vel potius detorta, neque nobis probatur, neque ulli qui recte sapiat admittenda videtur. Quod enim ait, neminem ex Graecis umquam legisse Μαμβρῆς ad II. Tim. III, 8, id equidem ab eo dictum nollem. Nam eiusmodi lectionem agnoscunt Constitutiones Apostolorum (28), auctor Synopseos Scripturae sacrae Magno Athanasio tributae (29), atque Antiochus monachus (30), quamvis, ne quid dissimulem idem alibi (31) legat Ἰαμβρῆς, ut omittam interim Origenis interpretem in Matthaeum (32) aliosque veteres, quos apud Cotelerium (33), Fabricium (34) et Wolfium (35) videas. Quid plura ? Vel ipsum Weststenium sententiam deinceps mutasse comperimus, quippe qui nostrum Macarium recenseat (36) inter graecos Ecclesiae scriptores, qui ad laudatum Apostoli locum Μαμβρῆς legisse noscuntur. At de his satis.

II.

De S. Macario Alexandrino.

I. Macarius iunior, domo Alexandrinus, cum Macario Aegyptio aetate coniunctus, sed ipsi superstes, monasticae disciplinae primum sese addixit, Magno Antonio magistro usus ; serius vero presbyter ordinatus Celliorum, τῶν λεγομένων Κελλίων, teste Palladio (37) ; ac demum archimandrita Nitriensis. Celliorum item mentio in Apophthegmatis Patrum (38) : ἦν τις γέρων εἰς τὰ Κελλία. Locus nimirum celebris, inquit Cotelerius (39), in Aegypti eremo, a multitudine cellularum nuncupatus Cellia, Cellae, Cellulae. Eundem porro Macarium πολιτικὸν, id est *urbicum*, fuisse appellatum produnt veteres Sozomenus (40), collector Apophthegmatum Patrum (41), nec non Philippus Sidetes (42), qui et eum scholae catecheticae Alexandrinae praefuisse ob singularem eius doctrinam tradit. Eo autem sensu πολιτικὸς dictus existimatur, quod non ita eremum incoleret, ut vulgo solebant reliqui ascetae, sed quod partim in solitudine, partim ἐν τῇ πόλει, *in urbe*, videlicet Alexandrina, vitam ageret, catecheseon nimirum doctor. Praeclara eius gesta fuse describit Palladius (43), qui [Pag. V] eum probe noverat ; atque alibi praeterea testatur (44), ipsum in iis, quae sunt monachorum praecipua, primas partes egisse. Qui tandem omnibus fere arctioris disciplinae exercitationibus perfunctus, ut verbis utar Sozomeni (45), anno demum Christi CCCXCIV aut CCCXCV ineunte grandaevus supremum diem obiisse videtur (46). Eius dies festus in Ecclesia quidem latina die II Januarii, apud Graecos vero XIX eiusdem mensis peragitur (47).

II. Exstat in Codice Regularum a sancto Benedicto Anianensi abbate olim contexto *sancti Macarii Alexandrini abbatis Nitriensis Regula ad monachos* (48). De hac porro nonnullis viris eruditis visus est verba fecisse Gennadius (49), quam tamen Macario seniori Aegyptio adscripserit. Aevo autem posteriore duo exstitere scriptores anonymi, qui Regulae Macarianae meminere. Et alter quidem in Vita sancti Joannis, abbatis Reomaensis, cuius haec sunt verba : *Studuit denuo ipse* [Joannes] *salubria dogmata sub*

NOTAE.

(25 Tillemont Mémoires eccl. T. VIII p. 619.
(26) Millius Prolegom. ad N. T. Gr. §§ 819-820.
(27) Wetsten. Prolegom. ad N. T. Gr. ed. Semler p. 186.
(28) Const. Apost. lib. VIII cap. 1.
(29) S. Athan. Opp. ed. BB. T. II p. 132 [ed. Bened. Patav. 1777. T. II p. 101].
(30) Antioch. Hom. XXXII p. 69.
(31) Id. Hom. LVI p. 103.
(32) Orig. in Matth. tract. XXVI, XXVII, Opp. ed. Benedict. [Delarue] T. III p. 848. 916.
(33) Coteler. ad Const. Apost. l. l.
(34) Fabric. Cod. pseudoep. Vet. Test. T. I p. 816 ; Ei. Cod. apocr. N. T. T. I p. 249. 342.
(35) Wolf. Cur. crit. et philol. T. V p. 522.
(36) Wetsten. in not. ad N. T. Gr. T. II p. 362.
(37) Pallad. Hist. Laus. cap. 20 p. 924.
(38) Apophth. Patr. apud Coteler. Eccl. Graec. Mon. T. I p. 383 § IV.
(39) Coteler. ad l. l. p. 802 B.
(40) Sozom. Hist. Eccl. lib. III cap. 14.
(41) Apophth. Patr. l. l. p. 537 § XXI.
(42) Philip. Sid. apud Dodwell. ad tin. Dissertat. Iren. p. 488.
(43) Pallad. l. l.
(44) Pallad. Hist. Laus. cap. 19 p. 920.
(45) Sozom. l. l.
(46) Tillemont Mémoires eccl. T. VIII p. 648.
(47) Menol. graec. ed. Urbin. 1727 P. II p. 121.
(48) Holsten. Cod. Reg. p. 43-50.
(49) Gennadius de viris illustribus cap. 10.

Digitized by Google

regulari tenore, quem beatus MACARIUS *Aegyptiorum indidit monachis, ministrare* (50). Alter vero sancti Philiberti, abbatis Gemeticensis et Heriensis I, res gestas literis tradens : *Basilii sancti charismata*, inquit, MACARII *regulam, Benedicti decreta, Columbani instituta sanctissima lectione frequentabat assidua* (51). Utri autem Macario, Aegyptione an Alexandrino, uterque biographus Regulam eiusmodi tribuat, haud plane liquet ; minus enim accurate Macarios distinxisse sequioris aevi scriptores noscuntur. Eos tamen, quorum verba modo protulimus, de Macario potius Alexandrino, quam Aegyptio esse accipiendos, cum Holstenio (52) existimaverim equidem. Constat enim, Aegyptium et seniorem altero et multo celebriorem exstitisse, Magni propterea cognomentum adeptum ; Alexandrinum vero *urbici* tantum vocabulo ab alio fuisse discretum : ut proinde seri scriptores, Macarii simpliciter mentionem iniicientes, Alexandrinum magis quam Aegyptium plura laudis insignia consecutum respexerint. Verum, ut ut res se habeat, non est cur demum a vetusti codicis scriptura, quem Benedictus Anianensis abbas descripsit, recedamus, ubi Regula, de qua loquimur, Macario Alexandrino diserte adscribitur. Idem porro dicendum de Epistola monachis inscripta eidemque Regulae adjecta. Et in hanc quidem sententiam plura eruditissimus Tillemontius, qui praeterea Gennadii verba excutiens, eius auctoritatem merito elevare comperitur (53).

III. Sub huius item Macarii Alexandrini nomine habetur *Sermo de excessu iustorum et peccatorum, quorsum scilicet eorum animae e corpore demigrent et quomodo se habeant.* Hunc vero sermonem primus in lucem extulit Guilielmus Caveus ex ms. codice Bibliothecae Paulinae Lipsiensis, Henrico Warthono interprete usus (54). Postmodum vero ex eodem ms. Lipsiensi, cum duobus codicibus Viennensibus collato, iterum velut adhuc ineditum vertit evulgavitque Jacobus Tollius (55), quam quidem posteriorem editionem altera exactiorem secuti sumus. Licet autem codices cum Lipsiensis tum unus ex Viennensibus Macario Alexandrino huiusmodi opusculum adserant, alter tamen eiusdem Bibliothecae Caesareae codex membranaceus Macarii Alexandrini discipulo illud vindicat. Sic enim ibi : Τοῦ ἁγίου Μακαρίου τοῦ Αλεξανδρέως ὁ μαθητὴς διηγήσατο, ὅτι ποτὲ κ. τ. λ. Ceterum de visione in eo sermone relata sinistrum editoris utriusque iudicium satis corripit atque emendat par Magni Antonii διήγημα, quod legas apud Palladium (56), ut opportune advertit Fabricius (57). Neque deesse complura huic affinia in Vitis et Apophthegmatis Patrum, iam norunt eruditi.

IV. His porro hactenus recensitis Opusculis subiicitur *sanctorum patrum, Serapionis,* MACARII, *Paphnutii et alterius* MACARII *abbatum Regula ad monachos*, cui aliae duae praeterea accessere ; quae quidem ex codice Regularum Holsteniano desumpsimus. Censent autem merito ac iure, ut videtur, viri eruditissimi (58), duos Macarios hoc loci memoratos illos esse celeberrimos anachoretas, de quibus superius verba fecimus, Aegyptium videlicet atque Alexandrinum. Rufinus : « Per idem tempus, » inquit « patres monachorum vitae et sanctitatis merito, *Macarius* et Isidorus, aliusque *Macarius* atque Heraclides et Pambus, Antonii discipuli, per Aegyptum et maxime in Nitriae deserti partibus habebantur ; viri qui consortium vitae et actuum non cum ceteris mortalibus, sed cum supernis angelis habere credebantur (59). » Et infra : « Florebat igitur Aegyptus ea tempestate non solum eruditis in Christiana philosophia viris, verum etiam his, qui per vastam eremum commanentes, signa et prodigia Apostolica simplicitate vitae et cordis sinceritate faciebant. Ex quibus interim, quos ipsi vidimus et quorum benedici manibus meruimus, hi sunt : *Macarius* de superiori eremo, alius *Macarius* de inferiori (60) cet. » At vero Serapion, qui primum in Regulae inscriptione locum obtinet, vel ipso Macario Aegyptio antiquior in solitudine fuerit, dictus propterea Palladio (61) et Sozomeno (62) : Σεραπίων ὁ μέγας, *magnus ille Serapion*. Paphnutius autem eidem Palladio plurimum commendatur (63).

V. Huiusmodi syllogen claudit *Regula orientalis ex Patrum orientalium Regulis collecta a Vigilio diacono*. De opusculo eiusque auctore Gennadius haec habet : « *Vigilius* diaconus composuit ex traditione « patrum *Monachorum Regulam*, quae in coenobio ad profectum fratrum in conventu legitur, breviato « et aperto sermone totius monasticae professionis in se tenentem disciplinam » (64). Ad quem locum non exstare hanc opellam adnotat Fabricius, quod sane mirari subit. Eandem quoque Regulam memorant praeter Honorium Augustodunensem (65) et Trithemium (66), Annales Trevirenses (67). Neque

NOTAE.

(50) Mabillon AA. SS. O. S. Bened. Saec. I p. 614 § VIII.
(51) Ibid. Saec. II p. 785 § V.
(52) Holsten. Cod. Reg. p. 45.
(53) Tillemont Mémoires eccl. T. VIII p. 618. 809. Not. VIII sur S. Macaire.
(54) Cave Hist. Lit. T. I p. 258.
(55) Jacobi Tollii Insignia Itiner. Ital. p. 192-199.
(56) Pallad. Hist. Laus. c. 27 p. 941.
(57) Fabric. Bibl. Graec. T. VII p. 495 [ed. Harles l. T. VIII p. 366] ; Ei. Cod. apocr. N. T. T. II p. 949 not. (l).
(58) Bulteau Hist. de l'Ordre de S. Benoît p. 130. Tillemont Mémoires eccl. T. VIII p. 618.
(59) Rufin. Hist. Eccl. lib. II cap. 4.
(60) Id. ibid. cap. 8.
(61) Pallad. Hist. Laus. cap. 117.
(62) Sozom. Hist. Eccl. lib. III cap. 14.
(63) Pallad. l. l.
(64) Gennadius de viris illustribus cap. 51.
(65) Honor. Aug. de scriptoribus eccl. lib. II cap. 50.
(66) Trithemius de scriptoribus eccl. cap. 138.
(67) Annal. Trev. P. II cap. 1.

Digitized by Google

illam ignorarunt sanctus Benedictus [Pag. VI] Anianensis et Smaragdus abbas, qui et superiorem *Macarii Alexandrini*, et alteram pariter *sanctorum Patrum* non solum saepius laudarunt, sed multa etiam inde capita, ille quidem in concordiam Regularum, hic vero in expositionem Regulae sancti Benedicti, transtulisse perhibentur, ut monet Holstenius (68).

NOTAE.

(68) Holsten. Cod. Reg. p. 25. 45. 156,

CASIMIRUS OUDINUS

DE SS. MACARIIS AEGYPTIO ET ALEXANDRINO.

[Casimiri Oudini Commentarius de scriptoribus Ecclesiae antiquis illorumque scriptis Francof. ad Moenum 1722 fol. T. I p. 474-480]

Macarii tres monachi. Hos simul iungimus, cum disiungi vix possint, atque ad distinctionem a se mutuo magis perspicuam simul iconiungi conveniat. Vixerunt hi tres eodem tempore, atque magistri eiusdem Antonii discipuli pariter exstiterunt. De quorum primis duobus hic inserendis loquuntur Socrates *Hist. Eccl.* lib. IV cap. 23, Sozomenus lib. III cap. 14, Theodoretus lib. IV cap. 21, Palladius *Hist. Laus.* capp. 19 et 20. Horum *primus* Macarius, gente Aegyptius, monachus Scetensis, Magni Antonii discipulus claruit ab anno 350. Qui in iuventute adhuc constitutus ita virtutibus monasticis et austero vivendi genere excelluit, sibi semper praesens et gravis, ut a fratribus *παιδαριογέρων* vocaretur. Annos natus quadraginta ad presbyterii gradum evectus est. Miraculis et prophetia clarus tot sanavit aegros, tot a daemonibus obsessos liberasse dicitur, ut Socrate teste miracula ab eo patrata speciale opus exigerent. Nihil mirum vero, tam celebrem inter monachos [Pag. 475] virum fuisse etiam inter Scriptores ecclesiasticos successu temporis recensitum. Illos enim insignes homines monachi sequiorum temporum pro viribus inter doctos etiam suppositis Operibus allegerunt. Hunc Macarium inter Scriptores non omisisset Hieronymus, si tempore suo aliquid sub Macarii nomine exstitisset. Annis circiter centum post Hieronymi aetatem Gennadius Massiliensis presbyter retulit hunc Macarium inter Scriptores ecclesiasticos libro *De viris illustribus* cap. 10, cui unicam duntaxat attribuit Epistolam, quippe cum tunc temporis haec tantum sub Macarii celeberrimi nomine prostaret. Socrates, qui illorum Macariorum virtutes *Hist. Eccl.* lib. IV cap. 23 magnifice extollit, de scriptis silet, quamvis ibidem Evagrii illorum discipuli Opera positive recenseat. Nihil ergo sub Macariorum nomine tempore Socratis exstabat scriptum, quod sane dicere tam praeclara occasione data non omisisset; quorum et Apophthegmata illic refert, sicut et Palladius l. l. Audacior sane Graecia ac monachismus recentior, qui erubuisset, si nihil sub Macariorum nomine scriptum exstitisset. Sub falso igitur *S. Macarii Senioris et Aegyptii*, quem unicam duntaxat scripsisse Epistolam voluit l. l. Gennadius, productae *Homiliae spirituales quinquaginta de integritate quae Christianos decet.* Exstant graece et latine Parisiis 1559 in-8, deinde cura Zach. Palthenii Francofurti 1594 in-8, denique cum Operibus Gregorii Thaumaturgi Parisiis in fol. anno 1622. Quas cum Caveus, si recte sensisset, ceu supposititias nulloque antiquitatis testimonio fultas proscribere debuisset, *ab aliquo forsan sequioris saeculi interpolatas* dixisse satis habuit. Illas Petrus Possinus e Soc. J. in *Prolegomenis* ad Thesaurum Asceticum graece et latine impressum in-4 anno 1684 Tolosae apud Guilielmum Bosch, censet pertinere ad Macarium iuniorem Aegyptium eodem tempore illustrem : quae contentio modici momenti est, cum uterque et senior et iunior tempore eodem vixerint. Ego ob veterum de his Operibus silentium utrique Macario Homilias istas opinor supposita a monachis graecis ad maiorem Macariorum nominis famam. Omisso veterum de his Operibus silentio dico tum *Epistolam* illam, de qua loquitur Gennadius, tum has *Quinquaginta Homilias*, de quibus supra egimus, non posse esse Macarii illius Aegyptii, sive senioris, sive iunioris, qui seniori synchronus erat atque aetate duntaxat iunior. Rationem optimam affero Pelagianismum subtilissimum atque purissimum, quo et *Epistola* et *Homiliae* plenae sunt, ut attente legenti constabit. Erant autem hi tres Macarii mortui omnes ante Pelagianam ortam haeresim, unde scripta illa ad Macarios istos pertinere nullatenus possunt. De Epistola, quae interiit, expressum est Gennadii qui legerat testimonium ex libro *De viris illustribus* cap. 10 his conceptum verbis : « Macarius monachus ille Aegyptius, [Pag. 476] signis et virtutibus clarus, unam tantum ad iuniores professionis suae scripsit Epistolam, in qua docet, illum perfecte posse Deo servire, qui conditionem creationis suae cognoscens ad omnes semetipsum inclinaverit labores, et luctando atque Dei adversum omne quod in hac vita suave est auxilium implorando, *ad naturalem quoque perveniens puritatem, continentiam velut naturae debitum munus obtinuerit.* » Continentiam enim esse munus naturae debitum, non gratiae, doctrina Pelagiana prorsus est contra Salomonem *Sap.* VIII, 2 et X, 2,— Apostolum *Gal.* V, 23 : *Fructus autem*

Digitized by Google

Spiritus est cet. *fides, modestia, continentia, castitas.* Quod etiam hae *Quinquaginta Homiliae* ad Macarium istum, atque alios eiusdem temporis duos nullatenus spectent, his duobus affirmo argumentis :

Primum. Homiliae istae non sunt proprie homiliae ad populum habitae, sed tantum farrago quaedam ab aliquo archimandrita collecta ac privatim composita, quae interdum quidem homilias continet, interdum vero Quaestiones varias et Responsiones nullam homiliarum speciem habentes, quas consarcinator pro captu, absque connexione simul collegit. Ex inspectione et lectione illarum res constare potest, quod non diffitetur Elias du Pin *Nov. Biblioth. Scriptt. Eccles.* Tom. II Saec. IV pag. mihi 70. Nam ad finem homiliae VI *de oratione* movet duas Quaestiones *de incarnatione Jesu Christi* cum totidem Responsionibus, quae ad argumentum Orationis nihil faciunt. Homiliae VII et VIII constant quoque variis Quaestionibus et Responsionibus. Unde liquet sole clarius, non esse Homilias ad populum dictas, sed *collectaneum Quaestionum*, quas ad archimandritam aliquem monachi accedentes proposuisse finguntur. Homilia XII continet Quaestiones et Responsiones vel nullatenus vel parum utiles. Homilia XV nullum habet speciale argumentum, sed varias Quaestiones *de resurrectione et concupiscentia* continet, quae nullam inter se connexionem habent. Homilia XXVI continet plures Quaestiones et Responsiones *de tentationibus diaboli et gratiae effectibus.* Homilia XXVII respondet quoque Quaestionibus multis *de gratiae effectibus.* Homilia XXXVII habetur verbotenus inter Opuscula Marci Exercitatoris. Homilia XL tres adhuc Quaestiones proponit, quas Responsionibus totidem solvit. Non ergo collectaneum istud Homiliarum proprie est, sed farrago variorum indiscriminatim, ut collectori allubuit.

Secundo. Quisquis istius farraginis auctor, is post ortam Pelagianam haeresim scripsit, quam subtiliter et caute docet passim. Quod et agnovit Ellias du Pin l. l., dum inquit Homilias istas, de quibus agimus, esse conformes quoad doctrinam *Epistolae* sub Macarii nomine, quam depingit Gennadius in libro *de viris illustribus* cap. 10. At Epistola ista Pelagiana est, idemque dicendum de Homiliis istis. Nam Homilia XV vult *concupiscentiam* esse quandam ignis [Pag. 477] in homine accensi speciem, omnes, ut ita dictum sit, ipsius partes accendentem, cui resistere potest, si assidue invigilet sibi atque pugnet : *Eos autem, qui passionibus resistunt, sanctum Spiritum atque Christi gratias recipere.* Quod Pelagianum omnino est, quasi ante gratiam Christi perceptam concupiscentiae ac passionibus accensis ex naturae viribus resistere valeamus. Homilia XVI inquit hominem debere semper timere, eo quod semper tentationibus expositus sit; itaque qui gratiam nondum habent, debere semper et bonum agere et malum fugere ex motibus naturalibus; qui vero gratiam acceperint, non indigere motibus his naturalibus atque interioribus. Supponit ergo, hominem etiam, antequam gratiam habeat, posse et bonum facere et malum fugere ex instinctibus naturalibus; quod Pelagianum est, quasi his naturae laboribus et conatibus gratiam Dei ad nos trahamus. Homilia XXVI tota quoque Pelagiana est, ut attente legenti constabit, atque ex iis, quae affert l. l. Ellias du Pin, cognosci abunde potest. Miror tamen, cur pagina mihi 72 Aethiopem dealbare conetur intendatque, auctorem hunc nihil aliud velle quam conciliare gratiae necessitatem cum liberi arbitrii nostri cooperatione. Aliud sane vult Pelagianus ille; initium nempe salutis nostrae esse a nobis per opera naturae incipientibus, quibus accedente divina gratia salus iam ad perfectionem adducatur. Unde quamvis saepius dicat gratiam esse necessariam vel ad iustitiam perfectam, vel vitam aeternam, ut Homilia XXIV, vel ad evitandas omnes peccati occasiones, vel ad omnibus tentationibus resistendum, ut Homilia XXV, nunquam tamen asseruit, illam esse necessariam ad omne et quodlibet in singulari opus bonum, opinatus nempe iuxta Pelagium et Pelagianos, initium salutis esse a nobis ex natura operantibus.

Convenit maxime hic auctor quoad doctrinam cum Marco *ἀσκητῇ* seu Exercitatore, qui olim Macarii huius discipulus fuit, nec difficile fuit, ut scripta discipuli magistro postmodum ex quadam maioris auctoritatis affectatione vel etiam malitia attribuerentur. Plura de his Homiliis seu etiam Quaestionibus no postea in Marco Asceta, cui adiudicandas ob doctrinae et styli similitudinem censemus.

Exstant autem hae S. Macarii Aegyptii Homiliae MSS. graece in Bodleiano Oxonii in Anglic. Bibliotheca codice 213 in MSS. Baroccianis. Atque in hoc codice exstant *Homiliae* LVII, quarum quae in editis postrema est, in MS. isto auctior est quam in impressis.

Eiusdem Homilia LI ad Symeonem Ascetam pag. 202, b : *Μακάριος τοῖς ἀγαπητοῖς.*

Eiusdem Homilia LII in Natali Christi pag. 208 : *ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ ἔργον τῆς ἀληθείας.*

Homilia LIII de longanimitate et tolerantia in afflictionibus pag. 215 : *ὁ βουλόμενος Θεῷ εὐαρεστῆσαι.*

[Pag. 478] Homilia LIV de beneplacito Dei et permissione divina : *Πάντα τὰ γενόμενα.*

Homilia LV contra inanem gloriam captantes in concionibus ad populum pag. 230, b : *Ἰστέον ὅτι τινές εἰσι νεώτεροι.*

Homilia LVI de nomine et officio monachi pag. 234, b : *Τί ἐστι μοναζων.*

Homilia LVII de variis Spiritus sancti operationibus pag. 238, b : *Τὸ πνεῦμα ὅπου θέλει, πνεῖ.*

Quae eandem cum impressis methodum, eandem doctrinam asceticam continent, atque in aliis Homiliarum eiusmodi MSS. exemplaribus non reperiuntur.

Adducor autem maxime ut credam, has omnes *Homilias et Quaestiones asceticas* spectare ad Marcum

Digitized by Google

Ascetam seu Exercitatorem, qui inter monachos Nitrienses solitariam vitam duxit, atque Macarii Aegyptii iunioris discipulus fuit, clarus anno 400 sqq. usque ad annum circiter 440 vel ultra; de quo Sozomenus lib. VI cap. 29, Palladius *Hist. Laus.* capp. 20 et 21, Nicephorus *Hist. Eccl.* lib. XIV cap. 54. Vixit enim post Pelagianam haeresim multis annis, perveniens ad decrepitam usque aetatem, obiitque centenario maior. Nec mihi rationes seu coniecturae desunt: I. Ipsa doctrina Pelagiana, quam eandem cum *Marco Exercitatore* prorsus habet. II. Homilia XXXVII *De paradiso et lege spirituali* habetur verbotenus inter Opuscula Marci Exercitatoris, unde non leve indicium est, omnem hanc Homiliarum collectionem ad eum pertinere, maxime cum Macarius Aegyptius abbas etiam iunior ad tempora Pelagianae haereseos non pervenerit, sed Marcus Exercitator, qui eam ubique operum sparsit. III. Stylus Homiliarum istarum apprime convenit cum stylo Marci Exercitatoris, de quo loquitur Photius in *Bibliotheca* cod. 200. IV. Hae Homiliae S. Macarii Aegyptii L possunt convenire cum iis, quae Marco Exercitatori l. l. Nicephorus Callistus asserit, *ex Marci Exercitatoris operibus ad aetatem suam pervenisse libros octo universalium affectionum numerum aequantes, et alios triginta duos de re ascetica.* Possunt enim hae Homiliae L sub nomine S. Macarii Aegyptii complecti Opuscula illa XL, quae Marco Exercitatori a veteribus tribuuntur. Nam plurimi Marcum consulebant quaestionibus asceticis, quibus ille responsiones dabat, ut constat ex *Epistola Nicolai cuiusdam*, qua gratias Marco agit ob praecepta eius salutaria sibi nuncupata. Cum autem plures quam XL sint, hoc nihil facit contra Marcum Exercitatorem, quia omnia ipsius opera Nicephorus non assecutus fuerat. Huic Macario Aegyptio seniori Opuscula omnia Macariis diversis attributa adscribit imperite omnino Joannes Georgius Pritius, qui ea collecta simul edenda graece et latine curavit Lipsiae a. 1698 et 1699 tomis duobus in-8, itemque a. 1709 cum Prolegomenis. Denique Macarius hic senior exactis in solitudine sexaginta [Pag. 479] annis obiit nonagenarius, ut volunt, a. 391 die II Januarii.

Macarius alter, iunior passim dictus, Alexandriae ortum duxit, in qua iunioribus annis bellaria vendendo quaestum quaerebat, cum superiore Macario eiusdem Antonii discipulus. Nam urbe simul Alexandrina et arte renuntiatis, in eremum Nitriensem secedens, vitam monasticam amplexus est. Anno quadragesimo aetatis baptismum suscepit, deinde successu temporum presbyter factus et archimandrita Nitriensis. Arctiorem vitae monasticae disciplinam tanto studio sectatus est, ut ex nimia cutis ariditate pili barbae ei non succreverint, inquit Sozomenus *Hist. Eccl.* lib. III cap. 14. Macarius vero Alexandrinus, inquit Socrates *Hist. Eccl.* lib. IV cap. 23, cum usquequaque similis esset Aegyptio, in hoc uno discrepabat, quod hilaris esset erga eos qui ad ipsum accesserant, et urbanitate quadam iuniores ad disciplinam monasticam alliceret. Mira de eius virtutibus, abstinentia, miraculis patratis et daemonibus per illum expulsis narrat Palladius *Hist. Laus.* cap. 20, de quibus plurimum ambigo, quamvis eo familiariter uteretur qui recenset. Hic quoque cum Macario Aegyptio virtutibus et miraculis inferior non esset, inter ecclesiasticos quoque Scriptores recenseri a monachis graecis recentioribus debuit, ne doctrina alteri cederet. Habetur ergo adscripta illi latine *Regula monastica*, XXX capitulis comprehensa, quam primus edidit Petrus Roverius Jesuita in Historia monasterii Reomacensis pag. 24. Eandemque edidit Lucas Holstenius in *Codice Regularum* Paris. a. 1663 in-4° apud Ludovicum Billaine. Sed cum Regulae istae nullo testimonio veterum nixae sint, figmenta recentiorum monachorum Graeciae a viris prudentibus censentur. Edidit et Caveus sub eiusdem Macarii Alexandrini nomine Sermonem ex MS. codice Paulinae Lipsiensis Bibliothecae absurdissimum, graece et latine, in *Hist. Lit. Scriptt. Eccl.* ad a. 373 pag. 208. Eundem sermonem etiam graece et latine iterum ex eodem MS. codice edidit Jacobus Tollius a. 1696 in-4° Traiecti ad Rhenum apud Franciscum Halmam in *Insignibus Itinerarii Italici* pag. 192, collatum ad MSS. codices Bibliothecae Caesareae [Pag. 480] Vindobonensis ac variantibus lectionibus ditatum. Cuius ex lectione in promptu est intelligere impudentiam atque ignorantiam eorum, qui tales naenias recentiorum temporum antiquis Ecclesiae Patribus obtrudunt. Mortuus dicitur Macarius Alexandrinus circa a. 404, annos aetatis centum habens, cuius memoria in Martyrologio Romano die XV mensis Januarii agitur.

Tertius Macarius, etiam S. Antonii Magni discipulus, amborum praecedentium aequalis, Amathae socius, ab aliis duobus, altero Aegyptio, altero Alexandrino distinctus. De hoc Macario tertio abunde Possinus in *Prolegomenis* ad Thesaurum asceticum num. V. VI sqq., ubi recte tres Macarios, S. Patris Antonii discipulos, distinguit, nempe Aegyptium, qui Scythi sedem habuit, Alexandrinum, qui in Celliis quae in Libya sunt, locis longe distantibus a Thebaide, ubi Antonius degebat. Itaque in Thebaide erat mons interior, ubi solus plerumque residebat Antonius, et mons exterior, in quem subinde excurrebat, ut habitantes in eo suos monachos inviseret. In eo hic *tertius Macarius* habitavit, sub cuius nomine Opuscula septem, nempe *de custodia cordis* pag. 19, *de perfectione in spiritu* pag. 47, *de oratione* pag. 63, *de patientia et discretione* pag. 81, *de elevatione mentis* pag. 115, *de caritate* pag. 141, *de libertate mentis* pag. 183 edidit Petrus Possinus in *Thesauro Ascetico* graece et latine impresso Tolosae in-4° a. 1684 apud Guilielmum Bosch. Plurima illic in Prolegomenis de isto Macario tertio, quem Aegyptium quoque cum primo facit, et cui etiam *Homilias quinquaginta*, quae tamen vulgo Aegyptio seniori inscribuntur, huic iuniori quidem et tertio attribuit. Claruit eodem tempore quo Antonius abbas, cui a. 357 morienti adfuit.

Digitized by Google

Incerta igitur omnia Opuscula, quae tribus his Macariis hoc saeculo a doctis viris adscripta sunt, quorum nullus veterum mentionem fecit. De his tribus agit Macariis Petrus Possinus in *Prolegomenis* ad Thesaurum Asceticum, Guillelmus Caveus in *Hist. Lit.* Saec IV ad a. 373 pag. 207, 208 et 212, Acta Eruditorum Lipsiae a. 1685 mense Novembri pag. 488 latissime ad 491.

GUILIELMUS CAVEUS

DE SS. MACARIIS AEGYPTIO ET ALEXANDRINO.

[Guilielmi Cave Scriptorum ecclesiasticorum Historia Literaria Ed. Basil. 1741 fol. T. I p. 256-260.]

MACARIUS senior (1), cognomine Magnus, gente Aegyptius, ex Thebaide provincia oriundus, monachus Scetensis, Magni Antonii discipulus, claruit circa a. 373. [Socr. lib. IV cap. 23; Soz. lib. III cap. 14; Theodoret. lib. IV cap. 21.] In juventute adhuc constitutus virtutibus ac philosophico et austero vivendi genere ita enituit, ut παιδαριογέρων a monachis vocaretur. Annos natus quadraginta ad presbyterii gradum evectus est, et exactis in solitudine annis sexaginta obiit nonagenarius anno, ut volunt, 391. Moribus erat reverendus pariter ac severus erga illos qui ipsum adibant. Miraculis et prophetia clarus tot sanavit aegros, tot obsessos a daemonibus liberavit, ut teste Socrate miracula ab eo patrata peculiare opus exigerent. De iis fuse agit Palladius Hist. Laus. cap. 19.

Scripsit *Homilias spirituales* L *de integritate quae decet Christianos*, quae ab aliquo forsan sequioris saeculi interpolatae exstant gr. *Paris.* 1559, 8°; deinde cura Zach. Palthenii *Francofurt.* 1594 in 8°; denique cum Operibus Gregorii Thaumaturgi *Paris.* 1622 fol. Ejus etiam sunt Opuscula VII videlicet *de Custodia cordis*, *de Perfectione in spiritu*, *de Oratione*, *de Patientia et Discretione*, *de Elevatione mentis*, *de Charitate*, *de Libertate mentis*. Haec eundem cum Homiliarum auctore parentem habere, idem stylus et dicendi character, idem ingenium, eadem dogmata satis arguunt. Opuscula haec graece et latine in *Thesauro suo Ascetico* Petrus Possinus Soc. Jes. edidit Tolosae 1684, 4°. Tandem omnia Macarii opera, tum Homilias, tum Opuscula ascetica et Apophthegmata collegit et graece simul ac latine edidit, textum graecum revidit, versionem emendavit, et excerpta ex Palladio et Cassiano addidit Jo. Georg. Pritius Lipsiensis *Lips.* 1698, 8° (2). Sed praeter scripta, quae ei vulgo tribui solent, habentur graece MSS. in Bibliotheca Vindobonensi sub ejus nomine Opuscula varia, nempe *Capita ascetica* 170, metaphrasi illustrata a Simeone Logotheta; Cod. theol. 104. *Parenaesis ascetica* Cod. 140 num. 3, *Capita ascetica* 100 Cod. 179 num. 8. *De Custodia cordis* Capita 30 Cod. 192 num. 15, Capita 170 *de Perfectione spirituali* Cod. 192 num. 16. Verum haec omnia nihil fere aliud continent quam VII *illa Opuscula ascetica*, quae in Thesauro suo edidit P. Possinus *Paris.* 1684, quaeque tertio cuidam Macario tribuenda esse contendit; certe vel nostro, vel Macario Alexandrino vindicanda, uti mox ostendemus.

MACARIUS junior (3), et Πολιτικὸς dictus, domo Alexandrinus, ubi aetate prima bellaria vendendo quaestum exercebat, Antonii discipulus, alterius Macarii σύγχρονος eique superstes, urbe simul ac arte renunciata, in eremum Nitriensem secedens, vitam monasticam amplexus est. [Socrat. l. IV c. 23; Sozom. l. III c. 14; Theodoret. l. IV c. 21]. Anno aetatis quadragesimo baptismum suscepit, dein presbyter factus et archimandrita Nitriensis. Obiit centenarius circa a. 404. Arctiorem vitae monasticae disciplinam tanto studio excoluit, ut ex nimia cutis ariditate pili barbae ei non succreverint. Interim in hoc uno ab altero Macario discrepabat, quod hilari fronte ad ipsum advenientes exceperit et lepido sermone oblectarit, urbanitate quadam juniores ad disciplinam monasticam alliciens. Mira de ejus virtutibus, abstinentia, miraculis patratis et daemonibus ab eo fugatis narrat Palladius, qui eo familiariter utebatur, Hist. Laus. c. 20. Quod vero *politicus* dicebatur, inde factum est, quod non modo in solitudine inter monachos versaretur, sed et ἐν τῇ πόλει, i. e. *in urbe* Alexandria natus, magnam vitae partem in publica hominum luce transegit. Fuisse scholae catecheseων Alexandrinae praefectum testatur Philippus Sidetes. Quod vero eum Petro martyri in hoc munere successisse scribit, vereor ut ne illud cum temporis ratione stare possit. Demus enim, Petrum scholam una cum episcopatu ad vitae usque finem tenuisse, quod tamen non constat, neque satis probabile videtur, cum certum sit, Petrum maximam episcopatus sui partem sub persecutione et in carcere

NOTAE.

(1) Cf. *Oudin* Tom. I p. 474. *Du Pin* Hist. eccl. Vol. II p. 55 sq.; *Fabr.* Bibl. Graec. lib. V cap. 12 § 1 Vol. VII p. 492. [Ed. Harles. Vol. VIII p. 257]; *Tillemont* Mémoires eccl. Vol. VIII ad vit. *Macar.*; *Long.* Bibl. sacr. p. 859.

(2) Denuo *Lips.* 1714. 8.

(3) Cf. *Tillemont* Mémoires eccl. Vol. VIII ad vit. *Macar.*; *Fabr.* Bibl. Gr. lib. V cap. 12 § 2 Vol. VII p. 494. [Ed. Harles. l. l.]; item Bibl. Eccles. ad *Gennad.* c. 10.

Digitized by Google

egisse; utut sit, obiit is martyrio coronatus anno 302. Quo tempore Macarium nostrum vere fuisse juniorem ac pene puerum necesse est. Quem Historiae Ecclesiasticae conditores Magni Antonii discipulum [Pag. 257] faciunt, et Constantii temporibus claruisse volunt, imo quocum, exeunte hoc saeculo, per triennium in solitudine vixit Palladius [Hist. Lausiac. c. 20 p. 924]. Aut igitur juvenis admodum munus hoc scholasticum iniit, aut post Petri martyrium schola vacaverit, aut, quod potius suspicari licet, alius quis scholae magister intervenerit a Philippo praeteritus. Nullos enim alios a Petri morte, praeter Macarium Didymum, per integrum paene hoc saeculum hujus scholae praeceptores exhibet. Erat et alter Macarius Aegyptius, *Senior* dictus, de quo nos alibi. Quin et tertium, Antonii etiam discipulum et comitem, Amathae socium, nobis exsculpsit Petrus Possinus [Proleg. in Thes. Ascet.], cui etiam L *homilias* a *Pico* primum editas, et VII Opuscula a se in lucem emissa, adjudicanda censet. Et in hac quidem sententia me olim fuisse fateor. Verum re melius perpensa aegre a me impetrare possum ut credam, praeter Aegyptium et Alexandrinum tertium etiam fingendum esse Macarium, Antonii discipulum, Amathae collegam, Operum *Macarianorum* auctorem. Certe non alios Macarios Antonii discipulos nobis exhibent Socrates, Sozomenus, Theodoretus, Nicephorus, et qui hoc ipso tempore, his ipsis locis vixit deque iis prolixe agit, ipse Palladius. Ut Macarium suum probet Possinus, Athanasium in *vita Antonii* et Hieronymum in *vita Pauli* testes citat. Athanasius vero de *Macario* ne verbum quidem habet. Hieronymus Macarii et Amathae Antonii discipulorum meminit, et Amatham quidem magistrum suum sepeliisse docet; de Macario nihil habet. Quaero igitur a Possino, cur ex nostris unus, Antonii discipulus, Amathae collega, Opusculorum pater censeri non possit? Non Aegyptius, inquit, cum sexaginta annos in Scythica solitudine transegisse dicitur. Quid vero? An Stylitae ad instar totis sexaginta annis in cella sua immobilis perstitit? Quid solitariis illis familiarius quam ἀσκήσεως suae sedes subinde mutare? Ut adeo loca quaedam Antonio vicina inhabitare facile potuerit Macarius, eique data occasione, praesertim vergente ad finem vita, praesto esse, et defuncti corpus una cum Amatha sepelire. Nec enim plus de hac re testatur Cronius presbyter apud Palladium cap. 25. Neque dicit Sozomenus, Macarium in sola *Sceti*, sed et ἐν ταῖς ἐρήμοις LX suos annos exegisse. Multo minus id Alexandrino nostro negari potest, quem diversas habuisse cellas diserte testatur Palladius: unam quidem in *Sceti* quae est interior in solitudine, unam in Libya in Celliis, et unam in monte Nitriae, ut Antonio adesse eique ministrare facile possit. Nec validiora sunt argumenta, quibus praedicta Opuscula horum neutri adscribenda esse probare nititur Possinus. Non Aegyptio, quia refert Gennadius [de Script. Eccl. c. 10.], ipsum unam tantum ad juniores professionis suae scripsisse epistolam. Quid si vero Gennadius de solis Macarii epistolis loquitur? Quid si alia scripserit Macarius, quae Gennadii diligentiam fugerint, cum non pauca scripta sint, quae frustra apud Gennadium quaeri possunt? Non denique Alexandrino nostro, quia scilicet inter multa, quae de eo habent Sozomenus, Socrates et Nicephorus, nihil prorsus referant, unde scripsisse quidquam eum, quod in lucem ac famam exierit, possit intelligi. Imbelle prorsus et plane ficulneum argumentum! Quis enim nescit, non id sibi voluisse Socratem et Sozomenum, de scriptoribus ecclesiasticis ex professo agere? Viros quidem eruditione claros enumerare solent, scripta raro aut nunquam recensere; adeo ut nihil obstet, nequicquam renitente Possino, quominus praedicta Opuscula Macariorum nostrorum alterutri, et forsan Alexandrino nostro, non immerito tribuenda sint. Exstat graece MS. sub Macarii nostri Alexandrini nomine fragmentum ex *Quaestionibus ad Magnum Eusebium episcopum Alexandrinum* Bibl. Vindob. Cod. Theol. 84, quo anonymi cujusdam *Loci communes ascetici de charactere veri Christianismi* ex variis SS. Patrum operibus collecti continentur. Quis vero fuerit hic *Magnus Eusebius*, hoc circiter tempore episcopus Alexandrinus, ad quem hae quaestiones scriptae sunt, fateor me nec divinando assequi posse.

Habetur latine ei inscripta *Regula monastica* XXX capitulis comprehensa, quam primus edidit Petrus Roverius Jesuita in Historia monasterii Reomaensis pag. 24. Verum an revera Macarii nostri sit, mihi nondum constat. Immo plane videtur potius compendium regularum ex Macarii aliorumque ἀσκητῶν scriptis compilatum. Exstat penes me Macarii Alexandrini, ita enim habet titulus, *Sermo de exitu statuque animarum post hanc vitam*, ex bibliothecae Paulinae Lipsiensis MS. codice descriptus. Plures quidem ineptas et aniles fabulas continet, et recentioris cujusdam Graeculi commentum mihi videtur, qui quae hac de re somniavit, ad dialogi formam Macarium inter et angelos redegit. Quoniam vero ἀνέκδοτος sit, et saltem novitate sua se lectori commendabit, versione latina ornatum hic subjiciam. [Pag. 258.]

Τοῦ ἁγίου Μακαρίου τοῦ Ἀλεξανδρέως λόγος περὶ ἐξόδου ψυχῆς δικαίων καὶ ἁμαρτωλῶν, τὸ πῶς χωρίζονται ἐκ τοῦ σώματος καὶ πῶς εἰσιν.

Ποτὲ διοδευόντων ἡμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, εἶδον δύο ἀγγέλους συναχολουθοῦντας τῷ ἁγίῳ Μακαρίῳ, ἕνα ἐκ δεξιῶν, καὶ ἕνα ἐξ εὐωνύμων· καὶ ἐν τῷ συμπο-

S. Macarii Alexandrini sermo de exitu animae instorum et peccatorum, quomodo separantur a corpore, et in quo statu manent.

Nobis quondam in eremo iter facientibus vidi duos angelos S. Macarium stipantes, alterum a dextra, a sinistra alterum; cumque una progrede-

Digitized by Google

remur, repertum est cadaver jacens et foetidum. Foetorem persentiens S. Macarius nares sibi manu obstruxit, donec transivisset. Similiter fecerunt et angeli. Id videns senex dixit illis : An et vos etiam mundi foetorem suboletis? Responderunt illi : Nequaquam; te vero nares occludentem videntes, fecimus et nos similiter; nos enim foetorem mundanum minime sentimus, solum autem animarum peccatricum foetorem subolfacimus; pari modo ac tu cadaveris istius foetorem aversaris. Dicit illis senex : Notum mihi facite, quaeso, utrum in hac vita vel post mortem foetidam peccatorum animam sentiatis? Et quomodo inter peccatorum animas illas, quae in Dominum crediderunt, ab impiis non credentibus dignoscatis? Id mihi dicite, si gratiam apud vos consecutus fuerim. Dixerunt angeli : Ausculta, electe Dei Macari. Peccatrix anima dum adhuc in corpore manet, malarum actionum foetorem emittit quendam, post mortem vero majorem multo. Actiones enim suae animam manifeste prementes, tenebras illi nigramque inducunt dicam. Anima enim ex natura sua lucida et pura est, immortalis quippe lucis spiramen; in corpore autem posita, si illud bene non gubernet, a peccato quodammodo polluitur, ista quidem magis, illa vero minus. Quomodo autem animae e corporibus tam fidelium quam infidelium liberantur, audi, et terrestria seu vulgaria coelestibus omnino minora esse putes, Macari. Quemadmodum enim a terreno rege missi satellites ad apprehendendum aliquem supervenientes vel invitum constringunt; iste vero timore tremit, ipsamque militum ad iter vi trahentium praesentiam exhorrescit : pari modo, cum mittuntur angeli animam seu justi seu injusti accepturi, timore tremit ista, ipsamque terribilium et inclementium angelorum praesentiam exhorrescit. Tunc facile enim sentit anima inanem esse, debilem ac inutilem omnino divitiarum, cognatorum, atque amicorum copiam; adstantium lachrymas ac maenias videt : ipsa vero ne verbum mutire potest, cum nunquam antea eiusmodi evocationem experta fuerit; quin et infinitam vitae longitudinem, diversamque vitae instituendae rationem metuit. Contristatur etiam praesentium, quorum [Pag. 259] est in potestate, angelorum inclementia. Omnibus quin etiam compatitur, ipsique corporis infortunio. Hujusce separationem dolet, ab eo quippe, cui jamdiu consuevit, disjuncta, cum unicam ac solam consolationem, quae ex propria exoritur conscientia, habere non possit, nisi bonas actiones coluisse sibi conscia fuerit. Talis anima etiam antequam sistatur judici, a conscientia sua indesinenter judicatur. Dicit iterum abbas Macarius : Itane vero? Domini mei, id mihi etiam explicatum detis oro. Quandoquidem ex patribus traditum est, ter-

ρεύεσθαι ἡμᾶς, εὑρέθη θνησημαῖον κείμενον καὶ ὄζον. καὶ αἰσθανόμενος ὁ ἅγιος Μακάριος τῆς δυσωδίας, συνέκλεισε μετὰ τῆς ἰδίας χειρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μυκτῆρας, ἕως οὗ παρῆλθεν· ἐποίησαν δὲ καὶ οἱ ἄγγελοι οὕτως. καὶ ἰδὼν ὁ γέρων εἶπεν αὐτοῖς· καὶ ὑμεῖς οὕτως ὀσφραίνεσθε τὴν δυσωδίαν τοῦ κόσμου; οἱ δὲ εἶπον· οὐχί, ἀλλὰ σὲ ἰδόντες ἐποιήσαμεν καὶ ἡμεῖς οὕτως· ἡμεῖς γὰρ τῆς δυσωδίας τοῦ κόσμου οὐκ αἰσθανόμεθα, ἀλλὰ τῆς ὀζομενίας τῶν ψυχῶν τῶν ἁμαρτωλῶν ὀσφραινόμεθα μόνον, ὃν τρόπον σὺ τὴν δυσωδίαν τοῦ θνησημαίου τούτου ἀποστρέφῃ. καὶ ὁ γέρων λέγει αὐτοῖς· γνωρίσατέ μοι, παρακαλῶ, τοῦτο· τῆς δυσώδους ψυχῆς τῶν ἁμαρτωλῶν ἐν τῇ ζωῇ ταύτῃ αἰσθάνεσθε, ἢ μετὰ θάνατον; καὶ πῶς τὰς ψυχὰς τῶν ἁμαρτωλῶν, πῶς δὲ τῷ κυρίῳ πεπιστευκότων, τῶν ἀσεβῶν, τῶν μὴ πεπιστευκότων [δηέρετε (1)]; εἴπατε μοι, εἰ εὗρον χάριν ἐνώπιον ὑμῶν. καὶ οἱ ἄγγελοι εἶπον· ἄκουσον, ἐκλεκτὲ τοῦ Θεοῦ Μακάριε. ἡ ἁμαρτωλὸς ψυχὴ καὶ ἔτι οὖσα ἐν τῷ σώματι τὴν τῶν κακῶν πράξεων ὀζωδίαν ἀποδίδωσι, μετὰ δὲ θάνατον πολὺ πλέον. τῶν γὰρ πράξεων φανερῶς ἐπικειμένων αὐτῇ σκοτοῦσι καὶ μελανίαν δίκην αὐτῇ περισήπουσι· ἡ γὰρ ψυχὴ καθ' ἑαυτὴν φωτεινὴ καὶ καθαρά ἐστιν, ὡς τοῦ ἀθανάτου φωτὸς ἐμφύσημα· ἀλλὰ ἐν τῷ σώματι γινομένη, καὶ μὴ καλῶς αὐτὸ κυβερνῶσα, μολύνεται κατὰ μέρος ἐκ τῆς ἁμαρτίας, ἡ μὲν πλέον, ἡ δὲ ἔλαττον. τὸ δὲ πῶς αἱ ψυχαὶ ἐκ τῶν σωμάτων λαμβάνονται πιστῶν τε καὶ ἀπίστων, ἄκουσον, καὶ πάντων ἐπίγεια ἢ κοινὰ ἐλαχίστων (2) τῶν ἐπουρανίων νόμιζε εἶναι, Μακάριε. ὥσπερ γὰρ ἐκ τοῦ ἐπιγείου βασιλέως ἀποστελλόμενοι στρατιῶται ἐπὶ τῷ παραστῆσαί τινα, ἐλθόντες συνέχουσιν αὐτὸν καὶ μὴ θέλοντα· ὁ δὲ καταπτήσσει μὲν τῷ φόβῳ, τρέμει δὲ καὶ τὴν παρουσίαν τῶν ἀσυμπαθῶς πρὸς τὴν ὁδοιπορίαν ἑλκόντων· οὕτω καὶ ὅταν ἀποσταλῶσιν ἄγγελοι παραλαβεῖν τὴν ψυχήν, εἴτε δικαίου, εἴτε ἁμαρτωλοῦ, καταπτήσσει τῷ φόβῳ, καὶ τρέμει τὴν παρουσίαν τῶν φοβερῶν καὶ ἀποτόμων ἀγγέλων. καθορᾷ γὰρ τότε ἡ ψυχὴ ἄπορον καὶ ἀσθενῆ καὶ ἀνωφελῆ πάντοθεν τὴν τοῦ πλούτου καὶ συγγενῶν καὶ φίλων παρουσίαν, τὰ δάκρυα καὶ τοὺς θρήνους τῶν περιεστώτων αἰσθάνεται, καὶ λαλῆσαι ἢ ἀφιέναι φωνὴν οὐ δύναται, μηδέποτε πειρασθεῖσα τοιαύτῃ κλήσει, δέδοικε δὲ καὶ τὸ ἄπειρον τῆς ὁδοῦ καὶ τὴν ἐναλλαγὴν τῆς διαγωγῆς. συνέχεται δὲ καὶ τῇ τῶν ὁρωμένων ἀρχόντων ἀσυμπαθείᾳ· προσκάσχει δὲ καὶ πρὸς πάντας (3), καὶ τῇ τοῦ σώματος συμβιώσει· καὶ θρηνεῖ τὴν τούτου ἀπόζευξιν, ὡς τούτου ἐν συνηθείᾳ χωριζομένη· μίαν καὶ μόνην παραμυθίαν μὴ δυναμένη ἔχειν ἐκ τοῦ οἰκείου συνειδότος, εἰ μὴ ἐάν καλῶν ἔργων πρᾶξιν ἑαυτῇ σύνοιδεν. ἡ τοιαύτη ψυχὴ καὶ πρὸ τῆς ἀποφάσεως τοῦ κριτοῦ ἀπὸ τοῦ συνειδότος ἀδιαλείπτως κρίνεται. καὶ ὁ ἀββᾶς Μακάριος λέγει πάλιν· τί οὖν; κύριοί μου, δέομαι ὑμῶν, καὶ τοῦτο ἑρμηνεύσατε· ἐπειδὴ ἐκ τῶν πατέρων παραδέδοται ἐν τῇ γ' ἡμέρᾳ καὶ τῇ θ' καὶ τῇ

NOTAE.

(1) Vox haec in MS. aegre legi potest. Forte legendum διακρίνεσθε. [Leg. διαιρεῖτε. EDITOR].

(2) Forte legendum *πάντως* ἐπίγεια *καὶ* κοινὰ *ἐλάττονα* vel *ἐλαχιστότερα*.

(3) Lege *πρὸς πάντα*.

Digitized by Google

μ' προσφέρεσθαι τῷ Θεῷ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ προσφορὰν ὑπὲρ τοῦ τελευτήσαντος, τί τὸ ὄφελος ἐκ τούτου τῇ μεταστάσει (4) ψυχῇ γίνεται; καὶ ὁ ἄγγελος ἔφη· οὐδὲν ἀκέρως (5) οὐδὲ ἀνωφελῶς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ συνεχώρησεν ὁ Θεὸς γίνεσθαι, ἀλλὰ τὰ ἐπουράνια καὶ τὰ ἐπίγεια αὐτοῦ μυστήρια ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ συνεχώρησεν ὁ Θεὸς γίγνεσθαι καὶ ἐκέλευσε τελεῖσθαι· ἐν γὰρ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ γιγνομένης προσφορᾶς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, παραμυθίαν τῆς θλίψεως, ἧ ἀπεχωρίσθη τοῦ σώματος, δέχεται ἡ ψυχὴ μὲν θανοῦσα παρὰ τοῦ συνέχοντος αὐτὴν ἀγγέλου, ὅτι εὐλόγησις καὶ προσφορὰ ὑπὲρ αὐτῆς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ προσκεκόμισται, καὶ εὔελπις γίνεται ἐν τούτῳ. τὰς γὰρ δύο ἡμέρας συγχωρεῖται ἡ ψυχὴ ἅμα τοῖς συνοῦσιν αὐτῇ ἀγγέλοις πορεύεσθαι, ἔνθα βούλεται, ἐπὶ τῆς γῆς. ἡ οὖν φιλοσώματος ψυχὴ ἀπέρχεται ποτὲ μὲν περὶ τὸν οἶκον, ἔνθα ἀπεζεύχθη, ποτὲ δὲ περὶ τὸ μνῆμα, ὅπου κατετέθη τὸ σῶμα, καὶ οὕτως ἐκτελεῖ τὰς δύο ἡμέρας ζητοῦσα ὥσπερ ὄρνεον (6) τὴν νοσιὰν (7) αὐτῆς. ἡ δὲ ἐνάρετος ψυχὴ ἀπέρχεται εἰς τόπους, ὅπου εἶχε συνήθειαν ἐργάζεσθαι τὴν δικαιοσύνην. τῇ δὲ τρίτῃ ἡμέρᾳ [ἀνυτοῦσθαι (8)] κελεύει πάσῃ ψυχῇ Χριστιανῶν εἰς οὐρανοὺς ἐκ νεκρῶν ἀναστὰς τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ Χριστὸς ὁ πάντων Θεὸς, κατὰ μίμησιν τῆς αὐτοῦ ἀναστάσεως, εἰς προσκύνησιν τοῦ Θεοῦ τῶν ἁπάντων. καλῶς οὖν κατέχει ἡ ἐκκλησία τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ προσφορὰν καὶ εὐχὴν ποιεῖσθαι ὑπὲρ τῆς ψυχῆς. μετὰ οὖν τὸ προσκύνησει (9) τὸν Θεὸν γίνεται κέλευσις παρ' αὐτοῦ, ὥστε ἐπιδειχθῆναι αὐτῇ τὰς διαφόρους καὶ τερπνὰς σκηνὰς τῶν ἁγίων καὶ τὴν τοῦ παραδείσου ὡραιότητα. καὶ ταῦτα πάντα καταμανθάνει ἡ ψυχὴ ἓξ ἡμέραις θαυμάζουσα καὶ δοξάζουσα τὸν εὐτρεπιστὴν τούτων Θεόν· καὶ ταῦτα πάντα θεωροῦσα ἡ ψυχὴ μεταβάλλεται καὶ ἐπιλανθάνεται τῆς θλίψεως, ἥσπερ εἶχεν ἐν τῷ σώματι οὖσα. ἐὰν δέ ἐστι ἐν ἁμαρτίαις ὑπεύθυνος, θεωροῦσα τὰς ἀπολαύσεις τῶν ἁγίων ἄρχεται λυπεῖσθαι καὶ καταγινώσκειν ἑαυτὴν, λέγουσα· Οἴ μοι, πῶς ἐματαιώθην ἐν τῷ κόσμῳ ἐκείνῳ, ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τοῦ βίου ἀσχοληθεῖσα. τὸ πλεῖστον τοῦ βίου ἐδαπάνησα ἐν ἀμελείᾳ, καὶ οὐκ ἐδούλευσα τῷ Θεῷ κατὰ τὸ πρέπον, ὅπως κἀγὼ ἠξιώθην τῆς χάριτος καὶ τῆς δόξης ταύτης. οἵ μοι τῇ ἀθλίᾳ, ἔτι μοι συμβάλλονται αἱ φροντίδες καὶ ὁ ἄκερος (10) περισπασμὸς ὃν εἶχον ἐν τῷ κόσμῳ. ποῦ δέ μοι χρησιμεύουσι οἱ ἀμπελῶνες, οὓς ἐφύτευσα, καὶ οἱ ἐλαιῶνες; ποίαν δέ μοι ὠφελείαν παρέξεται, ὃν ἐκτησάμην ἀγρόν; τί δέ μοι ὠφελεῖ τὸ [ἐθνοῦ] ἐκεῖ χρυσίον; ποῖον δέ μοι ὄφελος παρέχει ὁ πλοῦτος ἐκεῖσε; τί δέ μοι δνησι πᾶν τερπνὸν τοῦ βίου καὶ τοῦ κόσμου ἐκείνου; οἵ μοι, εἰς μάτην ἐκοπίασα· οἵ μοι, ὅτι ἀφρόνως ἐβίωσα· οἵ μοί, τὴν ἐν ὀλίγῳ καιρῷ δόξαν ἠγάπησα, τὴν αἰωνίαν πτωχίαν ἐκτησάμην· οἵ μοι

tia et nona et quadragesima die oblationem pro mortuo in ecclesia Deo reddi, quid utilitatis exinde animae in exitu redundat? Dixit angelus: Nil inopportune neque inutiliter in ecclesia sua fieri concessit Deus, coelestia vero et terrena ipsius mysteria in ecclesia sua fieri concessit Deus et celebrari jussit. Tertio enim die facta in ecclesia oblatione levamen doloris, quem a corpore separata subiit, ab angelo ipsam apprehendente accipit anima defuncta, quoniam gratiarum actio et oblatio pro ipsa in ecclesia Dei apparata est; et exinde bonam spem concipit anima. Per duos enim dies permittitur animae, ab angelis sui satellitibus stipatae, in terra, ubicunque velit, obambulare. Quae corporis igitur amori mancipata est anima, aliquando domum, a qua separata est, circumvagatur, nonnunquam sepulchrum, in quo reconditum est corpus; et ad hunc modum biduum exigit, portus ad instar cadaver suum quaerens. Pia vero anima ad locos, in quibus justitiam operari consuevit, abit. Tertio autem die omnes Christianorum animas ad coelos adduci jubet, qui die tertio e mortuis resurrexit, Christus omnium Deus, ut resurrectionem ipsius imitatae Deum omnium creaturarum adorent. Bene igitur morem istum retinet ecclesia, ut oblationem et orationem die tertio pro anima faciat. Post adoratum igitur Deum ab illo mandatur, ut diversa amoenaque sanctorum habitacula et paradisi pulchritudo animae ostendantur. Ista omnia perdiscit anima sex integris diebus Deum omnium conditorem admirans et collaudans. Illa omnia videns anima derepente mutatur et doloris sui, quem in corpore posita patiebatur, obliviscitur. Sin vero peccatis obnoxia sit, cum sanctorum voluptates videt, contristari seipsamque condemnare incipit hujusmodi fere verbis usa: Hei mihi! quanta in illo mundo laboravi stultitia, in cupiditatibus vitae occupata. Maximam vitae partem oscitanter decoxi, neque Deo, uti par erat, servivi, ut et ipsa gratiam gloriamque istam consequerer. Vae mihi miserae; adhuc animo meo insident curae et [Pag. 260] intempestiva sollicitudo, quibus illo in mundo distinebar. Quid mihi jam prosunt vineta, quae plantavi, et oliveta? qualem vero mihi utilitatem conferet, quem possedi, ager? Quid demum hic mihi proderit auri pondus? aut quale mihi commodum hoc in loco dabunt divitiae? Aut quamnam mihi utilitatem afferunt omnes vitae et mundi illius jucunditates? Hei mihi! frustra laboravi; hei mihi! quod stulte vixerim. Hei mihi! exigui temporis gloriam amavi, aeternam paupertatem obtinui. Hei mihi! quid passa sum? Vae mihi! quomodo obtenebrata sum? Non novi sane. Vae mihi! Nullus mihi

NOTAE.

(4) Lege ἐν τῇ μεταστάσει. [f. μεταστάσῃ. EDIT.]
(5) Lege *ἀκαίρως*.
(6) Forsan *ὄρμον*.
(7) Forsan *νοσσιάν*. Si legas ὄρνεον τὴν νοσσιάν, vertas *sicut avis nidum quaerens*.
(8) Vox haec in MS. vix legi potest; forsan ἀνορθοῦσθαι legenda est. [Leg *ἀνυψοῦσθαι* EDITORI.
(9) Lege *προσκυνῆσαι*.
(10) Lege *ἄκαιρον*.

Digitized by Google

auxilium ferre potest, ut et ego etiam misera Domini gloriam consequar. Postquam totum justorum gaudium sex diebus anima inspectaverit, rursus ab angelis ad adorandum Deum adducitur. Bene igitur ecclesia die nona liturgias pro defuncto offert et oblationem celebrat. Post secundam autem adorationem rursus ab omnium rerum Domino mandatur, ut in infernum deducatur anima, et poenarum loca ibi posita, diversaque inferorum claustra, et diversae illi ostendantur impiorum poenae, quibus assidentes peccatorum animae assiduo lugent ac dentes stridunt. Per hasce poenarum diversitates circumfertur anima dies triginta, contremiscens, ne et ipsa forsitan in illo loco incarcerari condemnetur. Die quadragesimo sursum iterum ad adorandum Deum reducitur; et tunc secundum opera illius locum illi, ubi in aeternum asservetur, indicit judex. Bene igitur in ecclesia celebratur in defunctorum et baptizatorum memoriam. De animabus vero, quae sacrum baptisma nunquam receperunt, res sese pari modo non habet, sed in eo casu angeli inclementes animas non baptizatas e corpore accipiunt, verberantes illas et dicentes: Adesdum, impia anima; quis Dominus tuus omniumque Deus, quem scire noluisti, in mundo secura degens? Nunc vero eum agnosce aeternis addicta poenis. Dein ad primum usque coelum illam adducentes, eam sistunt, illique e longinquo ostendunt angelorum omniumque coelestium potestatum gloriam dicentes: Istorum omnium Dominus est Jesus Christus Dei vivi filius, quem agnoscere et adorare noluisti. Apage abhinc vero ad tui similes impios eorumque principem diabolum abducta in aeternum ignem apparatum diabolo atque angelis ejus, quos in vivis adhuc posita tanquam Deos adorasti. Postquam ista dixissent angeli, servum Dei Macarium amplexi e conspectu nostro evanuerunt. Nos vero gloriam reddamus Patri et Filio et Spiritui sancto nunc et in saecula saeculorum. Amen.

A τί πέπονθα; οὐαί μοι, πῶς ἐσκοτίσθην; οὐκ οἶδα. οὐαί μοι, οὐδεὶς δυνήσεται νῦν βοηθῆσαί μοι, ὅπως κἀγὼ ἡ ἀθλία τύχω τῆς δόξης τοῦ κυρίου. μετὰ δὲ τὸ θεωρῆσαι πᾶσαν τὴν χαρὰν τῶν δικαίων ἐν ταῖς ἓξ ἡμέραις, πάλιν ἀναφέρεται ὑπὸ τῶν ἀγγέλων εἰς προσκύνησιν τοῦ Θεοῦ. καλῶς οὖν προσφέρει ἐν τῇ θ' ἡμέρᾳ λειτουργίας καὶ προσφορὰν ἐκτελοῦσα ὑπὲρ τοῦ τελευτήσαντος. μετὰ δὲ τὴν δευτέραν προσκύνησιν πάλιν γίνεται κέλευσις παρὰ τοῦ πάντων δεσπότου, καταγαγεῖν αὐτὴν ἐν τῷ ᾅδῃ καὶ δεῖξαι αὐτῇ τὰ ἐκεῖσε κολαστήρια καὶ διάφορα ταμία τοῦ ᾅδου, καὶ τὰς τῶν ἀσεβῶν διαφόρους κολάσεις, εἰς ἃς παρακαθεζόμεναι αἱ ψυχαὶ τῶν ἁμαρτωλῶν διηνεκῶς θρηνοῦσι καὶ βρύχουσι τοὺς ὀδόντας. καὶ ἐν ταῖς τοιαύταις διαφοραῖς τῶν κολάσεων περιφέρεται ἡ ψυχὴ

B ἡμέρᾳ (11-12) λ' τρέμουσα, μήπως ἄρα καὶ αὐτὴ ἐν τῷ τοιούτῳ τόπῳ καταχριθῇ φυλάττεσθαι. καὶ τῇ μ' ἡμέρᾳ ἀναφέρεται πάλιν προσκυνῆσαι τῷ κυρίῳ, καὶ τότε λοιπὸν πρὸς τὰ ἔργα αὐτῆς κελεύει ὁ κριτὴς τὸν τόπον τῆς παραφυλακῆς. καλῶς ἐκτελεῖται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ταῖς μνείαις τῶν μεθισταμένων καὶ πεφωτισμένων. ἐπὶ δὲ τῶν ψυχῶν τῶν μὴ ἐχουσῶν βάπτισμα τὸ ἅγιον, οὐχ οὕτως. ἀλλὰ [ἀπονοῖς (13)] ἄγγελοι ἀπότομοι (14) λαμβάνουσι τὰς ἀφωτίστους ψυχὰς ἀπὸ τοῦ σώματος, τύπτοντες καὶ λέγοντες· δεῦρο, ἀσεβὴς ψυχή, τίς ὁ δεσπότης σου καὶ πάντων κύριος, ὃν οὐκ ἐθέλησας γνῶναι, ἐν ἀνέσει διάγουσα ἐν τῷ κόσμῳ; νῦν γνῶθι τιμωρουμένη αἰωνίως. καὶ μέχρι τοῦ πρώτου οὐρανοῦ ἀνάγοντες ἱστᾶσι καὶ δεικνύσιν αὐτῇ ἐκ μήκοθεν τὴν δόξαν τῶν ἀγγέλων καὶ

C πάντων τῶν οὐρανίων δυνάμεων, λέγοντες· τούτων ἁπάντων κύριός ἐστιν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὃν οὐκ ἠθέλησας γνῶναι καὶ προσκυνῆσαι· ἀλλ' ἀπαχθεῖσα πρὸς τοὺς ὁμοίους ἀσεβεῖς καὶ τὸν τούτων ἄρχοντα τὸν διάβολον εἰς τὸ πῦρ τὸ αἰώνιον τὸ ἡτοιμασμένον τῷ διαβόλῳ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, οὓς ἐν τῷ βίῳ σου ὡς θεοὺς προσεκύνησας. ταῦτα εἰπόντες οἱ ἄγγελοι καὶ ἀσπασάμενοι τὸν δοῦλον τοῦ Θεοῦ Μακάριον, ἀφανεῖς ἐγένοντο ἀφ' ἡμῶν. Ἡμεῖς δὲ δόξαν ἀναπέμψωμεν τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

NOTAE.

(11-12) Lege *ἡμέρας*.
(13) Vox forte corrupta. [Leg. *ἀπηνῶς*. EDIT.].
(14) Forsan legendum ἀλλὰ *ἄγγελοι ἀπηνεῖς* καὶ ἀπότομοι.

IOANNES ALBERTUS FABRICIUS

DE

SS. MACARIORUM AEGYPTII ET ALEXANDRINI VITIS ET SCRIPTIS

Cum notis Gottlieb. Christophori Harles.

[Io. Alb. Fabricii Bibliotheca Graeca sive notitia scriptorum veterum graecorum. Editio nova cura Gottl. Christoph. Harles. Hamb. 1802, 4° Vol. VIII p. 361—366.]

1 Macarius Magnus, Aegyptius monachus et presbyter, S. Antonii discipulus (1), magister Evagrii Pontici, obiit in deserto Scithi, in quo ab a. C. 321 versatus est, nonagenarius circa a. C. 391. De quo *Socra-*

NOTAE.

(1) Cf. *Lambec.* Comm. T. VIII pag. 722 sqq. HARL.

Digitized by Google

tes IV, 23, *Palladius* Lausiac. cap. 19, *Joannes Hagiopolita* in laudatione Macarii Aegyptii, Menaeis Graecorum inserta 15. Januar., quae incipit μικροῦ Μακάριος διέφυγε ὁ Αἰγύπτιος, e recentioribus praeter interpretes et editores *Jo. Bollandus* 15. Januar. T. I p. 1005 sq., *Tillemontius* T. VIII Memor. Eccl. Fabr. *G. Cave* Hist. Lit. SS. Eccl. T. I p. 256, *Cas. Oudin.* Comm. de SS. Eccl. T. I p. 474, ubi trium Macariorum monachorum persequitur vitas, *Stollii* Nachr. von den Kirchenv. p. 440 sqq., qui alios vett. ac recent. memorat VV. DD., *D. Ell. du Pin* Nouv. bibl. T. II p. 69, *R. Ceillier* Hist. gén. des Aut. ecclés. T. VI p. 709 sqq., *J. G. Walchii* Hist. Eccl. N. T. p. 1367, *Hamberger* Z. N. II p. 857 sqq., *Saxii* Onom. I p. 397 sq., qui « Macarius » ait, « a. 331 ab Athanasio ad Constantinum Aug. missus est, ut criminationis invidiam ab episcopo depelleret », citatque *Pagii* Crit. Baron. ad a. C. 333 Nr. III p. 248 sqq. Macarius quum adhuc iuvenis esset, tam severo vitae genere virtutibusque monasticis excelluit, ut παιδαριογέρων h. e. *in puerili aetate senex* appellaretur a monachis. Hinc per LX annorum spatium vitam consumpsit in solitudine quadam Aegyptiaca, quae diversis nominibus vocatur *Scetica*, *Scetina*, *Scetiaca*, *Scytica*, *Scytiaca* et *Scytiolica*. Hic propter vitae sanctitatem ac miraculorum et prophetiae opinionem famamque in summa vixit auctoritate. Quae potiora aut singularia eius fuerint placita, ea enumerat quoque *Stollius* l. l. Harl.

Exstant sub eius nomine (2) *Homiliae quinquaginta* piae ac lectu dignae de integritate quae decet Christianos. Prodierunt *graece* ex Bibl. Regia Paris. apud Guil. Morellium 1559, 8°, [Pag. 362] typis nitidis, et eodem anno separatim *latine* 8° ex versione *Joannis Pici* classium inquisitoriarum in senatu Paris. praesidis (3). Eadem versio ibidem 1562 et in Bibliothecis Patrum saepius lucem vidit Parisiis, Coloniae, Lugduni. *Graece et latine* cum versione *Zach. Palthenii* Friedbergensis Francof. 1594. 1621. 8°. Atque iterum cum Pici versione adiunctae operibus Gregorii Thaumaturgi et Basilii Seleuciensis Zonaraeque in epistolas canonicas Paris. 1622 fol. [a. 1621 in cat. Bibl. Leid. p. 45 et supra Vol. VII p. 260]. Denique sectionibus distinctae ex recensione *D. Jo. Georgii Pritii*, senioris Francofurtensis, cum versione Palthenii ab ipso castigata Lips. 1698, 8°. *Germanice Godfrido Arnoldo* interprete Lips. 1696, 8°. Goslar. 1702. 1716. 8°. *Belgice* Antwerp. 1580, 8° interprete *Cornelio Kiel.* In nova versione Anglicana, quam singulari studio adornatam Londini 1721, 8° edidit *Thomas Haywood*, ex codice Bodleianae Bibl. Barocciano (4) multa loca emendata, suppletae lacunae, sublata homiliae XIII et XIV confusio, et quinquagesima homilia auctior integrae paginae accessione. Ex eodem codice Bodleiano apographum homiliarum septem adhuc inedita rum Hudsonus misit ad laudatum Pritium, ut Haywoodus p. 86 introductionis testatur (5). Exstant etiam

NOTAE.

2) *Petrus Possinus* in Prolegg. ad Thesaur. Asceticum gr. et lat. Tolos. 1684, 4° contendit, Homilias istas et septem quae primus iste vulgavit Opuscula auctorem agnoscere antiquiorem quemdam Macarium, Antonii itidem discipulum, ex quo coptice loquente pleraque graeco stylo exceperit, eiusque ab a. C. 341 individuum cum *Amatha* comitem et a. 356 obitus testem. Sed non opus esse, diversum hunc ab altero illo statuere Aegyptio, docent doctissimi viri *Guil. Caveus* in Hist. Lit. Scriptt. Eccl. Parte altera et *Io. Georgius Pritius* sua ad Macarium Praefatione. Fabr. *Oudin* l. l. contra Possinum, du Pin et Caveum contendit multisque fulcit sententiam suam argumentis, et epistolam [Pag. 362] illam, quam unicam Gennadius, Massiliensis presbyter, tribuit Macario, et quinquaginta Homiliias esse supposititias, atque propter veterum de iis silentium et quia Pelagianismum subtilissimum ac purissimum redolent, haud habere auctorem Macarium Aegyptium, neque seniorem neque iuniorem, tribus Macariis omnibus ante ortam sectam Pelagianam vita defunctis. Enimvero iam ante Pelagium semina Pelagianismi sparsa erant; v. *J. G. Walch.* H. E. p. 1569, et *G. J. Voss.* Histor. de controversiis, quas Pelagius eiusque reliquiae moverunt, Amstelod. 1655, 4° lib. I cap. 3 p. 4 sqq. Denique *Marco Ascetae*, Macarii iunioris quondam discipulo, claro a. 400 et sqq. usque ad a. circit. 440 vel ultra, qui inter monachos Nitrienses vitam duxit solitariam, omnes Homilias et asceticas quaestiones ob doctrinae et styli similitudinem adiudicandas esse censet Oudinus pluribus rationibus adductis. Idem reiicit Pritii sententiam, eumque affirmat imperite adscripsisse Macario Aegyptio seniori omnia Opuscula Macariis diversis attributa. Sed *J. G. Walch* p. 1568 sq. neque agnoscit tertium Macarium neque Oudini rationes iudiciumque probat et A vero refutat. Harl.

3) In fine Praefationis Lutetiae Kal. Maii 1559 scriptae editor: « Has ipsas, » ait, « impressas graece latineque vobis piis Christi et Ecclesiae S. cultoribus animo grato suscepturis mittimus, si quid melius allatura sit temporum tranquillitas, protinus emissuri. » Harl.

4) De illa versione v. Acta erudit. a. 1724 p. 86, et *Bruggemann* View etc. p. 402, a quo insuper memorantur The forty—fifth Homily of S. Macarius, done out of Greek. 4. s. a. et l. et A Homily of Macar. versa ab *Henr. Guil. Ludolf* in Reliquiis Ludolfianis Lond. 1712. 12. Nr. VI. Harl.

5) In cod. Barocc. memor. est et Homilia quinquagesima auctior quam in editis, et quae septem praeterea in illo tantum cod. servantur Homiliae, eas referunt confector catal. codd. Angliae etc. I pag. 50, atque Oudin. l. l., qui eas quoque animadvertit eandem cum editis methodum eandemque doctrinam asceticam continere. In catal. codd. Angliae etc. in indice quidem Vol. I et interdum in aliis quoque catalogis confusi videntur Macarii. Nam tribuuntur *Macario Alexandrino seniori*, *Aegyptio*, qui itidem dicatur *Abbas Nitriensis*, qui tamen est iunior, cum Homiliae iam laudatae, tum alia, quae brevitatis studio hic simul paucis ex illo aliisque catalogis repetam. Reperiri igitur dicuntur in cod. *Barocc.* CXLVII *Macarii eremitae* visio animarum; in cod. *Oliveri Cromwelli* CCLXXVII Nr. 5 ex Palladii Lausiaca Hist. de Macario Alex. ἀκέφαλος; ibid. Nr. CCXC, 28 ex *Macario* fragmentum exiguum; inter codd. Digbaei Nr. MDCXXXIV, et inter codd. Bodlei. Nr. MMCCXI, 22 ac Nr. MMDLXXII, 8 Macarii epistola ad filios; inter codd. *Bodlei.* Nr. MMCCXXIX, 13, et *Cantabrigiae* inter codd. domus S. Petri [Pag. 363] Nr. MDCCLXXVI, 15 *Macarii* epistola ad mo-

Digitized by Google

MSS. [Pag. 363] Macarii Aegyptii Homiliae in aliis bibliothecis, ut Leidensi et ex Is. Vossii supellectile [Pag. 364] et Venetiis inter libros Julii Justiniani, procuratoris S. Marci, sed quos eo defuncto in manus ignotas devenisse testatur *Montfauconus* in Diario Italico p. 433 sq.

Opuscula septem Ascetica I. περὶ φυλακῆς καρδίας, *de custodia cordis* II. περὶ τελειότητος ἐν πνεύματι, *de perfectione in spiritu* III. περὶ προσευχῆς, *de oratione* IV. περὶ ὑπομονῆς καὶ διακρίσεως, *de patientia et discretione* V. περὶ ὑψώσεως τοῦ νοός, *de elevatione mentis* VI. περὶ ἀγάπης, *de caritate* VII. περὶ ἐλευθερίας νοός, *de libertate mentis*. Haec una cum *Apophthegmatis* quibusdam Macarii p. 243 ex cod. *Francisci Turriani* primus edidit et latinam versionem suam addidit *Petrus Possinus* S. J. in Thesauro ascetico (6) Paris. 1684, 4°. Deinde graece et latine una cum Macarii Homiliis recudi curavit, aliaque Apophthegmata a *Jo. Baptista Cotelerio* (7) pridem vulgata, et quae de Macario Hieronymus, Palladius et Cassianus, subiunxit laudatus D. *Jo. Georgius Pritius* Lips. 1699, 8° (8). Germanice vertit edita a Possino Opuscula et Apoph-

NOTAE.

nachos; denique Nr. MMMDLXXI *Macarii* itinerarium usque ad paradisum terrestrem seu de vita et consuetudine eius per Theophilum, Sergium et Chiinum monachos. Secundum Vol. II catalogi inter codd. Eccl. cathedr. *Sarisburiensis* Nr. MXLII *Macarii* epistolae; inter codd. Vossianos Nr. MMCIL *Macarii* Homiliae, [in cat. bibl. *Leidens.* p. 394 Nr. LXVII inter codd. Voss. sic citantur: *Macarii Aegyptii* Homiliae de perfectione christiana numero VII περὶ τῶν ἀποιχομένων h. e. mortuorum; τοῦ αὐτοῦ κατηχητικός.]; *Dublini* inter codd. Narcissi archiep. Nr. MCCLIV liber theologic. (forsan Macarii, iudice confectore cat.) directiones complectens et preces christianas. *Mediolani* in Bibl. Ambros. *Macarii* cuiusdam monachi Epistola ad Macarium; item *Macarii* abbatis dialogus de baptismo, et *Macarii* martyris vita ac miracula, nec non *Macarii* martyris et sociorum vita, teste *Montfauc.* in Bibl. Biblioth. MSS. Tom. I p. 501 B. C. E. Eodem teste sunt in codd. *Vatican. Macarii abbatis* sermones ad monachos; ad filios Dei; et epistola; et *Macarii Aegyptii* Homiliae in IV codd. (Tom. I p. 67 C.); *Florentiae* in Bibl. Camaldulensium b. Mariae etc. *Macarii* Aegyptii abbatis epistola (ib. p. 413 C, et iterum p. 430 D, ubi *epistolae* in illo cod. inesse dicuntur); inter codd. monasterii S. Audoeni *Rothomagensis Macarii* epist. ad monachos (ib. II p. 1238 D); *Venetiis* in Bibl. Marc. *Macarii monachi* flores ex diversis auctoribus (ib. I p. 474 B, sed in catal. codd. gr. Marc. desideratur illius indicium); inter codd. *Escorial.* Hisp. *Macarii* aliorumque Patrum praeceptiones monach. (ib. I p. 621 C.; in catal. Pilier. etc. deest illius cod. notitia); in Bibl. *Basileensi Macarii* sermo contra Arianos (ib. I p. 613 C.). Venetiis in Bibl. S. *Michaelis* prope Marian. *Macarii* excerpta in Evangel. S. Matthaei in catena gr. teste *Mittarellio* in cat. codd. illius Bibl. p. 698. Attamen comment. ac fragmm. in catenis Patrum ad Macar. *Chrysocephalum* saepe pertinere videntur. *Taurini* in cod. LXXX *gallico* ep. Macarii ad monachos, v. cat. codd. *Taurin.* Vol. II p. 482. *Parisiis* in Bibl. publ. sunt secundum cat. codd. Tom. III in tribus codd. *Mac. sermo* ad monachos latine (v. indic.), graece autem secundum Tom. II *Macarii Aegyptii* Homiliae L in codd. DLXXXVII, MCLVII et duae in cod. MCCCLXXII Nr. 36 et 37; *Macarii* cum angelo colloquium in cod. CMXXIX Nr. 12; capita ascetica in epitomen redacta in cod. CMXVIII Nr. 2 et in cod. MDXCVIII Nr. 6, in cat. p. 370 sic citantur: *Macarii abbatis* capita ascetica sive additamenta ad librum I Patrum; Opusc. de anima in cod. MMDCXV Nr. 2 ex cod. quodam vet. anglicano a Baluzio a. 1584 descripto; epistola Macarii abbatis ad Esaiam abbatem in codd. CMXVI, et al. in cod. CMLXXV. In eadem Bibl. inter codd. *Syriac.* in cod. CXLV Nr. 5 sententiae selectae e sermonibus *Macarii magni* et aliorum, et Nr. 7 *Mac.* Sermones IV et Opusc. quaedam ascetica. In pluribus codd. Bibl. *Coislinianae* nomen, loca scriptaque Macariorum occurrunt, notante *Montfauc.* in Bibl. Coislin. in codd. XXXVII, CXVII, CXXII, CCXXXII in collectionib. locorum etc. (p. 111. 191. ex eius vita 198. 294.); inter scholia ad Io. Climaci scalam (p. 306); in cod. CCLXXXII ex Historia Lausiaca vita trium Macariorum, n. *iunioris Aegyptii* et *politici* utpote diversorum, memoratur (p. 399); in cod. LXXXIII in historia monachorum Aegyptiorum, Hieronymo perperam adscripto, duorum Macariorum vitae, n. Aegyptii et πολιτικοῦ, describuntur (p. 138 sq.); in cod. CXCIII ex *Macario Scetiota* quaedam (ib. 246). In Bibl. Laurent. Medic. *Florentiae* citantur *Macarii* loca in expositione sacror. praeceptorum in cod. IV plut. 6, et cod. XXVI plut. 9 (*Bandin.* cat. codd. gr. Tom. I p. 99 et 436); in collect. capp. asceticorum cod. XXXI plut. 10 (*Bandin.* l. l. p. 495); vita Macarii in cod. IV plut. 6 (*Bandin.* I p. 100). *Taurini* in Bibl. Regia cod. CXCV ex *S. Macario* de perfectione spirituali capitula L. v. cat. codd. gr. Taurin. p. 296. *Vindobonae* in Bibl. Caesar. in cod. XLII *Macarius abbas Aegyptius* citatur in catena Patrum in Lucam, docente *Lambecio* in Comment. Tom. III p. 166; in cod. LXXVI Nr. 12 *Macarii* precatio, v. *Lambec.* ib. p. 379; in cod. CLVI Nr. 8 *Macarii* capp. ascetica centum, is vocatur in hoc cod. *Mac. magnus*, quaedam de eo [Pag. 364] tradit et plures de duobus Macariis laudat scriptores *Lambec.* Tom. IV p. 325 sqq.; in cod. CLXXIX Nr. 3 *Macarii abbatis* paraenesis, in collect. Opusculor. asceticorum, et in cod. CLXXXVII Nr. 7 eiusdem narrationes duarum visionum suarum de sanctis angelis (*Lambec.* Tom. IV p. 418 sqq. et p. 442) add. *Kollar.* ad Lambecii comm. Tom. I p. 771 ex catal. italico etc., in cod. *Naniano* Venet. CXIII tribuitur id Opusc. de suis visionibus etc. *Macario Aegyptio*, v. catal. codd. gr. Nan. p. 230. In cod. CCXLI Nr. 1 citatur Macarius in Io. patriarchae Antiocheni eclogis asceticis (*Lambec.* Tom. V p. 222 sqq. cum nota Kollarii). HARL.

6) Alia, quae in Thesauro illo ascetico continentur, refert D. *Thomas Ittigius* libro de Bibliothecis et catenis Patrum p. 360 sq. Vide et Acta eruditorum a. 1685 p. 488 sqq. FABR. Et de *codd.* v. ad notam superiorem. HARL.

7) Tom. I Mon. Eccl. Graec. Paris. 1677, 4° p. 524 s.

8) Inscriptio est: *Macarii* etc. Opuscula nonnulla et Apophthegmata *Io. Georg. Pritius* collegit, revidit, latinam versionem studiose emendavit, indicibusque adiectis edidit Lips. ap. her. Grossii 1699, 8°. Haec et superior Homiliarum editio, ut utraque coniunctim denuoque typis repetita videretur, novam accepit epigraphen *Macarii Homiliae et Opuscula* Lips. 1714, 8°? Sed Macarii Opuscula Aesculapium suum et meliorem scripturae curam adhuc exspectare, pluribus exemplis docuit multaque Opusculorum asceticorum loca haud imperite correxit explicuitque *Io. Salom. Semler* in specimine animadversionum in aliquot Opuscula graeca Macarii, Halae Salicae 1746, 4°. Idem ibidem 1745, 4° edidit Specimen examinis critici operum, quae

Digitized by Google

thegmata et Homiliis Macarii sublunxit *Godfridus Arnoldus*, addiditque Gregorii Naz. orationem I sive apologeticum de fuga sua, Zenonis Veronensis sermonem de fide, S. Ephraemi sermones quatuor, S. Nili librum asceticum, et capita paraenetica 229, Sextique sententias 430, Emanuelis Phile Hymnum ad Spiritum sanctum, et Christi dicta, quae in evangelistis non reperiuntur.

[Pag. 365] Nonnulla Macarii *fragmenta* ex *Catenis Patrum*, ut Corderiana in Matthaeum, etc., et orationes nonnullas latine *Franciscus Combefisius* Bibliothecae suae concionatoriae inseruit, qui, *de his disputare*, inquit, *et an vere Macarii senioris illae Homiliae sint nihilque Pelagiani furfuris inspersum habeant, nec eius quicquam laboret* ἀπάθεια [et quod angelos animosque corporeae naturae esse Homil. 3. et libro de caritate statuit], *alterius otii sit, fereque occupavit Brasichellani diligentia in Romano indice expurgatorio, emendati quandoque a Labbeo non male, plerisque locis modeste laudati, quicquid in Labbeum invehatur Raynaudus.*

Capita ascetica CLXX metaphrasi illustrata a *Simeone Logotheta* exstant MSS. in Bibl. Caesarea teste *Lambecio* lib. V p. 101 (9). Evolvisse etiam illa se testatur *Allatius* de Simeonum scriptis p. 132. Incertum, qualis liber Macarii inter alia Ascetarum scripta commendetur a *Joanne Antiocheno* apud Cotelerium T. I Mon Eccl. Graec. p. 167.

II. Macarius iunior, *Alexandrinus*, discipulus et ipse Magni Antonii, monachus, presbyter et abbas Nitriensis, qui circa a. C. 404 centenarius obiit. De eo *J. Bollandus* 2 Januar. T. I p. 84 sq., et *Tillemontius* T. VII Memor. Hist. eccl. Palladius cap. 20 Lausiac. πολιτικόν (10) dictum fuisse testatur, ab urbe nempe Alexandria, ut notat *H. Dodwellus* ad fragmentum Philippi Sidetae p. 512 (11), a quo inter διδασκάλους sive catechetas Alexandrinos loco undecimo nominatur Μακάριος ὁ πολιτικός. Exstat sub eius nomine *Regula monastica* (12) triginta capitulis comprehensa, quam ex codice MS. Beccensi primus latine edidit illustravitque *Petrus Roverius* S. J. in Hist. monasterii Reomaensis in tractu [Pag. 366] Lingonensi Paris. 1637, 4°, p. 24, et post Roverium *Lucas Holstenius* in codice Regularum (13) Rom. 1637, 4°. Fabr. Regula *Macarii abbatis* latine in cod. MDLXIV Nr. 2 Bibl. publ. *Parisinae*. In cod. regio Taurin. gr. CLXXVII fol. 29 *Canon S. metropolitae dom. Macarii iunioris, qui propriam sedem reliquit humilitatis causa, ignorantiam simulans, atque asceticae vitae se dedit in partibus Cretae, multaque praeclara miracula ubique fecit*, etc. v. Cat. codd. gr. Taur. p. 262. Num vero noster Macarius, an *Ancyranus metropolita*, an alius sit intelligendus, ii qui codicem possunt comparare, decernant, sed *Regulam* illam *monasticam* aeque ac sermonem *de exitu animae iustorum*, etc. *J. G. Walch.* H. E. p. 1373 cum aliis adnumerat monumentis suppositis. Harl.

Alia *Regula* Serapionis, Macarii, Paphnutii, iunioris Macarii et aliorum 34 ex codice Affligemenensi primum edita ab *Henrico Cuicquio*, episcopo postea Ruremondensi, ad calcem Cassiani Antverp. 1578, 8°, et deinde in codice Regularum Holsteniano recusa.

Λόγος περὶ ἐξόδου ψυχῆς δικαίων καὶ ἁμαρτωλῶν τὸ πῶς χωρίζονται ἐκ τοῦ σώματος καὶ πῶς εἰσιν, *Sermo de exitu animae iustorum et peccatorum, quomodo separantur a corpore et in quo statu manent*, sub

NOTAE.

circumferuntur, Macarii. *Phil. Labbe* editioni suae *Glycae* annalium (inter Scriptores Hist. Byzantinae) praemisit syllabum auctorum sive editorum a Glyca memoratorum. Inter ineditos citatur *Macarius abbas*, ὁ μέγας Μακάριος ἐν ἐπιστολαῖς, a Glyca p. 81 laudatus. Censor Scriptor. Hist. Byzant. in Baumgartenii opere: Nachrichten von einer hallischen Bibl. Tom. V p. 420, Not. docet, intelligenda esse Opuscula ascetica, et locum a Glyca citatum convenire cum capite II Opusculi quarti, et opinatur, nomen *Epistolarum* aptius videri, quam vulgatum *Opusculorum* atque *Homiliarum*. Opusculum I *de custodia cordis* est in Cod. Caes. *Vindob.* CCXXXIV Nr. 15, v. *Lambec.* Comm. Tom. V p. 151, notamque Kollarii. Harl.

9) [Pag. 365] Sive p. 214 sqq. ed. Kollar. de cod. CCXL. Eadem Macarii capita, sed sine mentione Simeonis Metaphrastae, exstant etiam in cod. Caesar. CCXXXIV Nr. 16, v. *Lambec.* Tom. V p. 151, atque Kollar. adnotat, Opusc. esse adhuc ineditum, et illud, quod *Possinus* in Thes. ascet. p. 47 praemissa epigraphe Περὶ τελειότητος ἐν πνεύματι protulisset, nihil aliud esse ac brevem huius Opusculi epitomen. Harl.

10) Macarii πολιτικοῦ vita gr. in cod. CMXIV Nr. 15 Bibl. publ. *Paris. Macarii* et Aegyptii et politici vita ex Hist. Lausiaca in cod. *Coislin.* CCLXXII. Utriusque Macarii dicta in collectione quadam asceticorum in cod. *Coislin.* CCXXXII, v. *Montfauc.* Bibl. Coislin. p. 399 et 295. Utriusque vita in Hist. monachorum Aegyptior. in cod. *Coislin.* LXXXIII, v. *Montfauc.* l. l. p. 138 sq. Idem p. 111 recenset cod. XXXVII s. Niconis collectionem locorum SS. et Scriptor. Ecclesiasticor., inter quos occurrit *Macarius Alexandrinus ad magnum Eusebium Alexandrinum*, de quo cf. supra in Vol. VIII p. 295 a Fabricio et cel. Keilio adnotata. Add. indic. *Montfauc.* ad Bibl. Coisl. vocc. *Macarius* etc. Harl.

11) Est quoque translatum in *J. A. Fabr.* librum de salutari luce Evangelii cap. IX p. 188. cf. *Caveum* Tom. I p. 256. Harl.

12) Hanc regulam videtur intelligere *Gennadius* cap. 10 de Script. Eccl., eamque tribuere Macario Aegyptio, signis et virtutibus claro, quem ait *unam ad iuniores professionis suae scripsisse epistolam, in qua docet illum perfecte posse servire Deo, qui conditionem creationis suae cognoscens, ad omnes semetipsum inclinaverit labores, et luctando atque Dei auxilium adversus omne, quod in hac vita suave est, implorando, ad naturalem quoque perveniens puritatem, continentiam veluti naturale debitum munus obtinuerit.* Fabr. Illam autem epistolam, cuius meminit Gennadius, potuisse Homilias continere suspicatur *J. G. Walch.* H. E. p. 1369. Add. V. D. iudicium paulo ante ex Baumgartenii Nachrichten etc. allatum. Harl.

[Pag. 366] 13) Alia in codice regularum Holsteniano contenta vide B. Ittigii libro p. 652 sq.

Digitized by Google

huius Macarii nomine editus est ex codice MS. Bibl. Paulinae Lipsiensis a *Guilelmo Caveo* (14) interpretatione *Henrici Warthoni*. Postea veluti ineditum ex eodem Lipsiensi et duobus Viennensibus codicibus (15) cum versione sua vulgavit *Jacobus Tollius* (16) in Insignibus Itineris Italici p. 192 Ultraiect. 1696, 4°. In alio MS., quod memorat *Lambecius* lib. VI p. 303 (17), tribuitur *Alexandro Ascetae*, Macarii scilicet discipulo. Nam in alio, quem Tollius etiam inspexit, praemittuntur verba τοῦ ἁγίου Μακαρίου τοῦ Ἀλεξανδρέως· ὁ μαθητὴς διηγήσατο ὅτι ποτέ etc. Cf. similem licet breviorem διήγησιν τοῦ μακαρίου Ἀντωνίου apud Palladium in Lausiaca Historia p. 69 Edit. Meursii.

Fragmentum ἐκ τῶν ἐρωτήσεων πρὸς τὸν μέγαν Εὐσέβιον Ἀλεξανδρείας in MSS. Anonymi locis communibus asceticis, de quibus *Lambecius* lib. V p. 154 sq. [in cod. CCLI v. p. 326 Ed. Kollar. et de Eusebio Alexandrino ad init. huius II sectionis. HARL].

—

IDEM

Sub indice « Sanctorum elogia et vitae »

DE IISDEM.

Ibid. Vol. X p. 271.

—

Macarii cognomento πολιτικοῦ Paris. in cod. CMXIV N° 15 et Nr. 16 narratio de duabus mulieribus et abbate Macario. In Bibl. publica. HARL.

Macarii Aegyptii. Μικροῦ Μακάριος διέφυγεν ὁ Αἰγύπτιος. Auctor Joannes Hagiopolita sive Hierosol. FABR. In cod. Naniano CXXXVI Nr. 24, in quo auctor dicitur Hagioelita, v. cat. codd. gr. Nan. p. 316. HARL.

Macarii eremitae. Παρακαλοῦμεν οἱ ταπεινοί. Cod. Barocc. CXLVII.

Macariorum duorum Aegyptii et Alexandrini Marcique monachi, auctore Palladio episcopo Macedoniae. *Illa quae de praedicabilibus et beatis referuntur viris*. Latine apud Surium 2 Januar. ex Palladii Hist. Lausiaca. FABR. Cf. AA. SS. Januar. Tom. I p. 1005 sqq. vita ex Ms. graec. cum comment. notisque Bollandi, et ibid. p. 1012 et seqq. vita ex Palladii Hist. Lausiaca, ex Rufino et Vitis Patrum, cum Bollandi notis. Vita Macarii abbatis Alexandrini ex Vitis Patrum collecta cum comment. et notis ibid. p. 84 sqq. HARL.

NOTAE.

14) In Hist. Lit. Scriptt. Eccl. ad a. C. 373 Lond. 688, fol.; Genev. 1694. 1705. 1720 fol.; Basil. 1741, fol.

15) Scilicet cod. CCX Nr. 12. Inscriptio autem et initium est: τοῦ Ἁββᾶ Μακαρίου πῶς χωρίζεται ἡ ψυχὴ ἐκ τοῦ σώματος, etc., v. *Lambec.* Comment. Tom. V p. 49, ibique Kollarii not. In cod. CCXXXVIII Nr. 13 est anonymi narratio de statu animarum post hanc vitam et de S. Macario Alexandrino. *Lambecius* l. l. p. 208 observat *Joannem Sambucum* sua manu in margine cod. adnotasse auctorem istius narrationis esse *S. Isaacum Syrum, abbatem et anachoretam*. Cf. supra notitiam codicum init. huius cap. HARL.

16) Alia, quae in illo Tollii volumine occurrunt, vide recensita ab *Ittigio* p. 710 sq., et in Actis Erud. a. 1696 p. 297.

17) In priore Lambecii edit. cod. mem. recensio haerebat in appendice libri VI, sed in edit. Kollarii numeratur in Vol. V p. 628 (ubi v. not. Kollar.) cod. CCCXXXVII, in quo est Nr. 2 sub nomine *Alexandri eremitae*: inc. τοῦ ἁγίου Ἀλεξάνδρου τοῦ ἀσκητοῦ λόγος περὶ ἐξόδου ψυχῆς. Ποτὲ διοδευόντων ἡμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἴδον δύο ἀγγέλους συναχολουθοῦντας τῷ ἁββᾶ Μακαρίῳ etc. Add. *Fabric.* infra lib. V cap. 45 Vol. X p. 473. HARL

—

Digitized by Google

S. MACARII AEGYPTII

EPISTOLAE, PRECES.

PRAEMONENDA.

Qui Gennadii (de viris illustribus cap. 10) verba haec legit : « Macarius monachus ille Aegyptius signis et virtutibus clarus unam tantum ad iuniores professionis suae scripsit epistolam, in qua docet illum perfecte posse servire Deo, qui conditionem creationis suae cognoscens ad omnes semetipsum inclinaverit labores, et luctando atque Dei adversum omne, quod in hac vita suave est, auxilium implorando, ad naturalem quoque perveniens puritatem, continentiam velut naturae debitum munus obtinuerit », ei fieri non potest quin suboriatur suspicio, Macarium Aegyptium doctrinae Pelagianae, e qua continentia naturae, non gratiae donum est, quasi facem praetulisse. Unde Oudinus in Commentariis de scriptoribus et scriptis ecclesiasticis v. *Macarii tres monachi*, aliique, inter quos Petitdidierius in libro qui inscribitur : Remarques sur la bibliothèque des auteurs ecclésiastiques de M. Du Pin Paris. 1692 T. II p. 198 sqq., homilias quoque, quae Macarii Aegyptii nomine feruntur, puro puto Pelagianismo infectas esse probare sunt conati. Verum epistola a Petitdidierio l. l. p. 220 e codice ms. abbatiae S. Vitoni (S. Vanne) prolata ab ea, quam Gennadius commemorat, et argumento et universo tenore ita distat, ut eadem cum illa nullo modo haberi possit. Quam ipsissimam me in codice ms. olim Treverensi, quem Dr. Binterim v. cl. pretio emptum ante hos quatuordecim annos Bollandistis in Belgia dono dedit, detexisse eo magis gaudeo, quod eam ne levissima quidem eiusmodi haereseos macula conspersam esse statim mihi persuasi. Eam igitur epistolam, quae quin Macarii Aegyptii sit dubitari nequit, ad fidem trium codicum primo loco edidimus. Huic alteram graecam subiunximus e codice Berolinensi erutam, in quo eidem Macario Aegyptio diserte tribuitur. Quae cum Macarii Aegyptii homiliis ita convenit, ut ab eodem auctore profecta esse arguatur. Tertia porro epistola adscribitur cuidam Macario, quem ab Aegyptio diversum esse et stylus et sententiarum discrepantia prodere videntur. Quartam denique epistolam addidimus illam, quam Petitdidierius publici iuris fecit, a nobis ad fidem duorum codicum recognitam. Quam quidem epistolam e prima et tertia compilatam esse, si inter se comparaveris illas, facile intelliges. Reliquum est, ut codices describamus.

Primae epistolae codices tres quos contulimus sunt *Vaticanus* bibliothecae Christinae 588 membranaceus, saec. XIII, in fol., in quo epistola legitur fol. 112-114, *Treverensis* olim bibliothecae S. Maximini qui nunc apud Bollandistas in Belgia asservatur, membranaceus, saec. XV, in fol., et *Confluentinus* bibliothecae gymnasii 23, chartaceus, saec. XV, in fol., ubi fol. 125, 2-127 exstat. In codice autem Vaticano epistolam excipiunt novem historiae de mortuo a Macario Aegyptio resuscitato, de eodem Macario, postquam fatigatus oravit, elevato et trans flumen demisso, de cranio sacerdotis gentilis eidem poenas infernorum enarrante, de duobus monachis quos in insula eremi nudos invenerat, de eiusdem doctrina, cur acceptarum ab hominibus iniuriarum reminiscendo vim memoriae laedamus, malorum vero a daemonibus inflictorum recordatione non laedamus, de Macario Aegyptio e sepulchro mortuum quendam, qui depositum quoddam ubi posuerit indicet, evocante, eiusdem responsum Theodoro abbati datum de paupertate pulchris actionibus praeferenda, eiusdem ad monachos, ut multiloquium fugiant, exhortatio, denique sententia eiusdem Macarii, verum monachum nunquam ad iracundiam moveri, sed semper se vincere. His aliisque similibus Patrum eremi historiis plenus est codex ille. Codex alter olim Treverensis hunc prae se fert indicem : *Ista*

Digitized by Google

continentur in isto volumine per ordinem requirenda. Liber primus vitarum patrum. Liber secundus. Vita Sancti Frontini abbatis habetur post librum secundum. Liber tertius vitarum Patrum. Vita sancte Marine virginis que in monasterio virorum degebat. Vita Sancti Pachomii quem Angelus Domini erudivit. Liber quartus vitarum patrum. Vita Sancti Abrahe viri dei post quartum librum habetur. Epistola beati Macharii abbatis ad filios suos dilectos. Sermo beati athanasii Alexandrine civitatis episcopi ad monachos. Profectus Religiosorum moralis a beato Bernhardo metrice compositus. Omilia beati Bernhardi super evangelium Ecce non etc. in die Benedicti. Constitutiones Benedicti papae duodecimi de ordine nigrorum monachorum. Sermones beati Bernhardi super Psalmum Qui habitat. Tractatus beati Anselmi Cantuarensis episcopi Unde supra. Omilia Sancti Bernhardi super evangelium de decem virginibus. Tempus vero, quo scriptus sit codex, notula haec indicat : *Anno domini* 1461 *sub venerabili patre et domino Anthonio abbate scriptus est liber iste per fratrem Ludovicum Rathingen professum. Orate pro eo.* Tertius denique codex, Confluentinus, satis bene exaratus, constat foliis 242, et foliis 21 quae vacant scriptura. Folia chartacea antecedit unum pergamenum cum indice rerum.In tegumenti parte interiore legis : *Iste liber est. mihi. de Merle.* In hoc autem codice haec continentur : fol. 1-33,2 liber secundus vitarum Patrum, a Rosweido editus Antv. 1628 p. 448 sqq., fol. 34,1-125,1 liber quintus et sextus vitarum Patrum [Rosw. p. 562 sqq., 644 sqq.], fol. 125,2-127,1 Sancti Macarii epistola ad filios a nobis primum in lucem prolata, fol. 127,1-138,1 « Excerpta utilia » e libro septimo vitarum Patrum [Rosw. p. 665], fol. 138,1-141,2 vita S. Pauli [Rosw. p. 17 sqq.], fol. 142,1-168,2 vita S. Antonii abbatis [Rosw. p. 35 sqq.], fol. 168,2-178,2 vita S. Hilarionis monachi [Rosw. p. 75 sqq.], fol. 178,2-183,1 vita S. Simonis Stylitae [Rosw. p. 170 sqq.], fol. 183,1-185,2 vita S. Malchi captivi monachi [Rosw. p. 93], fol. 185,2-188,2 vita S. Frontonii abbatis [Rosw. p. 238 sqq.], fol. 188,2-190,1 vita S. Marinae virginis [Rosw. p. 393 sq.], fol. 190,1-194,1 S. Athanasii sermo ad monachos : « Et si quid gloriari—et Deus pacis erit vobiscum », qui exstat in S. Athanasii Opp. ed. Bened. Patavii 1777 T. II p. 642, fol. 194,1-198,1 vita S. Pelagiae meretricis [Rosw. p. 376 sqq.], fol. 198,1-210,1 vita SS. Epicteti presbyteri et Astionis monachi [Rosw. p. 211 sqq.], fol. 210,1-218,2 vita S. Abrahae eremitae [Rosw. p. 144 sqq.] et vita S. Mariae meretricis neptis Abrahae eremitae [Rosw. p. 368 sqq.], fol. 218,2-222,2 vita S. Euphrosynae virginis [Rosw. p. 363 sqq.], fol. 222,2-231,1 vita S. Mariae Aegyptiacae [Rosw. p. 382 sqq.], fol. 231,1-242,1 Palladii Historia Lausiaca usque ad verba : « de periculis liberare et cognoscamus earum apud dominum potentiam » [Rosw. p. 964-999.2]. Explicit codex : Et sic est finis huius opusculi.

Penna fuit vilis et palma [fuit] puerilis;
Dentur pro penna scriptori caelica regna.

Epistolam secundam graecam e cod. ms. gr. N° 16 Bibl. Reg. Berolinensis bombycino optimae notae in fol., ubi duodecim ultimis foliis exstat sub titulo : τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Μακαρίου ἐπιστολὴ μεγάλη καὶ πάνυ ὠφέλιμος, descripsi. Antecedunt inde ab initio codicis Τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Μακαρίου τοῦ αἰγυπτίου ὁμιλίαι πνευματικαί, πάνυ πολλῆς ὠφελείας πεπληρωμέναι, περὶ τῆς ὀφειλομένης καὶ σπουδαζομένης χριστιανοῖς τελειότητος; unde epistolam hanc eiusdem esse Macarii manifestum est. De hoc codice plura invenies infra nostrae editioni S. Macarii Aegyptii Homiliarum praemissa. Versionem epistolae latinam nostram addidimus.

Ad tertiam epistolam quod attinet, bibliothecae Burgundicae Bruxellensis codicem chartaceum, saec. XV, in fol., N° 15010, ubi exstat fol. 67, 2, quin cum textu Holstenii Cod. Reg. T. I p. 21 Bruxellis versans conferrem, impeditus sum. Titulum solum et clausulam ex hoc codice descripsi et suo loco recepi. Ceterum Macarii Alexandrini esse epistolam haud temere suspicari mihi videor.

Quartae denique epistolae a nescio quo consarcinatae codices duo, quos contuli, sunt *Vindobonensis* bibliothecae Caesareae 4800, olim cod. theol. 361, membranac., saec. XIV, ubi exstat fol. 146, 2, et *Bruxellensis* bibliothecae Burgundicae chartaceus saec. XV in fol. N° 15011, ubi legitur fol. 68,1. Codicem priorem descripsit Denis Catal. Vol. II T. I, p. 802.

Digitized by Google

Reliquum est ut moneam S. Macarii Aegyptii epistolarum etiam alios codices mss. nondum collatos in bibliothecis delitescere. Sic teste *Catalogo codd. Angliae* Vol. I et II exstat in codd. Digbaei N° 1634 et in codd. Bodlei. N° 2211,22 ac N° 2572,8 *Macarii epistola ad filios*, in codd. Bodlei. N° 2229,13 et Cantabrigiae in cod. domus S. Petri N° 1776,15 *Macarii epistola ad monachos*, in codd. eccl. cathedr. Sarisburiensis N° 1042 *Macarii epistolae*. Teste Montfauconio exstat Mediolani in codd. graecis Bibl. Ambrosianae *Macarii cuiusdam monachi epistola ad Macarium* (Bibl. bibliothec. mss. T. I p. 501), Florentiae in bibliotheca Camaldulensium B. Mariae de Angelis *S. Macarii abbatis Aegyptii epistolae* (ibid. p. 413. 430), in codd. monasterii S. Audoeni Rothomagensis, nunc Bibl. publ. Rothomagensis N° 508 membranac., *epistola Macarii data ad monachos* (ibid. T. II p. 1238; Haenel Catalogi librorum mss. p. 423). Taurini in cod. 80 est *epistola S. Macharii ad monachos* in gallicum sermonem conversa, cuius initium : « Si ung homme cognoist bien que il est et que est son Createur et il se veult repentir de ses peches cet. (Mss. codd. Bibl. Reg. Taurinensis Taurinae 1749 T. II p. 482). Parisiis in Bibl. publ. cod. 916 exstat *epistola S. Macarii abbatis ad Esaiam abbatem;* item in cod. 975 *S. Macarii epistola.*

Porro Assemannio auctore arabice exstant in codice a. Chr. 1055 scripto *S. Macarii abbatis epistolae et sermones ad monachos XXVI*, et in alio codice arabico scripto a. Chr. 885 *S. Macarii sermo de Oratione* atque *epistola ad monachos* (Bibl. Orient. T. II p. 511). Syriace autem in cod. Nitriensi 18 exarato a. Ch. 769 leguntur *Macarii Magni Aegyptii discipuli S. Antonii sermones III et epistolae VIII*, et *Macarii Alexandrini sermones III et epistolae VII* (ibid. T. I p. 567). Item in cod. Beroensi scripto a. 1578 inveniuntur *Macarii Aegyptii sermones III et epistolae VIII* et *Macarii Alexandrini sermones II et epistolae IX* (ibid. p. 586); item in codice syriaco 6, exarato a. 1223, *S. Macarii Aegyptii sermones III* et *epistolae X*, et *Macarii Alexandrini sermones V* et *epistola ad sanctimonialem quandam* (ibid. p. 610).

S. Macarii Preces e Bibliothecae Vindobonensis codice ms. theol. graec. 231, olim 76, chartaceo, antiquo, in 4°, proferimus, ubi fol. 61, 1 sqq. leguntur, sequentibus canticis ad S. Antonium et S. Onufrium. Quare Macarii Aegyptii illas esse verisimile nobis visum est. Codicem Lambecius Commentar. T. III ed. altera p. 372 sqq., de Nessel Catal. T. I p. 327 sqq. descripserunt.

I.

EPISTOLA SANCTI MACARII AEGYPTII.

Cod. ms. Vat. Bibl. Christinae 588 membranae. Saec. XIII fol . . . . . A
Cod. ms. olim Bibl. S. Maximini Treverensis, nunc Bollandistarum Bruxellis, membranac. Saec. XV fol. . . . B
Cod. ms. Confluentinus Bibl. Gymnasii 23 chartac. Saec. XV fol. C

Exstat haec epistola cod. A fol. 112-114, cod. B fere medio, et cod. C fol. 125, 2-127. De codicibus et de epistola praemonuimus supra col. 401-404.

Incipit epistola sancti Macharii ad filios Dei [1]).

In primis quidem si [2]) coeperit [3]) homo semetipsum agnoscere, cur creatus sit, et factorem suum deum, tunc incipiet poenitere [4]) super hiis, que commisit in [5]) tempore negligencie sue. Sic demum benignus deus dat illi tristiciam pro peccatis, et post hec iterum per suam benignitatem donat illi afflictionem [6]) corporis in ieiuniis et [7]) vigiliis, et oracionis instanciam, et contemptum mundi, et ut libens illatas sibi iniurias sufferat, et ut odio habeat omne refrigerium corporale, et ut diligat planctum magis quam risum. Post hec tribuet illi desiderium fletuum planctumque et humilitatem et humiliacionem cordis, et ut trabem oculi sui consideret, non alterius festucam nitatur eruere, et dicat semper, quoniam iniquitatem meam ego agnosco et peccatum meum contra me est semper, et ut diem exitus sui [8]) in mente habeat, et quomodo in conspectu dei oc-

VARIAE LECTIONES.

[1]) *Dei* om. BC. — [2]) B *siquidem si.* — [3]) BC *ceperit.* — [4]) BC *penitere*, et sic ubique scribitur. — [5]) *in* om. B. — [6]) C *afflicionem*, et sic ubique. — [7]) *et* om. C. — [8]) C male *sue.*

Digitized by Google

cursurus sit, sed et iudicia et penas describat in conspectu mentis sue, nec non eciam meritos [9]) honores qui dandi sunt sanctis. Si igitur [192] viderit, quoniam hec illi suavia sunt, temptat eum, si abrenuntiat voluptatibus, et resistit [10]) adversus impugnantes [11]) huius mundi principes [12]), qui vinxerunt eum prius, sed et escarum varie delectaciones, que emolliri faciunt cor, ut [13]) rursus [14]) propemodum [15]) vinci queat e [16]) lassitudine corporis et longinquitate, dicentibus illi cogitacionibus suis: quanto temporis spacio hunc laborem sufferre poteris, et quia ardui laboris sit, ut mereatur quis inhabitatorem habere deum, presertim tu, qui multa peccasti, et quanta tibi possunt remitti peccata a deo! Si autem cognoverit, quia cor illius firmum est in timore dei et non dimittit locum suum, sed fortiter resistit et pugnat [17]), tunc venient illi sub occasione justicie dicentes: Peccasti quidem, sed penitenciam egisti, jam sanctus es; et faciunt illum [18]) recordari quorundam hominum peccata, qui non egerunt penitenciam, superseminantes illi in corde vanam gloriam. Non solum vero hec, sed eciam faciunt quosdam homines laudare eum subdole, et provocare eum ad opera, que ferre non potest, immittentes illi cogitaciones non vescendi et non bibendi, nec non et vigiliarum, et multa alia, que longum est dicere, et facilitatem illi ad hec perficienda tribuunt, si [19]) quo modo eum ad hec illiciant [20]), precavente scriptura et dicente: ne declinaveris ad dextram neque ad sinistram, sed rectum iter ingredere. Si autem benignus deus perspexerit, quia nulli eorum acquievit cor ipsius, dicente david et de huiuscemodi temptacionibus [21]) significante: probasti cor meum et visitasti nocte [22]), igne me examinasti, et non est inventa in me iniquitas. Et hoc perspiciendum, cur nocte [23]) dixerit et non die [24]); videlicet quia circumvenciones inimici nox sunt, sicut [25]) beatus paulus dixit [26]), [193] nox esse nos filios tenebrarum [27]), sed lucis, quia filius dei dies est [28]), diabolus [29]) vero nocti assimilatur. Si vero hec omnia bella supergressa fuerit anima, tunc incipiunt illi immittere adversarios [30]) cogitaciones, fornicacionis desiderium et nefandum [31]) stuprum. In hiis [32]) igitur omnibus infirmatur anima et cor tabescit, ut impossibile [33]) sibi credat esse custodiam castitatis, subiungentes illi, ut dixi, temporis prolixitatem, virtutum arduum [34]) laborem, et quia grande sit onus ipsarum et importabile [35]), subiungentes illi infirmitatem corporis et fragilitatem natura. Si autem ad has impugnaciones non lassaverit, tunc benignus et misericors deus mittit illi virtutem suam, et confirmat cor ipsius, et dat illi leticiam et refrigerium et possibilitatem, ut forcior inimicis inveniatur, ut illorum adversus illum [36]) pugna [37]) non prevaleat, timentibusque prestat virtutem [38]), sicut et sanctus paulus dicit.: contendite, et accipietis virtutem. Hec quippe [39]) est virtus, quam beatus petrus loquitur dicens: hereditatem incorruptam et immarcessibilem conservatam in celis in vobis, qui in virtute [40]) dei custodimini per fidem. Tunc benignus et clemens deus, si viderit, quia [41]) cor ipsius corroboratum est super inimicos suos, tunc paulatim subtrahit virtutem, que illi [42]) opitulabatur, et concedit inimicis impugnare [43]) eum variis concupiscenciis carnis, nec non et vane glorie [44]) cupiditate, et superbia, ceterisque [45]), que [46]) ad perdicionem trahunt, ut propemodum [47]) assimiletur navi, que sine gubernaculo in scopulis huc illucque [48]) offendit. Cum autem cor eius [49]) emarcuerit in hiis, et ita [50]) defecerit ad singula temptamenta [51]) inimici, tunc ho [194] minum amator deus, curam habens creature sue, immittit illi sanctam virtutem et confirmat, subiciens cor et animam et corpus ipsius et omnia viscera eius sub iugo paracliti [52]), ipso dicente: tollite iugum meum super vos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde. Et sic demum benignus deus incipiet adaperire [53]) oculos cordis ipsius [54]), ut intelligat, quoniam ipse est, qui confirmat eum, et tunc vere incipiet nosse homo honorem dare deo cum omni humilitate et actione graciarum, sicut david dicit: sacrificium deo spiritus contribulatus. Ex hoc enim labore prelii humilitas et contribulacio et mansuetudo efficitur [55]). Cum hiis igitur omnibus fuerit probatus, tunc incipiet illi spiritus sanctus revelare occulta [56]), hoc est, que sanctis iure meritoque debentur et hiis, qui sperant super misericordia eius, et tunc reputat secum homo dicens illud apostolicum: quia non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam, que revelabitur in nobis, et illud david: quid enim michi est in celo, et a te quid volui super terram? hoc est: o domine, quanta michi paraveras in celo, et ego quid a te querebam [57]) in vita mortali? Et sic eciam incipient illi revelari tormenta, que passuri sunt peccatores, et multa alia, que me tacente sanctus vir intelligit. Post hec vero omnia incipiet paraclitus inire pactum cum puritate cordis ipsius et anime firmitate et

VARIAE LECTIONES.

[9]) C radendo corr. *merito.* — [10]) B *resistat.* — [11]) AB *impugnaciones.* — [12]) B *principum.* — [13]) C male *et.* — [14]) AB *prorsus.* — [15]) BC *prope modum.* — [16]) A *vincique a.* — [17]) *et pugnat* om. A. — [18]) C *eum.* — [19]) C male *sed.* — [20]) AB *illiceant.* — [21]) A *cogitationibus.* — [22]) C *probasti cor meum et visitasti cor meum et visitasti nocte.* — [23]) BC *in nocte.* — [24]) BC *in die.* — [25]) C *sicud*, et sic ubique. — [26]) BC *dicit.* [27]) BC *tenebrarum filios.* — [28]) *est* om. A. — [29]) C *Dyabolus.* — [30]) BC *adversarie.* — [31]) BC *nephandum.* — [32]) *hiis* om. C. — [33]) A *possibilem* — [34]) A *uerum*, C *vanum.* — [35]) B *inportabile.* — [36]) C *eum.* — [37]) AC *impugnacio.* — [38]) A *timentiumque quae inhabitat in eo virtutem.* — [39]) *quippe* om. BC. — [40]) B *per virtutem.* — [41]) B *quantum.* — [42]) *illi* om. BC. — [43]) C male *pugnare.* — [44]) A *vana gloria.* — [45]) BC *ceterarumque.* — [46]) *que* om. C. — [47]) B *prope modum.* — [48]) A *atque illuc.* — [49]) A *illius.* — [50]) A *et ut ita dicam.* — [51]) B *demptamenta.* — [52]) A *paraclyti.* — [53]) A *aperire.* — [54]) BC *ipsius cordis.* — [55]) B *efficiuntur.* — [56]) A *ecclesiam.* — [57]) B *quid a te quid querebam.*

Digitized by Google

sanctitate corporis et cum spiritus eius humilitate, A et faciet[58]) eum progredi[59]) omnem creaturam, et ut non loquatur os eius opera hominum, et ut recta oculis suis videat, et ut ori suo custodiam ponat, et iter faciat rectum[60])gressibus suis,et ut iusticiam habeat manuum suarum, hoc est operum, et oracionis instanciam, nec non et[61]) afflicciones corporis et vigiliarum frequenciam. Et hec disponit cum eo in mensura et discrecione, et non in turbulencia, sed in quiete[62]). Si vero mens ipsius disposicionem sancti [195] spiritus contempserit, tunc virtus, que in eum[63]) collata fuerat[64]), discedit, et sic pugne efficiuntur in corde eius et conturbaciones[65]), et conturbant eum[66]) passiones corporis per momenta singula expugnacione inimici. Si autem conversum fuerit cor eius et optinuerit[67]) precepta spiritus B sancti, proteccio domini fit super eum. Et tunc homo agnoscet[68]), quia indesinenter adherere deo bonum est, et quoniam ipse[69]) est vita eius, dicente david: clamavi ad te et sanasti me; et iterum: quia apud te est fons vitae. Igitur secundum meum consilium quidem[70]),nisi homo grandem possederit[71]) humilitatem, que virtutum omnium culmen est, et custodiam posuerit ori suo, et cordi timorem dei, et in eo quidem se probat excellere ceteris, non se preferat[72]) tanquam aliquid boni fecerit, et ut injurias sibi illatas libenter sufferat, et prebeat percutienti se aliam maxillam, et ut ad omne opus bonum violenter erumpat et diripiat, et ut animam suam in manu portet quasi cottidie moriturus, et ut vana ducat omnia, que sub hoc[73]) sole[74]) cernuntur, et[75]) dicat: cupio dissolvi et esse cum Christo, et: michi vivere Christus est et mori lucrum, non poterit precepta servare spiritus sancti. *Explicit epistola beati Macharii ad filios*[76]).

VARIAE LECTIONES.

[58]) A *facit.* — [59]) A *supergredi.* — [60]) A *iter rectum faciat.* — [61]) *et* om. C. — [62]) *sed in quiete* om. BC. — [63]) BC *in eo.* — [64]) B *fuit.* — [65]) C *tribulaciones.* — [66]) *eum* om. C. — [67]) C *obtinuerit.* — [68]) A *cognoscet.* — [69]) A *ipsum.* — [70]) *quidem* om. BC. — [71]) BC *possederit grandem.* — [72]) C *proferat.* — [73]) *hoc* om. B. — [74]) C *sole hoc.* — [75]) *et* om. C. — [76]) *Explicit epistola beati Macharii ad filios* om. A.; *beati Macarii ad filios* om. C.

II.

EPISTOLA SANCTI MACARII AEGYPTII

CUM VERSIONE EDITORIS.

Cod. ms. graec. Fol. 16 Bibl. Reg. Berolinensis bombycinus Saec. XII vel XIII fol.

Antecedunt epistolam inde ab initio codicis ‹ Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Μακαρίου τοῦ Αἰγυπτίου ὁμιλίαι πνευματικαὶ πάνυ πολλῆς ὠφελείας πεπληρωμέναι περὶ τῆς ὀφειλομένης καὶ σπουδαζομένης Χριστιανοῖς τελειότητος› : unde epistolam hanc eiusdem Macarii Aegyptii esse apparet. Notandum est, in codicis textu homiliarum verba interdum nonnulla errore librarii excidisse, quod an non etiam in epistolae textu nonnunquam acciderit, dicere haesito. De codice vide PRAEMONENDA ad S. Macarii Aegyptii Homilias infra col. 447-448.

Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Μακαρίου ἐπιστολὴ μεγάλη καὶ πάνυ ὠφέλιμος [1]).

C *Eiusdem sancti Macarii epistola magna et perutilis.*

Γινώσκειν βούλομαι τὴν σύνεσίν σου, ὅτι χρὴ τὸν τέλειον ἄνδρα ἀφιερωμένον τυγχάνοντα μὴ μόνον αὐτὸν ἐν Θεῷ εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὸν Θεὸν ἐν αὐτῷ· καθώς φησιν ὁ κύριος· *ὁ μένων ἐν ἐμοί, κἀγὼ ἐν αὐτῷ.* δεῖ γὰρ τὸν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον καὶ παροικῆσαι ἐν τῷ σκηνώματι τῷ θεϊκῷ, καὶ κατασκηνῶσαι ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει τῆς ἀχράντου θεότητος, ἵνα μὴ μόνον περιέχων ᾖ, ἀλλὰ καὶ περιεχόμενος ὑπὸ τῆς δόξης τοῦ μὴ συγχωροῦντος [2]) καταδυναστεύεσθαι ὑπὸ τῆς τοῦ σκότους ἐνεργείας τῶν παθῶν. ἁγιασμοῦ γὰρ χάριν καὶ τῆς οἰκείας ἀπαθείας ἐνοικεῖ τοῖς ἀξίοις ὁ σωτήρ, ἵνα καὶ, ὡς αὐτὸς ἀπαθὴς τυγχάνῃ, καὶ τοὺς δεξα-

199 Cognoscere cupio mentem tuam, an censeas necesse esse perfectus vir, qui sit sanctificatus, non solum ipse in Deo sit, sed et Deus in eo, sicut ait Dominus: *qui manet in me, et ego in eo* (1). Oportet enim Dei hominem et habitare in tabernaculo divino, et ponere tabernaculum in sancto monte immaculatae Deitatis, ut non solum circumdet, sed etiam circumdatus sit gloria eius, qui non patitur redigi eum sub potestatem tenebrarum ac passionum. Sanctificationis enim et propriae apathiae gratia inhabitat dignis Salvator, ut, quemadmodum ipse passionum expers est, ita etiam illos, qui

VARIAE LECTIONES.

[1]) Cod. ὀφέλιμος. — [2]) Cod. συγχοροῦντος.

NOTAE.

(1) Joh. XV, 5.

Digitized by Google

eum receperunt, a passionibus liberet, iam non agitatos et circumlatos quovis vento. Sunt enim qui non modo ipsi procul a Christi mysteriis degentes, verum etiam proximis potum sordidae corruptelae praebentes, veritatem Dei in iniustitia detineant, in quibus, inquit, **200** *quod notum est Dei, manifestum est* (1). Nam vani in cogitationibus suis et obscuri in insipienti corde suo facti, dicunt naturales esse et a Deo procreatas passiones ignominiae, voluptatem inquam corruptionis, et animum iniustum, iram indecoram, non secundum Deum motam, et alia eiusmodi.

Nos igitur et illos et voces eorum tanquam a proposito aberrantes missos facientes, consideremus libertatis arbitrium ab eo nobis datum qui condidit nos, ut in nostra potestate sit et meliora appetere et a peioribus abstinere. Neque enim iustus iudex puniret nos passionibus subditos, si ipse esset earum auctor. Apage, iubeo, apage, neque in mentem venias. Abominanda enim omni piae menti prava illa et stulta doctrina. Nam mundarum et valde bonarum naturarum opifex Deus, sicut praedicat Spiritus sanctus in mundi creatione: *Ecce enim*, inquit, *cuncta valde bona* (2). Jeremias autem lugens et ambigens de passionum ignominia: *Dominus*, inquit, *non dixit: Quis est iste qui dixit ut fieret, Domino non iubente? Ex ore Altissimi non egredientur mala, sed bona* (3). Et iterum interrogatio in Evangelio ad Dominum ab intellectualibus potestatibus facta. *Domine*, aiunt, *nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde haec zizania* (4)? Alibi vero Salvator ipse de iisdem dicit: *Omnis plantatio, quam non plantavit Pater coelestis, eradicabitur* (5). Omnem enim, quae ex Deo sit, plantationem esse bonam testatur Paulus, in quo Christus loquitur: *Quia omnis creatura Dei bona est* (6). E quibus intellige, nostras non esse passiones in nobis reconditas, sed alienas. Nam: *ab occultis meis*, inquit, *munda me, et ab alienis parce servo tuo* (7). Et: *Alieni insurrexerunt adversum me, et fortes quaesierunt animam meam* (8). Et: *Judica, Domine, nocentes me, expugna impugnantes me* (9). Quae igitur occulta, vel qui nocentes et impugnantes, vel qui **201** alieni, nisi malitiae spiritus Christi virtutibus oppositi?

A μένους αὐτὸν ἀπαθεῖς κατασκευάσῃ, μηκέτι κλυδωνιζομένους καὶ περιφερομένους ὑπὸ παντὸς ἀνέμου. εἰσὶ γάρ τινες, οἳ οὐ μόνον αὐτοὶ πόῤῥωθεν τῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων τυγχάνοντες, ἀλλὰ καὶ τοὺς πλησίον ποτίζοντες ἀνατροπὴν θολερὰν [1], τὴν ἀλήθειαν τοῦ Θεοῦ ἐν ἀδικίᾳ κατέχουσιν· ἐν οἷς, φησί, *τὸ γνωστὸν τοῦ Θεοῦ φανερόν ἐστιν.* ματαιωθέντες γὰρ ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν, καὶ σκοτισθέντες κατὰ τὴν ἀσύνετον αὐτῶν καρδίαν, φάσκουσι φυσικὰ εἶναι καὶ ἐκ Θεοῦ γεγενῆσθαι τὰ πάθη τῆς ἀτιμίας, ἡδονὴν λέγω φθορᾶς, καὶ θυμὸν ἄδικον, ὀργὴν ἀπρεπῆ, μὴ κατὰ Θεὸν κινουμένην, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

Ἡμεῖς τοίνυν αὐτούς τε καὶ τὰς φωνὰς αὐτῶν ὡς ἐκτροπὰς ἐάσαντες, ἐπιγνῶμεν τὴν δοθεῖσαν ἡμῖν τῆς ἐλευθερίας αὐτεξουσιότητα παρὰ τοῦ κτίσαντος B ἡμᾶς, ἵνα ἐφ' ἡμῖν ᾖ τὸ [2] καὶ τῶν κρειττόνων ὀρέγεσθαι, καὶ τῶν χειρόνων ἀπέχεσθαι. οὐ γὰρ ἂν ὁ δίκαιος κριτὴς ἐκόλαζεν ἡμᾶς ἐνεργουμένους ὑπὸ τῶν παθῶν, εἴπερ ἦν αὐτὸς αὐτῶν ποιητής. ἄπαγε, παρακαλῶ, ἄπαγε, μηδὲ εἰς ἔννοιαν ἔλθῃς· βδελυκτὸν γὰρ πάσης εὐσεβοῦς διανοίας τὸ ἄτοπον τοῦτο καὶ εὔηθες δόγμα. καθαρῶν γὰρ καὶ λίαν καλῶν φύσεων δημιουργὸς ὁ Θεός· καθὼς διαγορεύει τὸ ἅγιον πνεῦμα ἐν τῇ κοσμοποιΐᾳ· *ἰδοὺ γάρ, φησί, πάντα καλὰ λίαν.* Ἱερεμίας δὲ ὀδυρόμενος καὶ ἀμφισβητῶν περὶ τῆς τῶν παθῶν ἀτιμίας· *κύριος, φησί, οὐκ εἶπε· τίς οὗτος [3] εἶπε καὶ ἐγενήθη; κύριος οὐκ ἐνετείλατο, ἐκ στόματος ὑψίστου οὐκ ἐξελεύσεται τὰ κακά, ἀλλὰ τὰ ἀγαθά.* καὶ αὖθις ἡ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ πρὸς C τὸν κύριον ἐπερώτησις τῶν λογικῶν δυνάμεων· *κύριε, φησίν, οὐ καλὸν σπέρμα ἔσπειρας ἐν τῷ σῷ ἀγρῷ; πόθεν τοῦτο τὸ ζιζάνιον;* ἐτέρωθι δὲ αὐτὸς ὁ σωτὴρ περὶ τῶν αὐτῶν φησι· *πᾶσα φυτεία, ἣν οὐκ ἐφύτευσεν ὁ πατὴρ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐκριζωθήσεται.* Ὅτι γὰρ πᾶσα ἡ ἐκ Θεοῦ φυτεία καλή, μαρτυρεῖ Παῦλος, ἐν ᾧ ὁ Χριστὸς λαλεῖ· *ὅτι πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλόν.* γίνωσκε τοίνυν, μὴ ἡμέτερα εἶναι τὰ ἐναποκεκρυμμένα ἡμῖν πάθη, ἀλλὰ [4] ἀλλότρια. *ἐκ τῶν κρυφίων μου γάρ, φησί, καθάρισόν με, καὶ ἀπὸ ἀλλοτρίων φεῖσαι τοῦ δούλου σου.* καὶ· *ἀλλότριοι ἐπανέστησαν ἐπ' ἐμέ, καὶ κραταιοὶ ἐζήτησαν τὴν ψυχήν μου.* καὶ· *δίκασον, κύριε, τοὺς ἀδικοῦντάς με, πολέμησον τοὺς πολεμοῦντάς με.* τί οὖν τὰ κρύφια, ἢ τίνες οἱ ἀδικοῦντες καὶ πολεμοῦντες, ἢ τίνες οἱ ἀλλότριοι, εἰ μὴ τὰ τῆς πονηρίας πνεύματα τὰ ἀντικείμενα ταῖς Χριστοῦ ἀρεταῖς;

Attende diligenter, quemadmodum et lex diserte clamitet de interioris hominis munditia: *Non usurpabis*, ait, *nomen Domini Dei tui frus-*

D Πρόσεχε ἀκριβῶς, ὅπως καὶ ὁ νόμος διαῤῥήδην βοᾷ περὶ τῆς κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον καθαρότητος· *οὐ λήψῃ*, φησί, *τὸ ὄνομα κυρίου τοῦ Θεοῦ σου ἐπὶ*

VARIAE LECTIONES.

[1]) Cod. ἀνατροπὴν θολερὰν. οἵ τινες τήν κ. τ. λ. Ubi haud dubie error calami irrepsit. Sive enim οἵτινες corrigis, sive οἵ τινες i. e. « vae quidam » retines, hae voces quomodo nexui orationis conveniant, non liquet. Quare aut post θολερὰν excidisse verba nonnulla, aut vox οἵτινες (οἵτινες), sive relativum οἵ, quod antecedit, delenda videntur. — [2]) Coni., cod. ἦτω — [3]) Corr., cod. οὗτος. — [4]) Sic in codice sine apostropho, ut passim.

NOTAE.

(1) Rom. I, 19.
(2) Gen. I, 31.
(3) Thren. III, 36. 37. 38.
(4) Matth. XIII, 27.
(5) Matth. XV, 13.
(6) I Tim. IV, 4.
(7) Psalm. XVIII, 13. 14.
(8) Psalm. LIII, 5.
(9) Psalm. XXXIV, 1.

Digitized by Google

ματαίῳ· οὐ γὰρ μὴ καθαρίσει κύριος τὴν καρδίαν τοῦ λαμβάνοντος τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐπὶ ματαίῳ. διὸ καὶ ὁ ἀπόστολος σαφῶς παραινεῖ φάσκων· καθαρίσωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ οὐ μόνον σαρκός, ἀλλὰ καὶ πνεύματος. καὶ ἑτέρωθι· ἐῤῥαντισμένοι, φησί, τὴν καρδίαν ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς. καὶ πάλιν· ὁλόκληρον ὑμῶν τὸ σῶμα, τὸ πνεῦμα καὶ ἡ ψυχή, ἀμέμπτως διαφυλαχθείη. καὶ· ἵνα γένησθε τέκνα Θεοῦ ἀμώμητα. ὅσοι τοίνυν βούλονται τῆς υἱοθεσίας ἀξιωθῆναι, οὐ τὸ σῶμα μόνον ἁγνὸν [ἐχόντων][1], ἀλλὰ καὶ τὴν ψυχὴν κατὰ τὸν λέγοντα· γενηθήτω ἡ καρδία μου ἄμωμος ἐν τοῖς δικαιώμασί σου, ὅπως ἂν μὴ αἰσχυνθῶ. οἱ μὲν γὰρ ὑπὸ νόμον τὰ τῆς σαρκὸς δικαιώματα ἐπιτελοῦντες μόνον τὴν ἐκτὸς φυλάττουσι καθαρότητα, οἱ δὲ ὑπὸ χάριν καὶ τῆς ἔνδον ἐν ἁγιασμῷ εἰρήνης ὀρέγονται, πεισθέντες τῷ εἰρηκότι· ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ὑμῶν ἡ δικαιοσύνη πλείων τῶν φαρισαίων καὶ γραμματέων, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. οἱ γὰρ φαρισαῖοι, τυφλώττοντες τὴν διάνοιαν, τὸ ἔξω τοῦ ποτηρίου πλύνουσι. ὡς καὶ νῦν οἱ κατ' αὐτοὺς νέοι φαρισαῖοι τὸν ἔξω ἄνθρωπον ἀνεπιτηδεύτῳ νοῒ σχηματίζοντες, ἑαυτοὺς δικαιοῦσι, μὴ συμμαρτυροῦντος τοῦ ἁγίου πνεύματος τῷ πνεύματι αὐτῶν, ἵνα ὦσι τέκνα Θεοῦ κατὰ τὸν λέγοντα ἀπόστολον· αὐτὸ τὸ πνεῦμα συμμαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα Θεοῦ· καὶ μὴ βουλόμενοι γνωρίσαι τὴν ἐν ἁγιασμῷ αὔξησιν τοῦ ἔσω ἀνθρώπου, ἀλλὰ πληροφορούμενοι μόνον ἐν τοῖς τῆς σαρκὸς κατορθώμασι· μὴ γνόντες, ὅτι πᾶσα ἡ δόξα τῆς θυγατρὸς τοῦ βασιλέως ἔσωθεν. ἔστι γάρ τις, ὡς ἔοικεν, ἕκαστος ἡμῶν νοητὴ συκῆ, παρ' ἧς ὁ κύριος τὸν ἔνδον καρπὸν ἐπιζητεῖ, καὶ οὐ τὸν ἐκ φύλλων ἐπικείμενον σχηματισμόν. ὁ τοίνυν συνηγορῶν τοῖς πάθεσι τῆς ἀτιμίας ὡς φυσικοῖς, καὶ οὐχ ὡς συμβεβηκόσι, μετήλλαξε τὴν τοῦ Θεοῦ ἀλήθειαν ἐν τῷ οἰκείῳ ψεύδει. ὡς γὰρ προέφην, ὁ ἄχραντος καὶ καθαρὸς καὶ τὴν εἰκόνα αὐτοῦ ὁμοίαν κατεσκεύασεν ἑαυτῷ· φθόνῳ δὲ διαβόλου θάνατος εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε. ἐπειδὴ τοίνυν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ἐν ἀνομίαις κυηθέν[2], καὶ ἐν ἁμαρτίαις γεννηθέν, ἀπηλλοτριώθη ἀπὸ μήτρας καὶ ἐπλανήθη ἀπὸ γαστρός, βασιλευσάσης τῆς ἁμαρτίας ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι τῆς παρουσίας τοῦ Χριστοῦ, ἦλθεν ἱλασθεὶς ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, ἆραι τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου διὰ τῆς οἰκείας αὐτοῦ δυνάμεως, δήσας πρότερον τὸν ἰσχυρόν, καὶ οὕτως διαρπάσας τὰ αἰχμαλωτισμένα αὐτοῦ σκεύη κατὰ τὸ εἰρημένον· ἠχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν· καὶ πάλιν· ἔλαβες αἰχμαλωσίαν. ἦγουν ἔστιν ἡμῖν φροντίς, ἀναχληθῆναι ἀπὸ τῆς αἰχμαλω-

A tra; neque enim mundabit Dominus cor eius, qui super re vana nomen eius assumpserit (1). Quare et Apostolus aperte monet dicens: *Mundemus nos ab omni inquinamento non carnis solum, sed et spiritus* (2). Et alibi: *Aspersi*, inquit, *cor a conscientia mala* (3). Et iterum: *Integrum corpus vestrum, et spiritus et anima sine querela custodiatur* (4). Et: *Ut sitis filii Dei sine querela* (5). Quotquot igitur volunt adoptione filiorum digni haberi, non corpus solum castum [habento], sed animum quoque secundum eum qui dicit: *Fiat cor meum immaculatum in justificationibus tuis, ne confundar* (6). Nam ii quidem, qui sub lege carnis justificationes operantur, exteriorem tantum servant munditiam; ii vero, qui sub gratia, etiam in- B teriorem quae in sanctificatione condita est pacem appetunt, obsecuti illi qui dixit: *Nisi abundaverit justitia vestra plus quam Phariseaeorum et Scribarum, non intrabitis in regnum coelorum* (7). Etenim Pharisaei mente obcaecati exteram poculi partem lavant. Sicut etiam nunc novi secundum eos Pharisaei exteriorem hominem nativa quadam sagacitate exornantes se ipsos iustificant, Spiritu sancto testimonium non perhibente spiritui eorum, ut sint filii Dei secundum Apostolum dicentem: *Ipse enim Spiritus testimonium reddit spiritui nostro quod sumus filii Dei* (8), neque volentes cognoscere interioris hominis augmentum quod est in sanctificatione, sed abundantes tantum in carnis operibus, ignorantes, *omnem gloriam filiae regis ab intus* (9). C Quisque enim nostrum, ut ita dicam, ficus illa intellectualis esse videtur, cuius internum fructum Dominus quaerit, et non propositam foliis formam. Is igitur, qui causam dicit passionum ignominiae ut naturalium, et non ut **202** accidentium, commutavit veritatem Dei in proprium mendacium. Ut enim supra dixi, immaculatus et purus etiam imaginem suam similem paravit sui, invidia autem diaboli mors in mundum intravit. Postquam igitur genus humanum in iniquitatibus conceptum et in peccatis genitum abalienatum est ab utero, et a ventre in errorem inductum, regnante peccato ab Adam usque ad adventum Christi, venit propitians agnus Dei, ut tolleret peccatum mundi propria sua poten- D tia, postquam fortem vinxit, ita ereptis captivis vasis eius, sicut dictum est: *Captivam fecit captivitatem;* et iterum: *Cepit captivitatem* (10). Nimirum curare debemus, ut revocemur a captivitate et portemus imaginem coelestis, sicut portavimus imaginem terreni (11), et exhibeamus membra nostra, servire

VARIAE LECTIONES.

[1]) *ἐχόντων* coniectura addidimus. — [2]) Ex coni., cod. κι..ηθὲν. Num una an duae literae exciderint, certo dici nequit.

NOTAE.

(1) Deut. V, 11.
(2) II Cor. VII, 1.
(3) Hebr. X, 22.
(4) I Thess. V, 23.
(5) Phil. II, 15.
(6) Psalm. CXVIII, 5 6.
(7) Matth. V, 20.
(8) Rom. VIII, 16.
(9) Psalm. XLIV, 14
(10) Psalm. LXVII, 18. Eph. IV, 8.
(11) I Cor. XV, 49.

Digitized by Google

justitiae et sanctificationi, sicut exhibuimus peccato (1). Credamus debere nos in luce ambulantes sine offensa videre mirabilia Dei secundum eum qui ait : *Revela oculos meos et considerabo mirabilia tua de lege tua* (2). Nam ut, quod ad sensus pertinet, is, qui in luce ambulat, non offendit, sic, quod ad spiritum attinet, is, qui in perfecta sanctificatione versatur, non concupiscit mala, non cogitat prava. Nulla enim est societas luci ad tenebras (3), neque consensus templo Dei cum idolis (4). Itaque tanquam templum Dei considera teipsum, effugiens spiritualium idolorum in corde effigiem. Omnis enim affectus operans in anima idolum est. Unde bene dictum: *a quo quis superatus est, huius et servus est* (5). Sin carnis voluptatibus servi facti sumus, manifestum est, sancti et innocentis spiritus servos nos factos non esse. Nemo enim potest duobus dominis servire : *Non potestis*, inquit, *Deo servire et mammonae* (6). Templum enim **203** Dei sanctum est, *non habens maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi* (7). Quare Spiritus sanctus fugiet dolum et recedet a cogitationibus insipientibus, neque in fraudulentam animam intrabit disciplina. Credentes igitur, omnem nostram legem digito Dei in corde scribi, non atramento, sed Spiritu divino, suscipiamus veritatem legislatoris dicentis : *Ego sum veritas* (8), eius, qui et cordis circumcisionem operatur, et inscribit in mentibus dignorum bonitatis suae legem, sicut in propheta ait : *Dabo legem meam in cordibus eorum, et in visceribus eorum scribam eam* (9). Illico itaque, quibuscunque curae est in *genus electum*, in *regale sacerdotium*, in *gentem sanctam*, in *populum acceptabilem* (10) pervenire, facile recipiunt in se vivificantis Spiritus operationem. Quapropter admonemini ad orandum, ut digni habeamur, qui quamvis breviter intelligamus simplicem conversationis in Christo rectitudinem. Talis enim anima, quae deposuit vultus confusionem, nec iam regnatur turpitudine cogitationum, nec adulteratur a maligno, cum solo manifeste coelesti sponso societatem iniit, utpote ipsa simplex. Vulnerata enim amore erga eum, desiderio moritur, ut audacter loquar, pulcherrimae illius intellectualis et mysticae communionis cum eo secundum incorruptibilem aptitudinem in sanctificatione conditae societatis. Beata revera et felix talis anima, quae victa spiritali amore, digne desponsata est Deo Verbo. Dicat ergo ipsa, dicat : *Exultabit anima mea in Domino, qui in-*

σίας, καὶ φορέσαι τὴν εἰκόνα τοῦ ἐπουρανίου, καθὼς ἐφορέσαμεν τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, καὶ παραστῆσαι τὰ μέλη ἡμῶν δοῦλα τῇ δικαιοσύνῃ καὶ τῷ ἁγιασμῷ, καθὼς παρεστήσαμεν τῇ ἁμαρτίᾳ. πιστεύωμεν [1]), ὅτι χρὴ ἡμᾶς ἐν τῷ φωτὶ περιπατοῦντας ἀπροσκόπως ὁρᾶν τὰ τοῦ Θεοῦ θαυμάσια, κατὰ τὸν φήσαντα· *ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσιά σου ἐκ τοῦ νόμου σου.* ὡς γὰρ κατὰ τὸ αἰσθητὸν ὁ ἐν τῷ φωτὶ περιπατῶν οὐ προσκόπτει, οὕτως κατὰ τὸ νοητὸν ὁ ἐν τῷ τελείῳ ἁγιασμῷ ὑπάρχων οὐκ ἐνθυμεῖται πονηρά, οὐ λογίζεται ψεῦδα· οὐδεμία [2]) γὰρ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος, οὐδὲ συγκατάθεσις ναοῦ μετὰ εἰδώλων. ὡς οὖν ναὸς Θεοῦ ἐπίγνωθι σεαυτόν, ἀποδιδράσκων τὴν ἐν καρδίᾳ τῶν νοητῶν εἰδώλων ἀποτύπωσιν· πᾶν γὰρ πάθος ἐνεργοῦν ψυχῇ εἴδωλόν ἐστιν· ὅθεν καλῶς εἴρηται· *ᾧ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται.* εἰ δὲ τοῖς τῆς σαρκὸς πάθεσι δεδουλώμεθα, δηλονότι [3]) τῷ ἁγίῳ καὶ ἀπαθεῖ πνεύματι οὐ δεδουλώμεθα· οὐ γὰρ δύναταί τις δυσὶ κυρίοις δουλεύειν· *οὐ δύνασθε*, φησί, *Θεῷ δουλεύειν καὶ μαμμωνᾷ.* ὁ γὰρ ναὸς τοῦ Θεοῦ ἅγιός ἐστι, *μὴ ἔχων σπῖλον ἢ ῥυτίδα, ἤ τι τῶν τοιούτων.* διότι ἅγιον πνεῦμα φεύξεται δόλον, καὶ ἀπαναστήσεται ἀπὸ λογισμῶν ἀσυνέτων, καὶ εἰς κακότεχνον ψυχὴν οὐκ εἰσελεύσεται παιδεία. πιστεύσαντες οὖν, ὅτι πᾶς ὁ ἡμῶν νόμος δακτύλῳ Θεοῦ ἐν καρδίᾳ γράφεται, οὐ μέλανι, ἀλλὰ πνεύματι θείῳ, δεξώμεθα τὴν ἀλήθειαν τοῦ νομοθέτου εἰπόντος· *ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια* τοῦ καὶ τὴν τῆς καρδίας περιτομὴν ποιουμένου, καὶ ἐπιγράφοντος ἐπὶ τὰς διανοίας τῶν ἀξίων τὸν τῆς χρηστότητος αὐτοῦ νόμον· ὥς φησιν ἐν τῷ προφήτῃ· *διδοὺς* [*δώσω* [4]] *νόμους μου* [5]) *εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὰς διανοίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς.* αὐτίκα γοῦν ὅσοις φροντίς ἐστιν εἰς *γένος ἐκλεκτὸν* φθάσαι, εἰς *βασίλειον ἱεράτευμα*, εἰς *ἔθνος ἅγιον*, εἰς *λαὸν περιούσιον*, ῥᾳδίως δέχονται ἐν ἑαυτοῖς τὴν τοῦ ζωοποιοῦ πνεύματος ἐνέργειαν. διόπερ παρακληθητε εὔχεσθαι [6]), ὅπως καταξιωθῶμεν κἂν γοῦν βραχέως συνεῖναι τὴν μονότροπον ἐν Χριστῷ πολιτείας εὐθύτητα. ἡ γὰρ τοιαύτη ψυχὴ ἀποθεμένη τὴν τοῦ προσώπου αἰσχύνην, καὶ μηκέτι κατακυριευομένη ὑπὸ τῆς αἰσχρότητος τῶν λογισμῶν, καὶ μοιχευομένη ὑπὸ τοῦ πονηροῦ, μόνου δηλαδὴ τοῦ ἐπουρανίου νυμφίου κοινωνεῖ, ὡς αὐτὴ [7]) μονότροπος· τετρωμένη γὰρ τῇ εἰς αὐτὸν ἀγάπῃ ἐπιποθεῖ καὶ ἐκλείπει, ἵνα τολμήσας εἴπω, τὴν πρὸς αὐτὸν ὡς ὡραίαν νοητὴν καὶ μυστικὴν συνουσίαν κατὰ τὴν ἄφθαρτον συνάφειαν τῆς ἐν ἁγιασμῷ κοινωνίας. μακαρία ὡς ἀληθῶς καὶ

VARIAE LECTIONES.

[1]) Cod. πιστεσομεν. Primum librarius scripsisse videtur πιστεύομεν, deinde autem litera υ supra adscripta correxisse aut πιστεύσομεν, υ in σ, aut πιστεύωμεν, υο in ω (ῡο) emendans. — [2]) Ex coni., cod. οὐδεὶς. — [3]) Em., cod. δῆλον ὅτι. — [4]) δώσω om. cod., addidi ex Jerem. XXXI, 33. — [5]) μου supra adscr. alia m. — [6]) cod. εὔχεσθαι, ε supra adscr. cad. m. — [7]) Coni., cod. αὖτε vel οὖτε.

NOTAE.

(1) Cf. Rom. VI, 19.
(2) Psalm. CXVIII, 18.
(3) II Cor. VI, 14.
(4) II Cor. VI, 16.
(5) II Petr. II, 19.
(6) Matth. VI, 24.
(7) Eph. V, 27.
(8) Joh. XIV, 6.
(9) Jerem. XXXI, 33.
(10) I Pet. II, 9. Tit. II, 14.

Digitized by Google

VI. Hoc igitur tempore ille, qui formavit corpus et animam, ipse prodit et dissolvit omne institutum mali dæmonis, ac opera ejus in cogitationibus constructa; et renovat atque format imaginem cœlestem, et condit novam animam, ut Adam denuo fiat rex mortis et dominus creaturarum. Et in umbra quidem legis Moses appellabatur servator Israel : eduxit enim eos ex Ægypto. Sic quoque nunc verus Redemptor Christus penetrat occulta animæ, eamque ejicit ex tenebrosa Ægypto, gravissimo jugo et dura servitute. Præcipit igitur nobis, ut egrediamur e mundo, et paupertatem suscipiamus, relictis omnibus quæ videmus, nec habeamus curam terrenam, sed nocte dieque ad januam stemus, et exspectemus quando Dominus aperiat clausa corda, et effundat in nos donum Spiritus sancti.

VII. Jussit, ergo, ut relictis auro, argento, et

[6] Luc. xv, 8.

Δ'. Καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ χήρα ἡ ἀπολέσασα τὴν δραχμὴν, πρῶτον ἧψε τὸν λύχνον, εἶτα ἐκόσμησε τὸν οἶκον, καὶ οὕτω κοσμηθέντος τοῦ οἴκου, καὶ τοῦ λύχνου ἀφθέντος, εὑρέθη ἡ δραχμὴ ἐν τῇ κόπρῳ, καὶ ἐν τῇ ἀκαθαρσίᾳ, καὶ τῇ γῇ κεχωσμένη. Καὶ νῦν ἡ ψυχὴ οὐ δύναται ἀφ' ἑαυτῆς εὑρεῖν τοὺς ἰδίους διαλογισμοὺς αὐτῆς καὶ χωρίσαι, ἀλλ' ὅταν ἀφθῇ ὁ λύχνος ὁ θεῖκὸς, ἅπτει εἰς τὸν ἐσκοτισμένον οἶκον, καὶ τότε βλέπει τοὺς λογισμοὺς αὐτῆς, πῶς εἰσι κεχωσμένοι εἰς τὴν ἀκαθαρσίαν καὶ τὸν βόρβορον τῆς ἁμαρτίας· ἀνατέλλει ὁ ἥλιος, καὶ τότε βλέπει ἡ ψυχὴ τὴν ἀπώλειαν αὐτῆς, καὶ ἄρχεται ἀνακαλεῖσθαι τοὺς ἐν τῇ κόπρῳ καὶ ῥυπαρίᾳ ἀναμεμιγμένους λογισμούς. Ἀπώλεσε γὰρ τὴν εἰκόνα αὐτῆς ἡ ψυχὴ παραβᾶσα τὴν ἐντολήν.

Ε'. Ὥσπερ ἐὰν ᾖ τις βασιλεὺς, καὶ ἔχῃ ὕπαρξιν καὶ διακόνους ὑφ' ἑαυτὸν τοὺς ὑπηρετοῦντας αὐτῷ· συμβῇ δὲ τοῦτον ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν παραληφθῆναι, καὶ αἰχμαλωτισθῆναι, τούτου παραληφθέντος καὶ ἐξορισθέντος, ἀνάγκη καὶ τοὺς διακόνους αὐτοῦ καὶ ὑπηρέτας ὀπίσω αὐτοῦ ἀκολουθεῖν· οὕτω καὶ ὁ Ἀδὰμ ἐκτίσθη καθαρὸς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ εἰς διακονίαν αὐτοῦ, καὶ ταῦτα τὰ κτίσματα εἰς ὑπηρεσίαν αὐτῷ ἐδόθη· Κύριος γὰρ καὶ βασιλεὺς κατεστάθη πάντων τῶν κτισμάτων· ἀλλ' ἐξ οὗ ὁ λόγος ὁ πονηρὸς προσῆλθεν αὐτῷ, καὶ προσωμίλησεν, αὐτὸς πρότερον διὰ τῆς ἔξωθεν ἀκοῆς ὑπεδέξατο αὐτὸν, εἶτα διῆλθεν αὐτοῦ διὰ τῆς καρδίας, καὶ κατέσχεν αὐτοῦ πᾶσαν τὴν ὑπόστασιν· καὶ οὕτω λοιπὸν αὐτοῦ παραληφθέντος, συμπαρελήφθη καὶ ἡ διακονοῦσα καὶ ὑπηρετοῦσα αὐτῷ κτίσις. Δι' αὐτοῦ γὰρ ἐπὶ πᾶσαν ψυχὴν ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος, καὶ πᾶσαν εἰκόνα τοῦ Ἀδὰμ ἠφάνισεν ἐκ τῆς ἐκείνου παρακοῆς, ὥστε τραπῆναι τοὺς ἀνθρώπους, καὶ ἐλθεῖν εἰς προσκύνησιν δαιμόνων. Ἰδοὺ γὰρ οἱ καρποὶ τῆς γῆς οἱ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κτισθέντες καλῶς, προσφέρονται τοῖς δαίμοσιν. Ἄρτον καὶ οἶνον, καὶ ἔλαιον ἐν τοῖς βωμοῖς αὐτῶν, καὶ ζῶα ἐπιτιθέασιν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, καὶ τὰς θυγατέρας ἔθυσαν τοῖς δαιμονίοις.

Ϛ'. Νῦν οὖν αὐτὸς ὁ πλάσας τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν, αὐτὸς ἔρχεται καὶ διαλύει πᾶσαν τὴν ἀναστροφὴν τοῦ πονηροῦ, καὶ τὰ ἔργα αὐτοῦ τὰ ἐπιτελούμενα ἐν τοῖς λογισμοῖς, καὶ ἀνακαινίζει καὶ μορφοῖ εἰκόνα ἐπουράνιον, καὶ ποιεῖ καινὴν ψυχὴν, ἵνα γένηται πάλιν βασιλεὺς ὁ Ἀδὰμ τοῦ θανάτου, καὶ Κύριος τῶν κτισμάτων. Καὶ ἐν τῇ σκιᾷ δὲ τοῦ νόμου Μωϋσῆς Σωτὴρ ἐπεκαλεῖτο τοῦ Ἰσραήλ· ἐξέβαλε γὰρ αὐτοὺς ἐκ τῆς Αἰγύπτου. Οὕτω καὶ νῦν ὁ ἀληθινὸς λυτρωτὴς Χριστὸς διέρχεται εἰς τὰ κρύφια τῆς ψυχῆς, καὶ ἐκβάλλει ἐκ τῆς σκοτεινῆς Αἰγύπτου, τοῦ βαρυτάτου ζυγοῦ, καὶ τῆς πικρᾶς δουλείας. Ἐντέλλεται οὖν ἡμῖν, ὥστε ἐξελθεῖν ἐκ τοῦ κόσμου, καὶ πτωχεῦσαι ἀπὸ πάντων τῶν φαινομένων, καὶ μὴ ἔχειν μέριμναν γῆϊνην, ἀλλὰ νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἑστηκέναι εἰς τὴν θύραν, καὶ ἀπεκδέχεσθαι πότε ὁ Κύριος ἀνοίξει τὰς συγκεκλεισμένας καρδίας, καὶ ἐπιχεεῖ ἡμῖν τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Ζ'. Εἶπεν οὖν ἀφιέναι χρυσὸν, ἄργυρον, συγγέ-

Digitized by Google

νειαν, πωλῆσαι τὰ ὑπάρχοντα, καὶ διαδοῦναι πτωχοῖς, καὶ θησαυρίζειν αὐτὰ, καὶ ζητεῖν εἰς τοὺς οὐρανούς· *Ὅπου γὰρ ὁ θησαυρός σου, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία σου.* Ἤδει γὰρ ὁ Κύριος, ὅτι ἐντεῦθεν ὁ Σατανᾶς κατισχίει τῶν λογισμῶν, τοῦ καταφέρειν αὐτοὺς εἰς τὴν φροντίδα τῶν ὑλικῶν καὶ γηΐνων πραγμάτων. Διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς προνοούμενος τῆς ψυχῆς σου, εἶπεν ἀποτάξασθαι πᾶσιν, ἵνα καὶ ἄκων ἐπιζητήσῃς τὸν οὐράνιον πλοῦτον, καὶ ἔχῃς τὴν καρδίαν σου πρὸς τὸν Θεόν. Ἐὰν γὰρ καὶ θελήσῃς ἐπιστραφῆναι πρὸς τὰ κτίσματα, οὐδὲν εὑρίσκεις τῶν φαινομένων κεκτημένος. Θέλεις, οὐ θέλεις, ὅπου ταῦτα ἐθησαύρισας καὶ ἀπέθου, ἀναγκάζει πέμψαι τὸν νοῦν σου πρὸς τὸν οὐράνιον· *Ὅπου γὰρ ὁ θησαυρός σου, ἐκεῖ ἔσται καὶ ἡ καρδία σου.*

Η'. Καὶ γὰρ ἐν τῷ νόμῳ ἐκέλευσεν ὁ Θεὸς τῷ Μωϋσεῖ, ἵνα ποιήσῃ ὄφιν χαλκοῦν, καὶ τοῦτον ὑψώσῃ, καὶ προσπήξῃ εἰς τὸ ἀκρότατον τοῦ ξύλου· καὶ ὅσοι ὑπὸ τῶν ὄφεων ἐπλήσσοντο, προσέχοντες τῷ ὄφει τῷ χαλκῷ, ἰάσεως ἐτύγχανον. Τοῦτο οἰκονομικῶς ἐγίνετο, ἵνα οἱ κατεχόμενοι εἰς τὰς γηΐνας μερίμνας, καὶ εἰς τὰς εἰδωλολατρείας, καὶ εἰς τὰς ἡδονὰς τοῦ Σατανᾶ, καὶ εἰς πᾶσαν ἀσέβειαν, διὰ τούτου τοῦ τρόπου μερικῶς πως ἀνακύψωσιν ἐπὶ τὰ ἄνω, καὶ ἀναψύξαντες ἀπὸ τῶν κάτω προσέχωσιν ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ, καὶ πάλιν ἀπ' ἐκείνων προκόψωσιν εἰς τὸ ὑψηλότατον· καὶ οὕτως κατὰ μικρὸν προκόπτοντες εἰς τὸ ὑψηλότερον καὶ ἀνώτερον γένος ἐπιγινώσκωσιν, ὅτι ἐστὶν ὕψιστος παρὰ πᾶσαν τὴν κτίσιν. Οὕτω καὶ σὲ ἐκέλευσε πτωχὸν γενέσθαι, καὶ πάντα πωλήσαντα δοῦναι πτωχοῖς, ἵνα λοιπὸν κἂν θελήσῃς κάτω ῥέψαι ἐπὶ τῆς γῆς, μὴ δυνηθῇς. Ἐρευνήσας γὰρ ἐν τῇ καρδίᾳ σου ἄρχου μετὰ τῶν λογισμῶν σου διαλέγεσθαι, *Παρ' ὃ ἐπὶ τῆς γῆς οὐδὲν ἔχομεν, ἄγωμεν πρὸς τὸν οὐρανὸν, ὅπου ἔχομεν τὸν θησαυρὸν, ὅπου ἐπραγματευσάμεθα.* Ἄρχεται ὁ νοῦς σου ἀνανεύειν πρὸς τὸ ὕψος, καὶ ἐπιζητεῖν τὰ ἀνώτερα, καὶ προκόπτειν ἐν τούτῳ.

Θ'. Τί δέ ἐστιν ὁ νεκρὸς ὄφις, ὁ προσπεπηγμένος εἰς τὸ ἀκρότατον τοῦ ξύλου, ἰᾶτο τοὺς πεπληγμένους; ὁ νεκρὸς ὄφις τοὺς ζῶντας ἐνίκα, ὥστε τύπος ἐστὶ τοῦ σώματος τοῦ Κυρίου. Τὸ σῶμα γὰρ ὃ ἔλαβεν ἐκ τῆς Μαρίας, ἀνήνεγκεν αὐτὸ ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, καὶ ἐκρέμασε, καὶ προσέπηξεν ἐπὶ τοῦ ξύλου, καὶ τὸν ἐν τῇ καρδίᾳ ὄφιν ζῶντα καὶ ἕρποντα νεκρὸν σῶμα ἐνίκησε καὶ ἀπέκτεινεν. Ὧδε θαῦμα μέγιστον, πῶς ὁ νεκρὸς ὄφις τὸν ζῶντα ἀπέκτεινεν; ἀλλ' ὃν τρόπον ἐποίησε Μωϋσῆς καινὸν ἔργον, ὁμοίωμα τοῦ ζῶντος ὄφεως ποιήσας· οὕτω καὶ ὁ Κύριος καινὸν ἔργον ἐκ τῆς Μαρίας ἐποίησε, καὶ τοῦτο ἐνεδύσατο ἀλλ' οὐκ ἤνεγκε τὸ σῶμα ἐξ οὐρανοῦ· τὸ Πνεῦμα τὸ οὐράνιον ἐν τῷ Ἀδὰμ εἰσελθὸν εἰργάσατο, καὶ τοῦτον συνεκέρασε τῇ θεότητι καὶ ἐνεδύσατο, ἀνθρωπίνην σάρκα, καὶ ἐμόρφωσεν ἐν τῇ μήτρᾳ. Ὥσπερ οὖν ὄφις χαλκοῦς ἕως τοῦ Μωϋσέως οὐκ ἐκελεύθη ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἐν κόσμῳ γενέσθαι· οὕτω δὴ σῶμα καινὸν καὶ ἀναμάρτητον, ἕως τοῦ Κυρίου οὐκ ἐφάνη ἐν τῷ κόσμῳ. Παραβάντος γὰρ

A cognatis, vendamus bona nostra, et distribuamus pauperibus [7], et colligamus ea in thesaurum, quæramusque in cœlis : *Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum* [8]. Novit enim Dominus, quod inde Satanas roboret se adversum cogitationes, ut traducat eas in sollicitudinem rerum mundanarum et terrenarum. Propterea Deus, qui curam gerit animæ tuæ, jussit renuntiare omnibus, ut vel invitus quæras cœlestes divitias, et habeas cor tuum apud Deum. Quamvis enim volueris reverti ad res creatas, nihil tamen eorum, quæ videntur, te possidere deprehendes : velis, nolisve, cogeris mittere mentem ad cœlestem thesaurum, ubi ea collegisti et deposuisti : *Ubi enim est thesaurus tuus, ibi est et cor tuum* [9].

B VIII. Sic etiam in lege præcepit Deus Mosi, ut faceret serpentem æneum, et illum exaltaret ac affigeret ad summitatem ligni [10] : et quicunque a serpentibus percutiebantur, intuentes in æneum serpentem, medelam consequebantur. Hocque non absque dispensatione fiebat, ut qui terrenis curis ac idololatria, atque voluptatibus Satanæ, omnique impietate districti essent, hoc saltem modo aliquatenus respicerent superiora, et ab inferioribus respirantes ad sublimia attenderent, et rursus ab illis proficerent ad altissimum : et ita paulatim progredientes ad sublimiorem et superiorem progeniem, cognoscerent esse quemdam altissimum supra omnem creaturam. Sic quoque te jussit Deus C pauperem fieri, et omnia vendentem pauperibus largiri, ut postea, si velis denuo repere super terram, non possis. Scrutans ergo in corde tuo, incipe cum cogitationibus tuis disputare : *Cum nihil in terris possideamus, transeamus* 41 *ad cœlum, ubi habemus thesaurum, et ubi negotiati sumus.* Incipit mens tua ad sublimia emergere, et superiora indagare et in eo proficere.

IX. Verum quid innuit serpens ille mortuus, qui sublimitati ligni affixus, sanabat percussos? Serpens ille mortuus vivos superabat, ut typus sit corporis Domini. Corpus enim quod assumpsit ex Maria, exaltavit in cruce, suspendit et affixit ligno : et ita serpentem in corde viventem et repentem corpus mortuum vicit et occidit. Hic miraculum magnum! D quomodo serpens mortuus occiderit vivum! At quemadmodum fecit Moses novum opus, cum similitudinem vivi serpentis effingeret : sic quoque Dominus novum opus ex Maria condidit, et hoc induit, non autem attulit corpus ex cœlo. Spiritum cœlestem, qui Adamum ingrediebatur, creavit, et hunc permiscuit divinitati, et induit carnem humanam, eamque formavit in utero. Sicut ergo serpentem æneum usque ad Mosen non jussit Dominus in mundo fieri : ita corpus novum et peccati expers usque ad Dominum non apparuit in mundo. Postquam enim primus Adam mandatum Dei transgressus est, regnavit mors in universos ejus filios : su-

[7] Matth. xix, 20. [8] Matth. vi, 21.

Digitized by Google

peravit ergo corpus mortuum serpentem vivum.

X. Et hoc miraculum Judæis quidem offendiculum, Græcis autem stultitia est. Quid enim Apostolus ait : *Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem offendiculum, Græcis vero stultitiam, nobis vero, qui servamur, Christum Dei potentiam ac Dei sapientiam*[11]. In corpore enim mortuo vita est : hic redemptio, hic lumen ; hic accedit ad mortem, et disputat cum ea Dominus, ac mandat, ut ejiciat ex inferno et morte animas, ac reddat eas sibi. Ecce hæc hisce perculsa, adit ministros suos, congregatque omnes potestates ac principes malitiæ, adducit chirographa, et dicit : « Ecce hi obedierunt verbo meo ! ecce quomodo adorarunt nos mortales ! Deus autem, qui est justus judex, illic ostendit justitiam suam, ac dicit ad eam : Paruit tibi Adam et obtinuisti inde omne cor ejus. Obtemperavit tibi humanitas, meum corpus autem quid facit hic ? Hoc peccati est expers. Corpus illud primi Adæ obligatum tibi est, et jure ob id ejus chirographa obtines : mihi autem omnes perhibent testimonium, quod non peccaverim, nihil tibi debeo, et quod sim Filius Dei universi mihi attestantur. Desuper enim ex cœlis in terram veniens vox testimonium tulit : *Hic est Filius meus dilectus, ipsum audite*[12]. Joannes testatur : *Ecce, Agnus Dei, qui tollit peccata mundi*[13]. Et iterum Scriptura : *Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in eo*[14]. Et : *Venit princeps hujus mundi, et in me non habet quidquam*[15]. Quinimo tu ipse, Satana, de me testaris dicens : *Novi te quod sis Filius Dei*[16]. Et iterum : *Quid rei nobis tecum est, Jesu Nazarene ? venisti huc ad cruciandum nos ante tempus*[17], Tres ergo mihi testimonium perhibent, qui desuper e cœlis vocem emittit, et qui sunt in terra, et tu ipse. Redimo igitur corpus tibi venditum a primo Ada : dissolvo tua chirographa : ego enim satisfeci pro debitis Adæ, dum crucifixus sum, et in infernum descendi. Et mando tibi, inferne, tenebræ et mors, emitte inclusas animas Adæ. » Sicque tandem improbæ potestates, metu perculsæ, restituunt inclusum Adam.

A τὴν ἐντολὴν τοῦ πρώτου Ἀδὰμ, ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἐπὶ ὅλα τὰ τέκνα αὐτοῦ· ἐνίκησεν οὖν νεκρὸν σῶμα τὸν ζῶντα ὄφιν.

Ι'. Καὶ τοῦτο θαυμάσιον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρία. Τί δὲ λέγει ὁ Ἀπόστολος· *Ἡμεῖς δὲ κηρύσσομεν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν, ἡμῖν δὲ τοῖς σωζομένοις Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν, καὶ Θεοῦ σοφίαν.* Ἐν γὰρ τῷ νεκρῷ σώματι ἡ ζωή· ὧδε ἡ ἀπολύτρωσις, ὧδε τὸ φῶς, ὧδε ἔρχεται πρὸς τὸν θάνατον, καὶ διαλέγεται αὐτῷ ὁ Κύριος, καὶ προστάσσει τοῦ ἐκβαλεῖν ἐκ τοῦ Ἅδου καὶ τοῦ θανάτου τὰς ψυχὰς, καὶ ἀποδοῦναι αὐτῷ. Ἰδοὺ οὖν οὗτος πρὸς ταῦτα ταρασσόμενος εἰσέρχεται πρὸς τοὺς διακόνους αὐτοῦ, καὶ B συνάγει πάσας τὰς δυνάμεις, καὶ προσφέρει ὁ ἄρχων τῆς πονηρίας τὰ χειρόγραφα, καὶ λέγει· « Ἴδε οὗτοι ὑπήκουσαν τῷ λόγῳ μου, ἴδε ὅπου προσεκύνησαν ἡμῖν οἱ ἄνθρωποι. Ὁ δὲ Θεὸς, δικαιοκρίτης ὢν, κἀκεῖ δείκνυσι τὸ δίκαιον αὐτοῦ καὶ λέγει αὐτῷ ; Ὑπήκουσέ σοι ὁ Ἀδὰμ, καὶ κατέσχές αὐτοῦ πάσας τὰς καρδίας· ὑπήκουσέ σοι ἡ ἀνθρωπότης, τὸ ἐμὸν σῶμα τί ποιεῖ ὧδε. Τοῦτο ἀναμάρτητόν ἐστιν· ἐκεῖνο τὸ σῶμα τοῦ πρώτου Ἀδὰμ ἐχρεώστησέ σοι, καὶ δικαίως αὐτοῦ κατέχεις τὰ χειρόγραφα· ἐμοὶ δὲ πάντες μαρτυροῦσιν, ὅτι οὐχ ἥμαρτον· οὐ χρεωστῶ σοι οὐδέν· καὶ ὅτι Υἱός εἰμι τοῦ Θεοῦ, πάντες μοι μαρτυροῦσιν. Ἐπάνω γὰρ τῶν οὐρανῶν ἐμαρτύρησε φωνὴ ἐλθοῦσα ἐπὶ τῆς γῆς, *Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητός· αὐτοῦ ἀκούετε. Ἰωάννης μαρτυρεῖ, Ἴδε ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου·* καὶ πάλιν ἡ Γραφὴ, *Ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν αὐτῷ·* καὶ ὅτι, *Ἔρχεται ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, καὶ ἐν ἐμοὶ εὑρήσει οὐδέν.* Καὶ σὺ δὲ αὐτὸς, Σατανᾶς, μαρτυρεῖς μοι λέγων, *Οἶδά σε τίς εἶ, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ·* καὶ πάλιν, *Τί ἡμῖν καὶ σοὶ Ἰησοῦ Ναζαρηνέ ; ἦλθες πρὸ καιροῦ βασανίσαι ἡμᾶς.* Τρεῖς μοι μαρτυροῦσιν, ὁ ἐπάνω τῶν οὐρανῶν φωνὴν ἀφίησιν, οἱ ἐπὶ γῆς, καὶ σὺ αὐτός. Ἐξαγοράζω οὖν τὸ σῶμα τὸ πραθέν σοι διὰ τοῦ πρώτου Ἀδὰμ, παραλύω σου τὰ χειρόγραφα. Ἐγὼ γὰρ ἀπέδωκα τὰ χρέα τοῦ Ἀδὰμ σταυρωθεὶς καὶ κατελθὼν ἐν τῷ ᾅδῃ· καὶ κελεύω σοι, ᾅδη καὶ σκότος, καὶ θάνατε, ἐκβαλε τὰς ἐγκεκλεισμένας ψυχὰς τοῦ Ἀδάμ. » Καὶ οὕτω λοιπὸν αἱ πονηραὶ δυνάμεις τρομάξασαι ἀποδιδοῦσι τὸν ἐγκεκλεισμένον Ἀδάμ.

42 XI. Verum si audieris, quod illo tempore liberarit animas ex inferno et tenebris, et quod ad inferos descenderit Dominus, et perfecerit opus præclarum, ne longe ab anima tua hæc negotia abesse existimes. Homo siquidem facile capit et suscipit malum. Detinet enim mors animam Adæ, et in tenebris sunt inclusæ cogitationes animæ. Et cum audieris de monumentis, ne de rebus sub aspectum cadentibus tandem cogites : monumentum enim et sepulcrum cor tuum est. Cum enim princeps nequitiæ, et angeli ejus illic nidum composuerint,

D ΙΑ'. Ἀλλ' ὅταν ἀκούσῃς, ὅτι ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐῤῥύσατο τὰς ψυχὰς ἐκ τοῦ ᾅδου, καὶ τοῦ σκότους, καὶ ὅτι κατῆλθεν εἰς τὸν ᾅδην ὁ Κύριος, καὶ ἐποίησεν ἔνδοξον ἔργον, μὴ μακρὰν ἀπὸ τῆς ψυχῆς σου τὰ πράγματα ταῦτα εἶναι νομίσῃς. Ὁ γὰρ ἄνθρωπός ἐστι χωρητικὸς καὶ δεκτικὸς τοῦ πονηροῦ· κατέχει γὰρ ὁ θάνατος τὰς ψυχὰς τοῦ Ἀδὰμ, καὶ ἐντὸς τοῦ σκότους εἰσὶν οἱ λογισμοὶ τῆς ψυχῆς ἐγκεκλεισμένοι. Καὶ ὅταν ἀκούσῃς περὶ μνημείων, μὴ τὰ φαινόμενα λογίσῃ μόνον· μνημεῖον γὰρ καὶ τάφος ἡ καρδία σου ἐστίν. Ὅταν γὰρ ὁ ἄρχων τῆς κακίας,

[9] Matth. VI, 21. [10] Num. XXI, 8. [11] I Cor. I, 23, 24. [12] Matth. III, 16 ; XVII, 5. [13] Joan. I, 29. [14] Isa. IV, 9. [15] Joan. XVI, 30. [16] Marc. III, 11. [17] Matth. VIII, 20.

Digitized by Google

καὶ οἱ ἄγγελοι αὐτοῦ ἐκεῖ ἐμφωλεύωσι, καὶ ὅταν τὰς τρίβους καὶ τὰς διόδους ἐκεῖ ποιῶνται, ὅπου ἐμπεριπατοῦσιν αἱ δυνάμεις τοῦ Σατανᾶ εἰς τὸν νοῦν σου, καὶ εἰς τοὺς λογισμούς σου, οὐχὶ ᾅδης, καὶ τάφος, καὶ μνημεῖον, καὶ νεκρὸς εἶ τῷ Θεῷ; ἐκεῖ γὰρ ὁ Σατανᾶς ἀργύριον ἀδόκιμον ἐχάραξεν. Ἐν τῇ ψυχῇ ταύτῃ ἔσπειρε σπέρματα πικρίας· ἐζύμωσε ζύμῃ παλαιᾷ· βρύει ἐκεῖ πηγὴ βορβόρου. Ἔρχεται οὖν ὁ Κύριος εἰς τὰς ἐπιζητούσας αὐτὸν ψυχὰς, εἰς τὸ βάθος τοῦ ᾅδου τῆς καρδίας, κἀκεῖ προστάσσει τῷ θανάτῳ λέγων, *Ἔκβαλε τὰς ἐγκεκλεισμένας ψυχὰς, τὰς ἐμὲ ἐπιζητούσας, ἃς κατέχεις βιαίως.* Διαῤῥήσσει οὖν τοὺς βαρεῖς λίθους ἐπικειμένους τῇ ψυχῇ, ἀνοίγει τὰ μνημεῖα, ἀνιστᾷ τὸν ἀληθινὸν νεκρὸν, ἐκβάλλει ἐκ τῆς σκοτεινῆς φυλακῆς τὴν ἐγκεκλεισμένην ψυχήν.

illicque vias et itinera confecerint, quibus inambulent potestates Satanæ in mente tua, et cogitationibus tuis, nonne infernus, et sepulcrum, et monumentum, et mortuus Deo es? Illic enim Satanas argentum reprobum impressit : in anima hac seminavit semina amara, et fermentavit fermento veteri; scaturit illic fons luti. Descendit ergo Dominus in animas eum inquirentes, in profunditatem inferni cordis, illicque mandat morti, dicens : *Emitte animas inclusas me quærentes, quas vi detines.* Perrumpit igitur graves lapides impositos animæ, aperit monumenta, resuscitat vere mortuum et educit e carcere tenebroso animam inclusam.

ΙΒ'. Ὃν τρόπον ἐὰν ᾖ ἄνθρωπος δεδεμένος χεῖρας καὶ πόδας ἀλύσεσι, καὶ ἔλθῃ τις ὁ διαλύων αὐτοῦ τὰ δεσμὰ, καὶ ἀφῇ αὐτὸν ἐλεύθερον περιπατεῖν ἐν ἀνεκτότητι· οὕτω τὴν δεδεμένην ψυχὴν ταῖς ἁλύσεσι τοῦ θανάτου λύει ὁ Κύριος ἀπὸ δεσμῶν, καὶ ἀφίησιν αὐτὴν, καὶ ἐλευθεροῖ τὸν νοῦν τοῦ ἀκόπως ἐν ἀναπαύσει περιπατεῖν εἰς τὸν θεῖκὸν ἀέρα. Ὥσπερ ἐὰν ᾖ ἄνθρωπος ἐν πλησμονῇ ποταμοῦ ἐν μέσῳ, καὶ καταβυθισθεὶς ἐν τῷ ὕδατι κεῖται νεκρὸς, πεπνιγμένος ἀναμέσον δεινῶν θηρίων· καὶ εἰ θελήσει ἄλλος ἄνθρωπος ἄπειρος τοῦ κολυμβᾶν, διασῶσαι τὸν ἐμπεσόντα, καὶ αὐτὸς συναπόλλυται καὶ πνίγεται. Λοιπὸν οὖν ὧδε ἐμπείρου κολυμβητοῦ, καὶ τεχνίτου χρεία, ἵνα εἰσελθὼν εἰς τὸ βάθος τοῦ κόλπου τοῦ ὕδατος ἐκεῖ καταδύσῃ καὶ ἀνενέγκῃ τὸν καταπεπονtισμένον καὶ ὄντα ἀναμέσον τῶν θηρίων· καὶ αὐτὸ δὲ τὸ ὕδωρ ὅταν ἴδῃ ἔμπειρον καὶ εἰδότα πλέειν, βοηθεῖ τούτῳ, καὶ ἀναφέρει αὐτὸν ἐπὶ τὰ ἀνώτερα μέρη. Οὕτως ἡ ψυχὴ εἰς ἄβυσσον σκότους, καὶ εἰς τὸ βάθος τοῦ θανάτου καταποντισθεῖσα πέπνικται, καὶ νεκρά ἐστιν ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀναμέσον θηρίων δεινῶν. Καὶ τίς δύναται εἰς τὰ ταμιεῖα ἐκεῖνα καὶ τὰ βάθη τοῦ ᾅδου καὶ τοῦ θανάτου κατελθεῖν, εἰ μὴ αὐτὸς ὁ τεχνίτης ὁ ἐργασάμενος τὸ σῶμα; Αὐτὸς ἔρχεται εἰς τὰ δύο μέρη, εἰς τὸ βάθος τοῦ ᾅδου, καὶ πάλιν εἰς τὸν βαθὺν κόλπον τῆς καρδίας, ὅπου κατέχεται ἡ ψυχὴ ὑπὸ τοῦ θανάτου σὺν τοῖς λογισμοῖς αὐτοῖς, καὶ ἀναφέρει ἐκ τοῦ σκοτεινοῦ βυθοῦ τὸν νενεκρωμένον Ἀδάμ. Καὶ αὐτὸς δὲ ὁ θάνατος, διὰ τῆς γυμνασίας εἰς βοήθειαν γίνεται αὐτοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ὥσπερ τὸ ὕδωρ τῷ κολυμβῶντι.

XII. Quemadmodum si homo sit vinctus catenis manibus pedibusque, et veniat aliquis qui vincula ipsius solvat, et dimittat eum, ut liber ambulet in propatulo : sic animam catenis mortis vinctam solvit Dominus a vinculis, et dimittit illam, ac liberat mentem, ut absque molestia et cum quiete ambulet in aerem divinum. Perinde ac si quis homo in pleno ac medio flumine demersus in aqua, jaceat mortuus, suffocatus in medio horrendorum et crudelium animalium : et si quis alius natandi ignarus velit hunc in aquam collapsum servare, ipse simul pereat et suffocetur; certe opus hic perito natandi artifice est, ut ingressus in profundum aquæ sinum, illic aquas subeat : et referat eum qui demersus in medio belluarum erat : ei ipsa aqua, si quando peritum artis natandi artificem nacta fuerit, ipsum adjuvat, et tollit in superficiem aquæ. Eodem modo anima in abyssum tenebrarum et profunditatem mortis demersa, suffocata, et mortua est a Deo in medio ferocium animalium. Et quis potest in pepetralia illa et profunda inferni et mortis descendere, nisi ipse opifex, qui condidit corpus? Ipse penetrat duas partes, profundum scilicet inferni, et profundum sinum cordis, ubi detinetur anima a morte cum omnibus suis cogitationibus, atque educit ex tenebrosa profunditate mortuum Adam. Ipsa quoque mors exercitationis gratia adjumento est ipsi homini, veluti aqua natanti.

ΙΓ'. Τί γὰρ δυσχερές ἐστι τῷ Θεῷ εἰσελθεῖν εἰς τὸν θάνατον, καὶ πάλιν εἰς τὸν βαθὺν κόλπον τῆς καρδίας, κἀκεῖθεν ἀνακαλέσασθαι τὸν νενεκρωμένον Ἀδάμ; ἐν γὰρ τῷ φαινομένῳ αἰῶνί εἰσιν οἰκίαι καὶ οἰκοδομαὶ, ὅπου ἡ ἀνθρωπότης κατοικεῖ· Καί εἰσιν ὅπου θηρία, λέοντες, ἢ δράκοντες, καὶ ἄλλα ἰοβόλα θηρία. Εἰ τοίνυν ὁ ἥλιος κτίσμα ὤν, εἰσέρχεται πανταχόθεν, διὰ τῶν θυρίδων, ἤτοι θυρῶν, καὶ εἰς τὰ σπήλαια τῶν λεόντων, καὶ εἰς τὰς ὀπὰς τῶν ἑρπετῶν, καὶ ἐξέρχεται, καὶ οὐδὲν βλάπτεται· πόσῳ μᾶλλον ὁ Θεὸς καὶ Δεσπότης πάντων εἰσέρχεται εἰς τοὺς φωλεοὺς, καὶ εἰς τοὺς οἴκους, ὅπου κατεσκήνωσεν ὁ θάνατος, καὶ εἰς τὰς ψυχὰς, κἀκεῖθεν ῥυό-

XIII. Quid enim est difficile Deo penetrare mortem et profundum sinum cordis, ac inde revocare mortuum Adam? In hoc enim præsenti sæculo sunt habitationes et mansiones, ubi homines habitent : et sunt quoque ubi belluæ, leones, dracones, et aliæ venenum emittentes feræ habitent. Si igitur sol, qui est creatura, quocunque penetrat, fenestras, aut januas, tam speluncas leonum, quam cavernas reptilium, et egressus nequidquam lædit, quanto magis Deus et Dominus omnium, ingressus nidos et domicilia ubi mors habitat, atque etiam animas, et illinc eripiens Adam, nulla injuria afficitur! Ac pluvia e cœlo descendens ad intimas

Digitized by Google

terræ partes usque pertingit, ubi exsiccatas radices 43 rursus humectat et renovat, ac producit germen novum.

XIV. Alius est, qui certamine et bello cum Satana inito, afflictionem patitur : hic contritam habet animam : in sollicitudine enim, luctu ac lacrymis constitutus est : duplicem ejusmodi homo personam sustinet. Si igitur in his negotiis firmus permanet, in bello Dominus ei adest et conservat eum, quia quærit assidue et pulsat januam, quando ei aperiat. Iterum vero, si appareat tibi frater strenuus eo in bello, a gratia est confirmatus : qui vero fundamentum non habet, non tantopere Deum timet, nec contritum est cor ejus, nec in metu est, nec observat cor suum, et membra, ne inordinate ambulent : ejusmodi adhuc dissolutam habet animam suam; nondum enim prælium ingressus est. Alius igitur est, qui in bello et afflictione est, et alius qui rei militaris ignarus adhuc est. Etenim semina quoque in terram missa afflictionem sustinent, in gelu, hieme, et frigore aeris : ac deinceps debito tempore reviviscit germen.

XV. Contingit autem interdum, ut Satanas in corde tecum disputet, scilicet : *Ecce quanta mala commisisti, ecce quanta insania anima tua repleta est, et quam onustus es peccatis, ut amplius salvari non possis.* Hæc autem ideo facit, ut te in desperationem deducat, et quia non est accepta et grata tua pœnitentia. Postquam enim per transgressionem malitia introivit, postea singulis horis disputat cum anima, ut homo cum homine. Responde tu quoque sic : *Habeo testimonia Domini, scripto consignata : Nolo mortem peccatorum, sed pœnitentiam, ut convertatur ipse a via perversa, et vivat.* Propterea enim descendit Dominus, ut peccatores salvaret, mortuos suscitaret, et a morte vulneratos vivificaret, et eos qui in tenebris erant, illuminaret. Vere enim Dominus adveniens, vocavit nos in adoptionem filiorum, ad sanctam et pacis studiosam civitatem, ad vitam nunquam perituram, ad gloriam incorruptibilem; modo nos principio bonum finem superstruamus, perseverantes in paupertate, peregrinatione, afflictione et postulatione erga Deum, absque ullo pudore pulsantes januam. Quemadmodum enim corpus propinquum est animæ, ita propior est Dominus ad veniendum et aperiendum occlusas fores cordis, et ad largiendum nobis divitias cœlestes. Bonus siquidem est et hominum amans; et falsitate ejus promissiones carent, modo nos perseveremus ad finem usque in studio eum quærendi. Gloria miserationibus Patris, et Filii, et Spiritus sancti in sæcula. Amen.

μενος τὸν Ἀδὰμ οὐκ ἀδικεῖται ὑπὸ τοῦ θανάτου; Καὶ ὁ ὑετὸς ἐξ οὐρανοῦ κατερχόμενος, φθάνει κατέρχεσθαι εἰς τὰ κατώτερα μέρη τῆς γῆς, κἀκεῖθεν τὰς ξηρανθείσας ῥίζας ἀνύγρανε καὶ ἀνεκαίνισε, καὶ ἐποίησεν ἐκεῖ γέννημα καινόν.

ΙΔ'. Ἄλλος ἐστὶν ὁ ἔχων ἀγῶνα, καὶ θλῖψιν, καὶ πόλεμον πρὸς τὸν Σατανᾶν· οὗτος συντετριμμένην ἔχει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ· ἐν μερίμνῃ γάρ ἐστι καὶ πένθει καὶ δάκρυσιν. Εἰς δύο πρόσωπα εἰστήκει ὁ τοιοῦτος. Εἰ τοίνυν ἐν τοιούτοις πράγμασιν εἰστήκει οὗτος, εἰς τὸν πόλεμον μετ' αὐτοῦ ἐστιν ὁ Κύριος καὶ φυλάσσει αὐτόν· ἐπιζητεῖ γὰρ σπουδαίως, καὶ κρούει τὴν θύραν, πότε αὐτῷ ἀνοίγει. Πάλιν δὲ εἰ φαίνεταί σοι ἀδελφὸς ἀγαθὸς ὧδε, ὑπὸ τῆς χάριτός ἐστιν ἐστηριγμένος. Ὁ δὲ μὴ ἔχων θεμέλιον, οὐκ ἔχει τοσοῦτον φόβον Θεοῦ, οὐ συντέτριπται αὐτοῦ ἡ καρδία, οὔτε ἐστὶν ἐν φόβῳ, οὔτε ἀσφαλίζεται αὐτοῦ τὴν καρδίαν καὶ τὰ μέλη, τοῦ μὴ ἀτάκτως περιπατεῖν. Οὗτος ἀκμὴν ἀπολελυμένην ἔχει τὴν ψυχὴν αὐτοῦ· οὔπω γὰρ εἰσῆλθεν εἰς ἀγῶνα. Ἄλλος οὖν ἐστιν ὁ ἐν ἀγῶνι καὶ θλίψει, καὶ ἄλλος ὁ μὴ εἰδὼς τί ἐστι πόλεμος. Καὶ γὰρ τὰ σπέρματα ὅταν βληθῇ εἰς τὴν γῆν, θλῖψιν ὑπομένει εἰς τοὺς πάγους, εἰς τὸν χειμῶνα, εἰς τὴν ψυχρότητα τῶν ἀέρων· καὶ ἐν τῷ δέοντι καιρῷ ἀναζωοποιεῖται τὸ γέννημα.

ΙΕ'. Συμβαίνει δὲ ὅτι ὁ Σατανᾶς διαλέγεταί σοι ἐν τῇ καρδίᾳ· *Ἴδε πόσα κακὰ ἐποίησας, ἰδοὺ πόσων μιαιῶν πεπλήρωταί σου ἡ ψυχὴ, καὶ βεβαρημένος εἶ ἀπὸ ἁμαρτιῶν, ὅτι οὐκέτι δύνασαι σωθῆναι.* Ταῦτα δὲ ποιεῖ, ἵνα ἐνέγκῃ σε εἰς ἀπελπισμόν, καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν εὐπρόσδεκτος ἡ μετάνοιά σου. Ἐπειδὴ γὰρ παρεισῆλθε διὰ τῆς παραβάσεως ἡ κακία, λοιπὸν καθ' ἑκάστην ὥραν διαλέγεται τῇ ψυχῇ ὡς ἄνθρωπος μετὰ ἀνθρώπου. Ἀποκρίθητι αὐτῷ καὶ σὺ, ὅτι *ἔχω τὰς μαρτυρίας* τοῦ Κυρίου *ἐγγράφως, καὶ ὅτι οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὴν μετάνοιαν, καὶ τὸ ἀποστραφῆναι αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ζῆν αὐτόν.* Διὰ τοῦτο γὰρ κατῆλθεν αὐτὸς, ἵνα τοὺς ἁμαρτωλοὺς σώσῃ, τοὺς νεκροὺς ἀνεγείρῃ, τοὺς τεθανατωμένους ζωοποιήσῃ, τοὺς ἐν τῷ σκότει φωτίσῃ. Ἀληθῶς γὰρ ἐλθὼν εἰς υἱοθεσίαν ἡμᾶς ἐκάλεσεν, εἰς πόλιν ἁγίαν, εἰρηνευομένην, εἰς ζωὴν τὴν μηδέποτε ἀποθνήσκουσαν, εἰς δόξαν ἄφθαρτον. Μόνον ἡμεῖς τῇ ἀρχῇ ἡμῶν δῶμεν τέλος ἀγαθόν· ἐμμείνωμεν τῇ πτωχείᾳ, τῇ ξενητείᾳ, τῇ κακουχίᾳ, τῇ αἰτήσει τῇ πρὸς τὸν Θεὸν, μετὰ ἀναιδείας κρούοντες τὴν θύραν. Ὥσπερ γὰρ ἐγγύς ἐστι τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς, οὕτως ἐγγύτερος ὁ Κύριος τοῦ ἐλθεῖν καὶ ἀνοῖξαι τὰς κεκλεισμένας θύρας τῆς καρδίας, καὶ δωρήσασθαι ἡμῖν τὸν πλοῦτον τὸν οὐράνιον. Ἀγαθὸς γάρ ἐστι καὶ φιλάνθρωπος, καὶ ἀψευδεῖς εἰσιν αὐτοῦ αἱ ἐπαγγελίαι, μόνον ἐὰν ὑπομείνωμεν ἕως τέλους ἐπιζητοῦντες αὐτόν. Δόξα τοῖς οἰκτιρμοῖς Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

Digitized by Google

ΟΜΙΛΙΑ ΙΒ'.

Περὶ τῆς στάσεως τοῦ Ἀδὰμ πρὸ τοῦ παραβῆναι αὐτὸν τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ· καὶ μετὰ τὸ αὐτὸν ἀπολέσαι καὶ τὴν ἰδίαν εἰκόνα καὶ τὴν ἐπουράνιον. Συνέχει καὶ ἡ ὁμιλία ζητήσεις τινὰς πάνυ ὠφελίμους.

Α'. Ὁ Ἀδὰμ τὴν ἐντολὴν παραβὰς, κατὰ δύο τρόπους ἀπώλετο· ἕνα μὲν, ὅτι ἀπώλεσε τὸ κτῆμα τὸ καθαρὸν τῆς φύσεως αὐτοῦ, τὸ ὡραῖον, τὸ κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ· ἕτερον δὲ, ὅτι ἀπώλεσεν αὐτὴν τὴν εἰκόνα, ἐν ᾗ ἀπέκειτο αὐτῷ κατ' ἐπαγγελίαν ἡ ἐπουράνιος πᾶσα κληρονομία. Ὥσπερ ἐὰν ᾖ νόμισμα, τὴν εἰκόνα τοῦ βασιλέως ἔχον, καὶ τοῦτο παραχαραγῇ, ὁ χρυσός τε ἀπώλετο, καὶ ἡ εἰκὼν οὐ χρησιμεύει, τοιοῦτον ἔπαθε καὶ ὁ Ἀδάμ· μέγας γὰρ πλοῦτος καὶ μεγάλη ἡ κληρονομία εὐτρέπιστο αὐτῷ. Ὥσπερ ἐὰν ᾖ χωρίον μέγα, καὶ τοῦτο ἔχῃ προσόδους πολλὰς, ἐκεῖ ἄμπελος εὐθύνουσα, ἐκεῖ χῶραι εὐφοροῦσαι, ἐκεῖ ἀγέλαι, ἐκεῖ χρυσὸς καὶ ἄργυρος· οὕτως ἦν τίμιον τὸ χωρίον πρὸ τῆς παρακοῆς, αὐτὸ τὸ σκεῦος τοῦ Ἀδάμ. Ἀλλ' ἐπειδὴ κακὰ ἔσχε διανοήματα καὶ λογισμοὺς, ἀπώλετο ἀπὸ τοῦ Θεοῦ.

Β'. Οὐ λέγομεν δὲ ὅτι ἀπώλετο τὸ ὅλον καὶ ἠφανίσθη, καὶ ἀπέθανεν· ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀπέθανε, τῇ δὲ ἰδίᾳ φύσει ζῇ. Ἰδοὺ γὰρ ὅλος ὁ κόσμος περιπατεῖ ἐν τῇ γῇ, καὶ πραγματεύεται· ἀλλ' ὀφθαλμὸς τοῦ Θεοῦ βλέπει αὐτὸν τὸν νοῦν, καὶ τὰς ἐνθυμήσεις, καὶ ὡς περιβλέπει, καὶ παραβλέπει, καὶ οὐ ποιεῖ ἐν αὐτοῖς κοινωνίαν, ἐπειδὴ οὐδὲν εὐάρεστον τῷ Θεῷ λογίζονται. Ὥσπερ ἐὰν ὦσι πανδοχεῖα, καὶ πορνεῖα, καὶ τόπῳ ὅπου ἀταξίαι γίνονται καὶ ἀσωτίαι· λοιπὸν οἱ θεοσεβεῖς παρερχόμενοι οὐ βδελύσσονται, καὶ βλέποντες οὐ βλέπουσιν; ὡς νεκρὰ γὰρ αὐτοῖς ἐστιν· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς ἐπὶ τοὺς ἀποστατήσαντας διὰ τοῦ λόγου αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ τῆς ἐντολῆς, ἐπιβλέπει μὲν, ἀλλὰ παραβλέπει αὐτοὺς, καὶ οὐ ποιεῖ ἐκεῖ κοινωνίαν, οὔτε ἐπαναπαύεται εἰς τοὺς λογισμοὺς αὐτῶν ὁ Κύριος.

Γ'. *Ἐρώτησις. Πῶς τις δύναται εἶναι πτωχὸς τῷ πνεύματι, μάλιστα ὅτε αἰσθηθῇ ἐν ἑαυτῷ, ὅτι μετετέθη καὶ προέκοψε, καὶ εἰς γνῶσιν καὶ σύνεσιν ἦλθεν, ἣν τὸ πρότερον οὐκ εἶχεν;*

Ἀπόκρισις. Ἕως οὗ ταῦτά τις κτᾶται, καὶ προκόπτει, οὐκ ἔστι πτωχὸς τῷ πνεύματι, ἀλλ' οἴεται περὶ ἑαυτοῦ· ὅταν δὲ ἔλθῃ εἰς ταύτην τὴν σύνεσιν καὶ τὴν προκοπὴν, αὕτη ἡ χάρις διδάσκει αὐτὸν εἶναι πτωχὸν τῷ πνεύματι, τὸν ὄντα τινὰ δίκαιον καὶ ἐκλεκτὸν Θεοῦ, μὴ ἡγεῖσθαί τι ἑαυτὸν εἶναι, ἀλλ' ἔχειν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἄτιμον καὶ ἐξουδενουμένην, ὡς μηδὲν εἰδότα ἢ ἔχοντα, καίτοι εἰδότα καὶ ἔχοντα. Τοῦτο δὲ ὡς φυσικὸν καὶ πηκτὸν γίνεται ἐπὶ τῷ νοῒ τῶν ἀνθρώπων. Οὐχ ὁρᾷς ὁ προπάτωρ ἡμῶν Ἀβραὰμ ὢν ἐκλεκτὸς, γῆν ἑαυτὸν καὶ σποδὸν ὠνόμαζε; καὶ ὁ Δαβὶδ, χρισθεὶς εἰς βασιλέα, θεὸν εἶχε μεθ' ἑαυτοῦ· καὶ τί λέγει; *Σκώληξ εἰμὶ καὶ οὐκ ἄνθρωπος, ὄνειδος ἀνθρώπων, καὶ ἐξουδένωμα λαῶν.*

Δ'. Οἱ οὖν θέλοντες τούτων εἶναι συγκληρονόμοι,

HOMILIA XII.

De statu Adæ antequam transgrederetur mandatum Dei : et postquam amisit propriam ac cœlestem imaginem. Continet quoque homilia quasdam quæstiones valde utiles.

I. Adam transgressus mandatum, duobus modis periit : uno quidem, quod perdidit possessionem puram naturæ suæ, speciosam, et secundum imaginem ac similitudinem Dei conditam : altero vero, quod perdidit ipsam imaginem, in qua reposita ei erat juxta promissionem, tota hæreditas cœlestis. Perinde ac si sit moneta, imagine regis insignita, quæ si adulteretur, et aurum perit, et imago nullius est pretii : tale quippiam evenit Adæ; ingentes siquidem divitiæ, et magna hæreditas ei præparata erat. Perinde ac si sit prædium amplum, illudque multos habeat reditus, in quo sit vinea fructuosa; illicque sint fertiles agri, illic greges, illicque aurum et argentum : ita vas Adæ ante inobedientiam erat tanquam prædium quoddam pretiosum. Verum ubi pravis commentis et cogitationibus se involvit, periit a Deo.

II. Non tamen dicimus, quod totus perierit, et exstinctus ac mortuus sit : a conspectu Dei quidem mortuus est, sua autem natura vivit. Ecce enim universus mundus ambulat in terra, et negotia peragit : at oculus Dei videt ipsam mentem ac cogitationes, et quasi respicit et despicit, nec cum eis ullam societatem init; quia nihil quod gratum sit Deo cogitationibus moliuntur. Perinde ac si sint diversoria ac lupanaria, et loca, ubi omnia incompositis moribus ac intemperanter geruntur : postea si religiosi homines transeant, nonne exsecrantur? et videntes non vident : (sunt enim illis quasi mortua :) sic Deus aversos a verbo ac mandato suo respicit quidem; attamen despicit eos, nec cum eis ullum commercium colit, nec requiescit in cogitationibus illorum Dominus.

III. *Interrogatio. Quomodo quis potest esse pauper spiritu, maxime cum senserit apud se, se translatum esse ac profecisse, et cognitionem atque intelligentiam consecutum esse, qua antea carebat?*

Responsio. Quandiu hæc quis possidet et proficit, non est pauper spiritu, sed de se ipso sic opinatur : quando vero pervenerit ad talem intelligentiam et profectum, ipsa gratia docet eum, qui re vera quidem justus et electus Dei est, ne putet se aliquid esse, sed animo vili et abjecto se gerat, tanquam nihil sciens aut habens, quamvis sciat et habeat. Hoc vero tanquam naturale et infixum in mente hominum est. Nonne vides, primum patrem nostrum Abraham [18], cum esset electus, terram et cinerem se ipsum nominasse? Et David unctus in regem, Deum habebat secum [19], et sane quid ait? *Vermis sum, et non homo, opprobrium hominum, et abjectio plebis* [20].

IV. Qui volunt igitur esse horum cohæredes, et

[18] Gen. XVIII, 27. [19] I Sam. XVI, 13 [20] Psal. XXII, 7.

Digitized by Google

cives civitatis cœlestis, et cum eis glorificari, debent hac humilitate animi esse ornati, et non existimare aliquid in se esse, sed cor contritum habere. Quamvis enim gratia in singulis Christianis diversimode operetur, et diversa membra habeat, omnes tamen sunt ejusdem civitatis, animi et linguæ, se mutuo cognoscentes. Sicut in corpore membra sunt multa, una autem in omnibus anima ista movens : ita Spiritus unus operatur in omnibus diversimode, ejusdem tamen sunt civitatis, ejusdem viæ. Justi enim omnes angustam et arctam viam ambularunt, sustinentes persecutionem, *afflictionem, et contumelias, ac viventes in pellibus caprinis, in speluncis et cavernis terræ* [21]. Similiter et apostoli ad hanc usque horam dicunt : *Et esurimus et sitimus, et nudi sumus, et contumeliis afficimur, et instabiles sine sede vivimus.* Quorum nonnulli sunt capitis supplicio affecti, quidam vero cruci affixi, 45 alii vero variis modis afflicti. Insuper ipse Dominus prophetarum et apostolorum, oblitus quasi divinæ gloriæ, quomodo conversatus est? ille nobis in exemplum factus [22], summa cum contumelia coronam spineam in capite gestavit, sputa, colaphos et crucem sustinuit.

V. Si Deus in terris sic versatus est, tuum erit, ut eum imiteris : et si apostoli ac prophetæ sic conversati sunt, nos quoque, si modo velimus fundamento Domini et apostolorum superædificari, eos imitari debemus. Inquit enim Apostolus per Spiritum sanctum : *Imitatores estote mei, sicut et ego Christi* [23]. Quod si gloriam hominum expetis, et adorari colive desideras, atque vitam voluptariam quæris, de via declinasti. Oportet enim te simul crucifigi cum crucifixo [24], simul pati cum eo qui passus est, ut ita simul glorificeris cum glorificato. Necesse enim est, sponsam pati cum sponso, ae sic sociam ac cohæredem Christi fieri. Non enim conceditur, nisi per afflictiones, per asperam, angustam, arctamque viam ingredi civitatem sanctorum, et requiescere ac regnare cum rege in infinita sæcula.

VI. *Interrogatio. Quoniam propriam ac cœlestem imaginem perdidit Adam, igitur, si particeps fuit cœlestis imaginis, habuit Spiritum sanctum?*

Responsio. Quandiu Verbum Dei erat cum illo, habebat omnia. Ipsum enim Verbum erat ei hæreditas, erat indumentum, et gloria eum operiens, ipsum erat doctrina. Data enim ei erat potestas nominandi omnia : hoc nominabat cœlum, illud solem ; hoc lunam, illud terram ; hoc volucrem, illud belluam, illud arborem ; ut edocebatur, ita quoque nomina indiderat.

VII. *Interrogatio. Habebatne sensum, et participationem Spiritus sancti?*

Responsio. Verbum ipsum ei adhærens, erat ei

καὶ συμπολίται τῆς πόλεως τῆς ἐπουρανίου, καὶ συνδοξασθῆναι αὐτοῖς, ταύτην ὀφείλουσι τὴν ταπεινοφροσύνην ἔχειν, καὶ μὴ οἴεσθαι ἐν ἑαυτοῖς εἶναί τι, ἀλλ' ἔχειν συντετριμμένην τὴν καρδίαν. Εἰ γὰρ καὶ διαφόρως εἰς ἕκαστον τῶν Χριστιανῶν ἐνεργεῖ ἡ χάρις καὶ διάφορα ἔχει μέλη· ὅμως δὲ μιᾶς εἰσι πόλεως οἱ πάντες, ὁμόψυχοι, ὁμόγλωττοι, ἐπιγινώσκοντες ἀλλήλους. Ὥσπερ μέλη πολλὰ ἐστιν ἐν σώματι, μία δὲ ψυχὴ ἐν πᾶσιν ἡ κινοῦσα ταῦτα· οὕτως ἓν πνεῦμα ἐνεργεῖ ἐν πᾶσι διαφόρως, μιᾶς δέ εἰσι πόλεως, μιᾶς ὁδοῦ· πάντες γὰρ οἱ δίκαιοι τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδὸν διώδευσαν, διωκόμενοι, *κακουχούμενοι, ὀνειδιζόμενοι, ἐν αἰγείοις δέρμασι ζῶντες, ἐν σπηλαίοις, ἐν ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς.* Ὁμοίως καὶ οἱ ἀπόστολοι, ἕως τῆς ἄρτι ὥρας φασὶ, *Καὶ πεινῶμεν, καὶ διψῶμεν, καὶ γυμνητεύομεν, καὶ ὀνειδιζόμεθα, καὶ ἀστατοῦμεν.* Ὧν οἱ μὲν ἀπεκεφαλίσθησαν, οἱ δὲ ἐστραυρώθησαν, ἄλλοι δὲ διαφόρως ἐθλίβησαν· αὐτὸς δὲ ὁ Δεσπότης προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, ὥσπερ ἐπιλαθόμενος τῆς θεϊκῆς δόξης, πῶς διώδευσε; τύπος ἡμῖν γιγνόμενος, διὰ ὕβρεων στέφανον ἀκάνθινον ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐφόρεσεν, ἐμπτύσματα ὑπέστη, ῥαπίσματα, σταυρόν.

Ε'. Εἰ ὁ Θεὸς οὕτως διώδευσεν ἐπὶ τῆς γῆς, ὀφείλεις καὶ σὺ μιμητὴς αὐτοῦ γενέσθαι· καὶ οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ προφῆται οὕτως διώδευσαν· καὶ ἡμεῖς, εἰ θέλομεν τῷ θεμελίῳ τοῦ Κυρίου καὶ τῶν ἀποστόλων ἐποικοδομηθῆναι, ὀφείλομεν μιμηταὶ αὐτῶν γενέσθαι. Λέγει γὰρ ὁ Ἀπόστολος ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, *Μιμηταί μου γίνεσθε, καθὼς κἀγὼ Χριστοῦ.* Εἰ δὲ ἀγαπᾷς δόξας ἀνθρώπων, καὶ προσκυνεῖσθαι θέλεις, καὶ ἀνάπαυσιν ζητεῖς, ἐξετράπης τῆς ὁδοῦ. Χρὴ γάρ σε συσταυρωθῆναι τῷ σταυρωθέντι, συμπαθεῖν τῷ παθόντι, ἵνα οὕτως συνδοξασθῇς τῷ δοξασθέντι. Ἀνάγκη γὰρ τὴν νύμφην συμπαθεῖν τῷ νυμφίῳ, καὶ οὕτω γενέσθαι κοινωνὸν καὶ συγκληρονόμον Χριστοῦ. Οὐκ ἐγχωρεῖ γὰρ ἄνευ παθημάτων, καὶ τῆς τραχείας καὶ στενῆς καὶ τεθλιμμένης ὁδοῦ εἰσελθεῖν τινα εἰς τὴν πόλιν τῶν ἁγίων, καὶ ἀναπαῆναι, καὶ συμβασιλεῦσαι τῷ βασιλεῖ εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας.

Ϛ'. *Ἐρώτησις. Ἐπειδὴ ὅτι καὶ τὴν ἰδίαν εἰκόνα καὶ τὴν ἐπουράνιον ἀπώλεσεν ὁ Ἀδάμ, οὐκοῦν εἰ ἐκοινώνησε τῇ εἰκόνι τῇ ἐπουρανίῳ, εἶχε Πνεῦμα ἅγιον;*

Ἀπόκρισις. Ἕως ὅτε ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ συνῆν αὐτῷ, καὶ ἡ ἐντολὴ, εἶχε πάντα· αὐτὸς γὰρ ὁ Λόγος ἦν αὐτῷ κληρονομία, αὐτὸς ἔνδυμα καὶ δόξα σκέπουσα αὐτὸν, αὐτὸς διδασκαλία. Ὑπετίθετο γὰρ αὐτῷ καλέσαι πάντα, τοῦτο εἶπε οὐρανὸν, τοῦτο ἥλιον, τοῦτο σελήνην, τοῦτο γῆν, τοῦτο πτηνὸν, τοῦτο θηρίον, τοῦτο δένδρον, καθὼς ἐδιδάσκετο, οὕτως καὶ ἔλεγεν.

Ζ'. *Ἐρώτησις. Αἰσθησιν εἶχε καὶ κοινωνίαν τοῦ Πνεύματος;*

Ἀπόκρισις. Αὐτὸς ὁ Λόγος συνὼν, πάντα ἦν

[21] Hebr. xi, 37, 38. [22] Matth. xxvii, 28 29. [23] I Cor. iv, 14 ; xi, 1. [24] Rom. viii, 17.

Digitized by Google

αὐτῷ, εἴτε γνῶσις, εἴτε κληρονομία, εἴτε διδασκαλία. Καὶ Ἰωάννης τί λέγει περὶ τοῦ Λόγου; *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος· ὁρᾷς ὅτι ὁ Λόγος πάντα ἦν.* Εἰ δὲ καὶ ἔξωθεν συνῆν αὐτῷ δόξα, οὐ σκανδαλιζώμεθα ἐπὶ τούτῳ, καὶ γὰρ λέγει ὅτι *γυμνοὶ ἦσαν*, καὶ οὐκ ἔβλεπον ἀλλήλους, καὶ μετὰ τὸ παραβῆσαι τὴν ἐντολήν, τότε εἶδον αὐτοὺς γυμνοὺς, καὶ ᾐσχύνθησαν.

Β'. *Ἐρώτησις. Οὐκοῦν πρὸ τούτου ἦσαν ἀντὶ περιβολαίου ἐνδεδυμένοι δόξαν Θεοῦ;*

Ἀπόκρισις. Ὡς ἐπὶ τῶν προφητῶν ἐνήργει τὸ Πνεῦμα καὶ ἐδίδασκεν αὐτοὺς, καὶ ἔσωθεν αὐτῶν ἦν, καὶ ἔξωθεν αὐτοῖς παρεφαίνετο· οὕτω καὶ εἰς τὸν Ἀδὰμ ὅτε ἤθελε τὸ Πνεῦμα σὺν αὐτῷ ἦν, καὶ ἐδίδασκε καὶ ὑπετίθετο, *Οὕτως εἰπὲ καὶ λέγε.* Πάντα γὰρ ἦν ὁ Λόγος αὐτῷ. καὶ ἕως ὅτε ἐνέμενε τῇ ἐντολῇ, φίλος ἦν Θεοῦ. Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ ἐν τούτοις ὢν, παρέβη τὴν ἐντολήν; ὁπότε καὶ οἱ πεπληρωμένοι Πνεύματος ἁγίου, ἔχουσι τοὺς φυσικοὺς λογισμοὺς, καὶ ἔχουσι θέλημα τοῦ συμφωνῆσαι; Οὕτως καὶ αὐτὸς συνὼν τῷ Θεῷ ἐν παραδείσῳ, ἀφ' ἑαυτοῦ ἰδίῳ θελήματι παρέβη, καὶ ὑπήκουσε μέρει πονηρῷ· πλὴν καὶ μετὰ τὴν παράβασιν ἔσχε γνῶσιν.

Θ'. *Ἐρώτησις. Ὁποίαν;*

Ἀπόκρισις. Ὥσπερ ὅταν συλληφθῇ λῃστὴς εἰς δικαστήριον, καὶ ἄρχεται κρίνεσθαι, λέγει αὐτῷ ὁ ἄρχων, *Ὅτε ἐποίεις τὰ κακὰ, οὐκ ἤδεις, ὅτι συλληφθῆναι ἔχεις καὶ ἀποθανεῖν;* Ἐκεῖνος οὐ τολμᾷ εἰπεῖν ὅτι Οὐκ ἤδειν· οἶδε γὰρ, καὶ τιμωρούμενος, πάντα μνημονεύων ἐξομολογεῖται. Καὶ ὁ πορνεύων οὐκ οἶδεν ὅτι κακῶς ποιεῖ; καὶ ὁ κλέπτων, οὐκ οἶδεν ὅτι ἁμαρτάνει; οὕτως καὶ ἄνευ Γραφῶν, οἱ ἄνθρωποι ἀπὸ τοῦ φυσικοῦ λογισμοῦ, οὐκ οἴδασιν ὅτι Θεός ἐστιν; οὐ δύνανται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ εἰπεῖν, *Οὐκ ἤδειμεν ὅτι Θεός εἶ.* Λέγει γὰρ αὐτοῖς τὰς γιγνομένας ἐκ τοῦ οὐρανοῦ βροντὰς, καὶ ἀστραπὰς, οὐκ οἴδατε ὅτι ἐστὶ Θεὸς διοικῶν τὴν κτίσιν; Τί οὖν ἔκραζον οἱ δαίμονες· *Σὺ εἶ ὁ Υἱὸς Θεοῦ, τί πρὸ καιροῦ ἦλθες βασανίσαι ἡμᾶς;* Καὶ ἔτι ἐν τοῖς μαρτυρίοις λέγουσι, *Καῖεις με, καῖεις με.* Οὐκ ἤδεισαν οὖν τὸ ξύλον τῆς γνώσεως τοῦ καλοῦ καὶ κακοῦ, ἡ παράβασις τοῦ Ἀδὰμ τὴν γνῶσιν ἔδωκεν.

Γ'. Ἕκαστος γὰρ ἄρχεται ἐπερωτᾶν, *ὡς ἐν τίνι ἦν ὁ Ἀδὰμ, καὶ τί ἔπραξεν;* Αὐτὸς γὰρ ὁ Ἀδὰμ τὴν γνῶσιν ἐδέξατο καλοῦ τε καὶ κακοῦ. Λοιπὸν ἀκούομεν ἐκ τῶν Γραφῶν, ὅτι ἐν τιμῇ καὶ ἐν καθαρότητι ἦν· καὶ παραβὰς τὴν ἐντολὴν ἐξεβλήθη τοῦ παραδείσου, καὶ ὠργίσθη αὐτῷ ὁ Θεός. Λοιπὸν καὶ τὰ καλὰ αὐτοῦ μανθάνει, καὶ τὰ κακὰ μαθὼν ἀσφαλίζεται ἑαυτὸν, ἵνα μηκέτι ἁμαρτήσας ἐμπέσῃ εἰς κρῖμα θανάτου. Γινώσκομεν δὲ, ὅτι πᾶσα ἡ κτίσις τοῦ Θεοῦ δι' αὐτοῦ οἰκονομεῖται. Αὐτὸς γὰρ ἐποίησεν οὐρανὸν, γῆν, ζῶα, ἑρπετὰ, θηρία, ἃ βλέπομεν, τὸν δὲ ἀριθμὸν ἀγνοοῦμεν. Τίς γὰρ ἀνθρώπων οἶδεν, εἰ μὴ μόνον ὁ Θεὸς; ὁ ὢν ἐν πᾶσι, καὶ τοῖς ἐμβρύοις δὲ τῶν

A omnia, et cognitio, et sensus, et hæreditas, et disciplina. Quidnam enim Joannes inquit de Verbo : *In principio erat Verbum* [25]. Vides, quod Verbum omnia erat. Quod si extrinsecus ei adhærebat gloria, ne offendamur propterea, quia dicit : *Quod nudi fuerint* [26], nec se mutuo videbant, at post transgressionem mandati, tunc se nudos perspexerunt, ac pudore suffusi sunt.

VIII. *Interrogatio. Ergo antea erant loco indumenti induti gloria Dei?*

Responsio. Quemadmodum in prophetis operabatur Spiritus, et docebat eos, et intra eos erat, et extra eos apparebat, sic quoque in Adam, quando volebat Spiritus, cum eo erat, et docebat ac præcipiebat : *Sic nomina, sic appella.* Verbum ei erat
B omnia, et intra mandatum subsistebat, gratus erat Deo. Et sane quid mirum, quod hoc in statu degens, transgressus 46 sit mandatum, cum et ii, qui repleti sunt Spiritu sancto, naturalibus cogitationibus occupati sint, habeantque voluntatem, quæ illis consentiat : ita quoque ipse Adam, cum esset cum Deo in paradiso, ipse sua sponte transgressus est, et obtemperavit parti deteriori : at post trangressionem habuit cognitionem.

IX. *Interrogatio. Qualem?*

Responsio. Perinde ac si quando latro deprehensus ad supplicium rapitur, et accusari incipit, judex ei dicit : *Cum committeres mala, numquid sciebas, quod comprehensus capitis pœna affici possis?*
C Ille non audet dicere : Non sciebam. Sciebat enim, et supplicio dum afficitur, omnia in memoriam revocans confitetur. Item qui stuprum committit, nonne scit se male agere? et qui furtum, nonne scit se peccare? Sic etiam absque Scripturis homines naturali ratione sola, nonne cognoscunt Deum esse? Non possunt itaque in illa die dicere : *Non scivimus Deum fuisse.* Enarrat enim illis emissa de cœlo tonitrua et fulmina, nescitis esse Deum, qui regit creaturam? Quid igitur clamabant dæmones : *Tu es Filius Dei : quare venisti ad cruciandum nos ante tempus* [27]? Insuper in tormentis quoque dicunt : *Uris me, uris me* [28]. Non noverant igitur lignum notitiæ boni et mali, transgressio Adæ cognitionem dedit.

D X. Quilibet enim incipit interrogare : *In quo statu erat Adam, quidque agebat?* Ipse enim Adam notitiam acceperat boni et mali. Alterum audimus ex Scripturis, quod in honore et in puritate erat; at cum transgressus esset mandatum, ejectus est paradiso, et succensuit ei Deus. Tandem quid in se bonum ac præclarum esset, discit, ac calamitatem suam edoctus cavet sibi, ne ulterius peccando incidat in judicium mortis. Cognoscimus igitur omnem creaturam Dei per eum regi. Ipse enim fecit cœlum et terram, animalia, reptilia, belluas, quas videmus, numerum vero ignoramus. Quis enim hominum novit, excepto solo Deo, qui

[25] Joan. I, 1 [26] Gen. III, 25. [27] Matth. II, 11. [28] Matth. VIII, 29.

Digitized by Google

est in omnibus, etiam in fetibus animalium imperfectis? Nonne ipse scit, quæ sunt sub terra et super cœlos?

XI. Relictis igitur his, potius quæramus, velut boni negotiatores, hæreditatem cœlestem possidere, et ea, quæ conducunt animæ nostræ. Discamus possidere bona, quæ sunt nobiscum permansura. Quod si enim homo cœperit indagare sensum Dei, ac dicere : *Inveni quiddam ac comprehendi*, deprehendetur mens humana transcendere sensum Dei. Verum in hoc longe aberrat, et quanto plus volueris per cognitionem scrutari ac penetrare, tanto profundius descendis, nec quidquam percipis. Ipsæ enim considerationes, quæ tibi occurrunt, quid singulis diebus in te peragatur, et quomodo, arcanæ sunt et incomprehensibiles, nisi quod tantum sint cum gratiarum actione suscipiendæ, atque credendum sit. Animam enim tuam, ex quo natus es ad hunc usque diem, potuistine cognoscere? recense ergo mihi a mane ad vesperam usque scaturientes in te cogitationes. Dic mihi cogitationes trium dierum; at non potes. Si igitur cogitationes animæ tuæ comprehendere non potuisti, cogitationes Dei atque mentem Dei quomodo potes scrutari?

47 XII. Verum tu quantum invenis, ede panem, ac universam terram dimitte; et abi ad ripam fluminis, ac bibe quantum indiges; mox redi, nec inquire, unde permanet, aut quomodo fluat. Nava operam, ut sanetur pes tuus, aut morbus oculi tui, ut aspicias lumen solis, nec curiose indages, quantum luminis contineat sol, aut in quoto exsurgat signo. Quod cedit in commodum tuum accipe. Et quid ascendis montes, et investigas, quot illic pascantur onagri aut bestiæ? et puellus quando accedit ad ubera matris, lactatur et enutritur. At nescit scrutari radicem aut scaturiginem, und sic affluit. Sugit enim lac et regionem omnem mamillarum exhaurit: et denuo alia hora repletur mamilla, hoc neque puellus novit, neque mater ejus, quamvis revera ab omnibus membris proveniat lac. Si quæris ergo Dominum in profundo, illic invenis eum signa facientem. Si quæris eum in fovea, illic invenis eum in medio duorum leonum [29], conservantem justum Danielem. Si quæris eum in igni, illic invenis eum auxilium ferentem ministris suis [30]. Si quæris eum in monte, illic reperis eum cum Elia et Mose. [31] Ubique igitur est, tam sub terra, quam super cœlis, etiam apud nos, ubique est. Sic quoque anima prope te est, intra te est, et extra te est. Ubi enim volueris, in remotis regionibus, illic est mens tua, sive in occidente, sive in oriente, sive in cœlis illic invenitur.

XIII. Studeamus igitur in primis cauterium et sigillum Domini in nobis habere, quia in die judicii, facta segregatione illa a Deo, et congregatis

ζώων; Οὐχὶ αὐτὸς ἐπίσταται τὰ ὄντα ὑποκάτω τῆς γῆς, καὶ ἐπάνω τῶν οὐρανῶν·

ΙΑ'. Παραλιπόντες οὖν ταῦτα, μᾶλλον ζητήσωμεν, ὡς καλοὶ ἔμποροι, κληρονομίαν κτήσασθαι ἐπουράνιον, καὶ τὰ συμφέροντα ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν· μάθωμεν κτήσασθαι κτήματα ἅπερ συμπαραμένει ἡμῖν. Ἐὰν γὰρ ἄρξῃ ἄνθρωπος ὢν ἐρευνᾶν τὸν λογισμὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ λέγειν, *εὗρόν τι καὶ κατέλαβον*, εὑρεθήσεται ὁ ἀνθρώπινος νοῦς ὑπερβαίνων τὸν λογισμὸν τοῦ Θεοῦ. Ἐν τούτῳ δὲ πολὺ πλανᾷ· καὶ ὅσον θέλεις διὰ γνώσεως ἐρευνῆσαι καὶ εἰσελθεῖν, χωρεῖς εἰς βάθος, καὶ οὐδὲν καταλαμβάνεις· αὐτὰς γὰρ τὰς ἐπισκέψεις τὰς γιγνομένας σοι, τί ἐργάζεται καθ' ἡμέραν ἐν σοὶ, καὶ πῶς, ἄῤῥητά ἐστι, καὶ ἀκατάληπτα, ἢ μόνον δέξασθαι μετὰ εὐχαριστίας καὶ πιστεύειν. Τὴν γὰρ σὴν ψυχὴν ἐξ οὗ ἐγεννήθης καὶ ἕως ἄρτι, ἠδυνήθης γνωρίσαι; ἐπεὶ ἐπάγγειλόν μοι ἀπὸ πρωῒ καὶ ἕως ὀψὲ τοὺς βρύοντας ἐν σοὶ λογισμούς. Εἰπέ μοι τὰς ἐνθυμήσεις τριῶν ἡμερῶν· ἀλλ' οὐ δύνασαι. Εἰ οὖν τοὺς λογισμοὺς τῆς ψυχῆς σου καταλαβεῖν οὐκ ἠδυνήθης, τοὺς λογισμοὺς τοῦ Θεοῦ καὶ τὸν νοῦν πῶς δύνασαι εὑρεῖν;

ΙΒ'. Ἀλλὰ σὺ ὅσον εὑρίσκεις ἄρτον φάγε, καὶ ἄφες ὅλην τὴν γῆν καὶ ἄπελθε εἰς τὸ χεῖλος τοῦ ποταμοῦ, καὶ πίε ὅσον χρείαν ἔχεις, καὶ πάρελθε, καὶ μὴ ζητήσῃς πόθεν ἔρχεται, ἢ πῶς ῥέει. Σπούδασον θεραπευθῆναι τὸν πόδα, ἢ τὸν πόνον τοῦ ὀφθαλμοῦ σου, ἵνα ἴδῃς τὸ φῶς τοῦ ἡλίου. Μὴ ζητήσῃς δὲ πόσον ἔχει φῶς ὁ ἥλιος πόσον ἀνατέλλει ζῶνον. Ὃ προσχωρεῖ σοι εἰς χρῆσιν, λάβε. Καὶ τί ἀπέρχῃ εἰς ὄρη, καὶ ζητεῖς πόσοι ἐκεῖ νέμονται ὄναγροι ἢ θηρία; καὶ τὸ παιδίον ὅτε προσέρχεται τῷ μαζῷ τῆς μητρὸς, λαμβάνει τὸ γάλα καὶ τρέφεται. Οὐκ οἶδεν δὲ ἐρευνᾶν τὴν ῥίζαν ἢ τὴν πηγὴν πόθεν οὕτως; ἐπιῤῥέει· θηλάζει γὰρ τὸ γάλα, καὶ τὴν ὁρὸν ὅλον ἀποκενοῖ· καὶ πάλιν ἄλλην ὥραν μεστοῦται ὁ μαζός· τοῦτο οὔτε τὸ παιδίον οἶδεν, οὔτε ἡ μήτηρ αὐτοῦ, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἀπὸ ὅλων τῶν μελῶν τῆς μητρὸς ἐξέρχεται τὸ γάλα. Εἰ ζητεῖς οὖν τὸν Κύριον εἰς βάθος, ἐκεῖ εὑρίσκεις αὐτὸν ποιοῦντα σημεῖα. Εἰ ζητεῖς αὐτὸν ἐν λάκκῳ, ἐκεῖ εὑρίσκεις αὐτὸν ἐν μέσῳ δύο λεόντων φυλάσσοντα τὸν δίκαιον Δανιήλ. Εἰ ζητεῖς αὐτὸν εἰς πῦρ, ἐκεῖ εὑρίσκεις αὐτὸν βοηθοῦντα τοῖς δούλοις αὐτοῦ. Εἰ ζητεῖς αὐτὸν ἐν ὄρει, ἐκεῖ εὑρίσκεις αὐτὸν μετὰ τοῦ Ἠλία καὶ Μωσέως. Πανταχοῦ οὖν ἐστι, καὶ ὑποκάτω τῆς γῆς, καὶ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν, εἴτε ἐν ἡμῖν, πανταχοῦ ἐστιν. Οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ ἐγγύς σού ἐστι, καὶ ἔσωθέν σού ἐστιν, καὶ ἔξωθέν σού ἐστιν. Ὅπου γὰρ θέλεις, εἰς μακρὰς πατρίδας, ἐκεῖ ἐστιν ὁ νοῦς σου, εἴτε ἐπὶ δυσμὰς, εἴτε ἐπὶ ἀνατολὰς, εἴτε εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἐκεῖ εὑρίσκεται.

ΙΓ'. Ζητήσωμεν οὖν προηγουμένως τὸν ταυτῆρα τοῦ Κυρίου καὶ τὴν σφραγῖδα ἐν ἑαυτοῖς ἔχειν· ὅτι ἐν τῷ καιρῷ τῆς κρίσεως, γινομένης τῆς ἀποτομίας τοῦ

[29] Dan. VI, 17. [30] Dan. III, 28. [31] Matth. XVII, 3.

Digitized by Google

Θεοῦ, καὶ συναγομένων ὅλων τῶν φυλῶν τῆς γῆς ὅλου τοῦ Ἀδάμ, ὅταν καλέσῃ ὁ ποιμὴν τὴν ἰδίαν ποίμνην, ἔσοι ὄχουσι τὸν καυτῆρα, ἐπιγινώσκουσι τὸν ἴδιον ποιμένα, καὶ ὁ ποιμὴν τοὺς ἔχοντας τὴν ἰδίαν σφραγῖδα γνωρίζει, καὶ ἐπισυνάγει ἀπὸ πάντων τῶν ἐθνῶν. Τῆς φωνῆς γὰρ αὐτοῦ ἀκούουσιν οἱ ἴδιοι, καὶ ὑπάγουσιν ὀπίσω αὐτοῦ. Εἰς δύο γὰρ μέρη ἴσταται ὁ κόσμος, καὶ γίγνεται μία ποίμνη σκοτεινὴ, ἡ χωροῦσα εἰς πῦρ αἰώνιον. Καὶ μία πλήρης φωτὸς, ἡ πρὸς τὴν οὐράνιον λῆξιν ἀναγομένη· αὐτὸ οὖν ὃ νῦν κτώμεθα ἐν ταῖς ψυχαῖς, αὐτὸ ἐκεῖνο λάμπει καὶ φανεροῦται, καὶ τὰ σώματα ἐνδύει δόξαν.

ΙΔ'. Ὥσπερ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ Ξανθικοῦ μηνὸς αἱ ῥίζαι κεχωσμέναι ἐν τῇ γῇ, τοὺς ἰδίους καρποὺς, καὶ τὰ ἴδια ἄνθη καὶ κάλλη ἐκβλαστάνουσι, καὶ καρποφοροῦσι, καὶ φανεροῦνται αἱ καλαὶ ῥίζαι, καὶ αἱ τὰς ἀκάνθας ἔχουσαι φανεραὶ γίνονται οὕτως ἐνὶ κείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ἕκαστος διὰ τοῦ ἰδίου σώματος, ἅπερ ἔπραξεν, ἐμφανίζει, καὶ φανεροῦται τά τε καλὰ καὶ τὰ κακά. Ἐκεῖ γάρ ἐστι πᾶσα ἡ κρίσις καὶ ἡ ἀνταπόδοσις. Ἔστι γὰρ ἄλλη τροφὴ παρὰ ταύτην τὴν φαινομένην· καὶ γὰρ Μωϋσῆς ὅτε ἀνῆλθεν εἰς τὸ ὄρος, ἡμέρας τεσσαράκοντα ἐνήστευσεν. Ἀνῆλθεν ἄνθρωπος, κατῆλθε Θεὸν ἔχων. Καὶ ἴδε βλέπομεν ἐν ἡμῖν, ὅτι ἐν ὀλίγαις ἡμέραις, ἐὰν μὴ ὑποστηριχθῇ τὸ σῶμα βρώμασι, φθείρεται. Καὶ αὐτὸς ἐν τεσσαράκοντα ἡμέραις νηστεύσας, πλεῖον ὅλων ἐνδυναμώτερος κατῆλθεν. Ἐτρέφετο γὰρ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ ᾠκονομεῖτο αὐτοῦ τὸ σῶμα ἄλλῃ τροφῇ ἐπουρανίῳ. Ὁ γὰρ λόγος τοῦ Θεοῦ τροφὴ αὐτῷ ἐγίγνετο, καὶ εἶχε δόξαν εἰς τὸ πρόσωπον· τὸ γενόμενον, τύπος ἦν· ἐκείνη γὰρ ἡ δόξα νῦν ἔσωθεν εἰς τὰς καρδίας τῶν Χριστιανῶν λάμπει. Ἀνιστάμενα γὰρ τὰ σώματα ἐν τῇ ἀναστάσει ἄλλῳ ἐνδύματι θείῳ σκεπάζονται, καὶ βρώσει ἐπουρανίῳ τρέφονται.

ΙΕ'. *Ἐρώτησις. Τί ἐστι, γυνὴ ἀκατακαλύπτῳ κεφαλῇ προσευχομένη;*

Ἀπόκρισις. Ἐπειδὴ ἐν τῷ καιρῷ τῶν ἀποστόλων ἀφιεμένας εἶχον τὰς τρίχας ἀντὶ σκεπάσματος· διὰ τοῦτο ὁ Κύριος καὶ οἱ ἀπόστολοι ἦλθον εἰς τὴν κτίσιν καὶ ἐσωφρόνησαν αὐτήν. Πλὴν ἡ γυνὴ κεῖται εἰς τύπον τῆς Ἐκκλησίας· καὶ ὥσπερ εἰς τὸ φαινόμενον ἐν ἐκείνῳ τῷ καιρῷ ἐκείναι εἶχον ἐξηπλωμένας τὰς τρίχας ἀντὶ σκεπάσματος· οὕτω καὶ ἡ Ἐκκλησία τὰ τέκνα αὐτῆς ἐνδύει καὶ περιβάλλει ἐνδύμασι θείοις, καὶ δεδοξασμένοις. Καὶ εἰς τὸ παλαιὸν δὲ τῆς Ἐκκλησίας Ἰσραὴλ, μία ἦν ἡ συναγωγὴ, καὶ ἐσκέπετο ὑπὸ τοῦ Πνεύματος, καὶ ἦσαν ἀντὶ δόξης περιβεβλημένοι τὸ Πνεῦμα, εἰ καὶ αὐτοὶ οὐκ ἐστοίχησαν. Ἐκκλησία οὖν λέγεται καὶ ἐπὶ πολλῶν, καὶ ἐπὶ μιᾶς ψυχῆς· αὐτὴ γὰρ ἡ ψυχὴ συνάγει ὅλους τοὺς λογισμοὺς, καὶ ἔστιν Ἐκκλησία τῷ Θεῷ. Ἡρμόσθη γὰρ εἰς κοινωνίαν ἡ ψυχὴ τῷ ἐπουρανίῳ νυμφίῳ, καὶ κιρνᾶται τῷ ἐπουρανίῳ, τοῦτο δὲ καὶ ἐπὶ πολλῶν νοεῖται, καὶ ἐπὶ ἑνός. Καὶ γὰρ ὁ προφήτης λέγει περὶ τῆς Ἱερουσαλὴμ, *Εὗρόν σε ἔρημον καὶ γυμνὴν, καὶ ἐνέδυσά σε*, καὶ τὰ ἑξῆς, ὡς ἐπὶ τοῦ ἑνὸς προσώπου εἶπεν.

omnibus tribubus terræ universæ Adæ, quando vocabit pastor suum gregem, quicunque cauterium habuerint, cognoscent pastorem suum, et pastor sigillo insignitos agnoscet, et congregabit ex omnibus gentibus. Vocem enim ejus audiunt, qui sunt sui, et sequuntur eum. In duas enim partes mundus dividitur, et est unus grex tenebrosus, qui discedet in ignem inexstinguibilem et æternum; alter vero plenus lumine, qui ad hæreditatem cœlestem deducetur. Illud igitur, quod nunc possidemus in animis, illud ipsum splendebit et manifestabitur, et corpora induent gloriam.

XIV. Perinde ac tempore mensis Aprilis radices terra coopertæ, suos fructus, suosque flores ac lautitias producunt, fructumque ferunt, ac manifestantur fecundæ radices, uti et quæ spinas ferunt, patefiunt: sic in illa die, quilibet suo corpore, quid egerit, patefaciet, et manifestabuntur mala et bona. Illic enim erit universale judicium, et retributio. Est enim alius cibus præter eum, qui videtur. Moses enim cum ascenderet montem, quadraginta dies jejunavit. Ascendit homo, descendit habens Deum. Et ecce, videmus in nobis, quod perpaucorum dierum spatio, nisi corpora suffulciantur cibis, ipsa pereant, ipse vero quadraginta dies cum jejunus fuisset, fortior omnibus descendit. Alebatur enim a Deo, et corpus ejus sustentabatur alio cibo cœlesti. Sermo enim Dei cibus ei erat, et habebat gloriam in facie. Omne quod fiebat, typus erat alterius rei. Illa enim gloria non intus in cordibus Christianorum fulget. Resurgentia enim corpora in resurrectione, alio vestimento divino operientur, ac cibo cœlesti nutrientur.

48 XV. *Interrogatio. Quid est illud, Femina non velato capite orans* [32]?

Responsio. Quoniam temporibus apostolorum prolixos alebant crines pro velamine, propterea Dominus et apostoli venerunt ad creaturam, ut eam ad modestiam adducerent. Verum mulier typus est Ecclesiæ. Et quemadmodum ad aliorum conspectum tempore illo mulieres gerebant passos crines pro velamine, sic Ecclesia filios suos induit et amicit vestimentis divinis et gloriosis. Antiquitus autem Ecclesiæ Israel una erat congregatio, quæ operiebatur Spiritu: et induti erant Spiritu pro gloria, quamvis ipsi non consentirent. Dicitur ergo Ecclesia tam de pluribus quam de una anima. Hæc enim anima congregat omnes cogitationes, atque Deo est Ecclesia. Apta enim est anima ad societatem cœlestis Sponsi, et temperatur cum cœlesti. Hoc vero non in pluribus tantum, sed etiam in uno potest intelligi. De Jerusalem enim propheta inquit: *Inveni te desertam et nudam, et indui te* [33], et cætera, tanquam de una persona loqueretur.

[32] I Cor. xi, 5. [33] Ezech. xvi, 6.

Digitized by Google

XVI. *Interrogatio.* Quid est, quod Martha dixerat Domino de Maria: *Ego de multis sollicita sum, et hæc assidet tibi?*

Responsio. Quod debebat dicere Maria Marthæ, id Dominus præoccupans, eidem dixit, quod illa, omnibus relictis, sederet ad pedes Domini, ac Deo benediceret tota die. Vides assidendi beneficium, pro dilectione datum. Ut autem clarius appareat verbum Dei, audi. Si quis diligit Jesum, eique attendit assidue vero, et non remisse attendit, sed perseverat quoque in dilectione jam Deus cogitat pro dilectione illa dare aliquid illi animæ, quamvis homo nesciat, quid accepturus sit, aut qualem portionem Deus largiturus sit animæ. Et sane Mariæ, quæ diligebat eum, et assidebat pedibus ejus, non simpliciter se adjunxit; sed virtutem illi quamdam occultam ex sua substantia contulit. Sermones enim quibus alloquebatur Deus in quiete Mariam, spiritus erant et virtus quædam. Hique sermones penetrabant cor, et anima animam, spiritus spiritum, et virtus divina multiplicabatur in corde ejus. Necessario enim virtus illa, quocunque diverterit, illic perseverat, velut possessio, quæ auferri nequit. Quare Dominus sibi conscius, quid Mariæ contulisset, ait: *Maria optimam partem elegit* [36]. Non ita longe postea, quæ benevole egerat Martha circa ministerium, promoverunt eam ad donum illud gratiæ. Illa enim consecuta est virtutem divinam in anima.

XVII. Et sane quid mirum, si qui accedunt ad Dominum, eique corporaliter conjunguntur, receperunt virtutem; cum, apostolis loquentibus verbum Dei, ceciderit super credentes Spiritus? Cornelius ex verbo Dei, quod audivit, accepit virtutem: quanto magis, cum Dominus loqueretur cum Maria, aut Zacchæo, aut peccatrice, quæ 49 passis capillis abstergebat pedes Domini, aut cum Samaritana, aut latrone, egressa est virtus, et permistus est cum eorum anima Spiritus sanctus [36]! Nunc quoque qui Deum amore prosequuntur, et, relictis omnibus, in oratione perseverant, docentur secreto, quæ non noverant. Ipsa enim veritas secundum illorum propositum apparet illis, et docet eos. *Ego sum veritas* [36]. Et ipsi quoque apostoli ante passionem apud Dominum perseverantes, viderunt prodigia magna, scilicet quo pacto leprosi mundarentur et mortui resuscitarentur [37]. Nec tamen cognoverunt quomodo conversaretur virtus divina, aut ministraret in corde; et quod spiritualiter renasci et temperari cum anima cœlesti eos oporteat, ac fieri novam creaturam. Propter signa vero, quæ faciebat, diligebant Dominum. Tandem Dominus dixit eis: *Quia admiramini signa, hæreditatem magnam do vobis, quam non habet universus mundus.*

XVIII. Tandiu vero hæc verba illis peregrina fuerunt, donec surrexit a mortuis, et extulit cor-

ΙϚ'. Ἐρώτησις. Τί ἐστιν ὃ ἡ Μάρθα εἶπε τῷ Κυρίῳ περὶ τῆς Μαρίας, ὅτι *Ἐγὼ κάμνω εἰς πολλὰ, καὶ αὕτη παρακαθέζεταί σοι;*

Ἀπόκρισις. Ὃ ὤφειλεν εἰπεῖν ἡ Μαρία τῇ Μάρθᾳ, ὁ Κύριος προλαβὼν εἶπεν αὐτῇ, ὅτι πάντα ἀφῆκεν ἐκείνη, καὶ παρὰ τοὺς πόδας ἐκάθητο τοῦ Κυρίου, καὶ τὸν Θεὸν εὐλόγει ὅλην τὴν ἡμέραν. Ὁρᾷς προσεδρείαν ὑπὲρ ἀγάπης. Ἵνά δὲ σαφέστερον ὁ λόγος τοῦ Θεοῦ φωτισθῇ, ἄκουσον. Εἴ τις ἀγαπᾷ τὸν Ἰησοῦν, καὶ προσέχει αὐτῷ ὀρθῶς καὶ οὐχ ἁπλῶς προσέχει, ἀλλὰ καὶ παραμένει ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἤδη καὶ ὁ Θεὸς λογίζεται ἀντὶ τῆς ἀγάπης ἐκείνης δοῦναί τι ἐκείνῃ τῇ ψυχῇ, εἰ καὶ ὁ ἄνθρωπος οὐκ οἶδε τί μέλλει λαμβάνειν, ἢ ποῖον μέρος μέλλει ὁ Θεὸς διδόναι τῇ ψυχῇ. Καὶ τῇ Μαρίᾳ γὰρ ἀγαπώσῃ αὐτὸν, καὶ παρακαθεζομένῃ παρὰ τοὺς πόδας αὐτοῦ, οὐχ ἁπλῶς προσετέθη, ἀλλὰ δύναμίν τινα κρυφιμαίαν ἐκ τῆς αὐτοῦ οὐσίας ἔδωκεν αὐτῇ. Αὐτοὶ γὰρ οἱ λόγοι, οὓς ἐλάλει ὁ Θεὸς μετὰ εἰρήνης τῇ Μαρίᾳ, πνεύματα ἦσαν καὶ δύναμίς τις· καὶ οὗτοι οἱ λόγοι εἰσερχόμενοι εἰς τὴν καρδίαν, ψυχὴ εἰς ψυχὴν, καὶ πνεῦμα εἰς πνεῦμα, καὶ δύναμις θεϊκὴ ἐπληροῦτο εἰς τὴν καρδίαν αὐτῆς. Ἐξ ἀνάγκης γὰρ ἐκείνη ἡ δύναμις, ὅπου καταλύσει παράμονος γίγνεται, ὡς κτῆμα ἀναφαίρετον. Διὰ τοῦτο ὁ Κύριος εἰδὼς τί ἔδωκεν αὐτῇ, εἶπε, *Μαρία τὴν καλὴν μερίδα ἐξελέξατο.* Μετὰ δὲ καιρὸν ἐκεῖνα ἃ ἐποίει προθύμως περὶ τὴν διακονίαν ἡ Μάρθα, ἤνεγκεν αὐτὴν εἰς τὸ χάρισμα ἐκεῖνο. Καὶ αὐτὴ γὰρ ἐδέξατο δύναμιν θεϊκὴν τῇ ψυχῇ αὐτῆς.

ΙΖ'. Καὶ τί θαυμαστὸν, εἰ οἱ προσερχόμενοι τῷ Κυρίῳ, καὶ προσκολλώμενοι σωματικῶς ἐλάμβανον δύναμιν, ὁπότε οἱ ἀποστόλοι ἐλάλουν λόγον, καὶ ἔπιπτεν ἐπὶ τοὺς πιστεύοντας τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον; ὁ Κορνήλιος ἐκ τοῦ λόγου οὗ ἤκουσεν ἔλαβεν δύναμιν· πόσῳ μᾶλλον ὁ Κύριος ὅτε ἐλάλει λόγον τῇ Μαρίᾳ, ἢ τῷ Ζακχαίῳ, ἢ τῇ ἁμαρτωλῷ, ἥτις λιπάνασα τὰς τρίχας, ἀπέμασσε τοὺς πόδας τοῦ Κυρίου· ἢ τῇ Σαμαρίτιδι, ἢ τῷ ληστῇ, ἐγίγνετο δύναμις, καὶ συνεκεράσθη ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ νῦν οἱ ἀγαπῶντες τὸν Θεὸν, καὶ καταλιμπάνοντες πάντα, καὶ τῇ εὐχῇ προσκαρτεροῦντες, διδάσκονται ἐν κρυπτῷ, ἃ οὐκ οἴδασιν· αὐτὴ γὰρ ἡ ἀλήθεια κατὰ τὴν προαίρεσιν αὐτῶν φανεροῦται αὐτοῖς, καὶ διδάσκει αὐτοὺς, ὅτι *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια.* Καὶ αὐτοὶ γὰρ οἱ ἀπόστολοι πρὸ τοῦ σταυροῦ παραμένοντες τῷ Κυρίῳ, ἔβλεπον σημεῖα μεγάλα, ὅπως τε λεπροὶ ἐκαθαρίζοντο, καὶ νεκροὶ ἠγείροντο. Καὶ οὐκ ᾔδεισαν πῶς ἀναστρέφεται θεία δύναμις καὶ διακονεῖ ἐν καρδίᾳ, καὶ ὅτι ἤμελλον πνευματικῶς ἀναγεννᾶσθαι, καὶ συγκιρνᾶσθαι τῇ ἐπουρανίῳ ψυχῇ, καὶ γίγνεσθαι καινὴ κτίσις, διὰ τὰ σημεῖα ἃ ἐποίει, ἠγάπων τὸν Κύριον. Λοιπὸν ὁ Κύριος ἔλεγεν αὐτοῖς, *Τί θαυμάζετε τὰ σημεῖα, κληρονομίαν μεγάλην δίδωμι ὑμῖν, ἣν οὐκ ἔχει ὁ κόσμος ὅλος.*

ΙΗ'. Λοιπὸν αὐτοὶ ἐξενίζοντο εἰς τοὺς λόγους αὐτοῦ, ἕως ὅτου ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, καὶ ἀνήνεγκε τὸ

[36] Luc. x, 42. [36] Act. x, 44; Luc. x, 42; Luc. xix, 9; Luc. vii, 48; Joan. iv, 14; Luc. xxiii, 43. [36] Joan. xiv, 6. [37] Matth. xi, 5.

Digitized by Google

σῶμα ὑπὲρ ἡμῶν, ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν· καὶ τότε εἰσῆλθε καὶ συνεκεράσθη ἐν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν τὸ Πνεῦμα τὸ παράκλητον. Καὶ αὐτὴ ἡ ἀλήθεια φανεροῖ ἑαυτὴν εἰς τὰς ψυχὰς τὰς πιστάς· καὶ ἔρχεται ὁ ἐπουράνιος ἄνθρωπος μετὰ τοῦ ἀνθρώπου σου, καὶ γίγνεται εἰς μίαν κοινωνίαν. Ὅσοι οὖν εἰσιν εἰς διακονίαν, καὶ προθύμως πάντα ποιοῦσι διὰ ζῆλον, καὶ πίστιν, καὶ ἀγάπην Θεοῦ, αὐτὸ ἐκεῖνο μετὰ καιρόν τινα φέρει αὐτοὺς εἰς γνῶσιν αὐτῆς τῆς ἀληθείας. Ὁ γὰρ Κύριος φανεροῦται ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν, καὶ διδάσκει αὐτοὺς τὴν ἀναστροφὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Δόξα καὶ προσκύνησις τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ Υἱῷ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A pus pro nobis super cœlos. Et tunc introilt ac commistus est eorum animis Spiritus paracletus. Ipsa quoque veritas manifestat se ipsam animis fidelibus: ac congreditur cœlestis homo cum homine tuo, et fit una societas. Quicunque igitur ministerio vario vacant, et alacriter omnia peragunt, zelo, fide, dilectione Dei impulsi, illud ipsum aliquanto post ducit eos in cognitionem ipsius veritatis. Dominus enim apparet animis illorum, et docet eos conversationem Spiritus sancti. Gloria et adoratio Patri, et Filio, et Spiritui sancto, in sæcula. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΓ'.

Τὸν καρπὸν ἀπαιτεῖ ὁ Θεὸς παρὰ τῶν Χριστιανῶν;

Πάντα τὰ φαινόμενα ἔκτισεν ὁ Θεὸς, καὶ ἔδωκε τοῖς ἀνθρώποις εἰς ἀνάπαυσιν καὶ τρυφὴν, καὶ νόμον δικαιοσύνης ἔδωκεν αὐτοῖς. Ἀπὸ δὲ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, ἄλλον καρπὸν ζητεῖ ὁ Θεὸς, καὶ ἄλλην δικαιοσύνην, τὴν καθαρότητα τῆς καρδίας, συνείδησιν ἀγαθὴν, λόγους χρηστοὺς, ἐνθυμήσεις σεμνὰς καὶ ἁγαθὰς, καὶ πάντα τὰ τῶν ἁγίων κατορθώματα. Λέγει γὰρ ὁ Κύριος, *Ἐὰν μὴ περισσεύσῃ ὑμῶν ἡ δικαιοσύνη πλεῖον τῶν γραμματέων καὶ Φαρισαίων, οὐ δύνασθε εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται, Μὴ πορνεύσῃς· ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, μήτε ἐπιθυμήσῃς, μήτε ὀργισθῇς.* Χρὴ γὰρ τὸν βουλόμενον φίλον εἶναι Θεοῦ, φυλάττειν ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ ῥύπου τῆς ἁμαρτίας, καὶ τοῦ πυρὸς τοῦ αἰωνίου τοῦ ὄντος ἐν ἡμῖν. Τοῦτο ἀξίους τῆς βασιλείας καθίστησιν ἡμᾶς. Δόξα τῇ εὐσπλαγχνίᾳ αὐτοῦ, καὶ γενομένῃ εὐδοκίᾳ τοῦ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. Ἀμήν.

HOMILLIA XIII.

Quem fructum a Christianis Deus requirat?

Omnia, quæ videntur, creavit Deus, et dedit hominibus in recreationem et delicias, ac legem illis dedit justitiæ. Ex quo vero Christus advenit, alium fructum requirit Deus, atque aliam justitiam, puritatem nempe cordis, conscientiam bonam, sermones utiles, cogitationes castas et bonas, atque omnia sanctorum officia. Dicit enim Dominus: *Nisi abundaverit vestra justitia, plus quam Scribarum et Pharisæorum, non potestis ingredi in regnum cœlorum. In lege scriptum est: Non committes adulterium: at ego dico vobis, Ne concupiscas aut irascaris* [18]. Oportet enim eum qui exoptat amicum Dei esse, conservare se a cœno peccati, et ignis æterni, qui in nobis viget. Hoc dignos regno constituit. Gloria misericordiæ ejus, et propensæ voluntati erga nos, Patris, et Filii, et Spiritus sancti. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΔ'.

Οἱ τοὺς λογισμοὺς καὶ τὸν νοῦν τῷ Θεῷ ἐπιδιδόντες, τοῦτ' ἐπ' ἐλπίδι τοῦ φωτισθῆναι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας ποιοῦσι, καὶ ὁ Θεὸς τοιούτους ἐν ἁγιότητι καὶ καθαρότητι μεγίστῃ μυστηρίων ἀξιοῖ, καὶ μεταδίδωσιν αὐτοῖς ἐκ τῆς χάριτος αὐτοῦ. Καὶ τί ἀγαθῶν ἐπουρανίων τυχεῖν βουλόμενοι ποιεῖν ὀφείλωμεν. Λοιπὸν οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ προφῆται ἀφομοιοῦνται τοῖς ἀκτῖσιν ἡλίου διὰ θυρίδος εἰσερχομένοις. Διδάσκει καὶ ἡ ὁμιλία, τίς ἡ γῆ τοῦ Σατανᾶ, καὶ εἰς τῶν ἀγγέλων, καὶ ὅτι ἀμφοτέρα ἀψηλάφητος καὶ ἀόρατος.

Α'. Πάντα τὰ ἐν τῷ κόσμῳ φαινόμενα ἔργα ἐπ' ἐλπίδι γίνεται, εἰς τὸ μεταλαβεῖν τῶν καμάτων· καὶ εἰ μή τις ἐν πάσῃ πληροφορίᾳ ἀπολαύσῃ τῶν πόνων, οὐδὲν ὠφελεῖται. Καὶ γὰρ ὁ γεωργὸς σπείρει ἐπ' ἐλπίδι καρπῶν, καὶ καμάτους ὑποφέρει διὰ τὴν προσδοκίαν· Ἐπ' ἐλπίδι, φησὶν, *ὁ ἀροτριῶν ἀροτριᾷ·* καὶ *ὁ λαμβάνων γυναῖκα, ἐπ' ἐλπίδι τοῦ ἔχειν κληρονόμους.* Καὶ ὁ ἔμπορος δίδωσιν ἑαυτὸν εἰς θάλατταν καὶ θάνατον ἕτοιμον διὰ τὸ κέρδος. Οὕτω καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ἐπ' ἐλπίδι τοῦ φωτισθῆναι τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας, δίδωσί τις ἑαυτὸν, ἀναχωρῶν τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, καὶ σχολάζων ἐν

HOMILLIA XIV.

Qui cogitationes ac mentem Deo tradunt, nec sub spe illuminandorum oculorum cordis faciunt: ac Deus hujusmodi in summa sanctimonia ac puritate mysteriis dignos reputat, ac participes facit illos gratiæ suæ. Quidque bona cœlestia consecuturi agere debeamus. Tandem apostoli et prophetæ assimilantur radiis solaribus, per fenestram ingressis. Docet quoque homilia, quæ sit terra Satanæ, et quæ angelorum, et quod utraque nec contrectari nec videri possit.

50 I. Omnia opera, quæ in hoc mundo videntur, snb spe aliqua fiunt fruendi laboribus suis. Et nisi quis plene sibi persuadeat se fruiturum laboribus, nil commodi percipit. Agricola enim semina sub spe fructuum, ac labores sustinet propter exspectationem. *In spe*, inquit, *qui arat, debet arare: et qui duxit uxorem, sub spe habendorum hæredum* [19]. Mercator quoque committit se mari et morti promptissimæ, lucri gratia. Ita quoque in regno cœlorum, sub spe illuminandorum oculorum cordis, tradit aliquis se ipsum, procul abscedens a rebus sæcularibus, intentus precatio-

[18] Matth. v, 20 seq.

Digitized by Google

nibus et consecrationibus, exspectans Dominum quando veniens manifestet ei se ipsum, et emundet eum peccato ei inhærente.

II. Nec spem habet in laboribus suis, et vitæ ratione, donec consequatur quæ sperat, quoad veniens Dominus habitet in eo in omni sensu et operatione Spiritus. Cumque gustaverit bonitatem Domini, et fructibus spiritus delectatus fuerit, ac sublatum sit velamen tenebrarum, lumenque Christi splendescat, et operetur in lætitia ineffabili: tunc plene confirmabitur, habens secum Dominum in multa dilectione, perinde ac ibi mercator, dum lucrum facit lætatur: multas tamen molestias sustinet, et metuit a latronibus et spiritibus nequitiæ, ne remissior factus perdat operam, donec consequatur regnum cœlorum, supernam Jerusalem.

III. Obsecremus igitur nos quoque Deum, ut exutos nos veteri homine, induat cœlesti Christo ex hoc tempore, ut in exsultatione constituti, sicque ab eo ducti in summa tranquillitate simus. Inquit enim Dominus, replere nos cum vellet gustu regni: *Sine me nihil potestis facere* [39]. Et quidem apostolorum ope multos novit illuminare: creaturæ enim cum essent illi, conservos educabant: et fratrem ac filium Christi fieri, præstantius quid quam cæteri homines, efficere; hoc est, ipsum cor et mentem sanctificabant, itidem et cogitationes, ut ad Deum eas dirigerent; et sic Deus largitur occulte vitam et opem cordi, ac se ipsum ei committit. Cum enim secreta, hoc est, mentem et cogitationes quis Deo dedicat, nulla alia re aut cogitatione occupatus ac districtus, sed se ipsum vi quadam cohibens, tunc Dominus mysteriorum participem facit eum, in sanctimonia ac puritate multa, et cibum cœlestem exhibet se ipsum, ac potum spiritualem.

IV. Perinde ac quis, qui multa bona, servos ac filios possidet, alium cibum præbet servis, alium filiis ex semine suo procreatis: quia filii sunt hæredes patris, et cum eo comedunt, similes scilicet patri suo: sic Christus verus ille Dominus omnia creavit, et nutrit improbos ac ingratos: filios vero quos genuit ex semine suo, quosque participes fecit gratiæ suæ, in quibus formatus est Dominus, peculiari refectione, alimento, cibo et potu, præter cæteros homines enutrit, ac præbet se ipsum illis conversantibus cum patre suo, sicut ait Dominus: *Qui edit meam carnem, et bibit meum sanguinem, in me manet, et ego in illo, et mortem non videbit* [41]. Qui enim possident veram hæreditatem, tanquam filii sunt ex Patre cœlesti progeniti, et in domo patris sui degunt, ut ait Dominus: *Servus non manet in domo, filius vero manet in æternum* [42].

A εὐχαῖς καὶ δεήσεσι, προσδεχόμενος τὸν Κύριον, πότε ἐλθὼν ἐμφανίσει αὐτῷ ἑαυτὸν, καὶ καθαρίσει αὐτὸν ἐκ τῆς ἐνοικούσης αὐτῷ ἁμαρτίας.

Β'. Οὐκ ἐπελπίζει δὲ ἐπὶ τοῖς κάμάτοις αὐτοῦ, καὶ τῇ πολιτείᾳ, ἕως οὗ τύχῃ τῶν ἐλπιζομένων, ἕως οὗ ἐλθὼν ὁ Κύριος οἰκήσῃ ἐν αὐτῷ, ἐν πάσῃ αἰσθήσει καὶ ἐνεργείᾳ Πνεύματος. Καὶ ὅταν γεύσηται τῆς χρηστότητος τοῦ Κυρίου, καὶ τοῖς καρποῖς τοῦ πνεύματος ἐντρυφήσῃ, καὶ περιαιρεθῇ τὸ κάλυμμα τοῦ σκότους, καὶ τὸ φῶς τοῦ Χριστοῦ ἐλλάμψῃ καὶ ἐνεργήσῃ ἐν χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ, τότε πληροφορεῖται ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ τὸν Κύριον ἐν πολλῇ στοργῇ· ὥσπερ ἐκεῖ ὁ ἔμπορος κερδήσας χαίρει. Ἀγῶνα δὲ ἔχει καὶ φόβον τῶν ἀπὸ τῶν ληστῶν καὶ τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας, μή πω χαυνωθεὶς ἀπολέσῃ τὸν κάματον, B ἕως οὗ καταξιωθῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, ἐν τῇ ἄνω Ἱερουσαλήμ.

Γ'. Παρακαλέσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς τὸν Θεὸν, ἵνα ἀποδύσῃ ἡμᾶς τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον, καὶ ἐνδύσῃ τὸν ἐπουράνιον Χριστὸν ἀπὸ τοῦ νῦν, ὅπως ἐν ἀγαλλιάσει γενόμενοι, καὶ οὕτως ὑπ' αὐτοῦ ὁδηγούμενοι ἐν πολλῇ γαλήνῃ ἐσόμεθα. Φησὶ γὰρ ὁ Κύριος, πληρῶσαι ἡμᾶς τῆς γεύσεως τῆς βασιλείας βουλόμενος, *Χωρὶς ἐμοῦ οὐ δύνασθε ποιεῖν οὐδέν*. Καίτοι γε διὰ τῶν ἀποστόλων πολλοὺς οἶδε φωτίζειν· κτίσματα γὰρ ὄντες, τοὺς ὁμοδούλους ἐξέτρεφον· καὶ ἀδελφὸν καὶ υἱὸν Χριστοῦ γενέσθαι, περισσόν τι παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους ποιεῖν, τουτέστιν αὐτὴν τὴν καρδίαν, αὐτὸν τὸν νοῦν ἀφιερῶν, καὶ τοὺς λογισμοὺς ἀνασείειν πρὸς τὸν C Θεόν. Καὶ οὕτως ὁ Θεὸς δίδωσι κρυπτῶς ζωὴν καὶ βοήθειαν εἰς τὴν καρδίαν, καὶ ἑαυτὸν ἐμπιστεύει αὐτῇ. Ὅτε γὰρ τὰ κρυπτὰ, τουτέστι τὸν νοῦν καὶ τοὺς λογισμοὺς, δίδωσι τῷ Θεῷ, μὴ ἀσχολούμενος, μήτε ῥεμβόμενος ἀλλαχοῦ, ἀλλ' ἑαυτὸν βιαζόμενος, τότε ὁ Κύριος μυστηρίων ἀξιοῖ τοῦτον ἐν ἁγιότητι καὶ καθαρότητι πλείονι, καὶ τροφὴν ἐπουράνιον δίδωσιν αὐτὸν, καὶ πόμα πνευματικόν.

Δ'. Ὥσπερ ἐὰν ᾖ τις κεκτημένος πολλὴν περιουσίαν, καὶ δούλους, καὶ τέκνα, ἄλλην τροφὴν δίδωσι τοῖς δούλοις, καὶ ἄλλην τοῖς ἰδίοις τέκνοις τοῖς ἐκ τοῦ σπέρματος γεγενημένοις· ἐπειδὴ τὰ τέκνα κληρονομοῦσι τὸν πατέρα, καὶ μετ' αὐτοῦ ἐσθίουσιν, ἁφομοιωμένα τῷ πατρὶ αὐτῶν· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ὁ ἀληθινὸς Δεσπότης, πάντα αὐτὸς ἔκτισε, καὶ τρέφει τοὺς πονηροὺς καὶ ἀχαρίστους· τὰ δὲ τέκνα, ἃ ἐγέ- D νησεν ἐκ τοῦ σπέρματος αὐτοῦ, καὶ οἷς μετέδωκεν ἐκ τῆς χαρίτος αὐτοῦ, ἐν οἷς ἐμορφώθη ὁ Κύριος, ἰδίαν ἀνάπαυσιν καὶ τροφὴν, καὶ βρῶσιν, καὶ πόσιν, παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους ἐκτρέφει, καὶ δίδωσιν ἑαυτὸν αὐτοῖς ἀναστρεφομένοις μετὰ τοῦ πατρὸς αὐτῶν, ὡς φησιν ὁ Κύριος, *Ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ, καὶ θάνατον οὐ μὴ θεωρήσει.* Οἱ γὰρ ἔχοντες τὴν ἀληθινὴν κληρονομίαν, ὡς υἱοὶ ἐκ Πατρὸς ἐπουρανίου γεγενημένοι εἰσὶ, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρὸς αὐτῶν διάγουσιν, ὡς φησιν ὁ Κύριος, *Ὁ δοῦλος οὐ μένει ἐν τῇ οἰκίᾳ, ὁ δὲ υἱὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα.*

[39] II Cor. IX, 10. [40] Joan. XV, 5. [41] Joan. VI, 54. [42] Joan. VIII, 35.

Digitized by Google

Ε'. Εἴπερ οὖν καὶ ἡμεῖς βουλόμεθα ἐκ τοῦ Πατρὸς τοῦ ἐπουρανίου γεννηθῆναι, περισσόν τι παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους ὀφείλομεν ποιεῖν, σπουδὴν, ἄγωνα, ζῆλον, ἀγάπην, πολιτείαν ἀγαθὴν, ἐν πίστει καὶ φόβῳ εἶναι, ὡς βουλόμενοι τηλικούτων ἀγαθῶν τυχεῖν, καὶ Θεὸν κληρονομῆσαι. *Κύριος γὰρ μερὶς τῆς κληρονομίας μου, καὶ τοῦ ποτηρίου μου.* Καὶ οὕτως βλέπων ὁ Κύριος τὴν ἀγαθὴν προαίρεσιν καὶ τὴν ὑπομονὴν, ποιεῖ τὸ ἔλεος αὐτοῦ, καὶ καθαρίσας ἡμᾶς τῷ λόγῳ τῷ οὐρανίῳ, καὶ νοήματα νενεκρωμένα, καὶ διεφθαρμένα, διὰ τῆς καλῆς αὐτῶν ἀναστροφῆς καὶ διδασκαλίας, ἀναζωοποιῶν, καὶ ἀνεγείρων· κτίσμα γὰρ ἕτερον κτίσμα ἐκτρέφει καὶ ζωοποιεῖ. Ὥσπερ τὰ σπέρματα τοῦ σίτου, ἢ τῶν κριθῶν τὰ νέφη, κτίσματα ὄντα· ὁ ὑετός τε καὶ ὁ ἥλιος ζωοποιοῦσι κελευόμενα. Ὥσπερ δέ ἐστι φῶς διὰ θυρίδος εἰσερχόμενον, ὁ δὲ ἥλιος ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ τὰς ἀκτῖνας ἐπαφίησιν, οὕτως ἦσαν οἱ προφῆται τοῦ ἰδίου οἴκου μόνον φωστῆρες τοῦ Ἰσραήλ· οἱ δὲ ἀπόστολοι ἥλιοι ἦσαν ἐκλάμποντες τὰς ἀκτῖνας εἰς ὅλα τὰ μέρη τοῦ κόσμου.

Ϛ'. Ἐστιν οὖν γῇ ἐν ᾗ κατοικοῦσι τὰ τετράποδα· καὶ ἔστι γῆ ἐν τῷ ἀέρι, ἐν ᾗ περιπατοῦσι καὶ ζῶσι τὰ ὄρνεα. Καὶ ταῦτα ἐὰν θελήσωσιν ἐν τῇ γῇ στῆναι ἢ περιπατῆσαι, ἔχουσι θηρευτὰς τοὺς κρατοῦντας αὐτά. Καὶ ἔστι γῆ τῶν ἰχθύων, τὸ ὕδωρ τῆς θαλάσσης, καὶ ἕκαστον ἐν ᾧ τόπῳ ἐγεννήθη, καὶ γῇ καὶ ἀέρι, ἔχει ἐκεῖ τὴν διαγωγὴν καὶ τροφὴν καὶ ἀνάπαυσιν. Οὕτως ἔστι γῆ καὶ πατρὶς σατανικὴ, οὗ διάγουσι καὶ ἐμπεριπατοῦσι, καὶ ἐπαναπαύονται αἱ δυνάμεις τοῦ σκότους, καὶ τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας· καὶ ἔστι γῇ φωτεινὴ τῆς θεότητος, ὅπου ἐμπεριπατοῦσι καὶ ἐπαναπαύονται αἱ παρεμβολαὶ τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν ἁγίων πνευμάτων. Καὶ οὔτε ἡ σκοτεινὴ γῆ τοῖς ὀφθαλμοῖς τούτου σώματος ὁραθῆναι, ἢ ψηλαφηθῆναι δύναται· οὔτε ἡ γῆ τῆς θεότητος ἡ φωτεινὴ ψηλαφᾶται, ἢ ὁρᾶται τοῖς σαρκικοῖς ὀφθαλμοῖς· τοῖς δὲ πνευματικοῖς φαίνεται τῷ ὀφθαλμῷ τῆς καρδίας, καὶ ἡ Σατανικὴ τοῦ σκότους, καὶ ἡ φωτεινὴ τῆς θεότητος.

Ζ'. Ὡς δὲ ὁ λόγος τῶν ἔξωθεν λέγει, ἔστιν ὄρη πύρινα, ὅτι ἐκεῖ πῦρ ἐστι, καὶ ἔστιν ἐκεῖ ζῶα ὅμοια τοῖς προβάτοις. Λοιπὸν οἱ θηρεύοντες αὐτὰ ποιοῦσι σιδηροῦς τροχοὺς, καὶ βάλλουσιν ἄγκιστρα, καὶ πέμπουσιν εἰς τὸ πῦρ, ἐπειδὴ ἐκεῖνα τὰ ζῶα τὸ πῦρ ἔχει βρῶσιν, τὸ πῦρ ἔχει πόσιν, ἀνάπαυσιν, αὔξησιν, ζωὴν, ἀντὶ πάντων τὸ πῦρ αὐτοῖς ἐστι. Καὶ ἐὰν ἐξενέγκῃς αὐτὰ εἰς ἄλλον ἀέρα, ἀπόλλυνται, καὶ τὰ ἐνδύματα αὐτῶν ὅταν ῥυπωθῇ, εἰς τὸ ὕδωρ οὐ πλύνονται, ἀλλὰ εἰς τὸ πῦρ, καὶ γίνονται καθαρώτερα καὶ λευκότερα. Οὕτως καὶ οἱ Χριστιανοὶ τὸ ἐπουράνιον πῦρ ἐκεῖνο ἔχουσι βρῶσιν. Ἐκεῖνο αὐτοῖς ἐστιν ἀνάπαυσις· ἐκεῖνο καθαρίζει, καὶ πλύνει, καὶ ἁγιάζει αὐτῶν τὴν καρδίαν· ἐκεῖνο φέρει αὐτοὺς εἰς αὔξησιν· ἐκεῖνο αὐτοῖς ἐστιν ἀὴρ, καὶ ζωή. Ἂν δὲ ἐκεῖθεν ἐξέλθωσιν, ἀπόλλυνται ὑπὸ τῶν πονηρῶν πνευμάτων, ὥσπερ ἐκεῖ τὰ ζῶα ἐξερχόμενα ἀπὸ τοῦ

51 V. Si igitur nos quoque velimus ex Patre cœlesti pronasci, præstantius quid quam cæteri homines agere debemus, studere nempe, contendere, æmulari, diligere, bene conversari, in fide ac metu vivere, velut consecuturi tanta bona, et Deum hæreditario jure possessuri : *Dominus enim pars hæreditatis meæ et calicis mei* [49]. Et ita intuens Dominus propositum illud bonum, ac tolerantiam, misericordiam suam exserit : ac purificans nos verbo cœlesti, mentes mortuas ac deperditas, per bonam ipsorum apostolorum conversationem et doctrinam, vivificat alteram creaturam. Perinde ac semina frumenti aut hordei fovent nubes, quæ creaturæ sunt. Pluvia quoque et sol vivificant ea, cum jubentur. Quemadmodum autem se habet lumen, quod per fenestram ingreditur, ac sol, qui per universam terram radios suos extendit, sic erant prophetæ luminaria peculiaris domus Israel. Apostoli vero erant soles, emittentes radios in universam mundi partem.

VI. Est igitur terra, in qua quadrupedia habitant : est quoque terra in aere, in qua ambulant ac vivunt volucres. Quæ si velint consistere super terram et deambulare, habent venatores, qui eas capiant. Est quoque terra piscium, aqua scilicet maris ; at unumquodque, in quo loco fuerit natum, sive in terra sive in aere, illic degit, nutritur ac quiescit. Sic quoque terra est patria Satanæ, in qua degunt, et circumambulant, ac in qua requiescunt potestates tenebrarum et spiritus nequitiæ. Est quoque terra lucida divinitatis, in qua circumambulant ac requiescunt, castra et acies angelorum et sanctorum spirituum. Atque nec terra tenebrosa oculis hujus corporis conspici aut contrectari potest ; nec terra divinitatis lucida contrectatur aut videtur oculis carneis : spiritualibus vero patet, oculo nempe cordis, tum quæ est Satanæ ac tenebrarum, tum etiam quæ est lucida ac divina

VII. Verum, ut profanus sermo perhibet, sunt quidam montes ignei, quia illic ignis permanet, suntque illic animalia similia ovibus. Cæterum venatores ad ea capienda conficiunt ferreas rotas, et projectos hamos mittunt in ignem, quandoquidem illa animalia ignem habent loco cibi, requici, incrementi, vitæ, omnium denique loco ignis illis est. Ac si transferas ea alium in aerem, pereunt : et indumenta illorum, si fuerint sordibus inquinata, aqua non eluuntur, sed igni, fluntque puriora ac candidiora : sic quoque Christiani cœlestem illum ignem habent vice alimenti, ille ipsis est requies, ille expurgat, lavat, et sanctificat cor illorum : ille præbet eis argumentum : ille eis est aer et vita. Si vero inde egrediantur, interficiuntur a pravis spiritibus, velut ibi animalia igni egredientia moriuntur, velut pisces aqua egredientes, velut quadrupedia

[49] Psal. xvi, 3.

Digitized by Google

animalia in mare projecta suffocantur : velut volucres ambulantes super terram capiuntur ab aucupibus : sic quoque anima, quæ non permanet in terra, illa suffocatur et perit : et nisi habeat ignem illum divinum loco cibi, potus, indumentorum, purificationis cordis, et sanctificationis animæ, comprehenditur ab improbis spiritibus, ac perit. Nos autem studiose inquiramus, num seminati simus in invisibili illa terra, ac plantati in cœlesti vinea. Gloria miserationibus ejus in æternum. Amen.

A πυρὸς ἀποθνήσκει, ὥσπερ οἱ ἰχθύες ἀπὸ τῶν ὑδάτων, ὥσπερ τὰ τετράποδα ζῶα βαλλόμενα εἰς τὴν θάλασσαν πνίγεται, ὥσπερ τὰ πετεινὰ περιπατοῦντα εἰς τὴν γῆν κατέχεται ὑπὸ τῶν θηρευτῶν, οὕτως καὶ ἡ ψυχὴ ἡ μὴ μένουσα ἐν τῇ γῇ ἐκείνῃ, συμπνίγεται καὶ ἀπόλλυται. Καὶ ἐὰν μὴ ἔχῃ τὸ πῦρ ἐκεῖνο τὸ θεῖκὸν ἀντὶ βρώσεως καὶ πόσεως, καὶ ἐνδυμάτων, καὶ καθαρισμοῦ καρδίας, καὶ ἁγιασμοῦ ψυχῆς, κατέχεται ὑπὸ τῶν πονηρῶν πνευμάτων, καὶ διαφθείρεται. Ἡμεῖς δὲ σὺν σπουδῇ ζητήσωμεν, εἰ ἐσπάρημεν ἐν ᾗ ἀοράτῳ γῇ ἐκείνῃ, καὶ ἐφυτεύθημεν ἐν τῇ ἐπουρανίῳ ἀμπέλῳ. Δόξα τοῖς οἰκτιρμοῖς αὐτοῦ. Ἀμήν.

52 HOMILIA XV.

Docet homilia hæc prolixe, quo pacto anima in sanctitate, castitate ac puritate erga sponsum suum Christum Jesum, Servatorem mundi, se gerere debeat. Continet vero quasdam quæstiones summa doctrina refertas, videlicet, utrum in resurrectione omnia membra resurgant, et alias infinitas de vilio, de gratia, de libertate arbitrii et dignitate generis humani.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΕ'.

Διδάσκει αὕτη ἡ ὁμιλία διὰ πολλῶν, πῶς τὴν ψυχὴν ἐν ἁγιότητι καὶ ἁγνότητι καὶ καθαρότητι πρὸς τὸν νυμφίον αὐτῆς Χριστὸν Ἰησοῦν τὸν Σωτῆρα τοῦ κόσμου, χρὴ διακεῖσθαι. Συνέχει δέ τινας ζητήσεις πολλῆς διδασκαλίας γεμούσας, δηλαδὴ εἰ ἐν τῇ ἀναστάσει ὅλα τὰ μέλη ἀνίστανται; Καὶ ἄλλας μυρίας περὶ τοῦ κακοῦ, καὶ τῆς χάριτος καὶ τοῦ αὐτεξουσίου, καὶ τῆς ἀξιότητος τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων.

I. Quemadmodum vir quidam, admodum dives, rex illustris, si delectetur femina paupere, nihil præterquam corpus suum possidente, ejusque amator fiat, ac velit eam sibi in sponsam ac conjugem assumere : illa contra omnem benevolentiam præstat viro, amoremque, quo eum prosequitur, conservat : ecce pauper illa ac egena, quæ nihil possidet, omnium bonorum viri sui fit domina : si vero quid præter decorum ac officium commiserit, nec convenienter ac decenter in domo viri sui versata fuerit, tunc cum infamia ac contumelia ejicitur, ambabus manibus capiti impositis : quemadmodum et in lege Moysis obscure innuitur de muliere refractaria, quæ viro suo nihil commodi præstat. Tum demum illa dolorem ac luctum maximum sustinet, cum secum perpendit quantis divitiis exciderit, qua gloria sit privata, contempta ob dementiam suam.

Α'. Ὥσπερ ἀνήρ τις πλούσιος σφόδρα, βασιλεὺς ἔνδοξος, ἐὰν εὐδοκήσῃ ἐπὶ γυναικὶ πενιχρᾷ μηδὲν κεκτημένῃ, εἰ μὴ μόνον τὸ ἴδιον σῶμα, καὶ ταύτης ἐραστὴς γένηται, καὶ βουληθῇ ἑαυτῷ νύμφην καὶ σύνοικον αὐτὴν ἀγαγέσθαι, κἀκείνη λοιπὸν πᾶσαν εὔνοιαν ἐνδείκνυται τῷ ἀνδρὶ, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν ἀγάπην ἀποσώζουσα· ἰδοὺ ἡ πενιχρὰ ἐκείνη καὶ ἐνδεὴς, ἡ μηδὲν κεκτημένη, πάντων δέσποινα τυγχάνει τῶν τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ὑπαρχόντων. Ἐὰν δέ τι παρὰ τὸ δέον καὶ ὀφειλόμενον πράξῃ, καὶ μὴ ἁρμοζόντως ἀναστρέφηται ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς, τότε μετὰ ἀτιμίας καὶ ὕβρεως ἐκβάλλεται, τὰς δύο χεῖρας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς θεῖσα, καθάπερ καὶ ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως αἰνίττεται περὶ γυναικὸς ἀνυποτάκτου, καὶ μὴ χρησιμευούσης τῷ αὐτῆς ἀνδρί. Καὶ τότε λοιπὸν ὀδύνην καὶ πένθος μέγιστον κτᾶται, λογιζομένη, ἐξ οἵου πλούτου ἐξέπεσε, καὶ οἵας δόξης ἐκτὸς γέγονεν, ἀτιμασθεῖσα διὰ τὴν ἀφροσύνην αὐτῆς.

II. Sic quoque anima, cujus connubium petierit cœlestis Sponsus Christus in mysticam ac divinam societatem suam, atque gustaverit cœlestes divitias, magna in diligentia atque ingenue placere debet suo Sponso Christo, et ministerium spiritum sibi concreditum decenter et convenienter implere, ut placeat Deo in omnibus, et Spiritum in nulla re contristet, ac præclaram erga illum modestiam et dilectionem decenter conservet, atque in domo cœlestis Regis recte conversetur, sitque concessa gratia ipsi in omnibus grata et accepta. Ecce ejusmodi anima omnium Domini bonorum domina constituitur, atque ipse splendor divinitatis corpus ejus exsistit. Si vero quid aberrarit, ac citra decorum egerit quid in ministerio suo, nec grata ei fecerit, nec voluntati ejus parnerit, neque cooperata cum gratia Spiritus secum habitante fuerit, tunc non absque contumelia ac dedecore, honore exuitur, ac privatur vita tanquam inutilis effecta, minimeque apta societati cœlestis Regis. Ac tandem propter

Β'. Οὕτω καὶ ψυχὴ ἣν ἂν μνηστεύσηται νύμφην ὁ ἐπουράνιος νυμφίος Χριστὸς, πρὸς τὴν ἑαυτοῦ μυστικὴν καὶ θείαν κοινωνίαν, καὶ γεύσηται ἐπουρανίου πλούτου, ἐν πολλῇ σπουδῇ γνησίως ἀρέσκειν ὀφείλει τῷ αὐτῆς μνηστῆρι Χριστῷ, καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος διακονίαν, ἣν ἐμπεπίστευται, δεόντως καὶ ἁρμοζόντως ἐκπληροῦν, τῷ ἀρέσκειν τῷ Θεῷ ἐν πᾶσι, καὶ τὸ Πνεῦμα ἐν μηδενὶ λυπεῖν, καὶ τὴν καλὴν πρὸς αὐτὸν σωφροσύνην καὶ ἀγάπην προσηκόντως τηρεῖν, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἐπουρανίου Βασιλέως καλῶς ἀναστρέφεσθαι ἐν πάσῃ εὐνοίᾳ τῆς δοθείσης χάριτος. Ἰδοὺ ἡ τοιαύτη ψυχὴ πάντων τῶν τοῦ Κυρίου ἀγαθῶν δέσποινα καθίσταται, καὶ αὐτὸ τὸ ἔνδοξον τῆς θεότητος αὐτοῦ, σῶμα αὐτῆς τυγχάνει. Ἂν δὲ σφαλῇ τι, καὶ παρὰ τὸ δέον πράξῃ ἐν τῇ διακονίᾳ αὐτῆς, καὶ τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ οὐ πράττῃ, καὶ τῷ θελήματι αὐτοῦ οὐκ ἐξακολουθῇ, οὔτε συνεργὸς τῆς συνούσης τοῦ Πνεύματος χάριτος γίνηται, τότε μετὰ ὕβρεως ἀπρεπῶς ἀτιμάζεται, καὶ ἀφορίζεται τῆς ζωῆς ὡς ἀχρεία γενομένη, καὶ ἀνεπιτήδειος τῇ κοινωνίᾳ τοῦ ἐπου-

Digitized by Google

ρανίου βασιλέως. Καὶ λοιπὸν ἐπ' ἐκείνῃ τῇ ψυχῇ, A illam animam tristitia, dolor ac luctus omnes sanλύπη καὶ ὀδύνη, καὶ κλαυθμὸς πᾶσιν ἁγίοις καὶ νοεροῖς πνεύμασι γίνεται· ἄγγελοι, δυνάμεις, ἀπόστολοι, προφῆται, μάρτυρες κλαίουσιν ἐπ' αὐτῇ.

Γ'. Ὥσπερ γὰρ χαρὰ γίνεται ἐν οὐρανῷ, ὡς ὁ Κύριος εἶπεν, *ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι*· οὕτως λύπη πολλὴ καὶ κλαυθμὸς ἐν τῷ οὐρανῷ γίνεται, ἐπὶ μιᾷ ψυχῇ ἀποπιπτούσῃ τῆς αἰωνίου ζωῆς. Καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῆς γῆς ἐάν τις πλούσιος ἀποθάνῃ ἀνήρ, μετὰ μελῳδιῶν, καὶ θρήνου, καὶ κοπετοῦ ἐκκομίζεται τοῦ βίου ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀδελφῶν, καὶ πρὸς συγγενῶν, καὶ φίλων, καὶ γνωρίμων· οὕτως καὶ ἐπὶ τῇ ψυχῇ ἐκείνῃ πάντες οἱ ἅγιοι πενθοῦσι μετὰ θρήνων καὶ μελῳδιῶν. Καὶ γὰρ ἀλλαχοῦ τοῦτο ἡ Γραφὴ αἰνίττεται λέγουσα, *πέπτωκε πίτυς, πενθεῖτε, κέδροι*· B ὥσπερ γὰρ ὁ Ἰσραὴλ ὅτε ἐδόκει εὐαρεστεῖν τῷ Δεσπότῃ, εἰ καὶ μηδέποτε ὃν δεῖ τρόπον εὐηρέστησε, στύλον νεφέλης εἶχεν ἐπισκιάζοντα, καὶ στύλον πυρὸς καταυγάζοντα, θάλασσαν ἐώρα σχιζομένην ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ὕδωρ ἐκ πέτρας διαυγὲς ἐξερχόμενον· ἐπεὶ δὲ ἐστρέφετο ὁ νοῦς αὐτῶν, καὶ ἡ προαίρεσις ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, τότε ἤφεσι παρεδίδοντο, καὶ τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν, ἐν αἰχμαλωσίαις δειναῖς ἀπαγόμενοι, καὶ δουλείαις πικραῖς ἐξεταζόμενοι· τὸ αὐτὸ πάντως καὶ ἐπὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν γίνεται. Τοῦτο δὲ καὶ ἐν τῷ προφήτῃ Ἰεζεκιὴλ μυστικῶς ἐμφαῖνον τὸ Πνεῦμα περὶ τῆς τοιαύτης ψυχῆς, ὥσπερ Ἱερουσαλήμ, ἔλεγεν· *Εὗρόν σε, φησὶν, ἐν τῇ ἐρήμῳ γυμνὴν, καὶ ἔλουσά σε ἐκ τοῦ ὕδατος τῆς ἀκαθαρσίας σου, καὶ ἐνέδυσά σε ἔνδυμα, καὶ ψέλλια περιέθηκα ἐν* C *ταῖς χερσί σου, καὶ μανιάκια περὶ τὸν τράχηλόν σου, καὶ ἐνώτια ἐν τοῖς ὠσί σου, καὶ ἐτέρου μοι ὀνομαστὴ ἐν πᾶσι τοῖς ἔθνεσι· σεμίδαλιν, καὶ ἔλαιον, καὶ μέλι ἔφαγες, καὶ εἰς ὕστερον ἐπελάθου τῶν εὐεργεσιῶν μου, καὶ ἐπορεύθης ὀπίσω τῶν ἐραστῶν σου, καὶ ἐπόρνευσας ἐν αἰσχύνῃ.*

Δ'. Οὕτως καὶ ψυχῇ τῇ διὰ τῆς χάριτος ἐπιγινωσκούσῃ τὸν Θεὸν, τὸ Πνεῦμα παραινεῖ, ἥτις καθαρισθεῖσα ἀπὸ τῶν προτέρων ἁμαρτιῶν καὶ τοῖς τοῦ ἁγίου Πνεύματος κοσμίοις κοσμηθεῖσα, καὶ μεταλαβοῦσα θείας καὶ ἐπουρανίου τροφῆς, μὴ δεόντως δὲ ἐν πολλῇ γνώσει ἀναστρεφομένη, καὶ ἁρμοζόντως μὴ τηροῦσα τὴν ὀφειλομένην τῷ ἐπουρανίῳ νυμφίῳ Χριστῷ εὔνοιαν καὶ ἀγάπην, ἀπορρίπτεται καὶ ἐκβάλλεται τῆς ζωῆς ἧς ποτε μέτοχος γέγονε. Δύναται D γὰρ ὁ Σατανᾶς καὶ μετὰ τῶν ἐχόντων τοιαῦτα μέτρα ἐπαίρεσθαι καὶ ὑψοῦσθαι, καὶ κατὰ τῶν τὸν Θεὸν ἐν χάριτι καὶ δυνάμει ἐπιγνόντων, ἀκμὴν ἡ κακία ἐπαίρεται, καὶ ἀγωνίζεται καταράξαι. Ἀγωνιστέον τοίνυν καὶ παραφυλακτέον καὶ ἡμᾶς πάσῃ συνέσει, *μετὰ φόβου τὴν ἑαυτῶν σωτηρίαν κατεργάζεσθαι*, καθὼς γέγραπται. Ὅσοι οὖν μέτοχοι τοῦ Πνεύματος Χριστοῦ γεγόνατε, ἐν μηδενὶ πράγματι, μήτε ἐν μικρῷ μήτε ἐν μεγάλῳ, καταφρονητικῶς διατεθῆτε, καὶ τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος μὴ ἐνυβρίσητε, ἵνα μὴ τῆς ζωῆς ἐκτὸς γένησθε, ἧς μέτοχοι ἤδη γεγόνατε.

ctos et intellectuales spiritus invadit : angeli, potestates, apostoli, prophetæ, martyres lugent ejus vicem.

III. Quemadmodum enim *gaudium est in cœlo*, ut dixit Dominus, *super uno peccatore pœnitentiam agente* [44], ita tristitia multa est et luctus in cœlo super una anima, quæ excidit vita æterna. Et quemadmodum in terris, si quis locuples vir mortuus fuerit, cum cantu lugubri, lamentatione ac planctu effertur e vita per suos fratres, consanguineos, amicos ac familiares : sic quoque propter eam animam omnes sancti lugent lamentatione ac voce lugubri. Alibi enim Scriptura ad hoc obscure alludit, inquiens : *Cecidit pinus, lugete, cedri* [45]. Quemadmodum enim populus Israel, cum videretur placere Domino, quamvis nullo modo, quo debuit, ei placuerit, columnam nubis habebat obumbrantem, 53 et columnam ignis illustrantem, mare videbat dividi coram ipsis, ac limpidam aquam e petra erumpere [46] : postquam vero aversa est mens et voluntas eorum a Deo, tum serpentibus traditi et hostibus suis, ac in captivitatem miserrimam abducti, atque servitutibus duris tentati sunt : idem prorsus quoque animis nostris contingit. Quod ipsum quoque per prophetam Ezechielem mystice commonstrans Spiritus de hujusmodi anima, velut de Jerusalem, loquebatur : *Inveni te*, inquit, *in deserto nudam, et ablui te aqua ab impuritate tua, et indui te vestimento, et armillas circumposui manibus tuis, et torques circa collum tuum, et inaures in auribus tuis, et facta es mihi nominata inter omnes gentes. Similam et oleum ac mel comedisti, et ad ultimum es oblita beneficia mea. Abiisti post amatores tuos, et cum pudore fornicata es* [47].

IV. Sic quoque animam, quæ per gratiam Deum cognoscit, Spiritus admonet : quæ purificata quidem a pristinis peccatis, et Spiritus sancti ornamentis decorata, ac particeps facta divini ac cœlestis cibi, minus vero decenter in multa cognitione versata, nec convenienter debitam cœlesti sponso Christo benevolentiam et dilectionem conservans, projicitur et detruditur a vita, cujus erat particeps facta. Valet namque Satanas vel adversus eos, qui ad hos gradus pervenerunt, insurgere et elevari : et adversus eos, qui Deum in gratia et virtute cognoverunt, adhuc nequitia insurgit, ac conatur eos deturbare. Contendendum igitur ac prudenter cavendum quoque nobis est, *ut cum timore nostram ipsorum salutem operemur* [48], ut scriptum est. Quicunque igitur participes Spiritus Christi facti estis, in nulla re, sive parva sive magna, contemptim ita sitis animo dispositi, ut hæc contemnatis, neque gratiam Spiritus contumelia afficiatis, ne vita privemini, cujus participes facti eratis.

[44] Luc. xv, 7. [45] Zach. xi, 2. [46] Exod. xiii 21 ; xiv, 19. [47] Ezech. xvi. 6 seq. [48] Philipp. ii, 12.

Digitized by Google

V. Hoc ipsum denuo in alia persona dicam. Quemadmodum servus palatium aliquod ingressus, ut tractet vasa ministerii, ex regis bonis sumit, nudus cum ipse venerit, atque in ipsis vasibus quæ sunt regis, ministrat regi: cæterum hic magna prudentia ac judicio opus est, ne præter decorum quid ministret, alia pro aliis esculenta apponens regiæ mensæ, sed ut ordine servato, prima atque postrema apponat cibaria; sin vero ex ignorantia ac judicii defectu non juxta ordinem regi ministret, periculo mortique obnoxius fit: sic et anima, quæ in gratia et Spiritu ministerium Deo exhibet, accurato judicio et cognitione indiget, ne quid aberret in vasibus divinis, aut ministerio spirituali, propriam voluntatem, non congruentem gratiæ, habens. Licet enim, ut utique in ministerio spirituali, quod clam per interiorem hominem peragitur, et in propriis vasibus, hoc est, spiritu proprio, anima Domino ministret. Absque vero Dei vasibus, hoc est, absque gratia, impossibile est quempiam Deo servire, hoc est placere in quacunque Dei voluntate.

VI. At ubi acceperit gratiam, tum summa prudentia atque judicio opus est, quæ etiam ipsa concedit Deus animæ a se postulanti, ut gravissima ei possit exhibere servitia in Spiritu, quem accipit; et in nullo vincatur a malitia atque fallatur, per ignorantiam, temeritatem ac negligentiam aversa, præterque decorum Dominicæ voluntatis omnia peragens: quia supplicium, mors et luctus hujusmodi 54 animam manet. Quod etiam divus Apostolus dixit: *Ne forte cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar* [49]. Vides cum Dei apostolus esset, quo fuerit timore? Obsecremus igitur Dominum, ut servitium Spiritus secundum voluntatem ejus in primis exhibeamus, quicunque gratiæ divinæ participes facti sumus, neque mente ad contemptum disposita convivamus, ut hoc modo gratissima Deo conversatione utentes, ac spirituali cultu secundum voluntatem ejus illi ministrantes, æternæ vitæ hæreditatem cernamus.

VII. Morbo si quis laborat, tamen fieri potest, ut is membra quædam illæsa ac sana habeat, oculum videlicet visionis, aut aliud membrum: reliqua vero membra afficiuntur: sic quoque habet se res in spiritualibus. Probabile est, quempiam membra spiritus tria habere sana, sed non propterea perfectus est. Vides quot gradus et modi sint spiritus: quomodo per partes defæcetur ac minuatur malitia, et non uno momento. Universa, quæ sunt, providentia ac dispensatione divina fiunt, tum quod oriatur sol, tum quod omnes creaturæ propter regnum, quod hæreditario jure possessuri sunt electi, factæ sint, ut pacificum ac ex concordia constituant regnum.

VIII. Debent igitur Christiani per omnia conten-

[49] I Cor. IX, 27.

Ε. Καὶ πάλιν ἑτέρῳ προσώπῳ λέξω. Ὥσπερ δοῦλος ἐὰν εἰσέλθῃ ἐν παλατίῳ, ὑπηρετῆσαι τὰ σκεύη τῆς ὑπηρεσίας, ἐκ τῶν τοῦ βασιλέως ὑπαρχόντων λαμβάνει, αὐτὸς δὲ γυμνὸς εἰσέρχεται, καὶ ἐν τοῖς τοῦ βασιλέως σκεύεσιν ὑπηρετεῖ τῷ βασιλεῖ· λοιπὸν ὧδε πολλῆς συνέσεως καὶ διακρίσεως χρεία, ἵνα μήτι παρὰ τὸ δέον διακονήσῃ, ἄλλα ἀντὶ ἄλλων ἐδέσματα εἰσαγαγὼν τῇ τοῦ βασιλέως τραπέζῃ, ἀλλὰ κατὰ ἀκολουθίαν τὰ πρῶτα καὶ τὰ ἔσχατα παραθῇ σιτία· εἰ δὲ κατὰ ἄγνοιαν καὶ ἀδιακρισίαν μὴ διακονήσῃ τῷ βασιλεῖ καθεξῆς, κινδύνου καὶ θανάτου ἔνοχος τυγχάνει· οὕτως καὶ ψυχὴ ἐν τῇ χάριτι καὶ τῷ Πνεύματι διακονοῦσα τῷ Θεῷ, πολλῆς διακρίσεως καὶ γνώσεως χρῄζει, ὅπως μήτι σφαλῇ ἐν τοῖς τοῦ Θεοῦ σκεύεσιν, ἤγουν τῇ τοῦ Πνεύματος διακονίᾳ, τὴν ἰδίαν προαίρεσιν μὴ συμφωνοῦσαν τῇ χάριτι ἔχουσα. Ἔστι γὰρ ἐν τῇ τοῦ Πνεύματος διακονίᾳ κρυπτῶς ὑπὸ τοῦ ἔσω ἀνθρώπου ἐπιτελουμένη, καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις σκεύεσι, τουτέστι τῷ πνεύματι αὐτοῦ διακονεῖσθαι τὸν Κύριον ὑπὸ τῆς ψυχῆς. Ἄνευ δὲ τῶν αὐτοῦ σκευῶν, τουτέστι τῆς χάριτος, ἀδύνατόν τινα τῷ Θεῷ διακονῆσαι, τουτέστιν, εὐαρεστῆσαι εἰς πάντα τὰ τοῦ Θεοῦ θελήματα.

Ϛ'. Καὶ ὅταν λάβῃ τὴν χάριν, καὶ τότε πολλῆς συνέσεως καὶ διακρίσεως χρεία, ἅπερ καὶ ταῦτα αὐτὸς δίδωσιν αὐτῇ ζητούσῃ παρὰ Θεοῦ, ὅπως εὐαρέστως αὐτῷ διακονήσῃ ἐν τῷ Πνεύματι ὃ λαμβάνει, καὶ ἐν μηδενὶ κρατῇ ὑπὸ τῆς κακίας καὶ σφαλῇ, ὑπὸ ἀγνοίας καὶ ἀφοβίας καὶ ἀμελείας παρατραπεῖσα, καὶ παρὰ τὸ δέον τοῦ Δεσποτικοῦ διαπραξαμένη θελήματος, ἐπεὶ τιμωρία, καὶ θάνατος, καὶ πένθος τῇ τοιαύτῃ ἔσται ψυχῇ· ὃ καὶ ὁ θεῖός φησιν Ἀπόστολος· *Μή πως ἄλλοις κηρύξας αὐτὸς ἀδόκιμος γένωμαι*· ὁρᾷς, ἀπόστολος ὢν τοῦ Θεοῦ, οἷον εἶχε φόβον; Παρακαλέσωμεν τοίνυν τὸν Θεὸν, ὅπως τὴν διακονίαν τοῦ Πνεύματος κατὰ τὸ αὐτοῦ θέλημα διακονήσωμεν ἐξαιρέτως, ὅσοι τῆς χάριτος τοῦ Θεοῦ ἐτύχομεν, καὶ μὴ τῇ καταφρονητικῇ συζῶμεν ἐννοίᾳ, ἵνα οὕτως εὐαρέστως αὐτῷ πολιτευσάμενοι, καὶ πνευματικῇ λατρείᾳ κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ λατρεύσαντες αὐτῷ, τὴν αἰώνιον ζωὴν κληρονομήσωμεν.

Ζ'. Ἀσθένειαν περίκειταί τις, καὶ συμβαίνει τινὰ μέλη ἔχειν αὐτὸν ὑγιᾶ, ὀφθαλμὸν ἴσως ὄψεως, ἢ τι ἕτερον, ἀλλὰ τὰ λοιπὰ μέλη ἠφάνισται· οὕτως ἐστὶ καὶ εἰς τὸ πνευματικόν. Εἰκός τινα ἔχειν ὑγιᾶ μέλη τοῦ πνεύματος τρία, ἀλλ' οὐ παρὰ τοῦτο τέλειός ἐστιν. Ὁρᾷς πόσοι βαθμοί εἰσι καὶ μέτρα τοῦ πνεύματος· πῶς κατὰ μέρος διϋλίζεται καὶ λεπτύνεται τὸ κακὸν, καὶ οὐχ ἅπαξ. Ὅλη ἡ πρόνοια καὶ οἰκονομία τοῦ Κυρίου, καὶ τὸ ἀνατέλλειν τὸν ἥλιον, καὶ πάντα τὰ δημιουργήματα, διὰ τὴν βασιλείαν, ἣν μέλλουσι κληρονομεῖν οἱ ἐκλεκτοὶ, γεγόνασι, διὰ τὸ τὴν εἰρηνικὴν καὶ καθ' ὁμόνοιαν συστῆναι βασιλείαν.

Η'. Ὀφείλουσιν οὖν οἱ Χριστιανοὶ εἰς πάντα ἀγω-

Digitized by Google

νίζεσθαι, καὶ μήτε κρίνειν ὅλως τινὰ, μὴ πόρνην προεστῶσαν, μὴ ἁμαρτωλοὺς, ἢ ἀτάκτους, ἀλλ' ἁπλῇ προαιρέσει καὶ καθαρῷ ὀφθαλμῷ πάντας ὁρᾷν, ἵν' ὑπάρχῃ τοῦτό τινι ὡς φυσικὸν καὶ πηκτὸν, μηδένα ἐξουδενεῖν, μήτε ἀνακρίνειν, ἢ βδελύσσεσθαι, ἢ ἔχειν αὐτοὺς ἐν διακρίσει. Μονόφθαλμον ἐὰν ἴδῃς, μὴ διακριθῇς ἐν τῇ καρδίᾳ σου, ἀλλ' ὡς ὑγιεῖ αὐτῷ πρόσχες· τὸν ἔχοντα κυλλὴν τὴν χεῖρα, ὡς μὴ κεκυλλωμένην ἴδε, τὸν χωλὸν ὡς ὀρθὸν, τὸν παραλυτικὸν ὡς ὑγιαίνοντα· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ καθαρότης τῆς καρδίας, ἵνα ἰδὼν τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἢ ἀσθενεῖς συμπαθήσῃς, καὶ εὔσπλαγχνος ἐπ' αὐτοῖς γενῇ· συμβαίνει γὰρ καὶ ἁγίους Κυρίου καθέζεσθαι εἰς θέατρα καὶ βλέπειν τὴν ἀπάτην τοῦ κόσμου· αὐτοὶ δὲ κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον λαλοῦσι μετὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ κατὰ τὸν ἔξω ἄνθρωπον φαίνονται τοῖς ὀφθαλμοῖς ὡς θεωροῦντες τὰ ἐν τῷ κόσμῳ γινόμενα.

A dere, neque omnino judicare quempiam, ne quidem meretricem prostitutam, nec peccatores, nec lurcones, sed simplici intentione ac puro oculo omnes aspicere; ut sit hoc cuidam quasi naturale et infixum, ne quemquam contemnat, nec judicet, aut abominetur, aut ipsos habeat in dicrimine. Si monoculum aspexeris, ne dijudices in cordé tuo, sed cum perinde ac si sanus esset intuere; mancum aliquem manu minime veluti mutilatum aspice, claudum velut erecto corpore incedentem, paralyticum velut sanum. Hæc enim est puritas cordis, ut visis peccatoribus aut infirmis, compatiaris, ac misericors erga eos sis. Contingit enim, ut sancti quoque Domini, velut in specula sedentes, prospiciant deceptiones mundi; quippe qui secundum B interiorem hominem cum Deo colloquuntur, secundum vero exteriorem hominem apparent oculis quasi spectare ea, quæ fiant in mundo.

Θ'. Ἄλλην οὖν ἔχουσιν οἱ κοσμικοὶ ἐνέργειαν ὑπὸ τοῦ πνεύματος τῆς πλάνης τοῦ φρονεῖν τὰ γήϊνα. Οἱ δὲ Χριστιανοὶ ἄλλην ἔχουσι προαίρεσιν, ἄλλον νοῦν, ἄλλου αἰῶνός εἰσιν, ἄλλης πόλεως. Πνεῦμα γὰρ Θεοῦ κοινωνεῖ ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν, καὶ καταπατοῦσι ἀντικείμενον. Γέγραπται γάρ· *Ἔσχατος ἐχθρὸς καταργεῖται ὁ θάνατος.* Οἱ γὰρ θεοσεβεῖς πάντων εἰσὶ δεσπόται. Πάλιν δὲ οἱ χαῦνοι τῇ πίστει, καὶ ἁμαρτωλοὶ, ὅλως εἰσὶ δοῦλοι, καὶ πῦρ αὐτοὺς καίει, καὶ λίθος καὶ ξίφος ἀποκτείνει· καὶ τελευταῖον δαίμονες αὐτῶν κατακυριεύσουσιν.

IX. Aliam igitur habent sæculares virtutem a spiritu erroris, ut sapiant videlicet terrena. Christiani vero aliam habent intentionem, alium animum, alius sunt sæculi, alius civitatis. Spiritus enim Dei societatem init cum illorum animis, et conculcant adversarium. Scriptum enim est: *Novissimus hostis aboletur mors* [50]. Deum enim qui venerantur, omnium sunt domini. E contrario vero, qui lenti sunt fide ac peccatores, penitus sunt servi, ignis eos urit, lapisque et gladius eos interficit; ac tandem dæmones dominabuntur in eos.

Ι'. *Ἐρώτησις. Εἰ ἐν τῇ ἀναστάσει ὅλα τὰ μέλη* C *ἀνίστανται;*

X. *Interrogatio. Utrum in resurrectione omnia membra resurgant.*

Ἀπόκρισις. Τῷ Θεῷ πάντα εὔκολά ἐστι, καὶ οὕτως ἐπηγγείλατο· ἀνθρωπίνῃ δὲ ἀσθενείᾳ καὶ λογισμῷ ὥσπερ ἀδύνατον τοῦτο καταφαίνεται. Ὥσπερ γὰρ ἀπὸ τοῦ χοὸς καὶ τῆς γῆς λαβὼν ὁ Θεὸς, ὡς ἄλλην τινὰ φύσιν κατεσκεύασε τὴν τοῦ σώματος μὴ ἐοικυῖαν τῇ γῇ, καὶ γένη πολλὰ ἐποίησεν, οἷον τρίχας, καὶ δέρμα, καὶ ὀστέα, καὶ νεῦρα· καὶ ὃν τρόπον βαλλομένη ῥαφὶς εἰς πῦρ, ἀλλάσσει τὴν χρόαν, καὶ μεταβάλλεται εἰς πῦρ· μέντοιγε ἡ φύσις τοῦ σιδήρου οὐκ ἀνῃρέθη, ἀλλὰ συνέστηκεν· οὕτως καὶ ἐν τῇ ἀναστάσει ὅλα τὰ μέλη ἀνίστανται, *καὶ θρὶξ οὐκ ἀπόλλυται*, καθὼς γέγραπται, καὶ ὅλα γίγνονται φωτοειδῆ, ὅλα εἰς φῶς καὶ πῦρ βάπτονται, καὶ μεταβάλλονται, ἀλλ' οὐχ, ὥς τινες λέγουσιν, ἀναλύεται D καὶ γίνεται πῦρ, καὶ οὐκέτι ὑφέστηκεν ἡ φύσις. Πέτρος γὰρ Πέτρος ἐστὶ, καὶ Παῦλος Παῦλος, καὶ Φίλιππος Φίλιππος· ἕκαστος ἐν τῇ ἰδίᾳ φύσει καὶ ὑποστάσει μένει πεπληρωμένος τοῦ Πνεύματος. Εἰ δὲ λέγεις, ὅτι ἀνελύθη ἡ φύσις, οὐκέτι Πέτρος, ἢ Παῦλος, ἀλλὰ πάντη καὶ πανταχοῦ ὁ Θεὸς, καὶ οὔτε οἱ εἰς γέενναν ἀπερχόμενοι αἰσθάνονται τῆς κολάσεως, οὔτε οἱ εἰς βασιλείαν, τῆς εὐεργεσίας.

Responsio. Deo omnia facilia sunt, et sic promisit: humanæ vero imbecillitati et cogitationi velut impossibile hoc videtur. Quemadmodum enim Deus e pulvere et terra sumens, velut aliam quamdam naturam condidit, naturam nimirum corporis, terræ minus similem, et genera multa creavit, velut pilos, pellem, ossa et nervos: et quemadmodum projecta **55** in ignem acus, alterato colore vertitur in ignem: quanquam natura quidem ferri non penitus tollitur, sed subsistit: ita in resurrectione omnia membra resurgent, *nec perit capillus* [51], ut scriptum est, omniaque lucida redduntur, atque omnia lumine et igni tincta mutantur quidem, sed non, ut nonnulli aiunt, resolvuntur, et in ignem evadunt, adeo ut non amplius subsistat eorum natura. Petrus enim Petrus est, et Paulus Paulus, et Philippus Philippus. Quilibet in sua ipsius natura et substantiâ permanet repletus Spiritu. Quod si dicas, resolutam esse naturam, non amplius est Petrus aut Paulus, sed prorsus et ubique Deus: nec qui in gehennam abeunt, sentiunt supplicium, nec qui in regnum, beneficium.

ΙΑ'-ΙΒ'. Ὥσπερ ἵνα ᾖ παράδεισος ἔχων παντοῖα δένδρα καρποφόρα, καὶ ἦν ἐκεῖ ἄπιος, ἢ μῆλον, καὶ ἄμπελος ἔχουσα τὸν καρπὸν, καὶ τὰ φύλλα· συμβῇ δὲ τὸν παράδεισον καὶ ὅλα τὰ δένδρα, καὶ τὰ φύλλα

XI-XII. Veluti si sit hortus consitus variis arboribus fructiferis, ac sit illic pyrus, pomus et vitis habens fructum et folia: accidit autem hortum omnesque arbores ac folia mutari, et converti in aliam natu-

[50] I Cor. xv, 26. [51] Luc. xxi, 18: Marc. ix, 49.

Digitized by Google

ram, fierique priora illa lucida: sic quoque homines mutantur in resurrectione, et fiunt membra eorum sancta et lucida. Quamobrem divini homines debent se præparare ad certamen et pugnam. Perinde autem, ut juvenis generosus illatas plagas ac luctam sustinet ac referit: sic quoque Christiani perferre debent afflictiones, tum externas, tum interiora bella, ut percussi per tolerantiam superiores evadant. Via enim Christianæ religionis sic se habet. Ubi spiritus sanctus, illic sequitur, velut umbra, persecutio et pugna. Vides prophetas, quomodo persecutione afflicti fuerint ab omnibus contribulibus suis, in quibus nihilominus operabatur Spiritus. Vides quomodo Dominus, qui est *via et veritas* [51], non ab alio populo persecutionem passus est, sed a suis, a propria scilicet tribu Israel persecutione affectus, ac cruci affixus est: itidem et apostoli. Ex eo enim tempore, quo cruci affixus est, transiit Spiritus paracletus, et migravit in Christianos. Cæterum nullus Judæorum persecutionem pertulit, sed Christiani solum martyrio affecti sunt. Quare non est quod Christiani in stuporem adducantur, verum oportet veritatem persecutionem pati.

XIII. *Interrogatio. Quidam aiunt exterius vitium ingredi, et si velit homo, non recipit, sed rejicit illud.*

Responsio. Quemadmodum serpens locutus cum Eva [52], cum obediret ipsa, introgressus est: sic quoque nunc ob obedientiam hominis ingreditur peccatum, quod extra est. Habet enim peccatum plenam potestatem et libertatem in cor ingrediendi. Neque enim cogitationes extra sunt, sed intus, ex corde proficiscentes. Inquit enim Apostolus: *Volo viros orare sine ira et cogitationibus pravis* [53]. *Cogitationes* enim *de corde exeunt* [54], secundum Evangelium. Accede itaque ad orationem, et examina cor tuum et animum, atque desidera orationem tuam Deo committere puram, atque circumspice ibi potissimum, numquid non sit aliquod impedimentum: num oratio sit pura; num intentus sit animus tuus Domino, perinde ac animus agricolæ agriculturæ, animus viri uxori, et mercatoris negotiationi; num flectas genua tua ad orandum, nec tuas cogitationes alii distrahant.

56 XIV-XV. At inquis, *Dominum*, postquam venit per crucem, *condemnasse peccatum* [55], nec amplius intus hærere. Verum perinde, ac si miles, qui deponat currum suum in domo alicujus, quando placuerit ei, facultatem habet ingrediendi et egrediendi domum illam: sic quoque peccatum habet potestatem disputationes serendi in corde. Scriptum enim est: *Introiit Satanas in cor Judæ* [56]. Si vero instes, per adventum Christi condemnatum esse peccatum, nec post baptismum pabulum habere malum disputandi in corde; ignoras quod ab adventu Do-

μεταβληθῆναι, καὶ ἀλλαγῆναι εἰς ἄλλην φύσιν, καὶ γενέσθαι τὰ πρῶτα φωτοειδῆ· οὕτως καὶ οἱ ἄνθρωποι ἀλλάσσονται ἐν τῇ ἀναστάσει, καὶ γίγνονται τὰ μέλη αὐτῶν ἅγια καὶ φωτοειδῆ. Οἱ οὖν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωποι ὀφείλουσιν εὐτρεπίσαι ἑαυτοὺς εἰς ἀγῶνα καὶ ἄθλησιν. Ὥσπερ δὲ νεανίας γενναῖος τὰς ἐπιφερομένας πληγὰς, καὶ τὴν πάλην βαστάζει καὶ ἀντιτύπτει, οὕτω καὶ οἱ Χριστιανοὶ ὀφείλουσι φέρειν τὰς θλίψεις, τάς τε ἔξωθεν, καὶ τοὺς ἔνδοθεν, πολέμους, ἵνα διὰ τῆς ὑπομονῆς τυπτόμενοι νικήσωσιν. Ἡ γὰρ ὁδὸς τοῦ Χριστιανισμοῦ οὕτως ἐστίν. Ὅπου γάρ ἐστι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἐκεῖ ἐπακολουθεῖ, οἷον σκιὰ, ὁ διωγμὸς καὶ ἡ πάλη. Ὁρᾷς τοὺς προφήτας, πῶς ἐδιώκοντο ὑπὸ τῶν ὁμοφύλων δι' ὅλου, εἰς οὓς ὅμως ἐνήργει τὸ Πνεῦμα. Ὁρᾷς, πῶς ὁ Κύριος, ὅστις ἐστὶν *ὁδὸς καὶ ἀλήθεια*, οὐχ ὑπὸ ἄλλου ἔθνους ἐδιώχθη, ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἰδίων, ὑπὸ τῆς ἰδίας φυλῆς τοῦ Ἰσραὴλ ἐδιώχθη καὶ ἐσταυρώθη· ὁμοίως καὶ οἱ ἀπόστολοι. Ἐξ οὗ γὰρ ὁ σταυρὸς, μετῆλθε τὸ Πνεῦμα τὸ παράκλητον, καὶ ἐχώρησεν εἰς τοὺς Χριστιανούς. Λοιπὸν οὐδεὶς Ἰουδαίων ἐδιώχθη, ἀλλὰ μόνον Χριστιανοὶ ἐμαρτύρησαν. Διὸ οὐκ ὀφείλουσι ξενίζεσθαι, ἀλλὰ ἀνάγκη διώκεσθαι τὴν ἀλήθειαν.

ΙΓ'. *Ἐρώτησις. Τινὲς λέγουσιν ὅτι ἔξωθεν ἐπεισέρχεται τὸ κακὸν, καὶ ἐὰν θέλῃ ὁ ἄνθρωπος, οὐ δέχεται, ἀλλ' ἀποπέμπεται αὐτό.*

Ἀπόκρισις. Ὥσπερ ὁ ὄφις λαλήσας τῇ Εὔᾳ, διὰ τὴν ὑπακοὴν ἔνδοθεν ἐπεισῆλθεν, οὕτω καὶ νῦν διὰ τῆς ὑπακοῆς τοῦ ἀνθρώπου ἐπεισέρχεται ἡ ἁμαρτία ἔξω οὖσα. Ἔχει γὰρ ἐξουσίαν καὶ *παῤῥησίαν* εἰσέρχεσθαι ἡ ἁμαρτία εἰς τὴν *καρδίαν*· οἱ γὰρ λογισμοὶ οὐκ εἰσιν ἔξωθεν, ἀλλ' ἔνδοθεν ἐκ τῆς *καρδίας*. Λέγει γὰρ ὁ Ἀπόστολος· *Βούλομαι τοὺς ἄνδρας προσεύχεσθαι χωρὶς ὀργῆς καὶ διαλογισμῶν πονηρῶν. Εἰσὶ γὰρ λογισμοὶ ἐξερχόμενοι ἐκ τῆς καρδίας*, κατὰ τὸ Εὐαγγέλιον. Ἄπελθε οὖν εἰς εὐχὴν, καὶ ἐπίσκεψαί σου τὴν καρδίαν καὶ τὸν νοῦν, καὶ θέλησον τὴν εὐχήν σου καθαρὰν ἀναπέμψαι τῷ Θεῷ, καὶ βλέψον ἐξαιρέτως ἐκεῖ, εἰ οὐδέν ἐστι τὸ ἐμποδίζον, εἰ γίνεται εὐχὴ καθαρὰ, εἰ ἠσχόληταί σου ὁ νοῦς περὶ τὸν Κύριον, ὃν τρόπον τοῦ γεωργοῦ περὶ τὴν γεωργίαν, τοῦ ἀνδρὸς περὶ τὴν γυναῖκα, τοῦ ἐμπόρου περὶ τὴν ἐμπορίαν, εἰ κλίνεις τὰ γόνατά σου εἰς εὐχὴν, καὶ τοὺς λογισμούς σου ἄλλοι μὴ διαρπάζουσιν

ΙΒ'. Ἔχει δὲ ὁ τοιοῦτος ἐξουδενούμενον ἑαυτὸν παρὰ πάντας ἁμαρτωλοὺς, καὶ ἔχει ἐν ἑαυτῷ τὸν τοιοῦτον λογισμὸν ἐμφυτευθέντα ὡς φυσικὸν, καὶ ὅσον εἰσέρχεται εἰς γνῶσιν Θεοῦ, τοσοῦτον ἔχει αὐτὸν ἰδιώτην, καὶ ὅσον μανθάνει, εἰς μηδὲν εἰδὼς ἐστι. Ταῦτα δὲ ἡ χάρις διακονοῦσα, ὡς φυσικὰ ἐν τῇ ψυχῇ ἀπεργάζεται. Ὥσπερ ἐὰν ᾖ παιδίον ὑπὸ νεανίσκου βασταζόμενον καὶ ὁ βαστάζων, αὐτὸ περιφέρει C ὅπου θέλει, οὕτω καὶ κατὰ βάθος ἐνεργουμένη χάρις βαστάζει τὸν νοῦν, καὶ ἀναφέρει εἰς τοὺς οὐρανοὺς, εἰς τὸν τέλειον κόσμον, εἰς τὴν αἰώνιον κατάπαυσιν. Καὶ ἐν αὐτῇ δὲ τῇ χάριτί εἰσι μέτρα καὶ ἀξιώματα. Ἄλλος ἐστὶν ὁ στρατηλάτης ἔχων παῤῥησίαν πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ ὁ ἄλλος ἐστὶν ὁ ἡγεμών. Ὥσπερ οἶκος πεπληρωμένος καπνοῦ ὑπερεχεῖ τοῦτον, καὶ εἰς τὸν ἔξω ἀέρα· οὕτως κἀν τῇ ψυχῇ μεμεστωμένη ἡ κακία ὑπερεκχεῖται ἔξωθεν καὶ ἐπιτελεῖ καρπούς. Ὡς οἱ ἐγκεχειρισμένοι ἀρχὰς ἐπαρχότητος, ἢ θησαυρὸν βασιλικὸν, πάντα τὸν χρόνον ἐν μερίμνῃ εἰσὶ, μήπως ἄρα προσκρούσωσι τῷ βασιλεῖ· οὕτω καὶ οἱ ἐμπιστευθέντες ἔργον πνευματικὸν ἀεὶ ἐν μερίμνῃ εἰσὶ, καὶ ἔχοντες ἀνάπαυσιν, ὥσπερ οὐκ εἰσὶν ἀναπεπαυμένοι. Ἡ βασιλεία γὰρ τοῦ σκότους ἡ ἐπεισ- D ελθοῦσα τῇ πόλει, τουτέστι τῇ ψυχῇ, καὶ οἱ διακατέχοντες βάρβαροι τὰς νομὰς αὐτῆς, ἐξωθοῦνται ἀπ' αὐτῆς.

XII. Verum qui ejusmodi est, reputat se abjectiorem omnibus peccatoribus, talemque cogitationem, velut naturalem, sibi insitam habet; et quanto magis in notitia Dei proficit, tanto simpliciorem se existimat idiotam : et quanto magis didicerit, eo rudiorem se reputat. Hæc autem gratia directrix velut innata animæ, peragit. Quemadmodum 72 si sit infans, qui a juvene gestetur, is qui eum portat, circumfert eumdem quocunque libuerit : sic quoque gratia, in profundo vires suas exserens, gestat animum, eumque defert ad cœlos, ad mundum perfectum, ad æternam requiem. Verum in ipsa gratia sunt gradus et dignitates. Alius enim est præfectus militum, qui liberam habet adeundi regis potestatem : alius vero est dux. Perinde vero ut domus fumo repleta, eum effundit in aerem externum; sic etiam in anima redundans malitia effunditur foras, ac fructus producit. Et sicut ii, quibus gerendæ præfecturæ, aut custodiendi thesauri regii, cura commissa est, nunquam curis vacant, ne quo pacto regem offendant : sic quoque quorum fidei opus aliquod spirituale commissum est, continua D sollicitudine tenentur; et ita quiete fruuntur, perinde ac si ea carerent. Regnum enim tenebrarum subintrans civitatem, hoc est, animam, et barbari occupantes ejus pascua, ex illa expelluntur.

ΙΓ'. Ἀποστέλλει γὰρ ὁ βασιλεὺς Χριστὸς εἰς ἐκδίκησιν τῆς πόλεως, καὶ δεσμοῖ τοὺς τυράννους, καὶ στρατηγίαν ἐπουράνιον, καὶ παράταξιν πνευμάτων ἁγίων ἐκεῖ κατοικίζει, ὥσπερ πατρίδα ἰδίαν· καὶ λοιπὸν φαίνει ὁ ἥλιος ἐν τῇ καρδίᾳ, καὶ αἱ ἀκτῖνες αὐτοῦ διατρέχουσιν εἰς ὅλα τὰ μέλη. Καὶ ἔστιν ἐκεῖ λοιπὸν βαθεῖα εἰρήνη ἡ βασιλεύουσα. Ὁ δὲ ἀγὼν τοῦ ἀνθρώπου καὶ ἡ ἄθλησις, καὶ δοκιμασία, καὶ ἡ πρὸς Θεὸν εὔνοια τότε φαίνεται, ὅτε τῆς χάριτος ὑποστελλομένης ἀνδρίσεται καὶ βοήσει πρὸς τὸν Θεόν· ἀλλὰ σὺ ἀκούων, ὅτι εἰσὶ ποταμοὶ δρακόντων,

XIII. Mittit enim rex Christus, qui vindictam de civitate illa sumant, et tyrannos in vincula conjicit, ac exercitum cœlestem, et ordines spirituum sanctorum illic collocat, tanquam in patria propria. Tum vero sol in corde splendet, et radii ejus penetrant omnia membra, atque sibi summa pax imperium tenet. Verum certamen ac pugna hominis, probatio, et erga Deum benevolentia tunc apparet, quando, gratia se subducente, virum se præstat, et clamat ad Dominum. Cum vero audis fluvios esse draconum, ora leonum, et potestates sub cœlo cali-

Digitized by Google

ginosas, ignem urentem, et strepitantem in omnibus membris (ut nihil tale terra continet), et ignoras, nisi acceperis arrhabonem Spiritus sancti, dum e corpore discedis; animam hæc tuam comprehendunt, nec ad cœlos tibi ascensum concedunt. Itidem de dignitate animæ ubi audieris, quam præclara sit substantia illa intellectu prædita, non intelligis, quod Deus non de angelis, sed de natura humana dixerit illud : *Faciamus ad imaginem et similitudinem nostram*[81], et quod cœlum et terra transeant, tu vero ad immortalitatem vocatus sis, ut sis filius, frater et sponsa regis? In rebus enim quæ in hoc sæculo videntur, omnia quæ sunt sponsi, ad sponsam pertinent; sic quoque omnia quæ sunt Domini, quanta quanta sint, committit ille tuæ fidei. Venit ipse ad legationem tui causa obeundam, ut te revocaret. Tu vero nihil intelligis, neque percipis nobilitatem : ac merito ergo deplorat casum tuum ille Spiritu plenus, inquiens : *Homo cum in honore esset, non intellexit : comparatus est jumentis insipientibus, et similis factus est illis*[82]. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto, in sæcula. Amen.

HOMILIA XVII.

De spirituali Christianorum unctione et gloria : et quod absque Christo salvari, aut vitam æternam consequi impossibile sit.

I. Christiani perfecti, qui digni habentur attingere gradum perfectionis, ac fieri regi proximi, hi cruci Christi perpetuo consecrati sunt. Quemadmodum enim prophetarum temporibus unctio erat res omnino pretiosa, cum in reges et prophetas ungerentur : sic quoque nunc spirituales, cœlesti unctione peruncti, evadunt Christiani per gratiam, ut ipsi sint reges et prophetæ cœlestium mysteriorum. Quinimo hi sunt filii et domini et dii, vincti ac captivi, abjectissimi, crucifixi] ac consecrati. **73** Si enim unctio olei, a planta aspectabili et ligno visibili profecta, tantam habuit virtutem, ut eo peruncti dignitatem citra omnem controversiam consequerentur (ratum enim erat, ut constituerentur ipsi reges) : quo etiam David inunctus[83], statim persecutionibus et afflictionibus expositus est, ac septimo post anno rex factus[84] : quanto magis ii qui secundum mentem et interiorem hominem, sanctificante et lætificante cœlesti ac spirituali exsultationis oleo[85] peruncti sunt, recipiunt signum regni illius incorruptibilis, æternæque virtutis arrhabonem scilicet Spiritus, ipsum Spiritum sanctum et paracletum? (intellige vero Paracletum, qui consoletur, et gaudio perfundat afflictionibus oppressos).

II. Hi unguento ex ligno vitæ Jesu Christi, et planta cœlesti inuncti, idonei habentur, qui perveniant ad gradum perfectionis, regni, inquam, et adoptionis; quippe qui sunt secretarii regis cœlestis, ac freti fiducia Omnipotentis, ingrediuntur palatium ipsius, ubi sunt angeli et spiritus sanctorum,

καὶ στόματα λεόντων, καὶ δυνάμεις αἱ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν σκοτειναὶ, καὶ πῦρ φλέγον καὶ καχλάζον ἐν τοῖς μέλεσιν, ὡς οὐδὲν ἡ γῆ, μὴ εἰδὼς ὅτι ἐὰν μὴ δέξῃ τὸν ἀρραβῶνα τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου ἐν τῷ ἐξέρχεσθαι τοῦ σώματος, κατέχουσί σου τὴν ψυχὴν, μὴ ἐῶντές σε ἀνελθεῖν εἰς τοὺς οὐρανούς. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τοῦ ἀξιώματος τῆς ψυχῆς ἀκούων, πῶς ἐστι τιμία ἡ νοερὰ οὐσία, οὐ συνιεῖς, ὅτι οὐκ εἶπε περὶ ἀγγέλων, ἀλλὰ περὶ τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως, τὸ, *Ποιήσωμεν κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ ὁμοίωσιν* καὶ, ὅτι ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρέρχεται· σὺ δὲ εἰς υἱοθεσίαν, εἰς ἀδελφότητα, εἰς νύμφην βασιλέως. Ἐν τοῖς φαινομένοις γὰρ πάντα τὰ τοῦ νυμφίου τῆς νύμφης εἰσὶ, καὶ πάντα τὰ τοῦ Κυρίου ὅσα εἰσὶν ἐμπιστεύει σοι. Ἦλθε γὰρ εἰς πρεσβείαν σὴν δι' ἑαυτοῦ, ἵνα σε ἀνακαλέσηται· καὶ σὺ οὐδὲν νοεῖς, οὐδὲ συνῆκας τὴν εὐγένειάν σου; Δικαίως οὖν ὁ πνευματοφόρος πενθεῖ σου τὴν πτῶσιν, λέγων, *Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε· παρεσυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς.* Δόξα Πατρὶ, καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΖ'.

Περὶ τῆς πνευματικῆς τῶν Χριστιανῶν χρίσεως καὶ δόξης. καὶ ὅτι ἄνευ Χριστοῦ σωθῆναι ἢ ζωῆς αἰωνίου μέτοχον γίνεσθαι ἀδύνατόν ἐστι.

Α'. Οἱ τέλειοι Χριστιανοὶ οἱ καταξιωθέντες ἐλθεῖν εἰς μέτρα τελειότητος, καὶ γενέσθαι ἐγγύτατοι βασιλέως, οὗτοι τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ πάντοτε ἀφιερωμένοι εἰσίν. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν προφητῶν τὸ χρίσμα ἦν ὅλον τιμιώτερον, ἐπειδὴ εἰς βασιλεῖς καὶ προφήτας ἐχρίοντο, οὕτω νῦν οἱ πνευματικοὶ τὸ ἐπουράνιον χρίσμα χριόμενοι, γίνονται Χριστιανοὶ κατὰ χάριν, ὥστε εἶναι αὐτοὺς βασιλεῖς καὶ προφήτας ἐπουρανίων μυστηρίων. Οὗτοί εἰσι καὶ υἱοὶ, καὶ κύριοι, καὶ θεοὶ, δεδεμένοι, ἠχμαλωτισμένοι, βεβυθισμένοι, ἐσταυρωμένοι, ἀφιερωμένοι· εἰ γὰρ τὸ χρίσμα τοῦ ἐλαίου, ὅπερ ἦν φυτοῦ φαινομένου, καὶ ξύλου ὁρατοῦ, τοσαύτην εἶχε δύναμιν, ὥστε τοὺς χριομένους ἀναντιῤῥήτως ἀξίωμα λαμβάνειν (ἦν γὰρ κεκυρωμένον, ὥστε καθίστασθαι αὐτοὺς βασιλεῖς)· ὃ καὶ Δαβὶδ χρισθεὶς εὐθέως διωγμοῖς περιέπεσε καὶ ἐθλίβετο, καὶ μετὰ ἑπτὰ ἔτη ἐγένετο βασιλεύς· πόσῳ μᾶλλον ὅσοι χρίονται κατὰ τὸν νοῦν καὶ τὸν ἔσω ἄνθρωπον, τὸ ἁγιαστικὸν καὶ χαροποιὸν ἔλαιον τῆς ἀγαλλιάσεως, τὸ οὐράνιον καὶ πνευματικὸν, δέχονται τὸ σίγνον τῆς βασιλείας ἐκείνης τῆς ἀφθάρτου καὶ ἀϊδίου δυνάμεως, τὸν ἀρραβῶνα τοῦ Πνεύματος, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ παράκλητον; Ἄκουε δὲ παράκλητον, καὶ τὸ παρακαλεῖν καὶ χαροποιεῖν τοὺς ἐν θλίψεσιν ὄντας.

Β'. Οὗτοι ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐκ τοῦ φυτοῦ τοῦ ἐπουρανίου χριόμενοι, καταξιοῦνται ἐλθεῖν εἰς μέτρα τῆς τελειότητος, τῆς βασιλείας λέγω καὶ τῆς υἱοθεσίας, ὄντες συμμύσται ἐπουρανίου βασιλέως ἔχοντες παῤῥησίαν πρὸς τὸν παντοκράτορα, εἰσερχόμενοι εἰς τὸ παλάτιον αὐτοῦ, ἔνθα οἱ

[81] Gen. I, 26 [82] Psal. XCIX, 21. [83] I Reg. XVI, 13. [84] II Reg. II, 4. [85] Psal. XLV, 8.

Digitized by Google

ἄγγελοι καὶ τὰ πνεύματα τῶν ἁγίων, καὶ ἔτι ὄντες ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ· μήπω γὰρ τὴν τελείαν κληρονομίαν λαβόντες τὴν εὐτρεπισμένην αὐτοῖς ἐν ἐκείνῳ τῷ αἰῶνι, ἀσφαλεῖς εἰσιν ἀπὸ τοῦ ἀῤῥαβῶνος, οὗ ἐδέξαντο νῦν, ὡς ἤδη ἐστεφανωμένοι, καὶ βασιλεύοντες. Καὶ οὐ ξενίζονται μέλλοντες συμβασιλεύειν Χριστῷ, ἐπὶ τῷ πλεονασμῷ; καὶ τῇ παῤῥησίᾳ τοῦ Πνεύματος. Διὰ τί; ἐπειδὴ ὄντες ἔτι ἐν τῇ σαρκὶ εἶχον τὸν νόστον ἐκεῖνον τῆς γλυκύτητος, καὶ τὴν ἐνέργειαν ἐκείνην τῆς δυνάμεως.

Γ'. Ὃν γὰρ τρόπον ὅταν ᾖ τις φίλος βασιλέως, σχολάζων τῷ παλατίῳ, γνωρίζων τὰ μυστήρια, καὶ ὁρῶν αὐτοῦ τὴν πορφύραν· συμβῇ δὲ τοῦτον γενέσθαι βασιλέα, καὶ στεφανωθῆναι, οὐ ξενίζεται, οὔτε πτοεῖται, ἐπειδὴ ἐν πολλῷ χρόνῳ ἐνεγυμνάσθη εἰς τὰ μυστήρια τοῦ παλατίου. Οὐ γὰρ ἐνδέχεταί τινα τῶν ἀγελημαίων καὶ ἰδιωτῶν καὶ ξένων τῶν μυστηρίων εἰσελθεῖν, καὶ βασιλεῦσαι, εἰ μὴ τοὺς ἐμπείρους καὶ πεπαιδευμένους· οὕτως καὶ οἱ Χριστιανοὶ ἐν ἐκείνῳ τῷ αἰῶνι μέλλοντες βασιλεύειν, οὐ ξενίζονται, ἤδη προεγνωκότες τὰ μυστήρια τῆς χάριτος. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ ἄνθρωπος παρέβη τὴν ἐντολὴν, ὁ διάβολος ὅλην τὴν ψυχὴν ἐκάλυψε καλύμματι σκοτεινῷ. Λοιπὸν οὖν ἔρχεται ἡ χάρις, καὶ ἀπεκδύεται ὅλον τὸ σκέπασμα, ὥστε λοιπὸν τὴν ψυχὴν καθαρὰν γενομένην καὶ ἀπολαβοῦσαν τὴν ἰδίαν φύσιν τὸ κτίσμα τὸ ἄμωμον καὶ καθαρὸν, πάντοτε λοιπὸν καθαρῶς ἐν τοῖς καθαροῖς ὀφθαλμοῖς τὴν δόξαν τοῦ φωτὸς τοῦ ἀληθινοῦ καθορᾷν, καὶ τὸν ἀληθινὸν Ἥλιον τῆς δικαιοσύνης ἐξαστράπτοντα αὐτῇ τῇ καρδίᾳ.

Δ'. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῇ συντελείᾳ περιαιρουμένου τοῦ στερεώματος, λοιπὸν οἱ δίκαιοι ἐν τῇ βασιλείᾳ καὶ τῷ φωτὶ καὶ τῇ δόξῃ διάγουσι, μηδὲν ἕτερον ὁρῶντες, ἢ καθὼς ὁ Χριστὸς ἐν δόξῃ ἐστὶ πάντοτε ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρός· οὕτως καὶ οὗτοι ἀπὸ τοῦ νῦν εἰς ἐκεῖνον τὸν αἰῶνα ἁπαχθέντες, καὶ αἰχμαλωτισθέντες, πάντα τὰ ἐκεῖ κάλλη, καὶ τὰς θαυματουργίας ὁρῶσιν. Ἡμεῖς γὰρ ἐπὶ γῆς ὄντες, ἐν οὐρανοῖς ἔχομεν τὸ πολίτευμα, εἰς ἐκεῖνον τὸν κόσμον ἔχοντες τὴν διαγωγὴν καὶ τὴν πολιτείαν, κατὰ τὸν νοῦν καὶ τὸν ἔσω ἄνθρωπον. Ὥσπερ γὰρ ὁ φαινόμενος ὀφθαλμὸς καθαρὸς ὢν, καθαρῶς ὁρᾷ πάντοτε τὸν ἥλιον· οὕτως καὶ ὁ νοῦς τελείως καθαρισθεὶς, πάντοτε ὁρᾷ τὴν δόξαν τοῦ φωτὸς τοῦ Χριστοῦ, καὶ σύνεστι τῷ Κυρίῳ νυκτὸς καὶ ἡμέρας, ὃν τρόπον τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου συναφθὲν τῇ θεότητι, πάντοτε σύνεστι τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Ἀλλὰ ταῦτα τὰ μέτρα οὐκ εὐθέως καταλαμβάνουσιν οἱ ἄνθρωποι, εἰ μὴ διὰ καμάτου, καὶ θλίψεως, καὶ ἀγῶνος πολλοῦ. Εἰσὶ γάρ τινες, ὅτι σύνεστιν αὐτοῖς ἡ χάρις ἐνεργοῦσα καὶ ἀναπαύουσα, σύνεστι δὲ καὶ ἡ κακία ἔνδον, καὶ τὰ δύο πολιτεύματα εἰς μίαν ἐνεργεῖ καρδίαν τοῦ φωτὸς, καὶ τοῦ σκότους.

Ε'. Ἀλλὰ πάντως ἐρεῖς μοι, τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; Ποῦ γὰρ τὸ θεῖον φῶς ἐπισκοτίζεται καὶ θολοῦται, καὶ τὸ ἀμίαντον καὶ καθαρὸν ποῦ μιαίνεται; Γέγραπται γὰρ, *Καὶ τὸ φῶς ἐν τῇ σκο-*

et qui adhuc in hoc sunt mundo. Licet enim integram hæreditatem, sibi in illo sæculo præparatam, nondum adierint, certissimi tamen sunt ex arrhabone quem modo receperunt, ac si jam coronati essent, et regni clavum tenerent; neque obstupescunt, ut in re insolita ac nova, quod cum Christo regnaturi sint, propter abundantiam et fiduciam Spiritus. Quamobrem? eo quod, cum adhuc in carne essent, suavitate illa ac dulcedine, atque efficacia facultatis illius tenebantur.

III. Quemadmodum enim, si aliquis est qui erat amicus regis, et palatio dat operam, ac secreta regis cognoscit, atque regiam conspicit purpuram; eumque contingat fieri regem, et coronari, novitate rerum non obstupescit, nec metu percellitur, eo quod longo tempore in arcanis palatii exercitus fuerit: nequaquam enim fieri solet, ut quis e gregariis, simplicibus atque mysteriorum ignaris hominibus, accedat ad regni administrationem, sed solum ii qui doctrina et experientia instructi sunt. Sic quoque Christianis, qui regnaturi sunt in illo sæculo, nihil novi et inexspectati accidit, quippe qui antea jam noverunt mysteria gratiæ: propterea enim, quod homo trangressus sit fines mandati, diabolus universam animam caliginoso velamine operuit: verum postmodum accedit gratia, et exuitur prorsus velamen illud, ita ut postea anima, pristinæ puritati atque propriæ statui naturæ, creaturæ scilicet puræ atque irreprehensibili, restituta, perpetuo ac pure purisque oculis gloriam veri luminis conspiciat, verumque Solem justitiæ in visceribus cordis, fulgoris in modum splendentem.

IV. Sicut enim in consummatione perituri firmamenti, justi in posterum in regno, lumine atque gloria victuri sunt, nihil aliud intuentes, quam quo pacto Christus in gloria perpetuo sit ad dextram Patris: sic quoque hi qui ex hoc in aliud sæculum abrepti atque captivi abducti sunt, quæcunque sunt ibi pulchra atque admiratione digna contemplantur. Nos enim, qui adhuc in terra sumus, in cœlis habemus conversationem, in illo sæculo vitam agentes, atque conservantes secundum mentem et interiorem hominem. Quemadmodum enim oculus exterior, si purus sit, solem pure semper aspicit: sic quoque mens exacte puritati restituta, semper intuetur gloriam luminis Christi, 74 estque cum Domino noctu diuque, perinde ac corpus Domini divinitati conjunctum perpetuo est cum Spiritu sancto. Verum hosce gradus non statim assequuntur homines, nisi cum labore, afflictione atque pugna multa. Non desunt enim, in quibus licet gratia vim suam in ipsis exserat atque requiescat, intus tamen aliqua latet malitia, atque duæ adsunt conversandi rationes, lucis scilicet et tenebrarum, in uno corde vim suam exercentes.

V. Atqui omnino, dices mihi, quæ societas luci cum tenebris? ubinam lux divina tenebris offunditur atque inquinatur, et ubi quod impollutum ac purum est, polluitur atque turbatur? Scriptum

Digitized by Google

enim est : *Et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt*[86]. Non ergo simpliciter nec uno modo hæc sunt intelligenda. Quidam enim in tantum conquiescunt in gratia Dei, quod fortiores evadant, quam est conjuncta illis malitia; atque summa erga Deum devotione et oblectatione teneantur : alia tamen hora pravis cogitationibus agitantur, ac subripiuntur a peccato, adhuc tamen exsistentes in gratia Dei. Simpliciores vero atque idiotæ, ubi vires suas aliqua ex parte in illis exseruerit gratia, se prorsus a peccato liberos existimant. At qui acumine judicii ac prudentia pollent, verentur negare, quod, licet gratia divina donati simus, turpibus atque obscenis cogitationibus non exerceamur.

A τίφ φαίνει, καὶ ἡ σκοτία αὐτὸ οὐ κατέλαβε. Μονοτρόπως οὖν οὐ χρὴ τὰ πράγματα νοεῖσθαι, οὔτε μονομερῶς. Εἰς τοσοῦτον γάρ τινες ἀναπαύονται ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, ὅτι ἀνδρειότεροι γίνονται τῆς συνούσης αὐτοῖς κακίας, καὶ ἔχοντες εὐχὴν, καὶ ἀνάπαυσιν πολλὴν πρὸς τὸν Θεὸν, ἄλλῃ ὥρᾳ ἐνεργοῦνται ὑπὸ λογισμῶν πονηρῶν, καὶ κλέπτονται ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἔτι ὄντες ἐν τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ. Οἱ δὲ ἐλαφροὶ καὶ ἰδιῶται, μερικῶς ἐνεργούσης ἐν αὐτοῖς τῆς χάριτος, νομίζουσι μηκέτι εἶναι τὴν ἁμαρτίαν· οἱ δὲ ἔχοντες διάκρισιν, καὶ ὄντες φρόνιμοι, οὐ τολμῶσιν ἀρνήσασθαι, ὅτι ἔχοντες τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐνεργούμεθα ὑπὸ αἰσχρῶν καὶ ῥυπαρῶν λογισμῶν.

B

VI. Sæpenumero enim quosdam in fratribus reperimus, tantum ipsos gaudium et gratiam esse consecutos, ut ad quinque aut sex annorum spatium concupiscentiam exaruisse assererent, atque in posterum ab ea se liberatos putarent. Verum vitium latens insurrexit in illos, atque concupiscentiæ igni adeo combusti sunt, ut attoniti ac perculsi dicerent, Undenam tanto post tempore nobis prodiit tantum vitium? Nemo ergo sanæ mentis dicere audeat, Quia mecum est gratia, a peccatis prorsus liberatus sum : sed duæ personæ vim suam in mente exercent. Imperiti enim qui sunt rerum, ubi modicum quid in illis operata fuerit gratia, se jam vicisse atque perfectos Christianos esse statuunt. Ego vero sic se rem habere puto, perinde ac si sit C in cœlo sol, qui in puro aere lucet, et nubes advenientes eum operiant, atque aerem crassiorem reddant, nullo pacto (quippe cum interius lateat) nec in lumine, nec in substantia læditur : sic se habent, qui plene nondum sunt purificati; qui licet gratia Dei prædita sint, in imis tamen peccato detenti, habent simul motus naturales, et cogitationes erga Deum firmas, quippe a parte boni nondum plene stantes.

Γ'. Πολλάκις γὰρ εὕρομεν ἐν τοῖς ἀδελφοῖς, ὅτι τόσαύτην εὗρον χαρὰν καὶ χάριν, ὥστε ἐν πέντε καὶ ἓξ ἔτεσι λέγειν αὐτοὺς, ὅτι ἐξηράνθη ἡ ἐπιθυμία, καὶ μετὰ ταῦτα ὡς ἐνόμισαν ἠλευθερῶσθαι ἀπ' αὐτῆς, ἐγκρυβεῖσα ἡ κακία ἐπεκινήθη αὐτοῖς, καὶ κατεκαύθησαν τῇ ἐπιθυμίᾳ, ὥστε ξενίζεσθαι αὐτοὺς καὶ λέγειν, ὅτι μετὰ τοσοῦτον χρόνον πόθεν ἡμῖν ἐπανέστη τοσαύτη κακία; οὐδεὶς οὖν τῶν ἐχεφρόνων τολμᾷ εἰπεῖν ὅτι συνούσης μοι τῆς χάριτος τὸ ὅλον ἠλευθέρωμαι τῆς ἁμαρτίας, ἀλλὰ τὰ δύο πρόσωπα ἐν τῷ νῷ ἐνεργεῖται. Οἱ γὰρ ἄπειροι τῶν πραγμάτων, μικρόν τι ἐνεργησάσης εἰς αὐτοὺς τῆς χάριτος, νομίζουσιν, ὅτι ἤδη ἐνίκησαν, καὶ εἰσὶ Χριστιανοὶ τέλειοι. Ἐγὼ δὲ οὕτως φημὶ τὰ πράγματα εἶναι, ὥσπερ ὅταν ᾖ ἐν οὐρανῷ ἥλιος ἐν καθαρῷ ἀέρι καταλάμπων, καὶ ἔλθωσι περὶ αὐτὸν νεφέλαι, καὶ καλύπτωσιν αὐτὸν, καὶ παχύνωσιν τὸν ἀέρα, οὐδὲν ἠδίκηται αὐτὸς ἐνδότερος ὢν ἐκ τοῦ φωτὸς αὐτοῦ, καὶ τῆς ἰδίας ὑποστάσεως· οὕτως εἰσὶν οἱ μὴ τελείως καθαρισθέντες. Ὄντες δὲ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, καὶ κατεχόμενοι ἐν βάθει ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἔχουσι τὰ φυσικὰ κινήματα καὶ τοὺς λογισμοὺς αὐτοὺς ἐῤῥωμένους πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ μὴ ὄντες τοῦ ἀγαθοῦ ὁλοτελῶς.

VII. Sic e converso, qui secundum ima, sub bona portione, gratia, inquam, tenentur, adhuc sunt servi atque obnoxii pravis cogitationibus ac parti vitiosæ. Summo igitur judicio opus est, ut per experientiam quis cognoscat, hæc se ita habere. Dico D autem tibi, etiam apostolos, quibus erat Paracletus, non fuisse ex omni parte securos; gaudio enim et exsultationi aderat timor et tremor, ab ipsa gratia, non ex parte vitiosa profectus : verum ipsa gratia tuebatur illos, ne vel minimum quid diverterent. Perinde enim ac si quis frustulum lapidis projecerit in murum, murum nullatenus offendit aut commovit : aut sicut telum projectum contra eum, qui fert clibanum, nullo modo læsit nec ferrum nec corpus (referit enim ac repercutit); ita licet quid vitii ad apostolos appropinquaret, nequaquam tamen ipsos lædebat, quippe qui erant perfecta Christi

Ζ'. Οὕτως πάλιν οἱ κατεχόμενοι ἐν βάθει ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ μέρους, τῆς χάριτος λέγω, ἔτι εἰσὶ δοῦλοι καὶ ὑποχείριοι τοῖς πονηροῖς λογισμοῖς, καὶ τῷ μέρει τῆς κακίας. Πολλῆς οὖν χρεία διακρίσεως, ἵνα διὰ πείρας τις γνῷ ταῦτα τοῦτον ἔχειν τὸν τρόπον. Λέγω δέ σοι, ὅτι καὶ οἱ ἀπόστολοι ἔχοντες τὸν Παράκλητον, ὁλοτελῶς οὐκ ἦσαν ἀμέριμνοι. Συνῆν γὰρ τῇ χαρᾷ καὶ τῇ ἀγαλλιάσει φόβος καὶ τρόμος ἐξ αὐτῆς τῆς χάριτος, οὐ τοῦ μέρους τῆς κακίας, ἀλλὰ αὐτὴ ἡ χάρις ἠσφαλίζετο αὐτοὺς, ἵνα μὴ κἂν εἰς μικρόν τι ἐκτραπῶσιν. Ὥσπερ γὰρ εἴ τις βιζάκιον λίθου ῥίψας εἰς τεῖχος, οὐδὲν ἔβλαψεν ἢ παρεκίνησε τὸ τεῖχος· ἢ ὥσπερ βέλος ἀποστελλόμενον κατὰ τοῦ φοροῦντος κλίβανον, οὐδὲν ἠδίκησεν ἢ τὸν σίδηρον, ἢ τὸ σῶμα· ἀντικρούει γὰρ καὶ ἀντιπίπτει· οὕτως εἰ καὶ προσήγγιζέ τι μέρος κακίας τοῖς ἀποστόλοις οὐκ ἔβλαπτεν αὐτοὺς, ἐπειδὴ ἦσαν ἐνδεδυμένοι τὴν τελείαν

[86] Joan. I, 5.

Digitized by Google

δύναμιν τοῦ Χριστοῦ καὶ οὗτοι δὲ αὐτοὶ τέλειοι ὄντες, εἶχον τὴν ἐλευθερίαν τοῦ ἀπεργάσασθαι τὰς δικαιοσύνας.

A

Η'. Ἐπειδὴ οὖν τινες λέγουσιν, ὅτι μετὰ τὴν χάριν ἀμεριμνία ἐστὶ τῆς ψυχῆς, ὁ Θεὸς καὶ ἐν τοῖς τελείοις ἐπιζητεῖ τὸ θέλημα τῆς ψυχῆς εἰς διακονίαν τοῦ Πνεύματος, ὅπως συμφωνήσωσι. Λέγει γὰρ ὁ Ἀπόστολος, *Τὸ πνεῦμα μὴ σβέννυτε*. Τινὲς μὲν οὖν ἐν αὐτοῖς οὐκ ἤθελον ἐπιβαρεῖς ἄλλοις γίνεσθαι, τινὲς δὲ ἑαυτοῖς ἐστοίχουν· ἄλλοι δὲ λαμβάνοντες παρὰ κοσμικῶν διεδίδοσαν τοῖς πτωχοῖς· τοῦτο δὲ ἀξιώτερόν ἐστιν. Οἱ μὲν γὰρ ἔχοντες τὴν χάριν, τὸ ἑαυτῶν μόνον μεριμνῶσιν· ἄλλοι δὲ, καὶ ἑτέρας ψυχὰς ὠφελῆσαι σπουδάζουσιν· οὗτοι πολλῷ ἐκείνων ὑπερέχουσιν. Ἄλλοι δὲ τὴν χάριν ἔχοντες ὑπὲρ τοῦ ὀνόματος τοῦ Θεοῦ τὰ σώματα αὐτῶν παραδιδόασιν εἰς ὕβρεις καὶ πάθη, πάλιν οὗτοι ἐκείνων ἀνώτεροί εἰσι. Τινὲς ἀρετὴν μετιόντες θέλουσι κομπάζειν καὶ τιμᾶσθαι ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, λέγοντες Χριστιανοί εἶναι, καὶ μετέχειν Πνεύματος ἁγίου· ἄλλοι δὲ κρύπτειν ἑαυτοὺς καὶ ἀπὸ συντυχίας ἀνθρώπων σπουδάζουσιν· οὗτοι πολλῷ ἐκείνων ὑπερέχουσιν. Ὁρᾷς, πῶς καὶ ἐν αὐτῇ τῇ τελειότητι εὑρίσκεται εὔνοια πρὸς τὸν Θεὸν ἀπὸ φυσικοῦ θελήματος ἐπιτελουμένη, ἀνωτέρα καὶ πλεονάζουσα;

B

Θ'. Ὥσπερ εἴ τις πενιχρὰ ἐνδύματα περιβεβλημένος ἐν ὁράματι ἑαυτὸν ἴδῃ πλούσιον, ἀναστὰς δὲ ἐξ ὕπνου πάλιν ἴδῃ ἑαυτὸν πένητα καὶ γυμνόν· οὕτως καὶ οἱ λόγον πνευματικὸν λαλοῦντες τῇ ἀκολουθίᾳ δοκοῦσι λαλεῖν· μὴ ἔχοντες δὲ τὸ ἔργον τῶν λόγων ἐν γεύσει τινὶ καὶ δυνάμει, καὶ πληροφορίᾳ. ἐν τῷ νῷ κεχυρωμένον ἐν φαντασίᾳ τινὶ στήκουσιν. Ἡ ὥσπερ γυνὴ ἔχουσα ὁλοσήρικα, καὶ μαργαρίτας περιβεβλημένη, εἰς πορνεῖον προέστηκεν, οὕτως καὶ ἐπὶ τῶν τοιούτων ἡ καρδία αὐτῶν πορνεῖόν ἐστιν ἀκαθάρτων πνευμάτων, καὶ λαλεῖν θέλουσι περὶ δικαιοσύνης, μὴ παρακύψαντις εἰς τὰ πράγματα.

C

Ι'. Ὥσπερ γὰρ οὐκ ἔστι δυνατὸν ἰχθὺν ἄνευ ὕδατος ζῆσαι, ἢ ἄνευ ποδῶν περιπατῆσαί τινα, ἢ ἄνευ ὀφθαλμῶν ἰδεῖν φῶς, ἢ ἄνευ γλώσσης λαλεῖν, ἢ ἄνευ ὤτων ἀκούειν· οὕτως ἄνευ τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ, καὶ τῆς ἐνεργείας τῆς θείας δυνάμεως, οὐκ ἔστι γινώσκειν μυστήρια καὶ σοφίαν Θεοῦ, ἢ εἶναί τινα πλούσιον καὶ Χριστιανόν. Οὗτοι γάρ εἰσιν ἀληθῶς σοφοί, καὶ πολεμισταὶ, καὶ ἀνδρεῖοι, καὶ φιλόσοφοι Θεοῦ, οἱ ὁδηγούμενοι καὶ ποιμαινόμενοι κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον ὑπὸ τῆς θείκῆς δυνάμεως. Οἱ γὰρ φιλόσοφοι τῶν Ἑλλήνων, λόγους μανθάνουσι· καὶ ἄλλοι εἰσὶν ἰδιῶται τῷ λόγῳ, εὐφραινόμενοι καὶ ἀγαλλιῶντες ἐπὶ τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι, ἄνδρες θεοσεβεῖς. Διακρίνωμεν νῦν ποῖοί εἰσι βελτίονες. *Ἐν ἔργῳ*, φησὶ, *καὶ δυνάμει ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, οὐκ ἐν λόγῳ.*

D

ΙΑ'. Τὸ οὖν εἰπεῖν τινα, ὅτι ὁ ἄρτος οὗτος ἀπὸ σίτου γεγένηται, εὔκολόν ἐστι· πῶς δὲ λεπτῶς κατασκευάζεται, καὶ πέττεται ἄρτος, χρὴ εἰπεῖν. Τὸ

virtute 75 induti : illique cum essent perfecti, poterant libere operari justitiæ opera.

VIII. Quoniam igitur asserunt quidam, quod post acceptam gratiam nulla animæ sollicitudo supersit, Deus quoque in perfectis requirit voluntatem animæ in ministerium Spiritus, ut scilicet consentiant. Inquit enim Apostolus : *Spiritum nolite extinguere* [87]. Nonnulli igitur illorum nolunt aliis molesti esse, alii vero sibi ipsi gressus suos dirigunt; reliqui vero a sæcularibus accipientes largiuntur pauperibus : quod utique præstantius est. Quidam enim, qui gratia prædita sunt, eorum quæ sua sunt, unice curam gerunt ; alii vero aliorum quoque animas juvare laborant : hi illos multum præstant ; alii vero gratiam habentes pro nomine Dei corpora sua contumeliis et afflictionibus exponunt : hi illis iterum superiores sunt. Nonnulli virtutem persequentes, gloriari, et ab hominibus honoribus affici volunt, dicentes se Christianos et Spiritus sancti participes esse ; alii vero se occultare et ab hominum occursu nituntur : qui illos longe superant. Vides quomodo vel in ipsa perfectione benevolentia erga Deum, quæ a voluntate naturali efficitur, præstantior atque abundantior reperiatur?

IX. Perinde ac si quis vilibus indutus vestimentis per visum se ipsum conspiciat divitem ; surgens autem e somno, rursum se pauperem et nudum videat : sic quoque, qui sermonem spiritualem loquuntur, convenienter loqui videntur; si vero non habeant rem ipsam cum quodam gustu, potentia ac certitudine fidei, in mentem firmatam, in nuda quadam opinione consistunt. Aut veluti femina, holosericorum ac margaritarum cultu exornata, prostat in lupanari : sic quoque cor ejusmodi hominum lupanar quoddam est ipsorum immundorum spirituum; ac volunt sane sermones habere de justitia, cum opera ipsa non attigerint.

X. Quemadmodum enim fieri non potest, ut piscis absque aqua vitam ducat, aut absque pedibus aliquis progrediatur, aut absque oculis lumen intueatur, aut absque lingua loquatur , aut absque auribus audlat : sic quoque absque Domino Jesu et virtutis divinæ efficacia, non licet cognoscere mysteria et sapientiam Dei, aut esse divitem et Christianum. Hi enim sunt revera sapientes, milites fortes ac philosophi Dei, qui diriguntur et gubernantur secundum interiorem hominem a potentia divina : philosophi enim Græcorum eloquentiam ediscunt; alii vero sunt rudes eloquentiæ, sed lætantur et exsultant de gratia divina, quippe qui sint viri cultui divino addicti. Indicemus igitur qui sint præstantiores. *In opere*, inquit, *et virtute est regnum Dei, non in sermone* [88].

XI. Quid ergo est, ut dicat aliquis panem hunc e frumento esse confectum ; nam id facile est. Verum hoc convenit dicere, quo pacto minutim præ-

[87] I Thess. v, 10. [88] I Cor. iv, 20.

Digitized by Google

paretur, et coquatur panis. Disputare ergo de affectionum vacuitate et perfectione, paucis datum est. Evangelium enim concise loquitur : *Ne irascaris : ne concupiscas. Si quis impegerit alapam in dextram maxillam, præbe quoque et alteram. Si quis te trahat in judicium, ut tunicam tollat, dato ei quoque pallium* [89]. Verum Apostolus, hæc imitatus, qua ratione paulatim opus puritatis cum patientia et longanimitate fieri debeat pluribus docet, primum **76** lacte nutriens velut infantes, deinde promovens ad incrementum et perfectionem. Evangelium enim dixit ex lana fieri vestimentum : Apostolus vero significavit, per minuta quomodo consuatur.

XII. Qui igitur verba spiritualia proferunt, quorum non habent gustum, similes sunt ei qui, maximo æstu premente, desertum agrum perambulat, et sitibundus depingit sibi fontem emittentem aquam, adumbrans se ipsum bibentem, cum tamen labra ejus ac lingua exarescant præ siti qua tenetur : aut si quis disserat de mellis suavitate, et vim dulcedinis ejus, eo quod non degustarit, ignoret : sic se habent, qui de perfectione, exsultatione aut affectuum vacuitate sermonem suscipiunt, vi ac certitudine fidei carentes ; certe non omnia, ut loquuntur, sic se habent. Cum enim ejusmodi homo dignus aliquando fuerit habitus, ut ex parte saltem in opere ipso reperiatur, secum ipse dijudicabit : Non quemadmodum arbitrabar, sic reperi ; aliter enim loquebar, aliter Spiritus operabatur

XIII. Christianorum enim cultus est esus atque potus ; et quanto plus quis ex eo comederit, tanto vehementius suavitate illa allicitur animus, adeo ut retineri aut expleri nequeat, atque insatiabiliter inquirat et comedat. Aut veluti, cum quis siti laborat, præbeaturque ei potus suavis, ipseque ubi degustare cœperit, propius ad poculum accedit ; ardentius scilicet accensus : sic gustus Spiritus ferme sedari nequit, ut hujusmodi rei non immerito comparetur. Et hæc quidem non sunt verba nuda, sed opus Spiritus sancti, arcana ratione inserviens animo. Existimant vero nonnulli eos, qui a muliere, et ab omnibus, quæ visui patent, abstinent, esse jam sanctos. Verum non ita se res habet. Hæret enim malum in mente, atque in corde vivit et extollitur. Ille vero sanctus est, qui purificatus et sanctificatus est secundum interiorem hominem. Ubi enim veritas paulisper inspexit, illic error pugnat atque se velare et obtegere conatur

XIV. Cum Judæi sacerdotio potirentur, sane ex illa ipsa gente persecutionem patiebantur, graviterque affligebantur, eo quod in veritate persistebant, Eleazarus et Machabæi. Nunc vero, cum a tempore crucis et veli scissi recesserit ab eis Spiritus ; atque hic revelata sit, et operetur in nobis veritas, propterea rursum quidam ex hac gente persecutionem sustinent. Ex illa vero gente persecutione et affli-

[89] Luc. VI, 29 ; Matth. V, 40.

A οὖν λαλῆσαι περὶ ἀπαθείας καὶ τελειότητος, ὀλίγων ἐστί. Τὸ γὰρ Εὐαγγέλιον ἐν συντόμῳ ἀπεφήνατο, *Μὴ ὀργισθῇς, μὴ ἐπιθυμήσῃς· ἐάν τίς σε ῥαπίσῃ εἰς τὴν δεξιάν σου σιαγόνα, παράθες καὶ τὴν ἄλλην· ἐάν τις κρίνῃ ἆραί σου τὸ ἱμάτιον, δὸς αὐτῷ καὶ τὸν χιτῶνα.* Ὁ δὲ Ἀπόστολος ἐπακολουθῶν, πῶς χρὴ κατὰ μικρὸν τὸ ἔργον τῆς καθάρσεως μετὰ ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας γίνεσθαι, διὰ πολλῶν διδάσκει, πρῶτον γαλακτοτροφῶν ὡς νηπίους, εἶτα φέρων εἰς αὔξησιν καὶ τελειότητα. Εἶπε γὰρ τὸ Εὐαγγέλιον γενέσθαι ἀπὸ ἐρέας στιχάριον· ὁ δὲ Ἀπόστολος ἐμήνυσε τὴν λεπτότητα, πῶς κατασκευάζεται.

B ΙΒ'. Οἱ οὖν λόγους πνευματικοὺς λαλοῦντες ἄνευ τῆς γεύσεως, τοιούτῳ τινὶ ἐοίκασιν, ὥσπερ ἵνα τις ἐπιβαλόντος καύσωνος διοδεύηται πεδίῳ ἐρήμῳ, καὶ ὢν ἔκδιψος διαγράφῃ πηγὴν ῥέουσαν ὕδωρ, σκιογραφῶν ἑαυτὸν πίνοντα, ὁπότε τὰ χείλη αὐτοῦ κατεξήρανται, καὶ ἡ γλῶσσα, ἐκ τῆς καταλαβούσης δίψης· ἢ ἵνα τις λαλήσῃ περὶ μέλιτος, ὅτι γλυκύ ἐστι, μὴ γευσάμενος δὲ, οὐκ οἶδε τὴν δύναμιν τῆς γλυκύτητος· οὕτως καὶ οἱ λόγον λαλοῦντες περὶ τελειότητος, καὶ ἀγαλλιασμοῦ, ἤτοι ἀπαθείας, μὴ ἔχοντες ἐνέργειαν καὶ πληροφορίαν, τὰ πράγματα οὐχ ὡς λαλοῦσιν, οὕτως εἰσὶν ἅπαντα. Ὅταν γὰρ ὁ τοιοῦτος καταξιωθῇ ποτε μερικῶς ἐν ἔργῳ εὑρεθῆναι, διακρίνει καθ' ἑαυτὸν, ὅτι οὐ καθὼς ὑπελάμβανον οὕτως εὗρον· ἄλλως γὰρ ἐλάλουν, καὶ ἄλλως τὸ πνεῦμα ἐργάζεται.

C ΙΓ'. Ὁ γὰρ Χριστιανισμὸς βρῶσίς ἐστι καὶ πόσις· καὶ ὅσον τις ἐσθίει ἀπ' αὐτοῦ, ἐκ τῆς ἡδύτητος ἐπιπλεῖον ἐρεθίζεται ὁ νοῦς ἀκατάσχετος καὶ ἀκόρεστος ὑπάρχων, καὶ ἁπλήστως ἐπιζητῶν καὶ ἐσθίων· Ἢ ὥσπερ ἐάν ᾖ τις διψῶν, καὶ ἐπιδοθῇ αὐτῷ πόμα γλυκὺ, εἶτα ἀρξάμενος τῆς γεύσεως σφοδροτέρως ἐγγίζει τῷ ποτῷ, μειζόνως ἐκκαιόμενος, καὶ σχεδὸν ἄπαυστός ἐστιν ἡ γεῦσις τοῦ Πνεύματος, ὡς τοιούτῳ τινὶ δικαίως ἀπεικάζεσθαι· καὶ ταῦτα οὐ λόγοι ψιλοι. Ἐργασία γάρ ἐστι τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐν μυστηρίῳ διακονοῦσα τῷ νῷ. Νομίζουσι δέ τινες ὅτι ἀπεχόμενοι γυναικὸς, καὶ πάντων τῶν φαινομένων, ἤδη ἅγιοί εἰσιν· ἀλλ' οὐχ οὕτως ἐστίν. Ἔστι γὰρ ἡ κακία ἐν τῷ νῷ, καὶ ἐν τῇ καρδίᾳ ζῇ καὶ ἐπαίρεται· D οὗτος δέ ἐστιν ἅγιος, ὁ καθαρθεὶς καὶ ἁγιασθεὶς κατὰ τὸν ἔσω ἄνθρωπον. Ὅπου γὰρ ἡ ἀλήθεια ἀνακύπτει, ἐκεῖ μάχεται ἡ πλάνη, σπουδάζουσα καλύψαι καὶ θολῶσαι.

ΙΔ'. Ὅτε οἱ Ἰουδαῖοι ἐκράτουν τὴν ἱερωσύνην, καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔθνους ἐδιώκοντο καὶ ἐθλίβοντο, ἐπειδὴ εἱστήκεισαν ἐν τῇ ἀληθείᾳ, Ἐλεάζαρος καὶ οἱ Μακαβαῖοι. Νῦν δὲ ἐπειδὴ ἀπὸ τοῦ σταυροῦ καὶ τοῦ καταπετάσματος ἀνεχώρησεν ἐξ αὐτῶν τὸ Πνεῦμα, λοιπὸν ὧδε ἀπεκαλύφθη καὶ ἐνεργεῖ ἡ ἀλήθεια. Πάλιν οὖν ἐξ αὐτοῦ τοῦ ἔθνους διώκονται. Ἐξ αὐτοῦ δὲ τοῦ ἔθνους ἐδιώκοντο καὶ ἐθλίβοντο, ἵνα γένωνται

Digitized by Google

μάρτυρες οἱ φιλαλήθεις. Πῶς γὰρ φανήσεται ἡ ἀλήθεια, εἰ μὴ ἔχει τοὺς ὑπεναντίους ψευδεῖς ὄντας καὶ κατὰ ἀληθείας τρέχοντας; Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τοῖς ἀδελφοῖς βαστάζοντες πάθη καὶ θλίψεις· πολλῆς δὲ χρῄζουσιν ἀσφαλείας, ἵνα μὴ πέσωσιν. Εἷς γάρ τις τῶν ἀδελφῶν συνευχόμενός τινι, ἡχμαλωτίσθη ὑπὸ θείας δυνάμεως, καὶ ἁρπαχθεὶς εἶδε τὴν ἄνω πόλιν Ἱερουσαλὴμ, καὶ εἰκόνας φωτεινὰς καὶ φῶς ἄπειρον· καὶ ἤκουσε φωνῆς λεγούσης, *οὗτός ἐστιν ὁ τόπος τῆς καταπαύσεως τῶν δικαίων*· καὶ μετὰ μικρὸν φυσιωθεὶς, καὶ νομίσας περὶ ἑαυτοῦ ἐωρακέναι, μετὰ τοῦτο εὑρέθη ἐμπεσὼν εἰς τὰ ἄδυτα καὶ βαθύτατα τῆς ἁμαρτίας, εἰς μυρία κακά

ΙΕ'. Εἰ οὖν ὁ ἐσώτερος καὶ ὑψηλὸς ἔπεσε, πῶς δύναται λέγειν ὁ τυχὼν, ὅτι *Νηστεύων καὶ ξενιτεύων καὶ διασκορπίζων τὰ ὑπάρχοντα ἤδη ἅγιός εἰμι;* οὐ γὰρ ἡ ἀποχὴ τῶν κακῶν αὕτη ἐστὶν ἡ τελείωσις, ἀλλ' εἰ εἰσῆλθες εἰς τὸν νοῦν τὸν ἠφανισμένον, καὶ ἀπέκτεινας τὸν ὄφιν τὸν κατώτερον τοῦ νοῦ, καὶ βαθύτερον τῶν λογισμῶν, εἰς τὰ λεγόμενα ταμιεῖα καὶ ἀποθήκας τῆς ψυχῆς φονεύοντά σε καὶ φωλεύοντα· ἄβυσσος γάρ ἐστιν ἡ καρδία· εἰ τοίνυν ἐκεῖνον ἐφόνευσας, καὶ πᾶσαν τὴν ἐν σοὶ ἀκαθαρσίαν ἐξέβαλες· ὅλοι γὰρ οἱ φιλόσοφοι καὶ ὁ νόμος καὶ οἱ ἀπόστολοι, καὶ ἡ τοῦ Σωτῆρος ἔλευσις περὶ καθαρότητος ποιοῦνται. Πᾶς γὰρ ἄνθρώπων εἴτε Ἰουδαίων, εἴτε Ἑλλήνων, ἀγαπᾷ τὴν καθαρότητα, καὶ οὐ δύνανται καθαρεύειν. Χρὴ οὖν ἐπιζητῆσαι, πῶς καὶ διὰ τίνων δύναται τὸ καθαρὸν τῆς καρδίας γενέσθαι. Οὐδαμῶς ἐτέρωθεν, εἰ μὴ διὰ τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν σταυρωθέντος· αὐτὸς γάρ ἐστιν ἡ ὁδὸς, ἡ ζωὴ, ἡ ἀλήθεια, ἡ θύρα, ὁ μαργαρίτης, ὁ ζῶν καὶ ὁ οὐράνιος ἄρτος. Καὶ οὐκ ἐγχωρεῖ τινα ἄνευ ἐκείνης τῆς ἀληθείας, ἀλήθειαν γνῶναι, ἢ σωθῆναι. Ὥσπερ οὖν εἰς τὸν ἔξω ἄνθρωπον καὶ εἰς τὰ φαινόμενα πράγματα, ἀπετάξω πᾶσι, καὶ διέδωκας τὴν ὕπαρξίν σου· οὕτω καὶ ἐν τῇ σοφίᾳ τῇ κοσμικῇ, εἰ γνῶσιν ἔχεις καὶ λόγων ἰσχὺν, ἀπορρίψασθαι πάντα ὀφείλεις, καὶ μηδὲν ἡγήσασθαι, ἵν' οὕτω δυνηθῇς ἐπὶ τῇ μωρίᾳ τοῦ κηρύγματος οἰκοδομηθῆναι, ὅπερ κήρυγμά ἐστιν ἡ ἀληθὴς σοφία, οὐκ ἔχουσα κόμπον λόγων, ἀλλὰ δύναμιν δι' ἁγίου σταυροῦ ἐνεργουμένην. Δόξα τῇ ὁμοουσίῳ Τριάδι εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ction opprimebantur, ut martyres evaderent, qui veritati studebant. Quomodo enim apparebit veritas, nisi habuerit adversarios, qui et sint mendaces, et veritatem invadant? Sunt quoque in fratrum numero, qui affectionibus aut afflictionibus obnoxii sunt. Quibus quidem magna cautio adhibenda est, ne labantur. Quidam enim ex fratribus, cum precaretur cum alio, captus est divina virtute, eaque abreptus vidit supernam civitatem Jerusalem, et personas illustres, lumenque immensum; atque audivit vocem dicentem : *Hic est locus requietis justorum :* pauloque post inflatus, et existimans de se ipso ea vidisse, postea repertus est in adyta et profundissima peccatorum, atque in infinita mala incidisse.

XV. Si ergo internus et sublimis homo lapsus est, quo pacto potest dicere quivis alius e vulgo : *Quia jejuno, hospitalitatem exerceo, ac bona mea distribuo, jam ego sanctus sum?* Non enim a malis se cohibere ipsa perfectio est, sed si inquinatam mentem tuam ingressus, occideris serpentem in interioribus mentis ac profundioribus cogitationum tuarum 77 delitescentem, quippe in conclavibus et repositoriis animæ ad te interimendum nidum suum componit (cor enim est abyssus), si, inquam, illum interfeceris, et omnem, qua inquinatus es, spurcitiem ejeceris. Omnes enim philosophi, lex et apostoli atque etiam Salvatoris adventus circa puritatem laborant. Omnes siquidem homines, sive Judæi, sive Græci, puritatem exoptant, et assequi nequeunt. Inquirendum igitur est, quomodo et quibus modis puritas cordis comparari possit. Nequaquam aliunde, quam per eum, qui pro nobis crucifixus est. Ipse enim est via, vita, veritas, ostium, margarita, vivus ac cœlestis panis; nec licet alicui, absque illa veritate, veritatem cognoscere, et servari. Quemadmodum quoad exteriorem hominem, et ea quæ subjacent oculis, omnibus renuntiasti, et bona tua distribuisti : sic quoque ad sapientiam mundanam, si rerum notitiam aut facultatem dicendi es adeptus, hæc universa abjicere debes, ac pro nihilo ducere, ut ita possis super stultitia prædicationis ædificari, quæ quidem prædicatio est vera sapientia, carens ornatu verborum, sed prædita virtute, per sanctam crucem operante. Gloria consubstantiali Trinitati in sæcula. Amen.

ΟΜΙΛΙΑ ΙΗ'.

Περὶ τοῦ θησαυροῦ τῶν Χριστιανῶν, δηλαδὴ τοῦ Χριστοῦ καὶ Πνεύματος ἁγίου, διαφόρως ἀσκοῦντος αὐτοὺς πρὸς τὸ φθάναι εἰς τὴν τελειότητα.

Α'. Εἴ τις ἐν τῷ κόσμῳ πλούσιος σφόδρα τυγχάνει, καὶ θησαυρὸν ἀπόκρυφον κέκτηται, ἐκ τοῦ θησαυροῦ καὶ πλούτου οὗπερ ἔχει, πάντα ὅσα θέλει, κτᾶται· καὶ οἷα βούλεται ἐν τῷ κόσμῳ κτήματα, εὐχερῶς ἐπισυνάγει, τῷ θησαυρῷ πεποιθὼς, ὅτι δι' αὐτοῦ πᾶσαν κτῆσιν, ἣν ἂν βούληται, εὐκόλως κτᾶται. Οὕτως καὶ οἱ πρῶτον ζητοῦντες παρὰ Θεῷ, καὶ εὑρόντες, καὶ ἔχοντες τὸν ἐπουράνιον τοῦ Πνεύματος θη-

HOMILIA XVIII.

De thesauro Christianorum, videlicet Christo et Spiritu sancto, variis modis exercente eos, ut ad perfectionem perveniant.

I. Si quis in hoc mundo valde opulentus sit, reconditumque thesaurum possideat, per eum atque divitias omnia, quæcunque libuerit, consequitur : et quascunque voluerit in mundo possessiones, absque omni labore, thesauro suo fretus, corradit; eo quod ejus ope omnem possessionem, quamcunque voluerit, facile consequatur. Sic qui primum et ante omnia quærunt a Deo et inveniunt

Digitized by Google

ac consequuntur cœlestem thesaurum Spiritus, ipsum scilicet Dominum, in cordibus illorum, illi omnem justitiam virtutum, omnemque possessionem bonitatis præceptorum Domini, ope illius thesauri, qui hæret in eis Christo, perficiunt, atque ejus ope cœlestes divitias accumulant. Thesauri enim cœlestis beneficio omnem virtutem justitiæ, freti copia divitiarum spiritualium quæ sunt in iis, operantur, nulloque negotio omnem justitiam ac mandatum Domini, invisibilium divitiarum gratiæ, quæ est in ipsis, ope, reipsa peragunt. Inquit vero et Apostolus quoque : *Habentes thesaurum istum in vasis fictilibus* [90], hoc est, quem, qui in carne adhuc sunt, consequi digni habiti sunt, virtutem scilicet Spiritus sanctificatricem. Et rursus : *Qui factus nobis est a Deo sapientia, justitia, sanctificatio et redemptio* [91].

II. Quicunque igitur reperit ac possidet apud se cœlestem hunc thesaurum Spiritus, ille omnem justitiam præceptorum, ac omnem operationem virtutum, absque omni reprehensione et macula, ejus ope peragit, et quidem nullo negotio, nec ulla vi. Obsecremus igitur nos quoque Deum, postulemus ac deprecemur eum, ut thesaurum Spiritus sui nobis largiatur, ut hoc modo in mandatis ejus omnibus sine reprehensione et macula versari, et omnem justitiam Spiritus pure ac perfecte complere, cœlestis thesauri, qui est Christus, beneficio possimus. Pauper enim ac mendicus, et qui fame laborat, in mundo nihil potest comparare, paupertate eum premente. Qui vero thesaurum possidet, ut prædictum **78** est, absque omni negotio et molestia, quascunque exoptarit possessiones, consequitur : sic quoque anima nuda, ac societate Spiritus destituta, et ad duram paupertatem peccati redacta, nullum potest, quantopere voluerit, Spiritus justitiæ fructum revera producere, antequam Spiritus particeps facta sit.

III. Verumtamen vi quadam se quemque compellere oportet, ad rogandum Deum, ut dignus judicetur, qui consequatur et inveniat cœlestem thesaurum Spiritus, ac possit absque omni molestia et labore perficere omnia præcepta Domini, pure ac sine reprehensione, quæ prius, ne vi quidem adhibita, non poterat recte perficere. Pauper enim cum esset et nudus, ac societate Spiritus destitutus, qua ratione bona hæc spiritualia consequi potuit, absque thesauro et spiritualibus divitiis? Verum anima, quæ Dominum, per investigationem Spiritus, fidem ac multam patientiam, verum nempe thesaurum reperit, fructus Spiritus producit, ut dictum est, absque omni labore, omnemque justitiam, ac præcepta Domini, quæ Spiritus mandavit, in se, et per se, pure et integre, et sine reprehensione perficit.

IV. Aut rursus alio utamur exemplo. Quemadmodum si sit aliquis dives, qui cum cœnam exqui-

[90] II Cor. IV, 6. [91] I Cor. I, 30.

σαυρὸν, αὐτὸν τὸν Κύριον ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν ἐλλάμποντα, πᾶσαν δικαιοσύνην ἀρετῶν, καὶ πᾶσαν κτῆσιν ἀγαθότητος τῶν ἐντολῶν τοῦ Κυρίου, ἐκ τοῦ θησαυροῦ τοῦ ἐν αὐτοῖς ὄντος Χριστοῦ ἐπιτελοῦσι, καὶ δι' αὐτοῦ πλείονα πλοῦτον οὐράνιον ἐπισυνάγουσι. Διὰ γὰρ τοῦ ἐπουρανίου θησαυροῦ πᾶσαν ἀρετὴν δικαιοσύνης κατεργάζονται, πεποιθότες ἐπὶ τῷ πλήθει τοῦ ἐν αὐτοῖς πλούτου πνευματικοῦ, καὶ εὐκόλως πᾶσαν δικαιοσύνην καὶ ἐντολὴν τοῦ Κυρίου διὰ τοῦ ἀοράτου τῆς χάριτος ἐν αὐτοῖς πλούτου ἐργάζονται. Φησὶ δὲ καὶ ὁ Ἀπόστολος· *Ἔχοντες τὸν θησαυρὸν τοῦτον ἐν ὀστρακίνοις σκεύεσι*, τουτέστιν, ὃν ἐν σαρκὶ ὄντες κτήσασθαι ἐν αὐτοῖς κατηξιώθησαν, τὴν ἁγιαστικὴν δύναμιν τοῦ Πνεύματος· καὶ πάλιν, *Ὃς ἐγενήθη ἡμῖν σοφία ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, δικαιοσύνη τε καὶ ἁγιασμὸς, καὶ ἀπολύτρωσις.*

Β'. Ὁ οὖν εὑρὼν καὶ ἔχων ἐν ἑαυτῷ τὸν ἐπουράνιον τοῦ Πνεύματος θησαυρὸν, πᾶσαν δικαιοσύνην ἐντολῶν, καὶ πᾶσαν ἐργασίαν ἀρετῶν, ἀμώμως καὶ καθαρῶς ἐν τούτῳ κατεργάζεται, ἀδιάστως λοιπὸν καὶ εὐκόλως. Παρακαλέσωμεν οὖν καὶ ἡμεῖς τὸν Θεὸν, καὶ ἐκζητήσωμεν καὶ δεηθῶμεν αὐτοῦ, ἵνα τὸν θησαυρὸν τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ χαρίσηται ἡμῖν, καὶ οὕτως ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ πάσαις ἀμώμως καὶ καθαρῶς ἀναστραφῆναι δυνηθῶμεν, καὶ τὴν δικαιοσύνην τοῦ Πνεύματος πᾶσαν καθαρῶς καὶ τελείως ἀποπληρῶσαι, διὰ τοῦ ἐπουρανίου θησαυροῦ, ὅς ἐστι Χριστός. Ὁ γὰρ πένης καὶ πτωχὸς καὶ λιμώττων, ἐν κόσμῳ οὐδὲν δύναται κτήσασθαι, τῆς πενίας αὐτὸν συνεχούσης. Ὁ δὲ ἔχων θησαυρὸν, ὡς προείρηται, εὐχερῶς, οἷα βούλεται κτήματα, καὶ ἀνωδύνως κτᾶται. Οὕτως καὶ ψυχὴ ἡ γυμνὴ καὶ ἔρημος ἀπὸ κοινωνίας Πνεύματος, καὶ ὑπὸ τὴν δεινὴν πτωχείαν τῆς ἁμαρτίας οὖσα, οὐδὲν δύναται, κἂν θέλῃ τὸν καρπὸν τοῦ Πνεύματος τῆς δικαιοσύνης ἐξ ἀληθείας ποιῆσαι, πρὸ τῆς μεταλήψεως τοῦ Πνεύματος.

Γ'. Ὅμως βιάζεσθαι χρὴ ἕκαστον ἑαυτὸν εἰς τὴν αἴτησιν τοῦ Κυρίου, ἵνα καταξιωθῇ λαβεῖν, καὶ εὑρεῖν τὸν ἐπουράνιον τοῦ Πνεύματος θησαυρὸν, ὥστε ἀκοπιάστως καὶ εὐχερῶς δυνηθῆναι ποιῆσαι πάσας τὰς ἐντολὰς τοῦ Κυρίου, ἀμώμως καὶ καθαρῶς, ἃς πρὶν μετὰ βίας οὐκ ἠδύνατο κατορθῶσαι. Πένης γὰρ καὶ γυμνὸς ἀπὸ κοινωνίας Πνεύματος ὑπάρχων, πῶς ἠδύνατο τοιαῦτα πνευματικὰ κτήματα κτήσασθαι, ἄνευ θησαυροῦ καὶ πλούτου πνευματικοῦ; Ἡ δὲ εὑροῦσα ψυχὴ τὸν Κύριον, διὰ ζητήσεως Πνεύματος, καὶ πίστεως καὶ ὑπομονῆς πολλῆς, τὸν ἀληθινὸν θησαυρὸν, τοὺς καρποὺς τοῦ Πνεύματος κατεργάζεται, ὡς προείρηται, εὐχερῶς, πᾶσάν τε δικαιοσύνην καὶ ἐντολὰς τοῦ Κυρίου, ἃς ἐνετείλατο τὸ Πνεῦμα ἐν αὐτῇ, καὶ δι' αὐτῆς ποιεῖ καθαρῶς καὶ τελείως καὶ ἀμώμως.

Δ'. Ἢ πάλιν ἑτέρῳ ὑποδείγματι χρησώμεθα. Ὥσπερ ἐάν τις ᾖ πλούσιος καὶ ποιήσῃ δεῖπνον πολυ-

Digitized by Google

τελὲς, ἐκ τοῦ πλούτου αὐτοῦ καὶ θησαυροῦ οὗπερ ἔχει, ἀναλίσκει, καὶ οὐ δέδοικε, μή τινος αὐτῷ ἐνδεήσει πλοῦτον ἔχοντι μέγαν· καὶ οὕτως εὐφραίνει τοὺς δαιτυμόνας πολυτελῶς καὶ λαμπρῶς τοὺς κληθέντας ὑπ' αὐτοῦ, διάφορα καὶ καινότερα παρέχων αὐτοῖς ἐδέσματα. Ὁ δὲ πένης καὶ ἐνδεὴς πλούτου, ἐὰν βουληθῇ δεῖπνον κατασκευάσαι τινὶ, πάντα κιχρᾶται, καὶ αὐτὰ τὰ σκεύη, καὶ ἱμάτια, καὶ ἄλλα εἴδη· καὶ εἶθ' οὕτως μετὰ τὸ δειπνῆσαι τοὺς κληθέντας, ὡς ἐν δείπνῳ πένητος, ὕστερον ἑνὶ ἑκάστῳ ἀποδίδωσιν, ὅθεν ἐχρήσατο σκεῦος ἀργυροῦν, ἢ ἱμάτιον, ἢ ἕτερον εἶδος· καὶ οὕτως ἑκάστῳ ἀποδοθέντων πάντων, αὐτὸς πένης καὶ γυμνὸς ἀπομένει, μὴ ἔχων ἴδιον πλοῦτον ἐξ οὗ εὐφραίνεσθαι δύναται.

A sitissimis rebus instructam præparet, ex divitiis suis et thesauro, quem possidet, sumptus facit, nec metuit, ne sibi aliquid desit, divitias multas possidenti : sicque laute et splendide convivas a se vocatos exhilarat, variis ac novis subinde appositis cibis. At pauper qui est, omnique rerum abundantia destitutus, si voluerit quibusdam cœnam apparare, mutuatur omnia, vel ipsam supellectilem, vestes, ac reliquas species : sicque postea, ubi cœnaverint, qui erant vocati, ut fieri solet in convivio pauperis, denique unicuique, unde mutuo sumpserat, restituit supellectilem argenteam, vestes ac reliquum ornatum : quibus omnibus unicuique sic restitutis, ipse pauper ac nudus remanet, non habens proprias facultates, ex quibus possit

B recreari.

Ε'. Οὕτως καὶ οἱ πλούσιοι τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ, ἔχοντες τὸν πλοῦτον τὸν ἐπουράνιον ἐν ἀληθείᾳ, καὶ κοινωνίαν Πνεύματος ἐν αὐτοῖς, ἐπάν τισι λαλῶσι τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, καὶ ἐπάν τισι κοινωνῶσι λόγον πνευματικὸν, καὶ εὐφρᾶναι ψυχὰς θελήσωσιν, ἐκ τοῦ ἰδίου πλούτου καὶ ἐκ τοῦ ἰδίου θησαυροῦ, οὗ κέκτηνται ἐν ἑαυτοῖς, ἐξ αὐτοῦ λαλοῦσι, καὶ ἐξ αὐτοῦ εὐφραίνουσι τὰς ψυχὰς τῶν ἀκουόντων τὸν πνευματικὸν λόγον, καὶ οὐ δεδοίκασι μὴ ἐνδεήσειεν αὐτοῖς, ὅτι κέκτηνται ἐν αὐτοῖς θησαυρὸν οὐράνιον ἀγαθωσύνης, ἐξ οὗ προφέρουσι καὶ εὐφραίνουσι τοὺς πνευματικῶς ἐστιωμένους. Ὁ δὲ πένης καὶ μὴ κεκτημένος ἐκ τοῦ πλούτου τοῦ Χριστοῦ, μήτε ἔχων πλοῦτον πνευματικὸν ἐν τῇ ψυχῇ, τὸν βρύοντα πᾶσαν ἀγαθωσύνην λόγων τε καὶ ἔργων, καὶ ἐνθυμημάτων θείων, καὶ μυστηρίων ἀλαλήτων, εἰ καὶ βούλεται οὗτος λόγον ἀληθείας λαλεῖν, καὶ εὐφραίνειν τινὰς τῶν ἀκουόντων, ἀλλ' ἐν δυνάμει καὶ ἀληθείᾳ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ μὴ κεκτημένος ἐν ἑαυτῷ, ἀλλὰ μόνον ἀπομνημονεύων καὶ κιχρώμενος λόγους ἐξ ἑκάστης γραφῆς, ἢ παρὰ πνευματικῶν ἀνδρῶν ἀκούσας καὶ διηγούμενος καὶ διδάσκων, ἰδοὺ ἄλλους μὲν δοκεῖ εὐφραίνειν, καὶ ἄλλοι ἀπολαύουσι τῶν λόγων· μετὰ δὲ τὸ διηγήσασθαι αὐτὸν, ἕκαστος λόγος πρὸς τὰ ἴδια ἀφ' ὧν ἤρθη, ἀπέρχεται, καὶ αὐτὸς πάλιν γυμνὸς ἀπομένει καὶ πένης, μὴ ἔχων ἴδιον θησαυρὸν Πνεύματος, ἀφ' οὗ προφέρει, καὶ ὠφελεῖ, καὶ εὐφραίνει ἑτέρους, αὐτὸς πρῶτος μὴ εὐφραινόμενος, μηδὲ ἀγαλλιώμενος τῷ Πνεύματι.

V. Sic quoque, qui sunt Spiritu sancto locupletes, ac cœlestes divitias revera consecuti communionem Spiritus in se habent, si quibusdam verba veritatis loquantur, et sermonem spiritualem quibusdam communicent, ac animas reficere statuerint; ex propriis opibus, et ex proprio thesauro, quem possident apud se, ex eo, inquam, loquuntur, ex eoque reficiunt animas audientium spiritualem sermonem, nec pertimescunt, ne quid sibi desit : eo quod possideant in se cœlestem bonitatis thesaurum, e quo proferunt et recreant eos qui spirituali cibo vescuntur. Pauper vero, qui nec divitias Christi possidet, nec spirituales obtinet in anima opes, producentes scaturiginis instar omnem bonitatem

C sermonum, operum, cogitationum divinarum, et mysteriorum ineffabilium, hic, inquam, licet velit verbum veritatis eloqui, ac recreare quosdam audientes, cum tamen secundum virtutem ac in veritate sermonem Dei non obtineat; verum illos modo sermones, quos aut a quacunque scriptura mutuatur, aut ab aliis spiritualibus audivit, exponat et doceat; en videtur quidem ille alios recreare, et sane fruuntur alii sermonibus : ubi vero eum sermonem recitaverit, unumquodque verbum ad sua, unde translatum erat, revertitur : tum ille denuo nudus ac pauper remanet, carens proprio thesauro Spiritus, e quo promat, juvet et recreet alios, ac primus ipse non reficitur, nec Spiritu exsultat.

D

Ϛ'. Διὰ τοῦτο χρὴ πρῶτον ζητῆσαι παρὰ Θεοῦ ἐν πόνῳ καρδίας καὶ πίστει, ἵνα δῷ ἡμῖν εὑρεῖν τὸν πλοῦτον αὐτοῦ, τὸν ἀληθινὸν θησαυρὸν τοῦ Χριστοῦ ἐν ταῖς καρδίαις ἡμῶν, ἐν δυνάμει καὶ ἐνεργείᾳ Πνεύματος. Καὶ οὕτως πρότερον ὠφέλειαν ἐν ἑαυτοῖς, καὶ σωτηρίαν, καὶ ζωὴν αἰώνιον εὑρόντες, τὸν Κύριον, τότε καὶ ἄλλους, ὡς δυνατὸν καὶ ἐφικτόν ἐστιν, ὠφελήσωμεν, ἀπὸ τοῦ ἔνδον θησαυροῦ τοῦ Χριστοῦ προφέροντες πᾶσαν ἀγαθωσύνην λόγων πνευματικῶν, καὶ μυστηρίων ἐπουρανίων ποιούμενοι διήγησιν. Οὕτως γὰρ εὐδόκησεν ἡ ἀγαθότης τοῦ θελήματος τοῦ Πατρὸς, τοῦ κατοικῆσαι ἐν παντὶ τῷ πιστεύοντι καὶ αἰτουμένῳ αὐτόν. *Ὁ γὰρ ἀγαπῶν με*, φησὶν, *ἀγαπηθήσεται ὑπὸ τοῦ Πατρός μου, κἀγὼ ἀγαπήσω*

79 VI. Propterea in primis postulandum est a Deo cum contentione cordis ac fide, det nobis, ut inveniamus divitias ejus, verum thesaurum Christi in cordibus nostris in virtute ac efficacia Spiritus. Et hac ratione, ubi prius in nobis commodum, salutem ac vitam æternam, Dominum scilicet, consecuti fuerimus, postmodum quoque alios pro facultate et viribus nostris adjuvemus, ex interiori Christi thesauro promentes omnem bonitatem spiritualium sermonum, ac cœlestium mysteriorum enarrationem instituentes. Sic enim placuit bonitati voluntatis Patris, habitare apud omnem qui credit in eum eumque postulat. *Qui enim diligit me*, inquit, *diligetur a Patre meo, et ego diligam eum, et*

Digitized by Google

manifestabo ei me ipsum[91]. Et iterum: *Veniemus ego et Pater meus, et mansionem apud eum faciemus*[92]. Sic infinitæ clementiæ Patris visum est, sic incomprehensibili charitati Christi placuit: sic ineffabilis bonitas Spiritus promisit. Gloria sit ineffabili misericordiæ sanctæ Trinitatis.

VII. Qui enim evadere Filii Dei, et ex Spiritu sancto desuper renasci digni sunt habiti, atque Christum illuminantem ac recreantem eos in se possident, variis ac diversis modis a Spiritu diriguntur, et invisibiliter in corde cum requie spirituali a gratia ducuntur. Proferamus vero ex iis, quæ in mundo sunt conspicua, personarum figuras, ut, qua ratione gratia in anima se gerat, aliqua ex parte exemplis veluti demonstremus. Sunt interdum, qui a gratia ducuntur, ut qui in cœna regia lætantur, et exsultant exsultatione ac lætitia ineffabili: alia vero hora similes sunt sponsæ, quæ fruitur in conjugio cum sponso suo voluptate divina. Aliquando fiunt veluti angeli incorporei, in tanta levitate ac subtilitate una cum corpore constituti. Interdum sunt, ut qui potu inebriati et Spiritu delectantur, inebriantur, ebrietate scilicet divinorum ac spiritualium mysteriorum.

VIII. Interdum sunt velut in luctu et lamentatione propter genus humanum, ac precibus pro toto genere humano effusis, ad lacrymas, et ad luctum prolabuntur, dilectione spirituali erga humanum genus accensi. Interdum vero ad tantam exsultationem ac dilectionem a Spiritu inflammantur, ut, si fieri possit, omnes homines in sua viscera conjicerent, nulla nec bonorum nec malorum habita ratione. Interdum vero demittuntur infra omnes homines in humilitate Spiritus, ut se ipsos omnium abjectissimæ ac infimæ conditionis reputent. Interdum in gaudio ineffabili a Spiritu conservantur. Interdum sunt velut fortis quispiam, qui, universam armaturam regis induens, et in prælium descendens, adversus hostes fortiter dimicat, eosque vincit. Eodem modo spiritualis homo, assumptis cœlestibus armis Spiritus, hostes invadit, prælioque commisso subjicit illos pedibus suis[93].

IX. Interdum in summo silentio, tranquillitate et pace requiescit anima, in sola spirituali voluptate, et ineffabili requie atque in optimo statu exsistens. Interdum in intelligentia quadam ac sapientia ineffabili, et notitia Spiritus inscrutabili a gratia instituitur, circa ea, quæ nec lingua nec ore efferri queunt. Interdum ut quivis hominum fit. Ita varie gratia versatur in iis, ac multis modis ducit animam, recreans juxta voluntatem divinam, exercetque eam diversimode, ut illam integram, **80** irreprehensibilem atque puram apud cœlestem Patrem constituat.

X. Cæterum prædictæ hæ Spiritus operationes,

A αὐτὸν, καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτόν. Καὶ πάλιν· Ἐλευσόμεθα ἐγὼ καὶ ὁ Πατήρ μου, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν. Οὕτως ἡ ἄπειρος χρηστότης τοῦ Πατρὸς ἠθέλησεν, οὕτως ἡ ἀνεννότητος ἀγάπη τοῦ Χριστοῦ εὐδόκησεν, οὕτως ἡ ἄῤῥητος ἀγαθότης τοῦ Πνεύματος ἐπηγγείλατο. Δόξα τῇ ἀῤῥήτῳ εὐσπλαγχνίᾳ τῆς ἁγίας Τριάδος.

Δ'. Ἀνὴρ δέ τις φρόνιμος ἐπιθυμήσας ἐπιμέλειαν ποιήσασθαι τῆς σπουδῆς, ἐσπούδασεν ἀποπειρασθῆναι πάντων τῶν κυλιομένων ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, εἴπως εὑρεῖν ὠφέλειαν δυνηθῇ. Προσῆλθε βασιλεῦσι, D δυνάσταις, ἄρχουσι, καὶ οὐχ εὗρεν ἴαμα σωτηριῶδες ἐκεῖθεν τῇ ψυχῇ προσενέγκαι· καὶ τούτοις ἐπιπολὺ συνδιατρίψας, οὐδὲν ὠνήσεν. Ἀπῆλθεν αὖθις πρὸς τοὺς σοφοὺς τοῦ κόσμου καὶ ῥήτορας· τῷ αὐτῷ τρόπῳ κατέλιπε κἀκείνους, μηδὲν κέρδος ἀπενεγκάμενος. Διῆλθε διὰ τῶν ζωγράφων, καὶ τῶν τὸν χρυσὸν καὶ ἄργυρον ἀπὸ γῆς ἀναφερόντων, διὰ πάντων τε τῶν τεχνιτῶν, καὶ οὐδεμίαν θεραπείαν ἴσχυσε τοῖς ἰδίοις ἐφευρεῖν τραύμασι. Τέλος ἀναχωρήσας τούτων, ἐπεζήτει ἑαυτῷ θεὸν ἰώμενον τὰ πάθη καὶ τὰς νόσους τῆς ψυχῆς, ὡς δὲ ἐπεσκέπτετο ἑαυτὸν, καὶ ταῦτα διελογίζετο, εὑρέθη ὁ νοῦς αὐτοῦ ἐν ἐκείνοις ῥεμβόμενος τοῖς πράγμασιν, ὧν φανερῶς ἀνεχώρησε, μισήσας αὐτά.

V. Quemadmodum vero mulier quædam in mundo

Ε'. Ὥσπερ δὲ γυνή τις ἐν κόσμῳ πλουσίᾳ, καὶ

Digitized by Google

χρήματα πολλὰ καὶ οἶκον λαμπρὸν ἔχουσα, λείπεται προστασίας· καὶ οἱ ἐπερχόμενοι ἐπὶ τὸ βλάψαι αὐτὴν, καὶ τὰς οἰκήσεις ἐρημῶσαι, πολλοί· κἀκείνη μὴ φέρουσα τὴν ὕβριν, περιέρχεται ζητοῦσα ἄνδρα δυνάστην, ἱκανόν τε καὶ πεπαιδευμένον ἐν πᾶσι· καὶ ὅταν πολλὰ ἀγωνισαμένη λάβῃ τοιοῦτον ἄνδρα, ἀγαλλιᾶται ἐπ' αὐτῷ, καὶ ἔχει αὐτὸν ἀντὶ τείχους ἰσχυροῦ· τὸν αὐτὸν τρόπον ἡ ψυχὴ μετὰ τὴν παράβασιν, ἐπιπολὺ θλιβεῖσα ὑπὸ τῆς ἐναντίας δυνάμεως, καὶ εἰς μεγάλην ἐρημίαν ἐμπεσοῦσα, καὶ χήρα, καὶ μεμονωμένη ἀπὸ τοῦ ἐπουρανίου ἀνδρὸς διὰ τὴν παράβασιν τῆς ἐντολῆς καταλειφθεῖσα καὶ παίγνιον πάσαις ταῖς ἀντικειμέναις δυνάμεσι γενομένη· ἐξέστησαν γὰρ αὐτὴν τῶν ἰδίων φρενῶν, θαμβήσαντες ἀπὸ τῆς οὐρανίου διανοίας, ὥστε μὴ ὁρᾷν τὰ ὑπ' αὐτῶν εἰς αὐτὴν γινόμενα, ἀλλὰ νομίζειν, ὅτι οὕτως ἐξ ἀρχῆς γεγένηται. Εἶτα δι' ἀκοῆς μαθοῦσα τὴν μόνωσιν αὐτῆς καὶ ἐρημίαν, στενάξασα ἐνώπιον τῆς φιλανθρωπίας τοῦ Θεοῦ, εὗρε ζωὴν καὶ σωτηρίαν. Διὰ τί; Ἐπειδὴ ἀνῆλθεν εἰς τὴν συγγένειαν αὐτῆς. Οὐδεμία γὰρ ἄλλη τις οἰκειωσίς ἐστι καὶ ὠφέλεια τοιαύτη, εἰ μὴ ψυχῆς πρὸς Θεὸν, καὶ Θεοῦ πρὸς αὐτήν. Ἐποίησε γὰρ ὁ Θεὸς ὀρνέων γένη διάφορα· τὰ μὲν ὥστε φωλεύειν ἐν τῇ γῇ, κἀκεῖθεν ἔχειν τὴν διατροφὴν καὶ τὴν ἀνάπαυσιν· τὰ δὲ ᾠκονόμησεν ὑπὸ τὰ ὕδατα φωλεύειν, κἀκεῖθεν ἔχειν τὴν ζωήν· ἐδημιούργησε καὶ δύο κόσμους, τὸν μὲν ἄνω τοῖς λειτουργικοῖς πνεύμασι, καὶ τὴν πολιτείαν ἔχειν ἐκεῖ διετάξατο· τὸν δὲ κάτω τοῖς ἀνθρώποις, ὑπὸ τὸν ἀέρα τοῦτον· ἔκτισε δὲ καὶ οὐρανὸν καὶ γῆν, ἥλιον καὶ σελήνην, ὕδατα, δένδρα καρποφόρα, γένη ζώων παντοίων· ἀλλ' ἐν οὐδενὶ αὐτῶν ὁ Θεὸς ἐπαναπαύεται. Πᾶσα ἡ κτίσις ὑπ' αὐτοῦ κεκράτηται, καὶ ὅμως οὐκ ἔπηξεν ἐν αὐτοῖς θρόνον, οὔτε κοινωνίας ἡρμόσατο, εἰ μὴ ἐν ἀνθρώπῳ μόνον εὐδόκησε, κοινωνήσας αὐτῷ, καὶ ἐπαναπαυσάμενος. Ὁρᾷς ὧδε συγγένειαν Θεοῦ πρὸς ἄνθρωπον, καὶ ἀνθρώπου πρὸς Θεόν; Ἡ οὖν συνετὴ καὶ φρονίμη ψυχὴ περιελθοῦσα πάντα τὰ δημιουργήματα, οὐχ εὗρεν ἀνάπαυσιν ἑαυτῇ, εἰ μὴ μόνον ἐν Κυρίῳ· καὶ ὁ Κύριος ἐν οὐδενὶ εὐδόκησεν, εἰ μὴ μόνον ἐν ἀνθρώπῳ.

ς'. Ἂν ἐκπετάσῃς τοὺς ὀφθαλμοὺς πρὸς τὸν ἥλιον, εὑρίσκεις ἐν οὐρανῷ τὸν κύκλον αὐτοῦ· τὸ δὲ φῶς καὶ τὰς ἀκτῖνας ἐπὶ γῆν ῥεπούσας καὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ φωτὸς, καὶ τὴν λαμπηδόνα πρὸς γῆν φερομένην· οὕτως καὶ ὁ Κύριος ἐκ δεξιῶν τοῦ Πατρὸς ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας κάθηται· τὸν δὲ ὀφθαλμὸν αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας τῶν ἐπὶ γῆς ἀνθρώπων ἔχει τεταμένον, ὅπως τοὺς ἀπεκδεχομένους τὴν παρ' αὐτοῦ βοήθειαν, ἀνενέγκῃ, ἔνθα αὐτὸς ὑπάρχει, ἐπειδὴ λέγει· *Ὅπου ἐγώ εἰμι, ἐκεῖ καὶ ὁ διάκονος ὁ ἐμὸς ἔσται.* Καὶ πάλιν ὁ Παῦλος· *Ὅτι συνήγειρε καὶ συνεκάθισεν ἐν δεξιᾷ αὐτοῦ ἐν τοῖς ἐπουρανίοις.* Πολὺ δὲ ἄλογα ζῶα συνετώτερά εἰσιν ἡμῶν. Καὶ γὰρ ἕκαστον αὐτῶν συνήνωνται τῇ ἰδίᾳ φύσει, τὰ ἄγρια πρὸς τὰ ἄγρια,

locuples, vel amplas divitias ac domum magnificam possidens, destituitur auxilio et patrocinio; et qui in eam insurgunt ut eam lædant, et ædificia devastent, non sunt pauci; illa non ferens injuriam obambulat, quærens virum potentem, idoneum, et in omnibus eruditum; et ubi post multos labores exantlatos nacta fuerit ejusmodi virum, exsultat propter eum, et habet eum pro muro valido: eodem modo anima, post transgressionem vehementer ab adversaria potestate afflicta, et in magnam solitudinem illapsa, et vidua et deserta a cœlesti Sponso propter transgressionem peccati derelicta, ac ludibrio omnibus adversariis potestatibus exposita (everterunt enim illam a sua mente, atque deturbarunt ab intellectu cœlesti, ne conspiciat, quæ ab illis in eam committuntur, sed putet sic ab initio contigisse); postmodum ubi ex auditu percepit solitudinem suam, deplorata desolatione sua in conspectu humanissimi Dei invenit vitam et salutem. Quapropter? Quia reversa est ad cognationem suam. Nulla enim est talis familiaritas atque opitulatio, ac est animæ erga Deum, et Dei erga animam. Condidit enim Deus avium genera diversa: quasdam ut nidos componant in terra, et in ea habeant pastum ac requiem: quasdam vero ordinavit, ut sub aquis nidificent, indeque vitam habeant: fabricavit quoque duplicem mundum; unum superiorem, administratoriis spiritibus, ut illic conversentur, constituit; alterum inferiorem hominibus sub hoc aere. Creavit quoque cœlum et terram, solem ac lunam, aquas, arbores fructiferas, et variorum animalium genera: in nullo tamen horum requiescit Deus. Universa creatura sub ejus est imperio; nec tamen construxit in eis thronum, neque societatem iniit, nisi in homine solo complacitum ei est, ac societatem cum eo contraxit, et in eo requiescit. Videsne hic cognationem Dei cum homine, et hominis cum Deo? Sagax ergo et prudens anima pertransiens cunctas creaturas, non invenit requiem sibi ipsi, nisi solum in Domino: nec Domino in ullo complacitum est, nisi solum in homine.

VI. Si expandas oculos ad solem, reperis in cœlo circulum ejus: lumen autem et radios in terram vergere, atque omnem vim luminis et splendorem ad terram deferri: sic quoque Dominus a dextris **145** Patris super omnem principatum et potestatem sedet; oculum autem suum in corda hominum in terra viventium habet extentum, ut eos qui suscipiant ab eo auxilium, extollat eo, ubi ipse est. Quoniam inquit: *Ubi sum ego, illic quoque minister meus erit* [86]. Et iterum Paulus: *Simul resuscitavit, et simul sedere fecit ad dexteram suam inter cœlestes* [87]. Verum animalia ratione destituta, sunt longe intelligentiora quam nos. Unumquodque enim horum unitur iis, quæ sunt ejusdem naturæ, agrestia agrestibus, et oves suæ

[86] Joan. XII, 26, [87] Ephes. II, 5, 6.

Digitized by Google

speciei. Tu vero non reverteris ad cœlestem tuam cognationem, quæ est Dominus ; sed cogitationibus tuis tradis te et assentiris cogitationibus pravis, adjutor peccati factus, ejusque ope tibi ipsi bellum infers, atque adeo escam hostis te ipsum constituis, perinde ac si avis ab aquila comprehensa absumatur aut ovis a lupo, aut puer ignorans extendat manum suam ad serpentem, a quo exesus inflammetur. Similitudines enim velut effigiem gerunt rerum spiritualium.

A καὶ τὰ πρόβατα πρὸς τὸ ἴδιον γένος· καὶ σὺ οὐκ ἐπανέρχῃ πρὸς τὴν οὐράνιόν σου συγγένειαν, ἥτις ἐστὶν ὁ Κύριος· ἀλλὰ συνεπιδιδοῖς καὶ συννεύεις τοῖς λογισμοῖς σου εἰς τοὺς λογισμοὺς τῆς κακίας, βοηθὸς τῆς ἁμαρτίας γενόμενος, καὶ σὺν αὐτῇ ἑαυτῷ πολεμῶν, καὶ οὕτω κατάβρωμα τοῦ ἐχθροῦ ποιῶν ἑαυτόν· ὥσπερ ἂν ὄρνεον ὑπὸ ἀετοῦ συλληφθὲν καταναλωθῇ, ἢ πρόβατον ὑπὸ λύκου, ἢ παιδίον ἀγνοοῦν ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα αὐτοῦ πρὸς ὄφιν, καὶ βρωθὲν ὑπ' αὐτοῦ ἀποκαυθῇ· αἱ γὰρ παραβολαὶ ὥσπερ πρόσωπα ἔχουσιν εἰς τὸ πνευματικὸν ἔργον.

VII. Quemadmodum vero virgo dives desponsata viro, quæcunque acceperit dona ante conjunctionem, sive ornamenta, sive vestimentum, sive supellectilem pretiosam, non quiescit in illis, donec tempus nuptiarum advenerit, et conjunctione potita fuerit : sic quoque anima aptata in sponsam cœlesti Sponso, accipit arrhabonem e Spiritu, sive dona sanationum, sive cognitionis, sive revelationis : sed non conquiescit in illis, donec consequatur plenam societatem, hoc est dilectionem, quæ cum nec mutetur, nec excidat, omnis passionis et concussionis expertes constituit illos, qui eam desiderant. Aut quemadmodum infans amictus margaritis et indumentis pretiosis, ubi esurierit, nihil æstimat quæ gestat, sed ea negligit, omnem vero curam habet in mamilla alimenti, quo pacto lac accipiat : idem quoque putato mihi in spiritualibus donis Dei. Cui gloria in sæcula. Amen.

Ζ'. Ὥσπερ δὲ παρθένος πλουσία μεμνηστευμένη ἀνδρὶ, ὅσα ἂν δέξηται δῶρα πρὸ τῆς κοινωνίας, εἴτε κόσμια, εἴτε ἱματισμὸν, εἴτε σκεύη πολύτιμα, οὐκ ἐπαναπαύεται τούτοις, ἕως οὗ ὁ καιρὸς ἔλθῃ τοῦ B γάμου, καὶ τύχῃ τῆς κοινωνίας· οὕτως ἁρμοσθεῖσα εἰς νύμφην ἡ ψυχὴ τῷ ἐπουρανίῳ νυμφίῳ, λαμβάνει ἀῤῥαβῶνα ἐκ τοῦ Πνεύματος, εἴτε χαρίσματα ἰαμάτων, εἴτε γνώσεως, εἴτε ἀποκαλύψεως· ἀλλ' οὐκ ἐπαναπαύεται ἐκείνοις, ἕως ἂν τύχῃ τῆς τελείας κοινωνίας, τουτέστι τῆς ἀγάπης, ἥτις ἄτρεπτος οὖσα καὶ ἄπτωτος, ἀπαθεῖς καὶ ἀσαλεύτους ἐργάζεται τοὺς αὐτὴν ποθήσαντας. Ἡ ὥσπερ βρέφος περιβεβλημένον μαργαρίτας καὶ ἐνδύματα τίμια, ὅταν πεινάσῃ, ὡς οὐδὲν λογίζεται ἃ φορεῖ, ἀλλὰ καταφρονεῖ αὐτῶν, ὅλην δὲ τὴν μέριμναν ἔχει εἰς τὸν μαστὸν τῆς τροφῆς, πῶς τὸ γάλα λάβῃ· τὸ αὐτό μοι, λογίζου κἀν τοῖς πνευματικοῖς χαρίσμασι τοῦ Θεοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

HOMILIA XLVI.

De differentia inter Verbum Dei et inter verbum mundi : et inter filios Dei et inter filios hujus mundi.

I. Verbum Dei, Deus est, et verbum mundi, mundus est. Magnum vero discrimen et intervallum est inter Verbum Dei et inter verbum mundi, atque inter filios Dei et inter filios mundi. Utraque enim proles suorum similis est parentum. Si voluerit ergo propago spiritus tradere se ipsam verbo mundi, ac rebus terrenis, atque gloriæ sæculi hujus, mortificatur et perit, quippe quæ veram requiem vitæ consequi non possit. Requies enim ejus illic est, unde prognata est. Suffocatur enim, ut inquit Dominus, et infructuosus redditur Verbo divino, qui sæcularibus curis occupatus terrenis D laqueis illigatur. Similiter, qui carnali intentione detinetur, hoc est homo mundanus, si velit Verbum Dei audire, suffocatur, et velut quispiam expers rationis constituitur. Assuefacti enim vitiorum illecebris, ubi de Deo quid audierint, tanquam minus suavi sermone turbati, animi tædio afficiuntur.

ΟΜΙΛΙΑ ΜΣ'.

Περὶ τῆς διαφορᾶς τοῦ τε Λόγου τοῦ Θεοῦ, καὶ τοῦ λόγου τοῦ κόσμου, καὶ τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ, καὶ τῶν τέκνων τούτου τοῦ κόσμου.

Α'. Ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος, Θεός ἐστι. Καὶ ὁ λόγος τοῦ κόσμου, κόσμος ἐστί. Πολλὴ δὲ διαφορὰ καὶ μεσότης τυγχάνει, τοῦ τε Λόγου τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ λόγου τοῦ κόσμου, καὶ τῶν τέκνων τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν τέκνων τοῦ κόσμου. Ἕκαστον γὰρ γέννημα τοῖς ἰδίοις ἔοικε γονεῦσιν. Εἰ οὖν θελήσει τὸ τοῦ Πνεύματος γέννημα ἐπιδοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸν λόγον τοῦ κόσμου, καὶ τὰ πράγματα τῆς γῆς, καὶ τὴν δόξαν τοῦ αἰῶνος τούτου, θανατοῦται καὶ ἀπόλλυται, ἀνάπαυσιν ἀληθινὴν ζωῆς εὑρεῖν μὴ δυνάμενον. Ἡ γὰρ ἀνάπαυσις αὐτοῦ ἐκεῖ ἐστιν, ὅθεν καὶ ἐγεννήθη. Συμπνίγεται γὰρ, ὥς φησιν ὁ Κύριος, καὶ ἄκαρπος γίνεται ἀπὸ τοῦ Λόγου τοῦ Θεοῦ ὁ βιωτικαῖς φροντίσι συνεχόμενος, καὶ γηΐνοις δεσμοῖς δεσμούμενος. Ὡσαύτως ὁ σαρκικῇ προαιρέσει κατεχόμενος, τουτέστιν ἄνθρωπος ὢν κόσμου, ἐὰν θελήσῃ τοῦ Λόγου ἀκοῦσαι τοῦ Θεοῦ, συμπνίγεται, καὶ ὥσπερ ἀλόγιστός τις καθίσταται· ἐθισθέντες γὰρ ταῖς τῆς κακίας ἀπάταις, ὁπόταν περὶ Θεοῦ ἀκούσωσιν, ὡς ἀηδεῖ ὁμιλίᾳ περιοχλούμενοι, τὸν νοῦν ἀηδίζονται.

146 II. Ait quoque Paulus : *Animalis homo non percipit ea quæ sunt Spiritus, stultitia enim est illi*[88]. Et propheta inquit : *Factus est illis sermo Dei, quasi vomitus.* Vides, vivere alibi non licere, quam

Β'. Φησὶ δὲ καὶ ὁ Παῦλος, *Ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστι·* καὶ ὁ προφήτης λέγει, *Ἐγένετο αὐτοῖς ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ὡς ἔμετος.* Ὁρᾷς, ὅτι ζῆν ἀλλαχοῦ

[88] I Cor. II, 14.

Digitized by Google

οὐκ ἐνδέχεται, εἰ μὴ καθ' ὃν ἕκαστος γεγέννηται λόγον. Καὶ ἑτέρως δὲ ἀκουστέον περὶ τούτου. Ἐὰν ἐπιδῷ ἑαυτὸν εἰς μεταβολὴν ἐλθεῖν ὁ σαρκικὸς ἄνθρωπος, ἀποθνήσκει πρότερον ἐκεῖθεν, καὶ ἄκαρπος γίνεται ἀπὸ τῆς προτέρας ἐκείνης ἐν τῇ πονηρίᾳ ζωῆς. Ὥσπερ δὲ εἴ τις νόσῳ ἢ πυρετῷ κατέχεται, εἰ καὶ τὸ σῶμα ἐπὶ τῆς κλίνης ἔρριπται, μηδὲν δυνάμενον διαπράξασθαι τῶν τῆς γῆς ἔργων, καὶ ὁ νοῦς οὐχ ἡσυχάζει, περισπώμενος καὶ μεριμνῶν περὶ ἐργασίας, καὶ τὸν ἰατρὸν ἐπιζητεῖ, ἀποστέλλων πρὸς αὐτὸν τοὺς φίλους αὐτοῦ· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ ψυχὴ ἀπὸ τῆς παραβάσεως τῆς ἐντολῆς, ἐν ἀσθενείᾳ τῶν παθῶν γεγονυῖα, καὶ ἄτονος καταστᾶσα, προσερχομένη τῷ Κυρίῳ, καὶ πιστεύουσα, τῆς ἀντιλήψεως αὐτοῦ τυγχάνει, καὶ ἀρνησαμένη τὴν προτέραν κακίστην ζωὴν, εἰ καὶ ἐν τῇ παλαιᾷ ἀσθενείᾳ κατάκειται, μὴ δυναμένη τὰ ἔργα τῆς ζωῆς ἐν ἀληθείᾳ διαπράξασθαι, ἀλλ' ὅμως τὸ μεριμνῆσαι περὶ τῆς ζωῆς ἐμπόνως, τὸ δεηθῆναι τοῦ Κυρίου, τὸ ζητῆσαι τὸν ἀληθινὸν ἰατρὸν ἔχει καὶ δύναται..

Γ'. Καὶ οὐχ ὥς τινές φασι κακοδιδασκαλίαις ὑπαγόμενοι, ὅτι καθάπαξ ἀπέθανεν ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὅλως οὐ δύναταί τι ἀγαθὸν διαπράξαθαι. Καὶ γὰρ τὸ βρέφος κἂν μηδὲν ἰσχύῃ διαπράττεσθαι, ἢ τοῖς ἰδίοις ποσὶν ἐλθεῖν πρὸς τὴν μητέρα ἀδυνατῇ, ὅμως κυλίεται, καὶ βοᾷ, καὶ κλαίει ἐπιζητοῦν τὴν μητέρα. Καὶ ἐν τούτῳ σπλαγχνίζεται ἡ μήτηρ, καὶ χαίρει ἐπιζητοῦντος αὐτὴν τοῦ νηπίου ἐν πόνῳ καὶ κραυγῇ, καὶ ἀδυνατοῦντος τοῦ βρέφους ἐλθεῖν πρὸς αὐτὴν, ὅμως διὰ τὴν πολλὴν τοῦ παιδίου ζήτησιν, αὐτὴ ἡ μήτηρ ἀπέρχεται πρὸς αὐτὸ, ὑπὸ τῆς περὶ τὸ βρέφος ἀγάπης αἰχμαλωτιζομένη, καὶ ἀναλαμβάνει καὶ περιθάλπει, καὶ τροφοφορεῖ ἐν πολλῇ στοργῇ. Τοῦτο καὶ ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς ποιεῖ ἐπὶ τῇ προσερχομένῃ καὶ αὐτὸν ἐπιποθούσῃ ψυχῇ. Πολλῇ δὲ μᾶλλον αὐτὸς ἀγάπῃ φερόμενος ἐνδιαθέτῳ καὶ ἰδίᾳ χρηστότητι κολλᾶται τῇ διανοίᾳ αὐτῆς, καὶ γίγνεται μετ' αὐτῆς εἷς ἐν πνεῦμα, κατὰ τὸν ἀποστολικὸν λόγον. Τῆς γὰρ ψυχῆς κολλωμένης τῷ Κυρίῳ, καὶ τοῦ Κυρίου ἐλεοῦντος, καὶ ἀγαπῶντος, ἐρχομένου τε πρὸς αὐτὴν, καὶ κολλωμένου αὐτῇ, καὶ τῆς διανοίας λοιπὸν παραμενούσης ἀδιαλείπτως τῇ χάριτι τοῦ Κυρίου, εἰς ἓν πνεῦμα, καὶ εἰς μίαν κρᾶσιν, καὶ εἰς μίαν διάνοιαν γίγνονται ἡ ψυχὴ καὶ ὁ Κύριος· καὶ τὸ σῶμα αὐτῆς ἐρρίπτεται ἐν τῇ γῇ, καὶ ἡ διάνοια αὐτῆς ὅλη ἐξ ὅλου τῇ ἐπουρανίῳ Ἱερουσαλὴμ πολιτεύεται, ἕως τρίτου οὐρανοῦ ἀνερχομένη, καὶ κολλωμένη τῷ Κυρίῳ, κἀκεῖ διακονοῦσα αὐτῷ.

Δ'. Καὶ αὐτὸς ἐν τῷ θρόνῳ τῆς μεγαλωσύνης ἐν ὑψηλοῖς καθεζόμενος, ἐν τῇ ἐπουρανίῳ πόλει, ὅλος πρὸς αὐτὴν ἐν τῷ σώματι αὐτῆς ἐστι. Τὴν μὲν γὰρ αὐτῆς εἰκόνα τέθεικεν ἄνω ἐν τῇ ἐπουρανίῳ πόλει τῶν ἁγίων Ἱερουσαλὴμ· τὴν δὲ ἰδίαν εἰκόνα τοῦ ἀῤῥήτου φωτὸς τῆς θεότητος αὐτοῦ τέθεικεν ἐν τῷ σώματι αὐτῆς. Αὐτὸς αὐτῇ διακονεῖ ἐν τῇ τοῦ σώματος πόλει· κἀκείνη αὐτῷ διακονεῖ ἐν τῇ ἐπουρανίῳ πόλει. Αὐτὴ αὐτὸν ἐκληρονόμησεν ἐν οὐρανοῖς, καὶ αὐτὸς ἐκληρονόμησεν

A ea, qua quisque natus est, ratione. Quin etiam aliter de hoc est audiendum. Si tradat se ipsum ad consequendam mutationem carnalis homo, morietur prius illic, et infructuosus efficitur priori illi, quam in pravitate traduxit, vita. Quemadmodum ergo si quis morbo aut febri detineatur, licet in cubile corpus projectum sit, non valens perficere opus aliquod terrenum, non tamen quiescit animus, sed distractus et curans, quæ sunt peragenda, medicum requirit, missis ad eum amicis suis : eodem quoque modo anima transgressionem mandati, in infirmitatem affectionum redacta, et languidior reddita, ubi accesserit ad Dominum et crediderit, auxilium ab eo consequitur : et abnegans priorem pessimam vitam, licet antiqua ægritudine decumbat, et
B nequeat opera vitæ vere peragere ; nihilominus curare, quæ ad vitam pertinent, sedulo deprecari Dominum, et inquirere verum medicum, et habet et potest.

III. Et non, ut aiunt quidam perversa doctrina seducti, prorsus mortuus est homo, ut omnino non possit quidquam boni peragere. Etenim infans, licet nihil possit perficere, aut propriis pedibus accedere ad matrem nequeat, nihilominus volvitur, clamat et plorat, inquirens matrem : erga eum summa afficitur misericordia mater, et gaudet de infante, quærente se cum labore et clamore ; et cum non possit infans ad eam pervenire, nihilominus
C ob multam pueri inquisitionem, ipsa mater abit ad illum, amore pueri capta, et amplectitur, circumfovet, atque alimentum profert summa cum dilectione : hoc ipsum benignus quoque Deus facit in anima ad eum accedente, et ejus desiderio detenta : longe vero majori ipse sibi insita dilectione, et propria benignitate doctus, adhærescit intellectui ejus, et evadit cum illa *in unum spiritum*[89], juxta sermonem apostolicum. Si enim adhæreat anima Domino, et Dominus misericordia et charitate motus accedat ad eam, et jungatur ei, atque intellectus tandem permaneat indesinenter in gratia Domini, in unum spiritum, et in unum temperamentum, et in unum intellectum evadunt anima et Dominus : atque corpus ejus in terram projicitur, mens
D vero tota plane in cœlesti Jerusalem versatur, ad tertium cœlum usque ascendens, atque conjuncta Domino, illic ministrat ei.

IV. Ipse vero in throno magnificentiæ in excelsis sedens, in cœlesti civitate, penitus cum illa in corpore ejus est : siquidem ejus imaginem collocavit sursum in cœlesti civitate sanctorum Jerusalem; propriam vero imaginem luminis arcani atque divinitatis suæ collocavit in corpore ejus : ipse ministrat ei in civitate corporis : illa vero ei ministrat in cœlesti civitate. Hæc illius hæreditatem adit in cœlo : ille vero cernit ejus hæreditatem in terra.

[89] I Cor. VI, 17.

Digitized by Google

Dominus enim hæreditas fit animæ, et anima hæreditas fit Domini. Si etenim peccatorum in tenebris agentium intellectus et mens tam procul a corpore abesse potest, ac longius peregrinari, atque in remotiores regiones proficisci momento horæ valet, et sæpenumero relicto in terra corpore, mens in alia regione cum dilecto vel amica sua degit, et illic se ipsum quasi vitam degere conspicit : si igitur 147 peccatoris anima est adeo subtilis et volatilis, ut mens ejus non prohibeatur a procul dissitis locis ; multo magis anima, a qua sublatum est velamen tenebrarum virtute sancti Spiritus, et illuminati sunt intellectuales ejus oculi lumine cœlesti, et quæ liberata est perfecte ab afflictionibus obscenis, ut munda beneficio gratiæ reddita, tota in Spiritu in cœlis ministrat Domino, et tota in corpore servit illi : et in tantum extenditur intellectu, ut ipsa sit ubivis, et ubi, et quando libuerit, Christo ministret.

V. Hoc dicit Apostolus : *Ut valeatis assequi cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, et longitudo, et profunditas, et sublimitas, cognoscereque præeminentem cognitionis dilectionem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei* [90]. Contemplare arcana mysteria animæ, a qua aufert Dominus incumbentes tenebras, et revelat eam, et revelatur ei ; qua ratione dilatet et extendat prudentiam mentis ejus in latitudines, longitudines, profunditates et sublimitates universæ visibilis et invisibilis creaturæ. Magnum ergo, et divinum opus, et admirandum, revera est anima. Cum enim crearet illam, talem condidit Deus eam, ut in natura ejus nullum insereret vitium, sed ad imaginem virtutum Spiritus condidit illam : posuit in ea leges virtutum, discretionem, scientiam, prudentiam, fidem, dilectionem, atque cæteras virtutes ad imaginem Spiritus.

VI. Adhuc enim vel nunc in scientia, prudentia, dilectione et fide reperitur, et manifestatur ei Dominus : locavit in ea intellectum, cogitationes, voluntatem ac mentem ducem præcipuum : constituit quoque in ea multiplicem aliam subtilitatem ; fecit illam facile mobilem, volatilem, et indefessam. Donavit illi, ut in momento ire et redire possit, et mente ministrare ei, prout Spiritus voluerit, atque ut omnino dicam, creavit illam talem, ut ipsa sit sponsa et socia ejus, ut ipse cum illa contemperetur, et unus Spiritus cum eo fiat, ut inquit : *Qui adhæret Domino, unus spiritus est* [91]. Cui gloria in sæcula sæculorum. Amen.

HOMILIA XLVII.

Explicatio allegorica quorumdam sub lege factorum.

1. Gloria Mosis, quam gerebat in facie, typus erat veræ gloriæ. Quemadmodum enim illic fixis

[90] Ephes. III, 19. [91] I Cor. VI, 17.

αὐτὴν ἐπὶ γῆς. Ὁ Κύριος γὰρ κληρονομία γίγνεται τῆς ψυχῆς, καὶ ἡ ψυχὴ κληρονομία γίγνεται τοῦ Κυρίου. Εἰ γὰρ τῶν ἐν σκότει ἁμαρτωλῶν ἡ διάνοια καὶ ὁ νοῦς τοσοῦτον πόρρω τοῦ σώματος εἶναι δύναται, καὶ μακρὰν ἀποδημεῖν, καὶ εἰς μακροτέρας πατρίδας ἀπελθεῖν ῥοπῇ ὥρας ἰσχύει, καὶ πολλάκις ἐῤῥιμμένου ἐν τῇ γῇ τοῦ σώματος, ἡ διάνοια ἐν ἑτέρᾳ πατρίδι πρὸς τὸν ἀγαπητὸν, ἢ τὴν ἀγαπητὴν αὐτοῦ τυγχάνει, κἀκεῖ ἑαυτὸν ὡς διαιτώμενον καθορᾷ· εἰ οὖν ἡ τοῦ ἁμαρτωλοῦ ψυχὴ οὕτω ἐλαφρά τε καὶ εὔπτερος, ὥστε τὸν νοῦν αὐτοῦ μὴ ἐμποδίζεσθαι ἀπὸ τῶν πόρρωθεν τόπων, πολλῷ μᾶλλον ἡ ψυχὴ, ἧς ἦρθη τὸ κάλυμμα τοῦ σκότους ὑπὸ τῆς δυνάμεως τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, καὶ ἐφωτίσθησαν οἱ νεκροὶ ὀφθαλμοὶ αὐτῆς διὰ τοῦ ἐπουρανίου φωτὸς, καὶ ἐλυτρώθη τελείως ἀπὸ τῶν παθῶν τῆς ἀτιμίας, καὶ καθαρὰ διὰ τῆς χάριτος κατειργάσθη, ὅλη ἐν οὐρανοῖς ἐν πνεύματι διακονεῖ τῷ Κυρίῳ, καὶ ὅλη ἐν τῷ σώματι διακονεῖ αὐτῷ· καὶ τοσοῦτον πλατύνεται τῷ φρονήματι, ὥστε πανταχοῦ αὐτὴν εἶναι· καὶ ὅπου βούλεται, καὶ ἔνθα βούλεται διακονεῖν τῷ Χριστῷ.

Ε'. Τοῦτό φησιν ὁ Ἀπόστολος· *Ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβεῖν σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις, τί τὸ πλάτος, καὶ μῆκος, καὶ ὕψος, καὶ βάθος, γνῶναί τε τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ, ἵνα πληρωθῆτε εἰς πᾶν τὸ πλήρωμα τοῦ Θεοῦ.* Θεώρησον ἄῤῥητα μυστήρια ψυχῆς, ἧς περιαίρει Κύριος τὸ ἐπικείμενον σκότος, καὶ ἀποκαλύπτει αὐτὴν, καὶ ἀποκαλύπτεται αὐτῇ· πῶς πλατύνει καὶ τείνει τὰ φρονήματα τοῦ νοὸς αὐτῆς, εἰς τὰ πλάτη, καὶ μήκη, καὶ βάθη, καὶ ὕψη πάσης ὁρατῆς καὶ ἀοράτου κτίσεως. Μέγα τοίνυν καὶ θεῖον ἔργον καὶ θαυμαστὸν ὄντως ἐστὶν ἡ ψυχή. Ἐν γὰρ τῷ δημιουργῆσαι αὐτὴν, τοιαύτην ἐποίησεν ὁ Θεὸς αὐτὴν, ὡς ἐν τῇ φύσει αὐτῆς μὴ ἐνθεῖναι κακίαν, ἀλλὰ κατὰ τὴν εἰκόνα τῶν ἀρετῶν τοῦ Πνεύματος ἐποίησεν αὐτήν. Ἔθηκεν εἰς αὐτὴν νόμους ἀρετῶν, διάκρισιν, γνῶσιν, φρόνησιν, πίστιν, ἀγάπην, καὶ τὰς λοιπὰς ἀρετὰς κατὰ τὴν εἰκόνα τοῦ Πνεύματος.

Ϛ'. Ἔτι γὰρ καὶ νῦν ἐν τῇ γνώσει, καὶ φρονήσει, καὶ ἀγάπῃ, καὶ πίστει εὑρίσκεται καὶ φανεροῦται αὐτῇ ὁ Κύριος· ἔθηκεν εἰς αὐτὴν διάνοιαν, λογισμοὺς, θέλημα, νοῦν ἡγεμόνα· ἐνεθρόνισεν ἐν αὐτῇ καὶ ἄλλην πολλὴν λεπτότητα. Ἐποίησεν αὐτὴν εὐκίνητον, εὔπτερον, ἄκοπον· ἐχαρίσατο αὐτῇ τὸ ἐν ῥοπῇ ἔρχεσθαι καὶ ἀπέρχεσθαι, καὶ τοῖς φρονήμασι διακονεῖν αὐτῷ, ἔνθα τὸ Πνεῦμα βούλεται, καὶ ἁπαξαπλῶς ἔκτισεν αὐτὴν τοιαύτην, ὥστε γενέσθαι εἰς νύμφην καὶ κοινωνικὴν αὐτοῦ, τοῦ αὐτὸν μετ' αὐτῆς κεκρᾶσθαι, καὶ ἓν Πνεῦμα μετ' αὐτοῦ εἶναι, καθὼς φησιν, *Ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ, ἓν Πνεῦμά ἐστιν.* ὯΙ ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΜΖ'.

Ἀλληγορικὴ παράφρασις τῶν ὑπὸ νόμον γεγενημένων.

Α'. Ἡ δόξα Μωσέως ἣν εἶχεν ἐν τῷ προσώπῳ, τύπος ἦν τῆς ἀληθινῆς δόξης. Ὃν γὰρ τρόπον ἐπὶ

ἀτενίσαι εἰς τὸ πρόσωπον Μωσέως; οὐκ ἴσχυον οἱ Ἰουδαῖοι, οὕτω νῦν ἐκείνην τὴν δόξαν τοῦ φωτὸς ἐν ταῖς ψυχαῖς δέχονται οἱ Χριστιανοί, καὶ τὸ σκότος μὴ φέρον τὴν αὐγὴν τοῦ φωτὸς ἐκτυφλούμενον φυγαδεύεται. Ἐκεῖνοι δὲ, ὅτι λαὸς Θεοῦ ἦσαν, ἐκ τῆς περιτομῆς ἐφαίνοντο· ἐνταῦθα δὲ ὁ λαὸς τοῦ [Θεοῦ ὁ περιούσιος, τὸ σημεῖον τῆς περιτομῆς ἔνδοθεν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ ὑποδέχεται. Μάχαιρα γὰρ ἐπουράνιος ἐκτέμνει τὸ περισσὸν τοῦ νοῦ, τουτέστι τὴν ἀκάθαρτον ἀκροβυστίαν τῆς ὁμαρτίας. Παρ' ἐκείνοις βάπτισμα τὴν σάρκα ἁγιάζον· παρ' ἡμῖν δέ ἐστι βάπτισμα ἁγίου Πνεύματος καὶ πυρός· τοῦτο γὰρ ἐκήρυξεν Ἰωάννης, *Αὐτὸς ὑμᾶς βαπτίσει ἐν ἁγίῳ Πνεύματι καὶ πυρί.*

A oculis intueri vultum Mosis non valebant Judæi, eodem modo nunc illam gloriam lucis in animis recipiunt Christiani : ac tenebræ non ferentes splendorem lucis, occæcatæ fugantur. Porro illi, quod essent populus Dei, ex circumcisione agnoscebantur : modo vero populus Dei peculiaris, signum circumcisionis intus in corde suo suscepit. Gladius enim cœlestis amputat abundantiam mentis, hoc est, impurum præputium peccati. Apud illos erat baptisma carnem sanctificans : apud nos vero baptisma sancti Spiritus et ignis. Hoc enim prædicavit Joannes : *Ipse vos baptizabit in sancto Spiritu et igni*[95].

Β'. Ἐκεῖ σκηνὴ ἐσωτέρα καὶ ἐξωτέρα, καὶ εἰς μὲν τὴν πρώτην, διὰ παντὸς εἰσῄεσαν οἱ ἱερεῖς, τὰς λατρείας ἐπιτελοῦντες· εἰς δὲ τὴν δευτέραν, ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ μόνος ὁ ἀρχιερεὺς σὺν αἵματι, *τοῦτο δηλοῦντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος, μήπω πεφανερῶσθαι τὴν τῶν ἁγίων ὁδόν.* Ἐνταῦθα δὲ οἱ καταξιούμενοι εἰσέρχονται εἰς τὴν ἀχειροποίητον σκηνήν, ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθε Χριστός. Γέγραπται ἐν τῷ νόμῳ, *τὸν ἱερέα λαβεῖν δύο περιστερὰς, καὶ θῦσαι μὲν τὴν μίαν, ῥαντίσαι δὲ τὴν ζῶσαν ἀπὸ τοῦ αἵματος ἐκείνης, καὶ ἀπολῦσαι, καὶ ἵπτασθαι ἐλευθέραν.* Τὸ δὲ γενόμενον τύπος ἦν καὶ σκιὰ τῆς ἀληθείας· καὶ γὰρ ὁ Χριστὸς ἐτύθη, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ῥαντίσαν ἡμᾶς πτεροφυῆσαι ἐποίησεν. Ἔδωκε γὰρ ἡμῖν πτέρυγας ἁγίου Πνεύματος, πρὸς τὸ ἵπτασθαι ἀκωλύτως εἰς τὸν ἀέρα τῆς θεότητος.

B .II. Ibi tabernaculum interius et exterius; atque in prius semper ingrediebantur sacerdotes, cultum 148 divinum peragentes : in secundum autem semel in anno solus pontifex cum sanguine : *Hoc significante sancto Spiritu, nondum manifestatam esse sanctorum viam*[96]. Hic vero, qui meruerunt, ingrediuntur in non manufactum tabernaculum, quo præcursor pro nobis introiit Christus. Scriptum est in lege : *Ut sacerdos accipiat duas columbas, et alteram quidem mactet, aspergat vero vivam sanguine ejus, et dimittat liberam evolare.* Verum quod fiebat, typus erat et umbra veritatis. Etenim Christus immolatus est, et sanguis ejus nos aspergens fecit ut nascereatur nobis alæ. Dedit enim nobis alas Spiritus sancti ad volandum sine ullo impedimento in aerem divinum.

Γ'. Ἐκείνοις νόμος ἐδόθη ἐν πλαξὶ γεγραμμένος λιθίναις, ἡμῖν δὲ νόμοι πνευματικοὶ πλαξὶν ἐγγραφόμενοι καρδίας σαρκίναις· λέγει γὰρ, *Διδοὺς νόμους μου ἐν καρδίαις αὐτῶν, καὶ ἐπὶ τὰς διανοίας αὐτῶν ἐπιγράψω αὐτούς.* Κἀκεῖνα μὲν πάντα καταργούμενα καὶ πρόσκαιρα· νῦν δὲ πάντα ἐξ ἀληθείας εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον ἐπιτελούμενα· διαθήκη τε γὰρ ἔσωθεν, καὶ ἁπαξαπλῶς, *Ὅσα ἐκείνοις συνέβη, τυπικῶς ἐγίγνετο· ἐγράφη δὲ πρὸς νουθεσίαν ἡμετέραν.* Τῷ γὰρ Ἀβραὰμ προεῖπεν ὁ Θεὸς τὸ ἐσόμενον, ὅτι *Πάροικον ἔσται τὸ σπέρμα σου ἐν γῇ οὐκ ἰδίᾳ, καὶ κακώσουσι, καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ ἔτη τετρακόσια.* Τοῦτο ἐπλήρου τὴν τῆς σκιᾶς εἰκόνα. Πάροικος γὰρ ἐγένετο ὁ λαὸς, καὶ κατεδουλώθη ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων, καὶ ἐκακώθη ἐν πηλῷ καὶ πλινθείᾳ. Ἔστησε γὰρ αὐτοῖς Φαραὼ ἐργοεπιστάτας καὶ ἐργοδιώκτας, ἵνα ποιήσωσι τὰ ἔργα αὐτοῦ μετὰ ἀνάγκης, καὶ ὅτε ἐστέναξαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἀπὸ τῶν ἔργων πρὸς τὸν Θεὸν, τότε ἐπεσκέψατο αὐτοὺς διὰ Μωσέως· καὶ πολλαῖς πληγαῖς πατάξας τοὺς Αἰγυπτίους, ἐν τῷ μηνὶ τῶν ἀνθῶν, ὅτε πρῶτον ἐπιφαίνεται τὸ ἡδιστον ἔαρ, τῆς στυγνότητος τοῦ χειμῶνος παρερχομένης, ἐξάγει αὐτοὺς ἐξ Αἰγύπτου.

C III. Illis data est lex, in tabulis scripta lapideis; nobis vero leges spirituales tabulis cordis inscriptæ carneis. Inquit enim : *Dans leges meas in cordibus illorum, et in mentibus eorum inscribam eas*[97]. Et illa quidem omnia abolebantur et temporanea erant : nunc autem cuncta vere in interiori homine perficiuntur : testamentum enim etiam est intrinsecus, atque ut breviter dicam : *Quæcunque contingebant illis, in figura fiebant : scripta vero sunt propter admonitionem nostri*[98]. Abrahæ enim prædixit Deus futurum, nempe : *Semen tuum erit incola in terra non sua, et affligent illud, ac in servitutem redigent quadringentos annos*[99]. Hoc implebat umbræ imaginem. Siquidem incola fuit populus, et in servitutem ab Ægyptiis redactus, atque in lute et latere afflictus[97]. Præficiebat enim illis Pharao præfectos et stimulatores operis, ut perficerent opera sua necessitate quadam coacti. Cumque ingemiscerent filii Israel ab operibus suis ad Deum, tum visitabat eos per Mosem; ac multis plagis Ægyptiis percussis, mense florum, quando primum apparet amœnissimum ver, tristitia hiemis prætereunte, educit eos ex Ægypto.

D Δ'. Εἶπε δὲ ὁ Θεὸς τῷ Μωϋσεῖ, *ἄρνα λαβεῖν ἄμωμον, καὶ σφάξαι, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ χρίσαι ἐπὶ*

IV. Dixit autem Deus Mosi : *Ut agnum acciperet immaculatum, et immolaret, et sanguine ejus ungeret*

[95] Matth. III, 11. [96] Hebr. IX, 8. [97] Jerem., XXXI, 31. [98] I Cor. X, 11. [99] Gen. XV, 13. [97] Exod. I, 11, 14.

Digitized by Google

limina et fores, ne qui perdebat primogenita Ægyptiorum, tangeret eos[98]. Conspiciebat enim missus angelus signum sanguinis eminus, et recedebat. Ingrediebatur vero domos non signatas, et omne primogenitum interficiebat. Præterea quoque *fermentum ex quacunque domo jussit aboleri, et mactatum agnum cum azymis et lactucis agrestibus comedere* præcepit[99]. Et quidem mandúcare eos jussit, *circumcinctos renibus, et pedibus sandaliis calceatos, baculos manibus tenentes*. Et ita cum omni festinatione ad vesperam edere jubet Pascha Domini, nec ullo modo ossa coram facie Domini confringere.

A τῶν φλιῶν, καὶ τῶν θυρῶν, ἵνα μὴ ὁ ὀλοθρεύων τὰ πρωτότοκα τῶν Αἰγυπτίων θίγῃ αὐτῶν. Ἑώρα γὰρ ὁ ἀποσταλεὶς ἄγγελος τὸ σημεῖον τοῦ αἵματος πόρρωθεν, καὶ ἀφίστατο. Ἐπεισῄει δὲ ταῖς μὴ σεσημειωμέναις οἰκίαις, καὶ πᾶν πρωτότοκον ἀνῄρει. Ἔτι δὲ καὶ ζύμην ἐκ παντὸς οἴκου ἐκέλευσεν ἀφανισθῆναι, καὶ τὸ σφαζόμενον ἀρνίον μετὰ ἀζύμων καὶ πικρίδων ἐσθίειν προσέταξεν· ἐσθίειν δὲ αὐτοὺς περιζωμένους τὰς ὀσφύας, καὶ ὑποδεδεμένους ἐν τοῖς ποσὶ τὰ ὑποδήματα, καὶ τὰς βακτηρίας ἔχοντας ἐν ταῖς χερσί· καὶ οὕτω μετὰ πάσης σπουδῆς ἐσθίειν πρὸς ἑσπέραν κελεύει τὸ πάσχα Κυρίου, καὶ μήτε ὀστοῦν ἀπὸ τοῦ Κυρίου συντρίψαι.

V. Verum eduxit eos cum argento et auro[1], cum jussisset mutuo accipere quemlibet a vicino suo Ægyptio vasa aurea et argentea. Egressi sunt autem ex Ægypto, cum Ægyptii sepelirent primogenita. Et illis quidem oborielatur gaudium, quod liberati essent a squalida servitute : his vero luctus et planctus propter interitum liberorum. Quare inquit Moses : *Hæc est nox, in qua pollicitus est Deus se redempturum nos*. Hæc autem omnia mysterium sunt animæ per adventum Christi redemptæ. Israel interpretatione redditur *animus videns Deum*. Liberatur ergo a servitute tenebrarum, ab Ægyptiis spiritibus.

B Ε'. Ἐξήγαγε δὲ αὐτοὺς ἐν ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ, κελεύσας χρήσασθαι ἕκαστον παρὰ γείτονος αὐτοῦ Αἰγύπτου σκεύη χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ. Ἐξήρχοντο δὲ ἐξ Αἰγύπτου, τῶν Αἰγυπτίων θαπτόντων τὰ πρωτότοκα. Καὶ τοῖς μὲν ἦν χαρὰ ἐπὶ τῇ ἀπαλλαγῇ τῆς αὐχμηρᾶς δουλείας· τοῖς δὲ πένθος καὶ κοπετὸς ἐπὶ τῇ τῶν τέκνων ἀπωλείᾳ. Διό φησιν ὁ Μωϋσῆς, *Αὐτὴ ἡ νὺξ ἐν ᾗ ἐπηγγείλατο ὁ Θεὸς λυτρώσασθαι ἡμᾶς*. Ταῦτα δὲ πάντα μυστήριόν ἐστι ψυχῆς, τῆς ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ Χριστοῦ λυτρωθείσης· Ἰσραὴλ γὰρ ἑρμηνεύεται *νοῦς ὁρῶν τὸν Θεόν*. Ἐλευθεροῦται οὖν ἀπὸ τῆς δουλείας τοῦ σκότους, ἀπὸ τῶν Αἰγυπτίων πνευμάτων.

149 VI. Postquam enim per inobedientiam mortuus est homo gravi morte animæ, et maledictionem super maledictionem suscepit : *Tribulos et spinas producet tibi terra*[2]. Et iterum : *Coles terram, et non addet, ut tibi præbeat fructus suos* : creverunt et exortæ sunt in terra cordis ejus spinæ et tribuli. Abstulerunt ejus gloriam inimici dolo et technis, et induerunt eum pudore. Ablatum est lumen ejus, et indutus est tenebris : interfecerunt animam ejus, dissipatis ac divisis cogitationibus ejus, et distraxerunt e sublimi mentem ejus; factusque est Israel homo servus veri Pharaonis. Et præfecerunt præfectos et stimulatores operis, spiritus malitiæ, cogentes eum, velit nolitve, committere prava sua opera, et constructionem luti ac lateris complere. Qui etiam arcentes eum a cœlesti sapientia, abduxerunt ad crassa, terrena ac lutosa opera prava, ad sermones, ad meditationes et ad cogitationes vanas. Ubi enim excidit e sua sublimitate anima, incidit in regnum homini infestum, et in principes crudeles, compellentes eam construere ipsis vitii peccatique civitates.

C Ϛ'. Ἐπειδὴ γὰρ ἐν τῇ παρακοῇ ἀπέθανεν ὁ ἄνθρωπος θανάτῳ δεινῷ τῆς ψυχῆς, καὶ κατάραν ἐπὶ κατάρᾳ ἐδέξατο· *Τριβόλους καὶ ἀκάνθας ἀνατελεῖ σοι ἡ γῆ*· καὶ αὖθις, *Ἐργάσῃ τὴν γῆν, καὶ οὐ προσθήσει δοῦναί σοι τοὺς καρποὺς αὐτῆς*· ἀνεφύησαν καὶ ἀνέτειλαν ἐν τῇ γῇ τῆς καρδίας αὐτοῦ ἄκανθαι καὶ τρίβολοι. Ἦραν αὐτοῦ τὴν δόξαν οἱ ἐχθροὶ διὰ τῆς ἀπάτης, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν αἰσχύνην. Ἤρθη τὸ φῶς αὐτοῦ, καὶ ἐνεδύθη τὸ σκότος· ἐφόνευσαν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, καὶ διεσκέδασαν, καὶ διεῖλον τοὺς λογισμοὺς αὐτοῦ, καὶ κατέσπασαν ἀπὸ τοῦ ὕψους τὸν νοῦν αὐτοῦ, καὶ ἐγένετο ὁ Ἰσραὴλ ἄνθρωπος δοῦλος τοῦ ἀληθινοῦ Φαραώ. Καὶ ἐπέστησεν αὐτῷ τοὺς ἐργοεπιστάτας καὶ ἐργοδιώκτας, τὰ πνεύματα τῆς πονηρίας ἀναγκάζοντα αὐτὸν ἑκόντα καὶ ἄκοντα ποιεῖν τὰ πονηρὰ αὐτοῦ ἔργα, καὶ τὴν σύνταξιν ἐκπληροῦν τοῦ πηλοῦ καὶ τῆς πλινθείας. Οἳ καὶ χωρήσαντες αὐτὸν τοῦ οὐρανίου φρονήματος, κατήγαγον ἐπὶ τὰ ὑλικὰ καὶ γήϊνα καὶ πηλώδη ἔργα πονηρά, καὶ λόγους, καὶ ἐνθυμήματα, καὶ διαλογισμοὺς ματαίους. Ἐκπεσοῦσα γὰρ τοῦ ἰδίου ὕψους ἡ ψυχὴ εὗρε βασιλείαν μισάνθρωπον, καὶ ἄρχοντας πικροὺς, τοὺς καταναγκάζοντας αὐτὴν οἰκοδομεῖν αὐτοῖς τὰς τῆς κακίας πόλεις ἁμαρτιῶν.

D

VII. Si vero ingemiscat anima, et clamet ad Deum, emittit ei spiritualem Mosem, qui liberet eam a servitute Ægyptiorum : verum primum clamat, et suspiria ducit, et tum redemptionis initium consequitur. Ipso quoque mense recentium florum liberatur, tempore nimirum veris, quando terra animæ emittere potest pulchros et floridos ramos justitiæ,

Ζ'. Ἐὰν δὲ στενάξῃ ἡ ψυχὴ, καὶ βοήσῃ πρὸς τὸν Θεὸν, ἐξαποστέλλει αὐτῇ τὸν πνευματικὸν Μωσέα, τὸν λυτρούμενον αὐτὴν ἐκ τῆς δουλείας τῶν Αἰγυπτίων· ἀλλὰ πρῶτον βοᾷ καὶ στενάζει, καὶ τότε τῆς ἀπολυτρώσεως τὴν ἀρχὴν λαμβάνει. Καὶ αὐτὴ ἐν τῷ μηνὶ τῶν νέων ἀνθῶν λυτρουμένη κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ ἔαρος, ἡνίκα ἡ γῆ τῆς ψυχῆς ἐξανθεῖν δύναται

[98] Exod. XII, 3, 7, 11. [99] ibid., 12, 13. [1] ibid., 35, 36. [2] Gen. III, 18.

Digitized by Google

τοὺς καλοὺς καὶ ἀνθηροὺς κλάδους τῆς δικαιοσύνης. A τῶν πικρῶν χειμώνων διελθόντων τῆς ἀγνοίας τοῦ σκότους, καὶ τῆς πολλῆς πωρώσεως τῆς ἐκ τῶν αἰσχρῶν πράξεων καὶ ἁμαρτιῶν. Κελεύει δὲ τότε ἀφανισθῆναι ἐξ ἑκάστης οἰκίας πᾶσαν ζύμην παλαιὰν, τὰς πράξεις, καὶ τὰ φρονήματα τοῦ παλαιοῦ ἀνθρώπου τοῦ φθειρομένου, διαλογισμοὺς πονηροὺς, καὶ ἐνθυμήσεις ῥυπαρὰς, ὅσον δυνατὸν, ἀπορρίψασθαι.

gravi hieme ignorantiæ tenebrarum, et summa excæcatione ex obscenis actionibus et peccatis prognata, præterita. Porro præcipit tum aboleri ex unaquaque domo omne fermentum antiquum, actiones nimirum, et consilia veteris hominis qui corrumpitur, ac perversas cogitationes et meditationes sordidas, quoad fieri potest, abjicere.

Η'. Σφαγῆναι δεῖ τὸ ἀρνίον, καὶ τυθῆναι, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ χρισθῆναι ἐπὶ τῶν θυρῶν. Χριστὸς γὰρ τὸ ἀληθινὸν καὶ ἀγαθὸν| καὶ ἄμωμον ἀρνίον ἐσφάγη, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐχρίσθη ἐπὶ τῶν φλιῶν τῆς καρδίας, ὅπως γένηται τὸ ἐκχυθὲν ἐπὶ τοῦ σταυροῦ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, τῇ μὲν ψυχῇ εἰς ζωὴν καὶ ἀπολύτρωσιν· τοῖς δὲ Αἰγυπτίοις δαίμοσιν εἰς πένθος καὶ θάνατον· ἀληθῶς γὰρ πένθος αὐτοῖς ἐστι, χαρὰ δὲ καὶ ἀγαλλίασις τῇ ψυχῇ τὸ τοῦ ἀμώμου ἀρνίου αἷμα. Εἶτα μετὰ τὸ χρίσμα κελεύει πρὸς ἑσπέραν φαγεῖν τὸ ἀρνίον, καὶ τὰ ἄζυμα μετὰ πικρίδων, περιεζωσμένους τὰς ζώνας, καὶ ὑποδήματα, καὶ ἔχοντας τὰς βακτηρίας ἐν ταῖς χερσίν. Ἐὰν γὰρ μὴ πρότερον γένηται ἡ ψυχὴ παρεσκευασμένη πανταχόθεν δι' ἔργων ἀγαθῶν, ὅσον ἐστὶν ἐν αὐτῇ, οὐ δίδοται αὐτῇ φαγεῖν ἀπὸ τοῦ ἀρνίου. Εἰ δὲ καὶ τὸ ἀρνίον ἡδὺ, καὶ τὰ ἄζυμα καλὰ, ἀλλ' αἱ πικρίδες πικραὶ καὶ τραχεῖαι. Μετὰ θλίψεως γὰρ πολλῆς, καὶ πικρίας ἐσθίει ἡ ψυχὴ ἀπὸ τοῦ ἀρνίου καὶ τῶν χρηστῶν ἀζύμων, θλιβούσης αὐτὴν τῆς συνούσης αὐτῇ ἁμαρτίας.

VIII. Mactari oportet agnum et immolari, ejusque sanguinem illinere foribus. Christus enim verus bonus et immaculatus agnus mactatus est, et sanguine ejus uncta limina cordis, ut fiat effusus in cruce sanguis Christi, animæ quidem vita et redemptio; Ægyptiis vero dæmonibus luctus et mors. Vere enim luctus illis est; gaudium autem et exsultatio animæ, immaculati illius agni sanguis. Deinde post unctionem jubet ad vesperam comedere agnum, et azyma cum lactucis agrestibus, circumcinctos renibus, calceatos sandaliis, et tenentes baculos in manibus. Nisi enim prius sit anima præparata undequaque per bona opera, quantum in ipsa est, non conceditur illi, ut comedat de agno. Et licet suavis sit agnus et azyma bona, amaræ tamen et asperæ sunt lactucæ. Cum afflictione ergo summa et molestia edit anima de agno et bonis azymis, affligente eam quod illam inhabitat, peccato.

Θ'. Καὶ πρὸς ἑσπέραν φησὶν ἔδεσθαι αὐτό· ἡ δὲ πρὸς ἑσπέραν ὥρα μέση φωτὸς καὶ σκότους ἐστίν. Οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ πρὸς ταύτῃ οὖσα τῇ ἀπολυτρώσει, μέση γίνεται φωτὸς καὶ σκότους, ἑστώσης τῆς δυνάμεως τοῦ Θεοῦ, καὶ μὴ ἐώσης τὸ σκότος ἐπελθεῖν τῇ ψυχῇ, καὶ καταπιεῖν αὐτήν· καὶ ὃν τρόπον εἶπε Μωϋσῆς, *Αὕτη ἡ νὺξ τῆς ἐπαγγελίας ἐστὶ τοῦ Θεοῦ*· οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς, δοθέντος αὐτῷ βιβλίου ἐν τῇ συναγωγῇ, ὡς γέγραπται, ἐκάλεσεν *ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτὸν καὶ ἡμέραν ἀπολυτρώσεως*. Ἐκεῖ νὺξ ἀνταποδόσεως, ἐνταῦθα ἡμέρα ἀπολυτρώσεως· εἰκότως· πάντα γὰρ ἐκεῖνα τύπος ἦν καὶ σκιὰ τῆς ἀληθείας, καὶ μυστικῶς προτυπούμενα τὴν ἀληθινὴν σωτηρίαν ὑπέγραφον τῆς ψυχῆς τῆς ἐγκεκλεισμένης τῷ σκότει, καὶ πεπεδημένης κρυπτῶς ἐν λάκκῳ κατωτάτῳ, καὶ ἐναποκεκλεισμένης πύλαις χαλκαῖς, καὶ μὴ δυναμένης ἄνευ τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀπολυτρώσεως ἐλευθερωθῆναι.

IX. Et ad vesperam jubet edere illum. Vespertina autem hora media inter lucem et tenebras est. Sic quoque anima in ipsa constituta redemptione, media est inter lucem et tenebras, assistente virtute divina, nec permittente tenebras insurgere in animam, et absorbere illam. Et quemadmodum Moses dixit: *Hæc est nox promissionis Dei*, sic quoque Christus, oblato sibi libro in Synagoga, ut scriptum est, appellavit *annum Domini acceptabilem*, **150** *et diem redemptionis* [1]. Ibi nox retributionis, hic dies redemptionis; et merito. Omnia enim illa typus erant et umbra veritatis, et mystice præfigurata veram describebant salutem inclusæ tenebris animæ, atque compeditæ clam in lacu infimo, et intus inclusæ portis æneis, et quæ non possit absque Christi redemptione liberari.

Ι'. Ἐξάγει οὖν τὴν ψυχὴν ἐξ Αἰγύπτου καὶ τῆς ἐν αὐτῇ δουλείας, τῶν πρωτοτόκων αὐτῆς ἀναιρουμένων ἐν τῇ ἐξόδῳ. Ἤδη γὰρ μέρος τι τῆς δυνάμεως τοῦ ἀληθινοῦ Φαραὼ καταπίπτει. Πένθος ἔχει τοὺς Αἰγυπτίους. Στενάζουσι γὰρ λυπούμενοι ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ τοῦ αἰχμαλώτου. Κελεύει χρήσασθαι παρὰ τῶν Αἰγυπτίων σκεύῃ χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ, καὶ λαβόντας ἐξελθεῖν. Ἀπολαμβάνει γὰρ ἐξιοῦσα τοῦ σκότους ἡ ψυχὴ τὰ ἀργυρᾶ καὶ χρυσᾶ σκεύη, ἤγουν τοὺς ἰδίους ἀγαθοὺς λογισμοὺς πεπυρωμένους ἑπταπλασίως, ἐν οἷς διακονεῖται καὶ ἐπαναπαύεται ὁ Θεός. Ἐσκόρπι-

X. Educit igitur animam ex Ægypto, et, qua in ea premebatur, servitute, primogenitis ejus interfectis in egressu. Jam enim pars quædam potentiæ veri Pharaonis interit. Luctus occupat Ægyptios. Ingemiscunt enim contristati de salute captivi. Jubet mutuo accipere ab Ægyptiis vasa aurea et argentea; et iis acceptis egredi. Accipit enim, egrediens ex tenebris anima, argentea et aurea vasa, videlicet, suas probas cogitationes septuplo fervidiores, quibus ministratur Deo, et in quibus Deus conquiescit. Dispersérant enim, qui prius vicini ei erant, dæ-

[1] Luc. IV, 18.

Digitized by Google

mones, et occuparant ac dissiparant cogitationes ejus. Beata anima, quæ redempta est e tenebris! Et væ animæ, quæ non clamat nec ingemiscit ad eum, qui potest eam liberare a molestis illis et acerbis operum exactoribus!

σαν γὰρ οἱ γειτονεύσαντες αὐτῇ δαίμονες, καὶ κατέσχον καὶ διεσκέδασαν τοὺ λογισμοὺς αὐτῆς. Μακαρία ἡ ψυχὴ ἡ λυτρωθεῖσα ἐκ τοῦ σκότους· καὶ οὐαὶ ψυχῇ τῇ μὴ βοώσῃ, καὶ στεναζούσῃ πρὸς τὸν δυνάμενον ῥύσασθαι αὐτὴν ἀπὸ τῶν χαλεπῶν ἐκείνων καὶ πικρῶν ἐργοδιωκτῶν.

XI. Abeunt filii Israel celebrato Pascha. Proficit anima, quæ accepit vitam sancti Spiritus, degustavit agnum, ejusque sanguine uncta est, et comedit verum panem, Verbum vivum. Columna ignis et columna nubis illos præcedit custodiens [b] : Spiritus sanctus suffulsit hos, fovens et dirigens in intelligentia animam. Pharao et Ægyptii animadversa populi Israelitici fuga, seque servitio eorum privatum, et post primogenitorum interfectionem persequi illum ausus est. Festinanter ergo curribus suis junctis, cum omni populo ad eos interficiendos impellebatur : jamjamque futurum cum esset, ut permisceretur eis, intercessit nubes in medio, quæ hos quidem tenebris obrutos impediebat; illos vero luce ducebat et conservabat. Et ne historiam totam evolvens producam longius sermonem, sume mihi per omnia similitudinem ad res spirituales.

ΙΑ'. Ἀπαίρουσιν υἱοὶ Ἰσραὴλ τὸ Πάσχα ποιήσαντες. Προκόπτει ἡ ψυχὴ, λαβοῦσα ζωὴν Πνεύματος ἁγίου, καὶ ἀπογευσαμένη τοῦ ἀρνίου, καὶ χρισθεῖσα τῷ αἵματι αὐτοῦ, καὶ φαγοῦσα τὸν ἀληθινὸν ἄρτον, τὸν ζῶντα Λόγον. Στύλος πυρὸς καὶ στύλος νεφέλης ἐκείνων προηγεῖται φυλάττων· τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ὑποστηρίζει τούτους, θάλπον καὶ ὁδηγοῦν ἐν αἰσθήσει τὴν ψυχήν. Γνοὺς Φαραὼ καὶ οἱ Αἰγύπτιοι τὴν τοῦ λαοῦ φυγὴν, καὶ τὴν ἐκ τῆς δουλείας αὐτῶν στέρησιν, καὶ μετὰ τὴν τῶν πρωτοτόκων ἀναίρεσιν, διώκειν ἐθάρσησε. Σπουδῇ γὰρ ζεύξας τὰ ἅρματα αὐτοῦ, καὶ μετὰ παντὸς τοῦ λαοῦ ἐπ' αὐτοὺς ἀνελεῖν ἠπείγετο· ἤδη μέλλοντος ἀναμίγνυσθαι αὐτοῖς, ἵστατο νεφέλη ἐν μέσῳ, τοῖς μὲν ἐμποδίζουσα καὶ ἐπισκοτίζουσα, τοὺς δὲ φωταγωγοῦσά τε καὶ φυλάττουσα. Καὶ ἵνα μὴ τὴν ἱστορίαν ἅπασαν ἀνελίττων, μηκύνω τὸν λόγον, λάβε μοι ἐν πᾶσι τὴν παραβολὴν πρὸς τὰ πνευματικά.

XII. Quam primum enim anima Ægyptios effugit, accedens divina potentia opitulatur, deducens eam ad veritatem. Ubi vero cognoverit spiritualis ille Pharao, rex tenebrarum peccati, deficere a se animam, et effugere regni sui cogitationes, quibus olim detinebatur (hæ enim sunt ejus facultates); existimavit ac spem sibi fecit horribilis ille, illam reversuram ad se. Ubi vero intellexit animam omnino evitare suam tyrannidem, cæde primogenitorum et furto cogitationum impudentius accurrit, veritus ne forsan anima prorsus effugiente, nemo reperiatur, qui voluntatem et opus suum impleat. Persequitur ergo eam afflictionibus, tentationibus ac bellis invisibilibus. Hic probatur, hic tentatur, hic apparet amor, quo eum, qui eduxit ex Ægypto, complectitur, siquidem traditur, ut probetur, et variis modis tentetur.

ΙΒ'. Ὅταν γὰρ πρῶτον ἡ ψυχὴ τοὺς Αἰγυπτίους ἀποφύγῃ, προσελθοῦσα ἡ τοῦ Θεοῦ δύναμις βοηθεῖ ὁδηγοῦσα αὐτὴν ἐπὶ τὴν ἀλήθειαν. Γνοὺς δὲ ὁ πνευματικὸς Φαραὼ, ὁ βασιλεὺς τοῦ σκότους τῆς ἁμαρτίας, ὅτι ἀφίσταται αὐτοῦ ἡ ψυχὴ, καὶ ἀποφεύγει τῆς βασιλείας αὐτοῦ τοὺς λογισμοὺς πάλαι κατεχομένους· ταῦτα γὰρ αὐτοῦ τὰ ὑπάρχοντα· ὑπέλαβε καὶ ἤλπισεν ὁ δεινὸς, πάλιν αὐτὴν ἐπανιέναι πρὸς αὐτόν. Μαθὼν δὲ, ὅτι παντάπασι φεύγει τὴν καταδυναστείαν αὐτοῦ ἡ ψυχὴ, τῆς σφαγῆς τῶν πρωτοτόκων καὶ κλοπῆς τῶν λογισμῶν ἀναιδέστερον προσέδραμε, φοβηθεὶς μήποτε τῆς ψυχῆς ἐκφυγούσης παντελῶς, οὐδεὶς εὑρεθῇ, ὁ τὸ θέλημα αὐτοῦ καὶ τὸ ἔργον ἐκπληρῶν. Καταδιώκει αὐτὴν διὰ θλίψεων καὶ πειρασμῶν, καὶ πολέμων ἀοράτων. Ἐνταῦθα δοκιμάζεται, ἐνταῦθα πειράζεται, ἐνταῦθα φαίνεται ἡ πρὸς τὸν ἐξάγοντα αὐτὴν ἐξ Αἰγύπτου ἀγάπη· παραδίδοται γὰρ δοκιμασθῆναι καὶ πειρασθῆναι παντοδαπῶς.

XIII. Videt enim facultatem hostis volentem irruere et interficere, nec tamen posse; medius enim inter eam et Ægyptios spiritus consistit Dominus. Spectat autem ab interiori parte mare amaritudinis et afflictionis aut desperationis; et nec in posteriora quidquam efficere potest; quippe quæ videat **151** hostes promptos; nec in anteriora secedere; metus enim mortis, et graves ac variæ afflictiones, quibus circumdatur, mortem ob oculos ei ponunt. Desperat ergo de se ipsa, sententiam mortis in se habens, anima, propter circumdantem illam malorum multitudinem. Et ubi conspexerit Deus metu mortis collabi animam, hostemque ad eam absorbendam promptissimum, tum

ΙΓ'. Θεωρεῖ γὰρ τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ βουλομένην ἐπελθεῖν, καὶ θανατῶσαι καὶ μὴ ἐξισχύουσαν· μέσος γὰρ αὐτῆς καὶ τῶν Αἰγυπτίων πνεύματα ἔστηκεν Κύριος. Θεωρεῖ δὲ καὶ ἔμπροσθεν θάλασσαν πικρίας καὶ θλίψεως, ἢ ἀπογνώσεως, καὶ οὔτε εἰς τὰ ὀπίσω ἀνύσαι ἰσχύει, ὁρῶσα ἑτοίμους τοὺς ἐχθροὺς, οὔτε εἰς τὰ ἔμπροσθεν χωρῆσαι· δειλία γὰρ θανάτου καὶ θλίψεις δειναὶ καὶ ποικίλαι περιέχουσαι, θάνατον ὁρᾷν ποιοῦσιν. Ἀπευδοκεῖ οὖν ἑαυτὴν τὸ ἀπόκριμα τοῦ θανάτου ἐν ἑαυτῇ ἔχουσα ἡ ψυχὴ, διὰ τὸν περικυκλώσαντα αὐτὴν τῶν πονηρῶν ὄχλον. Καὶ ἐπειδὴν ἴδῃ ὁ Θεὸς δειλίᾳ θανάτου περιπεσοῦσαν τὴν ψυχὴν· καὶ τὸν ἐχθρὸν καταπιεῖν αὐτὴν ἑτοίμως ἔχοντα, τότε δὲ δίδωσι μικρὰν βοήθειαν, μακροθυμῶν ἐπὶ

[b] Exod. xiv, 19, 20.

Digitized by Google

τὴν ψυχὴν, καὶ δοκιμάζων αὐτὸν, εἰ τῇ πίστει ἔστηκεν, εἰ τὴν ἀγάπην τὴν πρὸς αὐτὸν ἔχει. Τοιαύτην γὰρ ὁ Θεὸς ἔθετο τὴν ὁδὸν, τὴν ἀπάγουσαν εἰς τὴν ζωὴν μετὰ θλίψεως εἶναι καὶ στενοχωρίας, καὶ δοκιμασίας πολλῆς, καὶ πειρασμῶν πικροτάτων, ἵνα ἐντεῦθεν καταντήσῃ λοιπὸν ἡ ψυχὴ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν θλῖψιν καὶ τὸν παρ' ὀφθαλμοῖς θάνατον. Τοιγαροῦν τὰ χειρὶ κραταιᾷ καὶ ὑψηλῷ βραχίονι διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τῆς ἐπιλάμψεως ῥήσσει τὴν δύναμιν τοῦ σκότους, καὶ διέρχεται ἡ ψυχὴ τοὺς φοβεροὺς τόπους ἐκφυγοῦσα, καὶ διαπεράσασα τὴν θάλασσαν τοῦ σκότους, καὶ τοῦ παμφάγου πυρός. A

ΙΔ'. Ταῦτα μυστήρια ἐστι ψυχῆς ἀληθῶς γιγνόμενα ἐν ἀνθρώπῳ σπουδάζοντι ἐλθεῖν πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν τῆς ζωῆς, καὶ λυτρουμένῳ ἐκ τῆς βασιλείας τοῦ θανάτου, καὶ λαμβάνοντι ἀῤῥαβῶνα παρὰ Θεοῦ, καὶ μετέχοντι Πνεύματος ἁγίου. Εἶτα ῥυσθεῖσα ἡ ψυχὴ ἐκ τῶν ἐχθρῶν αὐτῆς, καὶ τὴν πικρὰν θάλασσαν τῇ δύναμει τοῦ Θεοῦ διελθοῦσα, καὶ ὁρῶσα τοὺς πολεμίους ἀπολλυμένους πρὸ ὀφθαλμῶν, οἷς τὸ πρὶν ἐδούλευεν, ἀγαλλιᾶται χαρᾷ ἀνεκλαλήτῳ, καὶ δεδοξασμένη, παρακαλουμένη ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀναπαυομένη ἐν Κυρίῳ. Τότε τὸ πνεῦμα ὅπερ ἔλαβε, καινὸν ᾆσμα τῷ Θεῷ ᾄδει, διὰ τοῦ τυμπάνου, ἤγουν τοῦ σώματος, καὶ τῶν τῆς κιθάρας, ἤτοι ψυχῆς, λογικῶν χορδῶν καὶ λεπτοτάτων λογισμῶν, καὶ τοῦ πλήκτρου τῆς θείας χάριτος, καὶ ἀναπέμπει αἴνους τῷ ζωοποιῷ Χριστῷ. Ὡς γὰρ διὰ τοῦ αὐλοῦ τὸ πνεῦμα διερχόμενον λαλεῖ, οὕτω διὰ τῶν ἁγίων καὶ πνευματοφόρων ἀνθρώπων τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν ἐστιν ὑμνοῦν, καὶ ψάλλον, καὶ προσευχόμενον τῷ Θεῷ ἐν καθαρᾷ καρδίᾳ. *Δόξα τῷ ῥυσαμένῳ τὴν ψυχὴν ἐκ τῆς δουλείας Φαραὼ, καὶ θρόνον ἴδιον καταστήσαντι, καὶ οἶκον, καὶ ναὸν, καὶ νύμφην καθαρὰν, καὶ εἰσαγαγόντι αὐτὴν εἰς βασιλείαν ζωῆς αἰωνίου, ἔτι οὖσαν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ.* B C

XIV. Hæc sunt mysteria animæ, quæ vere fiunt in homine, qui contendit pervenire ad promissam vitam, et qui liberatus e regno mortis, accipit arrhabonem a Deo, particeps Spiritus sancti factus. Deinceps liberata ab hostibus suis anima, acerbo mari virtute divina trajecto, ubi conspicit hostes, quibus antea inserviebat, ante oculos interiisse, exsultat gaudio ineffabili, et glorificata consolationem a Deo accipit, et in Domino requiescit. Tum Spiritus, quem accepit, Deo canticum canit novum, tympano, nempe corporis, et citharæ, sive animæ chordis rationalibus, ac subtilissimis cogitationibus, et plectro divinæ gratiæ; mittitque laudes ad Christum vivificum. Quemadmodum enim per tibiam spiritus transiens, sonum edit, ita per sanctos et spiritu præditos homines Spiritus sanctus psallit, et precatur Deum in puritate cordis. *Gloria sit ei, qui redemit animam e servitute Pharaonis, thronumque suum eam constituit, domicilium, templum et sponsam puram; atque introduxit eam in regnum vitæ æternæ, vel adhuc in hoc sæculo existentem.*

ΙΕ'. Ἐν τῷ νόμῳ ζῶα ἄλογα προσεφέροντο εἰς θυσίαν, καὶ εἰ μὴ ἐσφάζοντο, οὐκ ἦσαν δεκταὶ αἱ προσφοραί· καὶ νῦν ἐὰν μὴ σφαγῇ ἡ ἁμαρτία, οὐκ ἔστι δεκτὴ ἡ προσφορὰ τῷ Θεῷ καὶ ἀληθινή. Ἦλθεν ὁ λαὸς εἰς Μερὰν, ὅπου ἦν πηγὴ πικρὸν ὕδωρ βρύουσα, καὶ ἄχρηστον πρὸς πόσιν. Κελεύει οὖν ὁ Θεὸς Μωσέα ἀποκνήσαντα ξύλον ῥίψαι εἰς τὸ πικρὸν ὕδωρ, καὶ ἐμβληθέντος οὕτως τοῦ ξύλου, ἐγλυκάνθη τὸ ὕδωρ· καὶ μεταβληθὲν ἐκ τῆς πικρότητος, χρήσιμον καὶ πότιμον ἐγένετο τῷ λαῷ τοῦ Θεοῦ. Τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἡ ψυχὴ πεπίκρατται ἐκπιοῦσα τὸν οἶνον τοῦ ὄφεως, καὶ ὁμοιωθεῖσα τῇ πικρᾷ αὐτοῦ φύσει, καὶ ἁμαρτωλὸς γενομένη. Διὸ ἐμβάλλει ὁ Θεὸς τὸ ξύλον τῆς ζωῆς εἰς αὐτὴν τὴν πικρὰν πηγὴν τῆς καρδίας, καὶ γλυκαίνεται ἐκ τῆς πικρότητος μεταβαλλομένη, καὶ συγκιρνωμένη τῷ Πνεύματι τοῦ Χριστοῦ· καὶ οὕτως εὔχρηστος γενομένη, εἰς διακονίαν τοῦ Δεσπότου αὐτῆς προχωρεῖ· γίνεται γὰρ πνεῦμα σαρκοφόρον. Δόξα τῷ μεταβάλλοντι τὴν πικρότητα ἡμῶν εἰς τὴν ἡδύτητα καὶ χρηστότητα τοῦ Πνεύματος. Οὐαὶ ἐκείνῳ, ἐν ᾧ οὐκ ἐβλήθη τὸ ξύλον τῆς ζωῆς· οὗ δύναται μεταβολήν τινα κτήσασθαι ἀγαθήν. D

XV. In lege animalia ratione destituta offerebantur in sacrificium, quæ, nisi mactarentur, non erant gratæ oblationes. Nunc quoque nisi mactetur peccatum, non est grata oblatio apud Deum, et vera. Venit populus in Maran [a], ubi erat fons, amaram aquam e scaturigine mittens, eamque inutilem ad bibendum. Jubet ergo Deus Mosen metu correptum lignum projicere in aquam amaram; hoc pacto injecto ligno dulcis effecta est aqua, et mutata amaritudine, utilis et potabilis reddita est populo Dei. Eodem modo quoque anima, epoto vino serpentis, amaritudinem contraxit, factaque est similis amaræ ejus naturæ, ac peccatrix evasit. Quapropter immittit Deus lignum vitæ in ipsum amarum fontem cordis, qui dulcescit, ab amaritudine transmutatus, et admistus Spiritui Christi: atque hoc pacto utilis effectus in obsequium Domini sui cedit: evadit enim Spiritus carnem gestans. Gloria sit ei qui mutat amaritudinem nostram in suavitatem et bonitatem Spiritus. Væ illi, in quem non missum est lignum vitæ! non potest enim aliquam bonam mutationem consequi.

[a] Exod. xv, 23.

Digitized by Google

XVI. Virga Mosis duplicem gerebat imaginem. Hostibus velut serpens occurrebat, mordens et interficiens, **152** Israelitis vero erat baculus, quo fulciebantur. Sic quoque verum lignum crucis, quod est Christus, hostium quidem est mors, spirituum nempe malitiæ; animarum vero nostrarum baculus, sedes tuta, et vita, in qua conquiescunt. Figuræ enim et umbræ prius fuerunt, quam veræ hæ res, siquidem antiquus cultus præsentis cultus umbra et imago est. Item circumcisio, tabernaculum, arca, urna, manna, sacerdotium, incensum et ablutiones, et, ut summatim dicam, quæcunque fiebant in Israelitico populo, in lege Mosis, aut prophetarum temporibus, propter animam ipsam facta sunt, quæ secundum imaginem Dei condita, atque sub jugum servitutis, et sub regnum molestarum tenebrarum lapsa est.

XVII. Cum hac enim voluit Deus communicare, hanc aptavit sibi in sponsam regis, hanc expurgat a sordibus, et abluta nigredine et turpitudine sua splendidam reddit, e mortificatione vivificat, e contritione curat, et pacat, inimicitiis ejus conciliatis. Creatura enim cum sit, in sponsam filio regis aptata est, Deusque propria virtute suscipit eam, paulatim eamdem immutans, donec auxerit eam suo ipsius incremento. Extendit enim et producit eam ad infinitum et immensum augmentum, donec incontaminata et digna eo sponsa evadat. Primum enim gignit eam apud semetipsum, atque auget per se ipsum, donec consequatur integram mensuram dilectionis ejus. Ipse enim cum sit sponsus perfectus, assumit eam sponsam perfectam, in sanctam, arcanam et impollutam societatem nuptiarum, tumque regnat simul cum eo in infinita sæcula. Amen.

HOMILIA XLVIII.

De perfecta fide in Deum.

I. Dominus in Evangelio suos discipulos ad perfectam fidem deducere volens, dixit : *Qui in modico infidelis est, et in multo infidelis est. Et qui in minimo fidelis est, et in multo fidelis est* [6]. Quid est modicum, et quid est multum? Modicum, sunt promissiones sæculi hujus, quæ promisit se præstiturum credentibus ei, velut victum, vestitum et reliquam corporis recreationem, aut sanitatem, et similia, præcipiens, omnino non sollicitum esse de his [7], sed per fiduciam in eum sperare, quod Dominus provisor eorum, qui ad eum confugiunt, per omnia futurus sit. Multum autem, sunt æterni atque incorruptibilis sæculi dona, quæ promisit se collaturum credentibus in eum, et iis qui absque ulla intermissione de iis sunt solliciti, et poscunt ab eo, quia sic præcepit. *Vos autem*, inquit, *quærite primum regnum Dei, et justitiam ejus, et hæc omnia adjicientur vobis* [8] : ut ex his modicis et temporaneis quisque probetur, an credat Deo, quod promiserit se largiturum, modo nos de talibus nihil

[6] Luc. xvi, 10. [7] Matth. vi, 31. [8] ibid. 33.

ΙΖ'. Ἡ ῥάβδος Μωϋσέως δύο ἔφερεν εἰκόνας. Τοῖς μὲν γὰρ ἐχθροῖς ὡς ὄφις ἀπήντα, δάκνων καὶ ἀναιρῶν· τοῖς Ἰσραηλίταις δὲ βακτηρία, ἐφ' ἣν ἐπεστηρίζοντο. Οὕτω καὶ τὸ ἀληθινὸν ξύλον τοῦ σταυροῦ, ὅ ἐστι Χριστός, τῶν μὲν ἐχθρῶν ἐστι θάνατος, τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας· τῶν δὲ ψυχῶν ἡμῶν βακτηρία καὶ ἔδρασμα ἀσφαλὲς καὶ ζωή, ἐφ' ἣν ἐπαναπαύονται. Τύποι γὰρ καὶ σκιαὶ τὸ πρὶν ἐγίγνοντο τῶν ἀληθινῶν τούτων πραγμάτων· σκιὰ γάρ ἐστι, καὶ εἰκὼν ἡ παλαιὰ λατρεία τῆς νῦν λατρείας. Καὶ ἡ περιτομή, καὶ ἡ σκηνή, καὶ ἡ κιβωτὸς, καὶ ἡ στάμνος, καὶ τὸ μάννα, καὶ ἱερατεία, καὶ τὸ θυμίαμα, καὶ τὰ βαπτίσματα, καὶ ἁπαξαπλῶς πάντα ὅσα γέγονεν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ ἐν τῷ νόμῳ Μωσέως, ἢ ἐν τοῖς προφήταις, διὰ τὴν ψυχὴν ταύτην γέγονε, τὴν κατ' εἰκόνα Θεοῦ γεγενημένην, καὶ πεσοῦσαν ὑπὸ ζυγὸν δουλείας, καὶ ὑπὸ βασιλείαν σκότους πικρίας.

ΙΖ'. Ταύτῃ γὰρ ἠθέλησεν ὁ Θεὸς κοινωνῆσαι, καὶ ταύτην ἡρμόσατο ἑαυτῷ εἰς νύμφην βασιλέως, καὶ ταύτην καθαρίζει ἀπὸ τοῦ ῥύπου καὶ ἐκπλύνων λαμπρύνει ἀπὸ τῆς μελανίας καὶ τῆς αἰσχρότητος αὐτῆς, καὶ ζωοποιεῖ ἐκ τῆς νεκρώσεως, καὶ ἰᾶται ἐκ τῆς συντρίψεως, καὶ εἰρηνεύει αὐτῆς τὴν ἔχθραν καταλλάσσων. Κτίσμα γὰρ οὖσα εἰς νύμφην τῷ υἱῷ τοῦ βασιλέως ἡρμόσθη, καὶ τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ δυνάμει ὁ Θεὸς παραδέχεται αὐτὴν κατὰ μικρὸν συμμεταβαλλόμενος αὐτὴν, ἕως αὐξήσῃ αὐτὴν τῇ ἰδίᾳ αὐξήσει. Τείνει γὰρ αὐτὴν καὶ μηκύνει εἰς ἀπέραντον καὶ ἀμέτρητον αὔξησιν, ἕως ἂν ἄμωμος καὶ ἀξία αὐτοῦ νύμφη γένηται. Πρῶτον γὰρ γεννᾷ αὐτὴν ἐν ἑαυτῷ, καὶ αὐξάνει δι' ἑαυτοῦ, ἕως ἀπολάβῃ τὸ τέλειον μέτρον τῆς ἀγάπης αὐτοῦ. Αὐτὸς γὰρ ὢν τέλειος νυμφίος, λαμβάνει αὐτὴν τελείαν νύμφην εἰς τὴν ἁγίαν καὶ μυστικὴν, καὶ ἄχραντον κοινωνίαν τοῦ γάμου, καὶ τότε συμβασιλεύει αὐτῷ εἰς τοὺς ἀπεράντους αἰῶνας. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΜΗ'.

Περὶ τῆς τελείας πίστεως εἰς Θεόν.

Α'. Ὁ Κύριος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς εἰς τελείαν πίστιν ἀγαγεῖν βουλόμενος, ἔλεγεν· *Ὁ ἐν ὀλίγῳ ἄπιστος, καὶ ἐν πολλῷ ἄπιστός ἐστι· καὶ ὁ ἐν ὀλίγῳ πιστὸς, καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστι.* Τί ἐστι τὸ ὀλίγον, καὶ τί ἐστι τὸ πολύ; τὸ ὀλίγον τὰ ἐπαγγέλματά ἐστι τοῦ αἰῶνος τούτου, ἅπερ ὑπέσχετο παρασχεῖν τοῖς πιστεύουσιν αὐτῷ, οἷον τροφὰς, ἐνδύματα, καὶ τὴν λοιπὴν τοῦ σώματος ἀνάπαυσιν, ἢ ὑγίειαν, καὶ τοιαῦτα. Προστάξας μὴ μεριμνᾷν ὅλως περὶ τούτων, ἀλλὰ τῇ εἰς αὐτὸν πεποιθήσει ἐλπίζειν, ὅτι Κύριος προνοητὴς τῶν εἰς αὐτὸν καταφευγόντων κατὰ πάντα γίνεται. Τὸ δὲ πολὺ τὰ τοῦ αἰωνίου καὶ ἀφθάρτου αἰῶνος δωρήματά ἐστιν, ἅπερ ὑπέσχετο παρασχεῖν τοῖς πιστεύουσιν αὐτῷ, καὶ ἀδιαλείπτως περὶ ἐκείνων μεριμνῶσι, καὶ αἰτοῦσιν αὐτὸν, ὅτι οὕτως ἐνετείλατο· *Ὑμεῖς δὲ, φησὶ, πρῶτον ζητεῖτε τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ, καὶ ταῦτα πάντα προστεθήσεται ὑμῖν·* ὅπως ἐκ τῶν ὀλίγων τούτων καὶ προσκαίρων δοκιμασθῇ ἕκαστος, εἰ πιστεύει τῷ Θεῷ, ὅτι

Digitized by Google

ἐπηγγείλατο παρασχεῖν, ἡμῶν ἀμερίμνων περὶ τὰ τοιαῦτα ὄντων, καὶ μόνον περὶ τῶν μελλόντων αἰωνίων τὴν φροντίδα ἐχόντων.

Β'. Καὶ τότε φανερόν ἐστιν, ὅτι πιστεύει περὶ τῶν ἀφθάρτων, καὶ ὄντως ζητεῖ τὰ αἰώνια ἀγαθά, εἰ περὶ τῶν εἰρημένων ὑγιῆ τὴν πίστιν ἀποσώζει. Ὑφέλει γὰρ ἕκαστος τῶν ὑπακουόντων τῷ τῆς ἀληθείας λόγῳ, δοκιμάζειν ἑαυτὸν, καὶ ἀνακρίνειν, ἤτοι ὑπὸ πνευματικῶν ἀνδρῶν ἀνακρίνεσθαι καὶ δοκιμάζεσθαι, πῶς ἐπίστευσε, καὶ ἔδωκεν ἑαυτὸν τῷ Θεῷ· εἰ ὄντως ἐν ἀληθείᾳ κατὰ τὸν λόγον αὐτοῦ, ἢ οἰήσει δικαιώσεως καὶ πίστεως, ἐν ἑαυτῷ πιστεύειν νομίζων· ἕκαστος γὰρ εἰ ἐν τῷ ὀλίγῳ πιστός ἐστι, περὶ τῶν προσκαίρων λέγω, δοκιμάζεται, καὶ ἐλέγχεται. Τὸ δὲ πῶς, ἄκουε· *Πιστεύειν λέγεις βασιλείας οὐρανῶν καταξιοῦσθαι, καὶ υἱὸς Θεοῦ γεννηθεὶς ἄνωθεν γενέσθαι, καὶ συγκληρονόμος τοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς αἰῶνας ὅλους συμβασιλεύειν αὐτῷ, καὶ τρυφᾶν ἐν φωτὶ ἀρρήτῳ, ἐν ἀπεράντοις καὶ ἀναριθμήτοις αἰῶσιν, ὡς ὁ Θεός;* Πάντως ἐρεῖς· Ναί. Διὰ ταύτην γὰρ τὴν αἰτίαν ἀναχωρήσας τοῦ κόσμου, ἐμαυτὸν τῷ Κυρίῳ δέδωκα.

Γ'. Δοκίμασον τοίνυν σεαυτὸν, μή ποτέ σε μέριμναι γήϊναι κατέχουσιν ἔτι, καὶ φροντὶς πολλὴ περὶ τῆς τοῦ σώματος τροφῆς καὶ ἐνδύσεως, καὶ τῆς λοιπῆς ἐπιμελείας καὶ ἀναπαύσεως, ὡς τῇ σῇ δυνάμει περιγιγνόμενος, καὶ προνοούμενος ἑαυτοῦ, ἃ προσετάχθης μὴ μεριμνᾷν ὅλως περὶ σεαυτοῦ. Εἰ γὰρ πιστεύεις τὰ ἀθάνατα, καὶ αἰώνια, καὶ παράμονα καὶ ἄφθονα λήψεσθαι, πόσῳ μᾶλλον ταῦτα τὰ παρερχόμενα καὶ γήϊνα, ἅπερ ὁ Θεὸς δέδωκε καὶ ἀσεβέσιν ἀνθρώποις, καὶ θηρίοις, καὶ πετεινοῖς, οὐ πιστεύεις παρασχέσθαί σοι τὸν Κύριον, ὥσπερ καὶ ἐνετείλατο, μὴ μεριμνᾷν ὅλως περὶ τούτων εἰπών, *Μὴ μεριμνήσητε τί φάγητε, ἢ τί πίητε, ἢ τί περιβάλλησθε· ταῦτα γὰρ πάντα τὰ ἔθνη ἐπιζητεῖ;* εἰ δὲ περὶ ταῦτα ἔτι μέριμναν ἔχεις, καὶ οὐκ ἐνεπίστευσας ὅλον σεαυτὸν τῷ λόγῳ αὐτοῦ, γνῶθι, ὅτι τὰ αἰώνια ἀγαθὰ, ἅπερ ἐστὶν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, ἀκμὴν οὐκ ἐπίστευσας λαβεῖν, καὶ νομίζεις πιστεύειν, ἔτι ἐν τοῖς μικροῖς καὶ φθαρτοῖς ἄπιστος εὑρισκόμενος· καὶ πάλιν, *Ὥσπερ τὸ σῶμα τιμιώτερόν ἐστι τοῦ ἐνδύματος, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ τιμιωτέρα ἐστὶ τοῦ σώματος. Πιστεύεις τοίνυν, ὅτι ἡ ψυχή σου ὑπὸ Χριστοῦ ἰᾶσιν δέχεται, ἀπὸ τῶν αἰωνίων καὶ ἀθεραπεύτων παρὰ ἀνθρώποις τραυμάτων, τῶν παθῶν τῆς ἀτιμίας, δι' ἣν καὶ ἦλθεν ἐνταῦθα ὁ Κύριος ἵνα νῦν τὰς ψυχὰς τῶν πιστῶν θεραπεύσῃ ἐκ τῶν ἀνιάτων παθῶν, καὶ καθαρίσῃ ἐκ τοῦ βύπου τῆς λέπρας τῆς κακίας, ὁ μόνος ἀληθινὸς ἰατρὸς καὶ θεραπευτής;*

Δ'. Ἐρεῖς, *Πάντως πιστεύω. Εἰς τοῦτο γὰρ ἔστηκα, καὶ ταύτην ἔχω τὴν προσδοκίαν.* Γνῶθι τοίνυν, ἐρευνήσας σεαυτὸν, μή ποτέ σε τὰ σαρκικὰ πάθη πρὸς ἰατροὺς γηΐνους ἀποφέρει, ὡς Χριστοῦ, ᾧ ἐπίστευσας, μὴ δυναμένου σε θεραπεῦσαι. Ἴδε πῶς σεαυτὸν ἀπατᾷς, ὅτι νομίζεις πιστεύειν, μηδέπω πιστεύων, ὡς δεῖ ἐξ ἀληθείας. Εἰ γὰρ τὰ αἰώνια καὶ

A simus solliciti; sed duntaxat de futuris rebus æternis curam suscipiamus.

II. Et tunc manifestum est illum credere de incorruptibilibus, et revera quærere æterna bona, si de jam dictis sanam fidem conservat. Debet enim quisque eorum, qui obtemperant veritatis verbo, probare se ipsum, ac discutere, vel a spiritualibus viris dijudicari atque probari, qua ratione credideri, et Deo se ipsum tradiderit : an revera in veritate juxta verbum ejus, an opinione justificationis **153** et fidei, quam habet apud se, credere existimet. Quilibet enim an in modico fidelis sit, de temporaneis loquor, probatur et arguitur. Quo pacto autem, audi : *Aisne te credere regno cœlorum dignum haberi, et Filium Dei natum desuper*
B *esse, et cohæredem Christi, atque per cuncta sæcula te regnaturum cum eo, et fruiturum deliciis in lumine arcano, per infinita et innumerabilia sæcula, quemadmodum et Deus?* Utique dices : *Imo.* Propter hanc enim causam digressus e mundo, me ipsum Domino dedidi.

III. Examina ergo te ipsum, num forte te detineant adhuc curæ terrenæ, et sollicitudo multa de corporis victu et amictu, nec non reliqua studia et recreatio; quasi tua facultate promptus sis ac provideas tibi ipsi, quæ mandata tibi sunt, ne omnino sis sollicitus de te ipso. Si enim credis te immortalia, æterna et permanentia atque invidia
C carentia consecuturum esse, quanto magis hæc caduca et terrena, quæ Deus contulit vel impiis hominibus, bestiis ac volucribus, credere debes Dominum tibi largiturum, ut quoque præcepit, prorsus non de his sollicitum esse, dicens: *Ne solliciti sitis quid manducetis, aut quid bibatis, aut quo operiamini. Hæc enim omnia gentes inquirunt*[9]? Sin de his adhuc curam geris, nec credis te ipsum totum verbo illius, scito, te, quod æterna bona, quæ sunt regnum cœlorum, consecuturus sis, nondum credere, quamvis putes te credere, vel adhuc in exiguis et corruptibilibus incredulus deprehensus. Et iterum : *Sicut corpus plus est quam vestimentum, sic anima plus est quam corpus*[10]. Credis ergo, *animam tuam per Christum medelam consequi*
D *a perpetuis et incurabilibus apud homines vulneribus, ignominiosis nimirum affectionibus, propter quam quoque huc venit Dominus, ut nunc animas fidelium curet a non curabilibus affectionibus, et repurget a sordibus lepræ nequitiæ, qui solus verus medicus et curator est.*

IV. Dices : *Utique credo. In hoc enim consisto, et hanc foveo spem ac fiduciam.* Quapropter cognosce ac scrutare te ipsum, num aliquando morbi corporei ad medicos terrenos te deducant, perinde ac si Christus, cui credidisti, nequeat te curare. Vide quo pacto te ipsum decipias, quia putas te credere, qui nondum, ut oportet, vere credis. Si enim

[9] Matth. vi, 32. [10] Ibid. 25.

Digitized by Google

æterna et incurabilia immortalis animæ vulnera et affectiones vitiosas credidisses a Christo curari, crederes quoque eum posse curare temporaneas corporis affectiones et morbos, atque ad eum solum confugeres neglecta medicorum industria et cura. Qui enim animam condidit, ipse quoque corpus creavit: et qui illam immortalem sanat, idem quoque corpus a temporaneis affectionibus et morbis curare potest.

V. Verum utique hæc mihi dices: *Ad medendum corpori concessit Deus tum herbas terræ, tum pharmaca, atque medicorum officia ad corporis morbos præparavit, disponens, ut corpus e terra sumptum variis e terra ortis speciebus curetur.* Confiteor quoque ego hæc ita se habere; verum attende, et intelliges modum, quibus hæc data sint, et quibus hæc concesserit Deus summa et infinita humanitate ac benignitate ductus. Cum excidisset homo a mandato, quod acceperat, et judicio iræ obnoxius factus esset, et velut in captivitatem et infamiam, **154** et in cujusdam metalli officinam, a deliciis paradisi in hunc mundum exterminatus, et sub potestatem tenebrarum redactus, infidelis errore affectionum redditus esset, tandem in affectiones et morbos carnis incidit, qui prius omnis affectionis et morbi erat expers. Patet ergo omnes quoque ex eo progenitos in easdem affectiones delapsos esse.

VI. Concessit ergo hæc Deus infirmis et infidelibus, nolens omnino perire obnoxium peccatis genus humanum, pro summa sua clementia. Sed dedit ad refocillandum, sanandum, et curandum corpus, pharmaca hujus mundi hominibus et extraneis omnibus: quibus etiam eos uti permisit, qui nondum Deo se totos concredere possunt. Tu vero, qui solitariam agis vitam, qui accessisti ad Christum, qui Filius Dei esse desideras, qui desuper e Spiritu nasci expetis, qui sublimiores et ampliores, quam primus homo, omnis affectionis expers, promissiones accepisti, gratissimum nimirum Domini adventum, qui peregrinus hujus mundi es factus, magis novam quamdam et peregrinam fidem, intellectum et conversandi rationem præter omnes hujus mundi homines obtinere debes. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui sancto, in sæcula Amen.

HOMILIA XLIX.

Non satis est hujus sæculi delicias reliquisse, nisi quis alterius sæculi beatitudinem consequatur.

Si quis egressus e propriis, huic mundo renuntiet, et deliciis hujus sæculi, tum possessionibus, tum patre, tum matre, Domini gratia, relictis et amotis, se ipsum crucifigendo, peregrinus, pauper et egenus fiat; pro quiete autem hujus sæculi requiem divinam in se ipso non inveniat; et pro deliciis temporaneis, delicias Spiritus in sua ipsius anima non sentiat; et pro corruptibilibus vestimentis, vestimenta divinæ lucis non induat in

ἀθεράπευτα τῆς ἀθανάτου ψυχῆς τραύματα, καὶ πάθη κακίας ἐπίστευσας ὑπὸ Χριστοῦ θεραπευθῆναι, ἐπίστευες ἂν αὐτῷ δυνατῷ ὄντι θεραπεύειν, καὶ τὰ πρόσκαιρα τοῦ σώματος πάθη καὶ νοσήματα, καὶ πρὸς αὐτὸν ἂν μόνον κατέφευγες ὑπερορῶν ἰατρικῶν ἐπιτηδευμάτων, καὶ θεραπειῶν, Ὁ γὰρ τὴν ψυχὴν κτίσας, αὐτὸς καὶ τὸ σῶμα πεποίηκε· καὶ ὁ ἐκείνην τὴν ἀθάνατον ἰώμενος, αὐτὸς τὸ σῶμα δύναται ἀπὸ τῶν προσκαίρων παθῶν καὶ νοσημάτων θεραπεῦσαι.

Ε'. Ἀλλὰ πάντως ἐρεῖς μοι ταῦτα· *Τῷ σώματι ἔδωκεν ὁ Θεὸς εἰς θεραπείαν, τάς τε βοτάνας τῆς γῆς, καὶ τὰ φάρμακα, καὶ ἰατρῶν ἐπιτηδεύματα, πρὸς τὰ τοῦ σώματος πάθη προευτρέπισε, τὸ ἀπὸ γῆς ὂν σῶμα θεραπεύεσθαι οἰκονομήσας, ἐκ τῶν τῆς γῆς διαφόρων εἰδῶν.* Σύμφημι κἀγὼ ταῦτα οὕτως ἔχειν· ἀλλὰ πρόσεχε, καὶ γνώσῃ τὸν τρόπον, τίσι ταῦτα δέδοται, καὶ τίσιν ᾠκονόμησεν ὁ Θεὸς, κατὰ πολλὴν καὶ ἄπειρον φιλανθρωπίαν καὶ χρηστότητα. Ἐκπεσὼν ὁ ἄνθρωπος ἀπὸ τῆς ἐντολῆς ἧς εἰλήφει, καὶ ὑπὸ τὴν ἀπόφασιν ὀργῆς γεγονὼς, καὶ ὥσπερ εἰς αἰχμαλωσίαν καὶ ἀτιμίαν, ἢ μετάλλου τινὸς ἐργασίαν, ἐκ τῆς τρυφῆς τοῦ παραδείσου εἰς τὸν κόσμον τοῦτον ἐξορισθεὶς, καὶ ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τοῦ σκότους γεγονὼς, καὶ ἄπιστος τῶν παθῶν κακαστὰς, ὑπὸ τὰ πάθη λοιπὸν, καὶ τὰ νοσήματα τῆς σαρκὸς πέπτωκεν, ὁ πρὶν ἀπαθὴς, καὶ ἄνοσος. Δῆλον δὲ ὅτι καὶ πάντες οἱ ἐξ αὐτοῦ γεννηθέντες τοῖς αὐτοῖς πάθεσιν ὑποπεπεώκασιν.

Ϛ'. Ὠκονόμησε τοίνυν ταῦτα τοῖς ἀσθενέσι καὶ ἀπίστοις ὁ Θεὸς, μὴ βουληθεὶς παντελῶς ἐξολοθρεῦσαι τὸ ἁμαρτωλὸν τῶν ἀνθρώπων γένος διὰ πολλὴν χρηστότητα. Ἀλλ' ἔδωκεν εἰς ψυχαγωγίαν καὶ θεραπείαν καὶ ἐπιμέλειαν τοῦ σώματος τὰ φάρμακα τοῖς τοῦ κόσμου ἀνθρώποις, καὶ τοῖς ἔξω πᾶσι· κἀκείνοις συνεχώρησε τούτους χρᾶσθαι τοὺς τῷ Θεῷ μηδέπω δυναμένους ἐξ ὅλου ἑαυτοὺς ἐμπιστεύειν. Σὺ δὲ ὁ μονάζων, ὁ προσεληλυθὼς τῷ Χριστῷ, καὶ υἱὸς Θεοῦ βουλόμενος εἶναι, καὶ ἄνωθεν ἐκ Πνεύματος γεννηθῆναι, καὶ ἀνωτέρας καὶ μείζους τοῦ πρώτου καὶ ἀπαθοῦς ἀνθρώπου ἐπαγγελίας ἐκδεχόμενος, τὴν εὐδοκίαν τῆς τοῦ Κυρίου ἐπιδημίας, καὶ ξένος τοῦ κόσμου γεγονὼς, καινοτέραν τινὰ καὶ ξένην πίστιν, καὶ ἔννοιαν, καὶ πολιτείαν παρὰ πάντας τοὺς τοῦ κόσμου ἀνθρώπους κεκτῆσθαι ὀφείλεις. Δόξα Πατρὶ καὶ Υἱῷ, καὶ ἁγίῳ Πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ΟΜΙΛΙΑ ΜΘ'.

Οὐκ ἐπαρκεῖ, τῆς τρυφῆς τούτου τοῦ κόσμου ἀπαλλαγῆναι, ἐὰν μή τις τὴν μακαρίαν ἄλλου τοῦ κόσμου λάβῃ.

Α'. Ἐάν τις ἐξελθὼν τῶν ἰδίων, καὶ ἀποταξάμενος τῷ κόσμῳ τούτῳ, καὶ τῆς τρυφῆς τοῦ κόσμου ἀπαλλαγεὶς, καὶ κτημάτων, καὶ πατρὸς, καὶ μητρὸς, ἕνεκεν τοῦ Κυρίου, καὶ ἑαυτὸν σταυρώσας, ξένος καὶ πένης, καὶ ἐνδεὴς γένηται, ἀντὶ δὲ τῆς ἀναπαύσεως τοῦ κόσμου ἀνάπαυσιν θεϊκὴν, ἐν ἑαυτῷ μὴ εὕρῃ, καὶ ἀντὶ τῆς προσκαίρου τρυφῆς, τρυφὴν Πνεύματος εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν μὴ αἴσθηται, καὶ ἀντὶ τῶν φθαρτῶν ἐνδυμάτων, ἐνδύματα φωτὸς θεότητος μὴ

Digitized by Google

ἀμφιάσηται, εἰς τὸν ἔσω ἄνθρωπον, καὶ ἀντὶ τῆς A interiori homine; et pro priori et carnali societate
πρωτέρου καὶ σαρκικῆς κοινωνίας ταύτης, κοινωνίαν hac, societatem cœlestem in sua ipsius anima,
τοῦ ἐπουρανίου ἐν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ ἐν πληροφορίᾳ certa fiducia nixus, non agnoscat; et pro conspicuo
μὴ γνῷ, καὶ ἀντὶ τῆς φαινομένης τοῦ κόσμου τούτου hujus mundi gaudio, gaudium Spiritus intus non
χαρᾶς, χαρὰν Πνεύματος ἔνδον μὴ σχῇ, καὶ παρά- habeat, et consolationem cœlestis gratiæ, et satie-
κλησιν οὐρανίου χάριτος, καὶ χορτασίαν θείαν ἐν τῇ tatem divinam in anima non consequatur, dum
ψυχῇ μὴ λάβῃ ἐν τῷ ἐποφθῆναι αὐτῷ τὴν δόξαν τοῦ apparet ei gloria Domini, ut scriptum est; et, ut
Κυρίου, κατὰ τὸ γεγραμμένον· καὶ ἁπαξαπλῶς ἀντὶ semel dicam, pro momentanea hac voluptate, vo-
ταύτης τῆς προσκαίρου ἀπολαύσεως, ἀπόλαυσιν ἄφ- luptatem incorruptibilem desideratam in sua ipsius
θαρτον ἐπιθυμητήν, ἐν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ μὴ κτήσηται anima nunc non obtineat, hic factus est sal insipi-
νῦν· οὗτος γέγονεν ἅλας μωρόν· οὗτος ἐλεεινός ἐστι dum, hic miserabilior est quam cuncti homines:
παρὰ πάντας ἀνθρώπους· οὗτος καὶ τῶν ἐντεῦθεν hic et sæcularibus privatus est, et divinis non frui-
ἐστερήθη, καὶ τῶν θείκῶν οὐκ ἀπέλαυσε· μυστήρια tur: mysteria divina per operationem Spiritus in
θεῖα δι' ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος οὐκ ἔγνω ἐν τῷ ἔσω homine interiore non cognovit.
αὐτοῦ ἀνθρώπῳ.

Β'. Διὰ τοῦτο γὰρ ξένος τοῦ κόσμου γεγένηταί τις, B II. Propterea enim alienus mundo fieri quis so-
ἵνα εἰς ἕτερον κόσμον, καὶ αἰῶνα τῷ φρονήματι μετ- let, ut ad alium mundum et sæculum intellectu
ἔλθῃ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· *Ἡμῶν* transeat anima ejus, secundum Apostolum: *Nostra*
γὰρ, φησὶ, *τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει.* *enim*, inquit, *conversatio in cœlis est* [11]. Et rursum:
Καὶ πάλιν, *Ἐπὶ γῆς περιπατοῦντες, οὐ κατὰ σάρκα* *In carne ambulantes, non secundum carnem milita-*
στρατευόμεθα. Δεῖ τοίνυν τὸν ἀποταξάμενον τῷ κό- *mus* [12]. Oportet ergo eum, qui renuntiavit huic
σμῳ τούτῳ, βεβαίως πιστεῦσαι, ὅτι χρὴ εἰς ἕτερον mundo, firmiter credere, quod oporteat in aliud
αἰῶνα τῷ φρονήματι ἀπὸ τοῦ νῦν διὰ τοῦ πνεύματος sæculum animo jam nunc per spiritum transcendere,
μεταβῆναι, κἀκεῖ πολιτεύεσθαι καὶ τρυφᾷν, καὶ ἀπο- ibique conversari ac delectari, et frui spiritualibus
λαύειν πνευματικῶν ἀγαθῶν, καὶ τὸν ἔσω ἄνθρωπον bonis, et interiorem hominem e Spiritu nasci, ut
ἐκ πνεύματος γεννηθῆναι, καθὼς ὁ Κύριος εἶπεν· *Ὁ* dixit Dominus; *Qui credit in me, transit a morte*
πιστεύων εἰς ἐμὲ, μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου *in vitam* [13]. Siquidem est alia mors præter eam
εἰς τὴν ζωήν· ἐπειδή ἐστιν ἄλλος θάνατος παρὰ τὸν quæ videtur, et alia vita præter eam quæ videtur.
φαινόμενον, καὶ ἄλλη ζωὴ παρὰ τὴν φαινομένην· Ait enim Scriptura: *Quæ in deliciis est, vivens*
λέγει γὰρ ἡ Γραφὴ ὅτι *Ἡ σπαταλῶσα, ζῶσα τέ-* **155**
C *θνηκεν.* Καὶ, *Ἄφετε τοὺς νεκροὺς θάπτειν τοὺς* *mortua est* [14]. Item: *Sine ut mortui sepeliant mortuos*
ἑαυτῶν νεκρούς· ὅτι οὐχ οἱ νεκροὶ αἰνέσουσί σε, *suos* [15]. *Quia non mortui laudabunt te, Domine, sed*
Κύριε, ἀλλ' ἡμεῖς οἱ ζῶντες εὐλογήσομέν σε. *nos qui vivimus* [16].

Γ'. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἥλιος ἀνατείλας ἐπὶ τὴν γῆν, III. Quemadmodum enim sol exortus super ter-
ὅλος ἐν τῇ γῇ ἐστιν· ἐπὰν δὲ πρὸς δυσμὰς γένηται, ram, totus in terra est; ubi autem ad occasum
πάσας αὐτοῦ τὰς ἀκτῖνας συνάγει, πορευόμενος ἐν vergit, omnes radios suos colligit, procedens in
τῷ ἑαυτοῦ οἴκῳ· οὕτως καὶ ψυχὴ, ἡ μὴ ἄνωθεν ἐκ domum suam: sic quoque anima, quæ desuper e
τοῦ Πνεύματος ἀναγεννηθεῖσα, ὅλη ἐν τῇ γῇ ἐστι Spiritu renata non fuerit, tota est in terra cogita-
τοῖς λογισμοῖς αὐτῆς καὶ τῷ φρονήματι ἐπὶ γῆς ἐκ- tionibus et meditationibus suis, super terram ex-
τεινομένη, ἕως τῶν περάτων αὐτῆς· ἐπὰν δὲ κατ- tensa usque ad ejus limites: ubi autem digna
αξιωθῇ τὴν ἐπουράνιον λαβεῖν τοῦ Πνεύματος γέννη- habetur cœlestem consequi Spiritus generationem
σιν καὶ κοινωνίαν, πάντας αὐτῆς τοὺς λογισμοὺς et communionem, cunctas suas cogitationes colligit,
συνάγουσα, καὶ μεθ' ἑαυτῆς ἔχουσα, εἰσέρχεται πρὸς easque secum habens, ingreditur ad Dominum, in
τὸν Κύριον εἰς τὸ ἐξ οὐρανοῦ ἀχειροποίητον κατοικη- domicilium cœleste non manufactum, omnesque
τήριον, καὶ πάντες οἱ λογισμοὶ αὐτῆς οὐράνιοι, καὶ D cogitationes ejus, cœlestes, puræ et sanctæ evadunt,
καθαροὶ, καὶ ἅγιοι γίγνονται, χωροῦντες εἰς ἀέρα migrantes in aerem divinum. Anima enim liberata
θεῖκόν. Ῥυσθεῖσα γὰρ ἡ ψυχὴ ἐκ τῆς φυλακῆς τοῦ e carcere tenebrarum improbi principis spiritus
σκότου, τοῦ πονηροῦ ἄρχοντος τοῦ πνεύματος τοῦ sæculi, reperit cogitationes puras et divinas, quia
κόσμου, εὑρίσκει λογισμοὺς καθαροὺς καὶ θείους, ὅτι placuit Deo hominem naturæ divinæ participem
εὐδόκησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον ποιῆσαι θείας φύσεως facere.
κοινωνόν.

Δ'. Εἰ οὖν ἀναχωρήσεις πάντων τῶν ἐν τῷ βίῳ IV. Si igitur recesseris a cunctis, quæ sunt in
πραγμάτων, καὶ προσκαρτερεῖς τῇ εὐχῇ σου, μᾶλλον vita, rebus, et in oratione perseveraveris, potius
τὸν κάματον τοῦτον ἀναπαύσεως μεστὸν ἡγήσῃ· hunc laborem quietis plenum arbitrabere, et modi-
καὶ τὴν ὀλίγην θλῖψιν, καὶ τὸν πόνον χαρᾶς καὶ cam afflictionem et laborem, gaudio et remissione
ἀνέσεως ἀνάπλεων νομίσεις μεγίστης. Εἰ γὰρ καὶ τὸ repletum existimabis maxima. Si etenim et corpus
σῶμά σου καὶ ἡ ψυχή σου καταδεδαπάνητο κατὰ πᾶ- et anima tua consumerentur singulis horis per

[11] Philipp. III, 20. [12] II Cor. x, 3. [13] Joan. v, 25. [14] I Tim. v, 5. [15] Luc. IX, 60. [16] Psal. CXV, 17.

Digitized by Google

totum vitæ curriculum propter tanta bona, quidnam hoc esset? O ineffabilem misericordiam Dei! qui gratis se ipsum largitur credentibus, se post exiguum tempus Deum hæreditario jure possessuros, et Deum habitaturum in corpore hominis, et habiturum Dominum speciosam domum, hominem. Sicut enim Deus cœlum et terram creavit, ut in iis habitet Dominus, sic quoque corpus et animam hominis creavit in domicilium suum, ut inhabitet et requiescat in corpore, velut in domo sua: habens sponsam speciosam, dilectam animam, ad imaginem suam conditam. *Despondi enim vos*, inquit Apostolus, *uni viro virginem castam exhibere Christo* [17]. Et iterum: *Cujus domus sumus nos* [18]. Quemadmodum enim vir in domo sua summa diligentia, omnis generis bona in thesaurum colligit, sic quoque Dominus in domum suam, animam et corpus, reponit et colligit divitias Spiritus cœlestes. Neque vero sapientes sapientia sua, neque prudentes prudentia sua potuerunt animæ subtilitatem comprehendere, aut de illa dicere, quo pacto se haberet, nisi solum ii, quibus per Spiritum sanctum revelatur comprehensio, et exacta animæ cognitio perspicitur. Cæterum hic contemplare, discernito et intellige, quo pacto, audi: hic Deus est, illa non est Deus; hic Dominus, illa ancilla; hic Creator, illa creatura; hic opifex, illa figmentum. Nihil commune inter hujus et illius naturam est. At per infinitam, ineffabilem et incomprehensibilem dilectionem et misericordiam ejus placuit illi, in hoc ipso figmento et creatura intellectuali, pretiosa et electa inhabitare, ut ait Scriptura, *Ut simus nos initium aliquod creaturarum ejus* [19], in sapientiam et societatem ejus, in proprium ejus habitaculum, in propriam ac mundam sponsam.

V. Tantis igitur bonis propositis, tantis promissionibus factis, tantaque benignitate a Domino nobis exhibita, ne contemnamus, o filii, neve cunctemur ad vitam æternam proficisci, et nos ipsos penitus Domini beneplacito tradere. Obsecremus **156** ergo Dominum, ut sua divina virtute liberet nos e carcere tenebrarum ignominiosarum affectionum, et imaginem suam et figmentum vindicet, ac splendidum reddat, salvam et puram constituat animam; et ut hac ratione digni habeamur societate Spiritus, glorificantes Patrem, Filium et Spiritum sanctum, in sæcula. Amen.

σαν ὥραν ἐν ὅλῳ τῷ βίῳ διὰ τηλικαῦτα ἀγαθά, τί τοῦτο ἦν; ὦ τῆς ἀῤῥήτου εὐσπλαγχνίας τοῦ Θεοῦ, ὅτι δωρεὰν ἑαυτὸν χαρίζεται τοῖς πιστεύουσιν, ἐν ὀλίγῳ καιρῷ Θεὸν κληρονομῆσαι, καὶ Θεὸν οἰκῆσαι ἐν σώματι ἀνθρώπου, καὶ ἔχειν τὸν Κύριον οἰκίαν καλὴν τὸν ἄνθρωπον. Ὥσπερ γὰρ ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἔκτισεν εἰς τὸ κατοικῆσαι τὸν ἄνθρωπον, οὕτως καὶ τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχὴν τοῦ ἀνθρώπου ἔκτισεν εἰς ἰδίαν οἰκίαν, εἰς τὸ ἐνοικῆσαι καὶ ἀναπαῆναι, ὡς ἐν ἰδίῳ οἴκῳ, τῷ σώματι, ἔχων νύμφην καλὴν τὴν ἐράσμιον ψυχήν, τὴν κατ' εἰκόνα αὐτοῦ πεποιημένην· *Ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς*, φησὶν ὁ Ἀπόστολος, *ἑνὶ ἀνδρὶ, παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ*. Καὶ πάλιν, *Οὗ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς*. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἀνὴρ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ μετὰ σπουδῆς πάντα τὰ ἀγαθὰ ἀποθησαυρίζει· οὕτω καὶ ὁ Κύριος ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ τῇ ψυχῇ καὶ τῷ σώματι, ἀποτίθεται καὶ θησαυρίζει τὸν πλοῦτον τοῦ Πνεύματος τὸν οὐράνιον. Οὔτε δὲ σοφοὶ διὰ τῆς σοφίας, οὔτε φρόνιμοι διὰ τῆς φρονήσεως αὐτῶν ἠδυνήθησαν καταλαβεῖν ψυχῆς λεπτότητα, ἢ εἰπεῖν περὶ αὐτῆς ὡς ἔστιν, εἰ μὴ μόνον οἷς διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀποκαλύπτεται ἡ κατάληψις καὶ γνῶσις ἀκριβὴς περὶ ψυχῆς γνωρίζεται. Ἀλλ' ἐνταῦθα θεώρει, καὶ διάκρινον, καὶ σύνες, πῶς, ἄκουσον· οὗτος Θεὸς, αὕτη οὐ Θεός· οὗτος Κύριος, αὕτη δούλη· οὗτος κτίστης, αὕτη κτίσμα· οὗτος ποιητὴς, αὕτη ποίημα. Οὐδὲν κοινὸν τῆς αὐτοῦ φύσεως, καὶ αὐτῆς τυγχάνει· ἀλλὰ διὰ τὴν ἄπειρον, καὶ ἄῤῥητον, καὶ ἀνεννόητον ἀγάπην, καὶ εὐσπλαγχνίαν αὐτοῦ, εὐδόκησεν εἰς τοῦτο τὸ ποίημα καὶ κτίσμα νοερὸν, καὶ τίμιον καὶ ἐξαίρετον ἔργον ἐνοικῆσαι, ὡς φησιν ἡ Γραφὴ, *Εἰς τὸ εἶναι ἡμᾶς ἀπαρχήν τινα τῶν αὐτοῦ κτισμάτων*, εἰς τὴν αὐτοῦ σοφίαν καὶ κοινωνίαν, εἰς ἴδιον κατοικητήριον, εἰς ἰδίαν καὶ καθαρὰν νύμφην.

Ε'. Τοιούτων οὖν ἀγαθῶν προκειμένων, καὶ τοιούτων ἐπαγγελιῶν ἐπαγγελθεισῶν, καὶ τοιαύτης εὐδοκίας ὑπὸ Κυρίου εἰς ἡμᾶς γεγενημένης, μὴ ἀμελήσωμεν, ὦ τέκνα, μήτε ὀκνήσωμεν ἐπαχθῆναι πρὸς τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, καὶ ἑαυτοὺς ὁλοτελῶς τῇ τοῦ Κυρίου εὐαρεστήσει ἐπιδοῦναι· παρακαλέσωμεν τοίνυν τὸν Κύριον, ἵνα τῇ ἰδίᾳ τῆς θεότητος δυνάμει λυτρώσηται ἡμᾶς ἐκ τῆς φυλακῆς τοῦ σκότους τῶν παθῶν τῆς ἀτιμίας, καὶ τὴν ἰδίαν εἰκόνα, καὶ τὸ πλάσμα ἐκδικήσας ἀναλάμψαι ποιήσῃ, σώσαν καὶ καθαρὰν τὴν ψυχὴν ἀπεργασάμενος, καὶ οὕτως ἀξιωθῶμεν τῆς κοινωνίας τοῦ Πνεύματος, δοξάζοντες Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

HOMILIA L.

Deus est qui per sanctos suos et creaturas edit miracula.

I. Quis, qui clausit portas cœlorum? Elias, an Deus erat in eo, qui imperabat etiam pluviæ [20]? puto eum, qui potestatem habet in cœlum, insedisse in animo illius, verbumque Dei per linguam ejus prohibuisse, ne descenderet pluvia super terram [21].

ΟΜΙΛΙΑ Ν'.

Θεός ἐστιν ὁ διὰ τῶν ἁγίων αὐτοῦ θαυματουργῶν.

Α'. Τίς ἦν ὁ κλείσας τὰς θύρας τῶν οὐρανῶν; Ἠλίας, ἢ ὁ Θεὸς ἦν ἐν αὐτῷ, ὁ ἐπιτάξας καὶ τῷ ὑετῷ; νομίζω, ὅτι ὁ ἐξουσιαστὴς τῷ οὐρανῷ, αὐτὸς ἐνεκαθέσθη ἐντὸς τοῦ νοὸς αὐτοῦ, καὶ διὰ τῆς γλώττης αὐτοῦ ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἐκώλυσε τοῦ μὴ κατελ-

[17] II Cor. xi, 24. [18] Hebr. iii, 6. [19] Jac. i, 18. [20] I Reg. xvii, 1. [21] I Reg. xviii, 44, 45.

Digitized by Google

θεῖν ὑετὸν ἐπὶ τῆς γῆς. Καὶ πάλιν εἶπε, καὶ ἠνοίγησαν αἱ πύλαι τῶν οὐρανῶν, καὶ κατῆλθεν ὁ ὑετός· ὁμοίως καὶ Μωϋσῆς ἔθηκε ῥάβδον, καὶ ἐγένετο ὄφις· καὶ πάλιν εἶπε, καὶ ἐγένετο ῥάβδος. Καὶ ἔλαβεν ἀπὸ καμίνου τέφραν, καὶ ἐσκόρπισε, καὶ ἐγένετο ἕλκη· καὶ πάλιν ἐπέταξε, καὶ ἐγένετο σκνίπες, καὶ βάτραχοι. Ἆρα ταῦτα φύσις ἀνθρώπων ποιεῖν ἠδύνατο; Εἶπε τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἐμερίσθη· τῷ ποταμῷ, καὶ μετεβλήθη εἰς αἷμα. Ἀλλὰ δῆλον, ὅτι οὐρανία δύναμις ᾤκει ἐν τῷ νῷ αὐτοῦ, καὶ διὰ Μωσέως ἐποίει τὰ σημεῖα ταῦτα.

Β'. Ὁ Δαβὶδ πῶς ἄνευ ὅπλου ἠδύνατο μετὰ τοιούτου γίγαντος συμβαλεῖν εἰς πόλεμον; Καὶ ὅτε ἔρριψε τὸν λίθον κατὰ τοῦ ἀλλοφύλου, διὰ τῆς χειρὸς Δαβὶδ, χεὶρ Θεοῦ ὠδήγει τὸν λίθον, καὶ αὐτὴ ἡ θεία δύναμις ἀπέκτεινεν αὐτὸν ποιήσασα τὴν νίκην. Οὐ γὰρ Δαβὶδ ἠδύνατο ἀσθενὴς ὢν τῷ σώματι. Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ ὅτε ἀπῆλθεν εἰς Ἰεριχὼ περιεκαθέσθη ἑπτὰ ἡμέρας μηδὲν δυνάμενος ποιῆσαι τῇ ἰδίᾳ φύσει, ἀλλ' ὅτε ὁ Θεὸς ἐκέλευσε, τὰ τείχη ἀφ' ἑαυτῶν κατέπεσε. Καὶ ὅτε εἰσῆλθεν εἰς τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας, λέγει αὐτῷ ὁ Κύριος, *Ἄπελθε εἰς πόλεμον*· ἀπεκρίθη Ἰησοῦς, *Ζῇ Κύριος, οὐ μὴ ἀπέλθω ἄνευ σοῦ*. Καὶ τίς ἐστιν ὁ ἐπιτάξας τῷ ἡλίῳ στῆναι ἄλλας δύο ὥρας ἐν τῇ συμβολῇ τοῦ πολέμου, ἡ φύσις αὐτοῦ μόνη, ἢ ἡ συνοῦσα αὐτῷ δύναμις; καὶ Μωϋσῆς ὅτε συνέβαλε τῷ Ἀμαλήκ, εἰ μὲν ἐξέτεινε τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, πρὸς τὸν Θεὸν, ἐπάτει τὸν Ἀμαλήκ· εἰ δὲ ἔκλινε τὰς χεῖρας, ὁ Ἀμαλὴκ περιεγίνετο.

Γ'. Σὺ δὲ ἀκούων ταῦτα γινόμενα, μὴ μακρὰν σου ἀπέλθῃ ὁ νοῦς· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκεῖνα τύπος ἦν καὶ σκιὰ τῶν ἀληθινῶν πραγμάτων, ἀνάλαβε εἰς ἑαυτὸν ταῦτα. Ὅτε γὰρ ἐκτενεῖς τὰς χεῖρας τοῦ νοός σου, καὶ τοὺς λογισμοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ θελήσεις προσκολληθῆναι τῷ Κυρίῳ, κατώτερος τῶν λογισμῶν σου γίνεται ὁ Σατανᾶς. Καὶ ὥσπερ εἰς Ἰεριχὼ τὰ τείχη ἔπεσον διὰ δυνάμεως Θεοῦ, οὕτω καὶ νῦν τὰ τείχη τῆς κακίας τὰ κωλύοντά σου τὸν νοῦν, καὶ αἱ πόλεις τοῦ Σατανᾶ, καὶ οἱ ἐχθροί σου ἐξολοθρεύονται διὰ δυνάμεως Θεοῦ· οὕτως ἐν τῇ σκιᾷ Θεοῦ δύναμις ἀδιαλείπτως συνῆν τοῖς δικαίοις, ποιοῦσα θαυμάσια φανερά· καὶ ἔσωθεν δὲ ἐν αὐτοῖς ᾤκει ἡ θεία χάρις. Ὁμοίως καὶ εἰς τοὺς προφήτας ἐνήργει, καὶ διηκόνει τὸ Πνεῦμα ἐν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν τοῦ προφητεύειν, καὶ λαλεῖν, ὅτε χρεία ἦν πράγματα μεγάλα εἰπεῖν τῷ κόσμῳ. Οὐ γὰρ πάντοτε ἐλάλουν, ἀλλ' ὅτι ἤθελε τὸ ἐν αὐτοῖς Πνεῦμα· πλὴν ἡ δύναμις πάντοτε συνῆν.

Δ'. Εἰ οὖν εἰς τὴν σκιὰν τοσοῦτον ἐξεχύθη τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, πόσῳ μᾶλλον εἰς τὴν Καινὴν Διαθήκην, εἰς τὸν σταυρὸν, εἰς τὴν ἔλευσιν τοῦ Χριστοῦ, ὅπου ἐγένετο ἡ ἔκχυσις καὶ ἡ μέθη τοῦ Πνεύματος; *Ἐκχεῶ γὰρ*, φησὶ, *ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα*. Τοῦτό ἐστιν ὃ εἶπεν αὐτὸς ὁ Κύριος, ὅτι *Μεθ' ὑμῶν ἔσομαι ἕως τῆς συντε-*

Iterum locutus est, et apertæ sunt portæ cœlorum, ac descendit pluvia. Similiter quoque Moses ponebat virgam [22], et fiebat serpens; et rursus locutus est, et fiebat virga. Et accepit a camino cinerem, et dispersit, et producebantur ulcera [23], et iterum percussit, et fiebant ciniphes et ranæ. Num hæc natura humana facere potuit? Locutus est mari, et divisum est [24]: fluvio, et mutatus est in sanguinem. Verum patet, quod cœlestis virtus habitaverit in ejus animo, et per Mosen ediderit hæc signa.

II. David quo pacto potuit absque armis in bellum congredi cum tali gigante? Et cum projiceret lapidem in alienigenam sua manu David [25], manus Dei dirigebat lapidem, ipsa quoque virtus divina interfecit illum, parans victoriam. Non enim David hoc poterat, qui erat imbecillis corpore. Jesus, filius Nave [26], cum venisset Jericho, sedit septem dies, nihil efficere valens sua ipsius natura: at ubi jussit Deus, muri sua sponte corruerunt. Et cum ingrederetur terram promissionis, dicit ei Dominus: *Proficiscere in bellum;* respondit Jesus; *Vivit Dominus! non procedam sine te* [27]. Et quis est, qui mandavit soli, ut subsisteret duas alias horas in conflictu belli? An sola ipsius natura, an quæ illi assistebat potentia [28]? Moses quoque, cum manus consereret cum Amalecho, quando extendebat manus in cœlum ad Deum, conculcabat Amalech: quando autem declinaret manus, Amalech superior erat.

III. Tu vero quando hæc auditu percipis, ne procul a te procedat mens tua; verum quia illa typus erant et umbra verarum rerum, accommoda eadem tibi ipsi. Quandocunque enim extenderis manus animi tui et cogitationes in cœlum, atque volueris agglutinari Domino, inferior cogitationibus tuis fit Satanas. Et quemadmodum Jericho muri corruerunt virtute divina [29], sic quoque nunc muri malitiæ impediunt mentem tuam, atque urbes Satanæ et inimici tui perdentur virtute divina. Ad hunc modum in umbra legis virtus divina indesinenter aderat justis, edens manifesta miracula. Atque intus in ipsis habitabat divina gratia. Itidem quoque in prophetis operabatur, atque suppeditabat animis eorum Spiritum prophetandi, et loquendi et dicendi mundo res ingentes, necessitate id poscente. Non enim semper loquebantur, sed quando **157** volebat, qui in ipsis erat, Spiritus: nihilominus facultas semper aderat.

IV. Si igitur in umbram tantopere est effusus Spiritus sanctus, quanto magis in Novum Testamentum, in crucem, in adventum Christi, quando facta est effusio et ebrietas Spiritus? *Effundam enim*, inquit, *de Spiritu meo super omnem carnem* [30]. Hoc est quod ipsemet Dominus dixit, nempe: *Vobiscum ero usque ad consummationem sæculi. Omnis enim*

[22] Exod. VIII, 10. [23] ibid., 17. [24] Exod. XIV, 16, 21. [25] I Reg. XVII, 47. [26] Jos. VI, 20. [27] Jos. X, 13. [28] Exod. XVII, 11. [29] Jos. VI, 20. [30] Act. II, 16. 17; Joel II, 20.

Digitized by Google

qui quærit, invenit [21]. *Si etenim*, inquit, *vos, qui estis mali, nostis bona dona dare filiis vestris, quanto magis Pater vester cœlestis dabit Spiritum petentibus eum cum virtute et summa fidei certitudine* [22] secundum Apostolum? Cæterum ista modo, tempore, labore summo, patientia atque dilectione ejus comparantur, dum exercentur organa animæ sensitiva, ut dictum est, et bono et malo, videlicet, machinis, insidiis et multiplicibus circumstantiis atque deceptionibus malitiæ : itidem quoque diversis gratiæ donis, variis auxiliis, a virtute et efficacia Spiritus profectis. Qui enim cognoscit cicatrices malitiæ, affectionibus inquinantes interiorem hominem; et non perspicit in se auxilium sancti Spiritus veritatis, corroborantem infirmitatem suam atque renovantem animam in exsultatione cordis, ejusmodi qui est, sine discretione graditur non perspiciens multiformem dispensationem gratiæ pacisque divinæ. Et e diverso, qui adjuvatur a Domino, et affluit lætitia spirituali, ac donis cœlestibus, si existimet se non amplius obnoxium peccato, decipitur occulte, quippe qui non habeat facultatem discernendi subtilitatem malitiæ, nec intelligat paulatim fieri incrementum pueritiæ, atque perfectionem in Christo : nam per subministrationem Spiritus sancti et divini, simul fides aucta in incrementum tendit, et omne munimen pravarum cogitationum ex parte destruitur usque ad integram eversionem. Scrutari igitur debet quisque nostrum, si invenerit in fictili hoc apparatu thesaurum, si induerit purpuram spiritus, si viderit regem, et quieverit proximum illi factus, si tandem in alienas domos se direxerit. Nam anima habet partes multas, et altitudinem magnam, et demum peccatum ingressum possedit illius universas partes et cordis penetralia. Deinde inquirente homine, venit gratia ad eum, et occupat duas animæ partes æqualiter. Qui igitur inscius est, invitatus a gratia, arbitratur gratiam ingressam omnes animæ partes obtinere, et peccatum radicitus evelli. Major autem pars a peccato possidetur, et una pars a gratia; et decipitur ille et nescit. Per plura autem adhuc de his habentes attentioni vestræ sinceritatis patefacere, per pauca dedimus vobis principium ut intelligentibus hominibus, ut exercentes et meditantes sermonum virtutem, intelligentiores fiatis in Domino, et **158** simplicitatem cordis vestri augeatis in ejus gratia, et virtute veritatis, ut cum omni securitate vestræ saluti incumbentes, et liberati ab omni curiositate et fraude adversarii digni habeamini innoxii et invicti inveniri in die judicii Domini nostri Jesu Christi; cui gloria et potestas cum Patre et vivifico ejus Spiritu

A *λείας τοῦ αἰῶνος· πᾶς γὰρ ὁ ζητῶν εὑρίσκει. Εἰ γάρ, φησὶν, ὑμεῖς πονηροὶ ὄντες, οἴδατε δόματα ἀγαθὰ διδόναι τοῖς τέκνοις ὑμῶν, πόσῳ μᾶλλον Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος δώσει Πνεῦμα ἅγιον τοῖς αἰτοῦσιν αὐτὸν, δυνάμει καὶ πληροφορίᾳ πολλῇ* κατὰ τὸν Ἀπόστολον; Τὰ οὖν τοιαῦτα καὶ μέτρῳ, καὶ πόνῳ, καὶ κόπῳ πολλῷ, καὶ ὑπομονῇ, καὶ φιλίᾳ τῇ πρὸς αὐτὸν εὑρίσκεται, γυμναζομένων τῶν αἰσθητηρίων τῆς ψυχῆς, κατὰ τὸ εἰρημένον, διὰ καλοῦ τε καὶ κακοῦ, δηλαδὴ διά τε τῶν μηχανῶν καὶ ἐπιβουλῶν, καὶ πολυτρόπων περιστάσεων, καὶ ἐνεδρῶν τῆς κακίας· ὁμοίως δὲ καὶ διὰ τῶν διαφόρων χαρισμάτων καὶ ποικίλων ἀντιλήψεων τῆς ἐνεργείας καὶ δυνάμεως τοῦ Πνεύματος. Ὁ γὰρ γνωρίζων τὴν ἐπουλὴν τῆς κακίας διὰ τῶν παθῶν μιαίνουσαν τὸν ἔσω ἄν-
B θρωπον, καὶ μὴ ἐπιγινώσκων ἐν αὐτῷ τὴν ἀντίληψιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος τῆς ἀληθείας ἐνδυναμοῦσαν αὐτοῦ τὴν ἀσθένειαν καὶ ἀνανεοῦσαν τὴν ψυχὴν ἐν ἀγαλλιάσει καρδίας, ὁ τοιοῦτος ἐν ἀδιακρισίᾳ πορεύεται, μὴ γνωρίζων γε μὴν τὴν πολύτροπον οἰκονομίαν τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος καὶ εἰρήνης. Καὶ πάλιν δὲ ὁ βοηθούμενος ὑπὸ τοῦ Κυρίου, καὶ εὑρισκόμενος ἐν εὐφροσύνῃ πνευματικῇ καὶ χαρίσμασι ἐπουρανίοις, ἐὰν νομίσῃ μηκέτι ἀνακεῖσθαι ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας, ἀπατᾶται κλεπτόμενος, μὴ διακρίνων λεπτότητα τῆς κακίας· καὶ μὴ συνιὼν τὴν κατὰ μέρος γενομένην τῆς νηπιότητος αὔξησιν καὶ τελειότητα ἐν Χριστῷ. Διὰ γὰρ τῆς ἐπιχορηγίας τοῦ ἁγίου καὶ θεί-
κοῦ Πνεύματος [ὁμοῦ τε καὶ ἡ πίστις αὐξανομένη εἰς
C προκοπὴν ἔρχεται, καὶ πᾶν ὀχύρωμα πονηρῶν λογισμῶν κατὰ μέρος χωρεῖ εἰς καθαίρεσιν παντελῆ. Ἐρευνᾷν οὖν ὀφείλει ἕκαστος ἡμῶν, εἰ εὗρεν ἐν τῷ ὀστρακίνῳ τούτῳ σκεύει [1] τὸν θησαυρὸν, εἰ ἐνεδύσατο τὴν πορφύραν τοῦ πνεύματος, εἰ εἶδε τὸν βασιλέα, καὶ ἀνεπαύθη [2] ἐγγύτατος αὐτοῦ γενόμενος, εἴτε ἀκμὴν εἰς τοὺς ἐξωτάτους οἴκους διακινεῖ· ἡ γὰρ ψυχὴ ἔχει μέλη πολλὰ, καὶ βάθος πολὺ, καὶ λοιπὸν ἡ ἁμαρτία ἐπεισελθοῦσα κατέσχεν αὐτῆς ὅλα τὰ μέλη καὶ τὰς νομὰς τῆς καρδίας. Εἶτα ἐπιζητοῦντος τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται ἡ χάρις πρὸς αὐτὸν, καὶ κατέχει δύο μέλη τῆς ψυχῆς ἴσως. Ὁ οὖν ἄπειρος, παρακαλούμενος ὑπὸ τῆς χάριτος, νομίζει, ὅτι ἐλθοῦσα ἡ χάρις ὅλα τὰ μέλη τῆς ψυχῆς κατέσχε, καὶ ἐξερρι-
D ζώθη [3] ἡ ἁμαρτία. Τὸ πλεῖστον δὲ μέρος τῆς ἁμαρτίας κρατεῖται, καὶ ἓν μέρος ὑπὸ τῆς χάριτος· καὶ ὑποκλέπτεται καὶ οὐκ οἶδε. Διὰ πλειόνων δὲ ἔτι περὶ τούτων ἔχοντες ἐπιστεῖλαι τῇ διαθέσει τῆς ὑμετέρας εἰλικρινείας, δι' ὀλίγων ἐδώκαμεν ὑμῖν ἀφορμὴν ὡς συνετοῖς ἀνδράσιν, ἵνα ἐργασάμενοι καὶ ἐξερευνήσαντες τὴν τῶν λόγων δύναμιν, συνετώτεροι γένησθε ἐν Κυρίῳ, καὶ τὴν ἁπλότητα τῆς καρδίας ὑμῶν αὐξάνητε ἐν τῇ αὐτοῦ χάριτι, καὶ δυνάμει τῆς ἀληθείας, ἵνα μετὰ πάσης ἀσφαλείας ἀντεχόμενοι τῆς ἑαυτῶν

[21] Matth. xxviii, 20. [22] Matth. vii, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[1] Cod. σκεύη. [2] *Isc.*, ἀνεπάη aut ἀνεπαύη. [3] Cod. ἐξεριζώθη.

Digitized by Google

σωτηρίας, καὶ ῥυσθέντες ἀπὸ πάσης περιεργείας καὶ δολιότητος τοῦ ἀντικειμένου καταξιωθῆτε ἀπτωτοι καὶ ἀκαταγώνιστοι, εὑρεθῆναι ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς διαγνώσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ζωοποιῷ Πνεύματι αὐτοῦ νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς ἀτελευτήτους αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.]

nunc et semper, et in infinita sæcula sæculorum. Amen.

S. P. N. MACARII ÆGYPTII

OPUSCULA ASCETICA.

(Galland. *Biblioth. Patr.* t. VII, p. 161.)

—

Hæc opuscula sub sancti Macarii Ægyptii nomine primus edidit ex Francisci Turriani Societatis Jesu codice antiquo Petrus Possinus Tolosæ 1683 in-4, exinde a Georgio Pretio inter Macariana opera, Lipsiæ, 1714, in-8, et a Gallandio in *Bibliotheca Veterum Patrum* denuo sunt recusa. Hæc opuscula non esse quidem genuina sancti Macarii opera, sed ex ejusdem homiliis fuisse compilata ex comparatione opusculorum cum homiliis patet et insuper comprobatur fide codicum Græc. Bibliothecæ Cæsareæ Vindobonensi nris CIV, olim CCXL, in-fol.), CXL (olim CLXXIX, in-4), CLXXIX (olim CLVI, in-4), CXCII (olim CCXXXIV in-4). Codex CIV etiam Simeonem Logothetam qui floruit sæculi duodecimi priore parte (1152), opusculorum compilatorem esse diserte prodit. Opuscula enim ibidem ita leguntur inscripta : Κεφάλαια τοῦ ἁγίου Μακαρίου μεταφρασθέντα παρὰ Συμεὼν τοῦ Λογοθέτου (sic) ρν' *Sancti Macarii capita* 50 *a Simeone Logotheta transcripta.* Edit.

ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΠΕΡΙ ΦΥΛΑΚΗΣ ΚΑΡΔΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ.

—

MACARII MAGNI

DE CUSTODIA CORDIS

LIBER.

—

Α'. Πῶς δύναται λέγειν ὁ τυχὼν, ὅτι νηστεύων, καὶ ξενιτεύων, καὶ ψωμίζων μου τὰ ὑπάρχοντα ἅγιός εἰμι; Ἅγιός ἐστιν, οὐ καθαρθεὶς τὸν ἔσω ἄνθρωπον;

159 Quomodo potest dicere quilibet : Jejunans, peregre degens, divisis dispertitisque bonis meis omnibus, sanctus sum? An ille sanctus est, qui nondum

Digitized by Google

emundavit interiorem hominem? non enim qualiscunque abstinentia a malis, sed quæ intimos conscientiæ sinus omni inquinamento cum diligentia expurgat, perfecta demum emundatio est. Ergo ingredere sis heus tu, in laxa penitus conclavia late intus vagantium cogitationum tuarum, ad tuam captivam et servam peccati mentem; et vide in intimo ejus fundo, sub turba bullientium cogitationum, in ipsis, quæ animæ penetralia dicuntur, occultissimis conscientiæ recessibus, reptantem nidulantemque anguem, qui te occidit, veneno suo insectis vitalibus animæ tuæ partibus ac membris. Abyssus enim imperscrutabilis cor est, et si quidem istum interfeceris, tunc sane aude apud Deum gloriari de tua puritate : sin minus, humiliatus, ut indigens et peccator, accede ad Deum, et coram illo procide orans, ut te ab occultis tuis mundet.

A οὐ γὰρ ἡ ἀποχὴ τῶν κακῶν ἐστιν ἡ κάθαρσις, ἀλλ' ἡ κατὰ συνείδησιν τελεία κάθαρσις. Εἴσελθε γὰρ, ὦ οὗτος, διὰ τῆς τῶν λογισμῶν σου ἐπιτάσεως πρὸς τὸν αἰχμάλωτον, καὶ δοῦλον τῆς ἁμαρτίας νοῦν σου, καὶ ἴδε τὸν κατώτερον τοῦ νοῦ καὶ βαθύτερον τῶν λογισμῶν, εἰς τὰ λεγόμενα ταμιεῖα τῆς ψυχῆς σου τὸν ἕρποντα καὶ ἐμφωλεύοντα ὄφιν, τὸν φονεύσαντά σε διὰ τῶν καιριωτέρων τῆς ψυχῆς σου μελῶν· ἄβυσσος γάρ ἐστιν ἀκατάληπτος ἡ καρδία· καὶ ἐὰν τοῦτον φονεύσῃς, καύχησαι τῷ Θεῷ περὶ καθαρότητος· εἰ δὲ μὴ, ταπεινωθεὶς ὡς ἐνδεὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ὑπὲρ τῶν κρυφίων σου δεόμενος τοῦ Θεοῦ.

II. Vera mors intus in corde abscondita est, qua exterior homo, utcunque spirare videatur, revera est mortuus. Si quis igitur in illo arcano cordis a morte ad vitam transit, is vere vivit vita perenni, nec amplius moritur. Etsi enim talium quoque corpora, separantibus se statuto tempore ab iis animabus, certo spatio solvuntur, eadem tamen, utpote sanctificata, resurgent cum gloria. Propterea somnum vocamus mortem sanctorum.

B Β'. Ὁ ἀληθινὸς θάνατος ἔνδοθεν ἐν τῇ καρδίᾳ κέκρυπται, καὶ ὁ ἄνθρωπος ἔσω νενέκρωται. Εἴ τις οὖν μεταβέβηκεν ἐκ τοῦ θανάτου εἰς τὴν ζωὴν ἐν τῷ κρυπτῷ, οὗτος ἀληθῶς εἰς τοὺς αἰῶνας ζῇ, καὶ οὐκ ἀποθνήσκει· ἀλλ' εἰ καὶ τὰ σώματα τῶν τοιούτων λύεται πρὸς καιρόν τινα, ἀλλ' οὖν ἡγιασμένα τέ εἰσι καὶ ἐγείρονται σὺν δόξῃ· διὸ καὶ ὕπνον λέγομεν τὴν κοίμησιν τῶν ἁγίων.

III. Totum adversarii certamen in eo desudat, ut queat mentem nostram a Dei recordatione et amore abstrahere, illecebras ad id adhibens terrenas, omnique arte satagens affectum sensumque nostrum ab eo, qui unus vere bonus est, ad ea, quæ sola opinione, non autem solida veritate, bona sunt, avertere. Quodcunque enim homo bonum facit, polluere ac contaminare improbus conatur, maximeque contendit, cum quem videt legi observandæ operam dantem, operi bono aut vanæ gloriæ, aut tumidæ sui præsidentiæ labem inspergere, ne Dei solius causa, et ex bono vereque laudabili proposito, quod exterius bene sit interius geratur.

Γ'. Ὅλος ὁ ἀγὼν τοῦ ἀντικειμένου οὗτός ἐστιν, ἵνα δυνηθῇ τὸν νοῦν ἡμῶν ἀπὸ τῆς πρὸς Θεὸν μνήμης καὶ ἀγάπης ἐκσπᾶσαι, δελεάσμασι γηΐνοις χρώμενος, καὶ ἀπὸ τοῦ ὄντος καλοῦ παρεκτρέπων ἐπὶ τὰ δοκήσει, ἀλλ' οὐκ ὄντως καλά. Πᾶν γὰρ ὃ ἐὰν ποιῇ ἄνθρωπος καλὸν, σπιλοῦν καὶ μιαίνειν ὁ πονηρὸς C βούλεται, καὶ τὴν ἰδίαν ἐπείσπορὰν τῆς κενοδοξίας ἢ ὀνήσεως τῇ ἐντολῇ συμμίγειν ἀγωνίζεται· ἵνα μὴ διὰ Θεὸν καὶ μόνον κατὰ προθυμίαν ἀγαθὴν τὸ γινόμενον ἀγαθὸν γένηται.

IV. Quid igitur? nos nunquam ac nusquam soliti in cor nostrum ingredi, quomodo incipiemus? Per jejunium et orationem foris stantes pulsemus, prout Dominus jussit, dicens : *Pulsate et aperietur vobis* [1]. Si enim permanserimus in verbo Domini et in sensu intime demisso mendicitatis et vilitatis nostræ ; ac simul exercitio cunctarum quæ per mandata imperantur, virtutum, nocte ac die perseveraverimus pulsantes spiritualem Domini januam, poterimus potiri eo, quod quærimus. Per hanc enim januam potest liberationem assequi quicunque vult fugere a captivitate tenebrarum. Invenit quippe ibi libertatem animæ, et recipit congruas ipsi cogitationes; ac tandem eo usque provehitur, ut possideat cœlestem regem Christum.

Δ'. Τί οὖν ; ἡμεῖς οἱ μηδόλως εἰς τὴν καρδίαν εἰσελθόντες, πῶς ἀρξώμεθα ; διὰ νηστείας καὶ προσευχῆς ἔξω ἑστῶτες κρούομεν, καθὼς ὁ Κύριος ἐκέλευσεν εἰπών· *Κρούετε καὶ ἀνοιγήσεται ὑμῖν*. Ἐὰν γὰρ ἐμμείνωμεν τῷ λόγῳ τοῦ Κυρίου, καὶ τῇ πτωχείᾳ, καὶ τῷ ταπεινῷ φρονήματι, καὶ πάσαις ταῖς τῶν ἐντολῶν ἀρεταῖς νυκτὸς καὶ ἡμέρας κρούοντες εἰς τὴν πνευματικὴν τοῦ Κυρίου θύραν, δυνησόμεθα τυχεῖν τοῦ ζητουμένου. Διὰ ταύτης γὰρ τῆς θύρας δύναται ἀπολυτρώσεως τυχεῖν πᾶς ὁ βουλόμενος φυγεῖν τοῦ D σκότους. Εὑρίσκει γὰρ ἐκεῖ τὴν ἐλευθερίαν τῆς ψυχῆς, καὶ ἀπολαμβάνει τοὺς λογισμοὺς αὐτῆς, καὶ κτᾶται τὸν ἐπουράνιον βασιλέα Χριστόν.

160-162 V. Quando mens oblita fuerit mentalis et piæ afflictionis, tunc et mandatorum obliviscitur ; quando videtur currere, errat a via plana, et obliquis gyrans semitis ambulat : propter quod in feras incurrit bestias. Nisi enim orationis et spei laborem excidissemus, non utique peccavissemus.

Ε'. Ὅταν ὁ νοῦς ἐπιλάθηται τῆς νοερᾶς καὶ εὐσεβοῦς θλίψεως, τότε καὶ τῶν ἐντολῶν ἐπελάθετο· καὶ ὅθεν ἂν δοκῇ τρέχειν, παρεκτρέπεται τῆς λείας, καὶ σκολιάζων πολιτεύεται. Διὰ τοῦτο συναντᾷ θηρίοις. Εἰ γὰρ μὴ τὸν τῆς εὐχῆς καὶ ἐλπίδος κόπον ἐκκόπτομεν, οὐκ ἂν ἐπλημμελήσαμεν· τοῖς γὰρ περὶ ψυχῆς θλι-

[1] Matth. VII, 7; Luc. IX, 9.

Digitized by Google

δομένοις λέγει ἡ Γραφή· *Πιστὸς ὁ Θεὸς, οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὁ δύνασθε· ἀπαιδεύτοις δὲ συναντήσαι κακά.*

His porro, qui animo angustiantur, dicit Scriptura: *Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis* [1]. *Qui autem indociles sunt, eis occurrent mala* [2].

Ϛ'. Ὥσπερ οἱ ἔξω ὀφθαλμοὶ βλέπουσι μακρόθεν τὰς ἀκάνθας, καὶ τοὺς κρημνούς· οὕτω καὶ ὁ προβλεπτικὸς νοῦς προβλέπει ταχὺς ὢν τῆς ἀντικειμένης δυνάμεως τὰς τέχνας καὶ τὰς ἐπισκευὰς, καὶ ἀσφαλίζεται τὴν ψυχὴν, ὡς ὀφθαλμὸς ὢν αὐτῆς.

VI. Sicut exteriores oculi longe prospiciunt spinas et præcipitia; sic et acri providendi perspicacia prædita mens cito prospicit adversariæ potestatis artes insidiasque, ac contra eas præmunit animam, cujus est oculus.

Ζ'. Ἀγῶνος πολλοῦ καὶ πόνου κρυπτοῦ καὶ ἀοράτου χρεία, λογισμῶν ἔρευναν ποιεῖσθαι, καὶ τὰ ἠσθενηκότα *τῆς ψυχῆς ἡμῶν αἰσθητήρια γυμνάζειν πρὸς διάκρισιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ*· δεῖ πάντοτε καὶ ἀναζωπυρεῖν διὰ τοῦ νοὸς πρὸς Θεὸν ἐπείξεως τὰ ἐξησθενηκότα τῇ ψυχῇ μέλη· τοῦ νοῦ ἡμῶν προσκαλουμένου μετὰ τοῦ Κυρίου πάντοτε, ἵνα γένηται *εἷς ἓν πνεῦμα* κατὰ τὸ λόγιον Παύλου. Τοῦτον δὲ τὸν κρυπτὸν ἀγῶνα καὶ μελέτην Κυρίου καὶ πόνον νυκτὸς καὶ ἡμέρας ἔχειν ἡμᾶς χρὴ εἰς πᾶσαν ἐπιτήδευσιν ἐντολῆς, εἴτε εὐχομένων, εἴτε ἐσθιόντων, ἢ διακονούντων, ἢ πινόντων, ἢ ἕτερόν τι ποιούντων, ἵνα πᾶν ὃ γίνεται ἀγαθὸν ἐπιτήδευμα εἰς δόξαν Θεοῦ γένηται. Ἁγιάζεται γὰρ καὶ ἡ τῶν ἐντολῶν πᾶσα ἀκολουθία· καὶ καθαρῶς ὑφ' ὑμῶν ἐπιτελεῖται, διὰ τῆς ἀδιαλείπτου μνήμης τοῦ Θεοῦ, καὶ φόβου καὶ ἀγάπης τῆς πρὸς Θεὸν, καὶ γινόμεθα ἐκτὸς ἀπὸ τοῦ μιαίνοντος τὰς ἐντολὰς τοῦ Θεοῦ.

VII. Contentione multa, et labore, eoque occulto et invisibili, est opus in scrutatione cogitationum facienda: et in hebetatis *animæ nostræ sensibus acuendis exercitandisque ad discretionem boni et mali* [3]. Oportet omnino undecunque exsuscitare conatu mentis ad Deum se incitantis, debilitata animæ membra: mente nostra cum Domini adjutorio semper nos provocante, ut cum illo coalescamus *in unum spiritum* [4] juxta oraculum Pauli. Hoc autem certamen occultum, et meditationem Domini, ac laborem diu noctuque necesse est nos habere ad omnem studiosam exsecutionem mandati præscribentis quidpiam sive orantibus sive comedentibus, sive ministrantibus, sive bibentibus, sive aliud quidvis agentibus, ut quodcunque fit opus bonum, in Dei gloriam fiat. Sanctificatur enim tota series mandatorum, et pure perfecteque a nobis exsecutioni traditur per indesinentem memoriam Dei perque timorem et charitatem erga Deum; per hæc enim nos disjungimus seorsimque locamus ab eo, qui polluit mandata Dei.

Η'. Καὶ γὰρ ὁ πατριάρχης Ἀβραὰμ ἐκ τῶν ἀκροθινίων τῷ ἱερεῖ τοῦ Θεοῦ Μελχισεδὲκ προσήνεγκε, καὶ οὕτως τὴν εὐλογίαν ἐδέξατο παρ' αὐτοῦ. Τί δ' ἄλλο διὰ τούτων αἰνίττεται τὸ Πνεῦμα, ἀλλ' ἢ ὑψηλοτέραν θεωρίαν ἐμφαίνων που, τὰ ἄκρα καὶ τὰ ὀστᾶ τοῦ ὅλου συγκρίματος τῆς φύσεως ἡμῶν; τουτέστιν, αὐτὸν τὸν νοῦν, αὐτὴν τὴν συνείδησιν, αὐτὴν τὴν διάθεσιν, αὐτὸν τὸν λογισμὸν, αὐτὴν τῆς ψυχῆς τὴν ἀγαπητικὴν δύναμιν, τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ὅλου ἡμῶν ἀνθρώπου τῷ Θεῷ πρότερον κομίζειν δεῖν πάντοτε, τὴν τῆς καρδίας ἱερὰν θυσίαν· τὰ ἀκροθίνια, καὶ τὰ ἄκρα τῶν ἀγαθῶν λογισμῶν εἰς τὴν αὐτὴν μνήμην καὶ μελέτην διὰ παντὸς ἀπασχολοῦντος. Καὶ οὕτως δυνάμεθα ὁσημέραι τὴν αὔξησιν καὶ προκοπὴν λαμβάνειν βοηθούμενοι ὑπὸ τῆς θείας χάριτος, καὶ τὸ φορτίον τῆς δικαιοσύνης τῶν ἐντολῶν, ἐλαφρὸν ἡμῖν καταφανήσεται, καθαρῶς καὶ ἀμώμως ταύτας ἐπιτελοῦντες, συνεργούμενοι ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου διὰ τῆς πρὸς αὐτὸν ἡμῶν πίστεως. Περὶ δὲ τῆς φαινομένης ἀσκήσεως, καὶ ποῖον ἀγαθὸν ἐπιτήδευμα μεῖζον καὶ πρῶτον τυγχάνει, τοῦτο γινώσκετε, ἀγαπητοὶ, ὅτι ἀλλήλων πᾶσαι αἱ ἀρεταὶ κρέμανται, καὶ ἀλλήλων συνδέδενται, καὶ ὥσπερ ἱερά τις πνευματικὴ ἅλυσις, μία ἀπὸ μιᾶς ἤρτηται· ἡ εὐχὴ ἀπὸ τῆς ἀγάπης, ἡ ἀγάπη ἀπὸ τῆς χαρᾶς, ἡ χαρὰ ἀπὸ τῆς πραότητος, ἡ πραότης ἀπὸ τῆς ταπεινώσεως, ἡ ταπείνωσις ἀπὸ τῆς διακονίας, ἡ διακονία ἀπὸ τῆς ἐλπίδος, ἡ ἐλπὶς ἀπὸ τῆς πίστεως, ἡ πίστις ἀπὸ τῆς ὑπακοῆς, ἡ

VIII. Etenim patriarcha Abraham e primitiis sacerdoti Dei Melchisedech obtulit [5]; et sic benedictionem accepit ab ipso; Quid vero aliud per hæc adumbrat Spiritus? sublimiori nimirum intelligentia significare vult, utique summa et intima, verticem et ossa totius concretionis naturæ nostræ; hoc est, ipsam mentem, ipsam conscientiam, ipsam dispositionem, ipsam cogitationem, ipsam amandi potentiam, tanquam primitias totius nostri hominis, Deo ante omnia debere nos afferre, et velut sacram cordis nostri offerre victimam, primitias et summitates bonarum cogitationum, in eamdem Dei memoriam et meditationem, omni alia occupatione seposita, vacantis. Et sic possumus quotidie augmentum et profectum accipere, adjuti a divina gratia; et onus justitiæ mandatorum leve nobis apparebit, pure et irreprehensibiliter ea implentibus, cooperante ad hoc nobis ipso Domino per nostram in ipsum fidem. De apparente vero exercitatione, et quodnam bonum studium majus inter omnia et primum sit, illud scitote, dilectissimi, hærere committique invicem virtutes omnes, et nexu pendere mutuo devinctas unam ab altera, sic constituentes sacram quamdam et spiritualem catenam, in qua oratio charitati, charitas gaudio, gaudium mansuetudini, **163** mansuetudo humilitati, humilitas ministrationi, ministratio spei, spes fidei, fides obedientiæ, obedientia simplicitati,

[1] I Cor. x, 13. [2] Deut. xxxi, 29. [3] Hebr. v, 14. [4] I Cor. vi, 17. [5] Gen. xiv, 18.

Digitized by Google

subjuncta insertaque connectitur. Sicut e contrario vitia quoque inter sese junguntur, et ex uno aliud germinat; puta odium ab ira, ira a superbia, superbia a vana gloriatione, vana gloriatio ab infidelitate, infidelitas a duritie cordis, durities cordis a negligentia, negligentia a languore, languor a despicientia, despicientia a pigritia, pigritia a pusillanimitate, pusillanimitas ab amore voluptatis, et sic alia membra malitiæ suspensa nexaque trahuntur invicem. Pari exemplo atque in parte meliori virtutes ex se mutuo pendent. Caput vero virtutis omnis et supremus vertex operum laudabilium est constans in oratione perseverantia, per quam reliquas quoque virtutes a Deo continua petitione impetratas adipisci quotidie possumus.

A spiritibus, spiritui Dei et spiritui mundi, animam quamlibet communicare. *Propterea*, enim dicit *omnem viam iniquitatis odio habui*[33], *ad omnia mandata tua dirigebar.*

V. Non ab exterius apparentibus peccatis solum, puta fornicatione, homicidio, furto, crapula, calumniæ studio, mendacio, cupiditate pecuniæ, avaritia et talibus præstare se puram oportet virginem animam, et quæ Deo se conjungere decreverit; sed et multo magis ab occultis, uti diximus, hoc est, a cupiditate, a vanæ gloriæ ambitu, a nimio desiderio hominibus placendi, a simulatione, ab affectatione dominationis, a dolo, a malignitate, ab odio, ab infidelitate, ab invidia, a sui amore immoderato, ab arrogantia, similibusque id genus. B Novit enim, ait Scriptura, occulta hæc animæ peccata pari loco cum externis Dominus censere, dicit quippe : *Dissipavit ossa eorum, qui hominibus placent*[33]. Et : *Virum sanguinum et dolosum abominabitur Dominus*[34]. Dolum æque ac homicidium ostendens abominationi Deo esse. *Et qui loquuntur pacem cum proximo*[35], et quæ sequuntur. Et rursus.: *Etenim in corde iniquitates operamini, in terra*, etc. Et: *Væ vobis cum benedixerint vobis homines*[36]. Hoc est ; cum studueris ab hominibus bene audire, et in gloriam laudesque ipsorum ferimini. Etenim qui potest fieri, ut bene operantes omnino lateant? præsertim cum ipse Dominus dicat : *Luceat lux vestra coram hominibus*[37]. At de cætero studete, ait, ad Dei gloriam quod bonum est agere, non autem ad captandam **171** vobis laudem propriam ; nec ut videanini humanarum laudum encomia impudenter amare. Nam et infideles esse tales ostendit dicens : *Quomodo potestis fidem habere, gloriam ab invicem accipientes, et gloriam, quæ a solo Deo est, non quærentes*[38]. Vide et Apostolum, quomodo omnia usque ad ipsum manducare et bibere, in gloriam Dei præcipit agere ; ait enim : *Sive manducatis, sive bibitis, sive aliud quid agitis, omnia in gloriam Dei facite*[39]. At divinus Joannes homicidio adæquans odium, *qui odit*, inquit, *fratrem suum homicida est*[40].

VI. *Charitas omnia suffert, omnia sustinet. Charitas nunquam excidit*[41]. Hæc verba, *nunquam excidit*, D sunt ejus, qui significare velit : eos, qui supra memorata charismata Spiritus assecuti sunt, nondum autem per plenissimam et efficacem charitatem Spiritus summa a passionibus libertate sunt dignati, nondum securitatem attigisse : sed in periculo adhuc et timore res ipsorum stare, propter spiritualia nequitiæ. Istam enim mensuram haud adhuc infra discrimen lapsus ex perturbatione vehementi, constitutam esse ostendit : nec talem esse, cui linguæ angelorum, prophetia, omnis scientia, et curationum charisma comparata, nihil sint.

[33] Psal. cxviii, 128. [33] Psal. lii, 6. [34] Psal. v, 7. [35] Psal. xxvii, 3. [36] Luc. vi, 26. [37] Matth. vi, 16. [38] Joan. v, 44. [39] I Cor. v, 31. [40] I Joan. iii, 15. [41] I Cor. xiii, 7, 15.

Digitized by Google

VII. Per hoc perfectionis declaravit scopum, ut unusquisque egenum se tantarum divitiarum recognoscens ferventi et perseveranter contendente spiritu usque ad ultimum festinet, et spirituale sic percurrat stadium, donec comprehendat, sicut dictum est : *Sic currite, ut comprehendatis* [42].

A

VIII. Abnegare se ipsum hoc puta esse : promptum se ad omnia fraternitati præbere, et in nullo prorsus voluntati propriæ obsequi; nec ullius se, præter solam vestem, dominum putare, ut undique expeditus in procinctu stet ad quidvis imperatum cum gaudio exsequendum, ut mancipium se habet adversus omnes ; maxime autem præpositis obsequatur, Christo obtemperans dicenti : *Qui vult inter vos primus esse et magnus, sit omnium minister, et ultimus, et servus* [43] ; non gloriam, honorem aut laudem venans; non ad oculum serviens, aut placere hominibus studens ; sed debitorem se per omnia reputans ministerii in charitate et simplicitate fratribus exhibendi.

B

IX. Præpositos fraternitatis, operi magno admotos, adversus contra molientis malitiæ artificia decertare per humilitatem oportet, ne vitio superbiæ, ut in fratres ipsis subditos dominantes, vice lucri maximi, damnum nobis ipsis procuremus. Sed ut misericordes Patres, quique potius propter Deum se fraternitati ad serviendum, corporaliter et spiritualiter dediderint, eorum ut Dei filiorum diligentem in omnibus curam gerant ; arguendo ubi convenit, ubi oportet consolando; ne obtentu humilitatis et mansuetudinis in confusione monasteria sint ; congruum ordinem præsidentium et subjectorum non servantia ; in secreto autem mentis servos indignos omnium fratrum se ipsos reputantes ; atque ut boni pædagogi, quibus spirituales filii concrediti sunt, cum omni benevolentia et Dei timore unumquemque fratrum promovere ad omne bonum studentes ; non ignari, magnam ipsis et inamissibilem, laborisque quantivis excedentem meritum, repositam esse mercedem.

C

172 X. Ut qui curam suscipiunt regendorum et instituendorum adolescentum, quos contingit aliquando et proprios ipsorum esse dominos ; tamen ut disciplina eos salubri imbuant, et mores ipsorum honestos forment, non cunctantur eos interdum plagis etiam magna libertate impositis castigare ; sic oportet et præpositos, non iræ perturbatione, aut fastu superbiæ; neque ut se ipsos ulciscentes, afficere pœna merita eos ex fratribus, qui correctione indigent aliqua ; verum id faciant benignis visceribus et scopum intuentes unum spiritualis ipsorum utilitatis, ut operentur ipsorum conversionem.

D

XI. Multo studio, contentione, cura, et certamine possumus charitatem in Deum acquirere, gratia et dono Christi, qui formatur in nobis. Ex hoc quoque primo sic expleto mandato, ad secundum

Ζ'. Διὰ τοῦτο τῆς τελειότητος ὑπέφηνε τὸν σκοπόν· ἵν' ἕκαστος πτωχεῖν ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ τηλικούτου πλούτου διαγινώσκων, θερμῷ τῷ πνεύματι καὶ συντόνῳ πρὸς τὸ ἔσχατον κατεπείγηται, τὸν πνευματικὸν οὕτω τρέχῃ δρόμον, ἄχρις ἂν καταλάβῃ, καθὼς εἴρηται· *Οὕτω τρέχετε, ἵνα καταλάβητε.*

Η'. Τὸ ἀπαρνήσασθαι ἑαυτὸν τοῦτο νόμιζε εἶναι· τὸ ἕκδοτον εἰς ἅπαν τῇ ἀδελφότητι παρασχεῖν, καὶ θελήματι ἰδίῳ παντάπασι μὴ στοιχεῖν· μήτε τινὸς κύριον εἶναι, ὅτι μὴ τοῦ ἐνδύματος μόνον· ἵνα πάντοθεν ἄνετος ὢν, τῶν ἐπιταττομένων αὐτῷ μόνον μετὰ χαρᾶς ἔχηται, ὡς ἄν τις ἀργυρώνητος ὢν πρὸς πάντας, καὶ μάλιστα τοὺς ἐξηγουμένους, Χριστῷ πειθόμενος τῷ εἰπόντι· *Ὁ θέλων ἐν ὑμῖν πρῶτος εἶναι καὶ μέγας, ἔστω πάντων διάκονος, καὶ ἔσχατος, καὶ δοῦλος*, μὴ δόξαν καὶ τιμὴν, μὴ ἔπαινον ποριζόμενος· μὴ ἐν ὀφθαλμοδουλείᾳ ὡς ἀνθρωπάρεσκος· ἀλλ' ὀφειλέτην ἑαυτὸν διὰ παντὸς ἡγούμενος τῆς ἐν ἀγάπῃ τε καὶ ἁπλότητι πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς διακονίας.

Θ'. Τοὺς ἐξηγουμένους τῆς ἀδελφότητος, ὡς μεγάλῳ ἔργῳ ἐπιβαλλομένους πρὸς τὰς τῆς κακίας ἀντιτέχνους μεθοδείας ἀγωνίζεσθαι διὰ ταπεινοφροσύνης δεῖ, ἵνα μὴ πάθει ὑπερηφανίας ὡς τῶν ὑποτεταγμένων ἀδελφῶν κατεξουσιάζοντες, ἀντὶ μεγίστου κέρδους, ζημίαν ἑαυτοῖς προξενήσωμεν· ἀλλ' ὡς εὔσπλαγχνοι πατέρες, καὶ δουλεύειν μᾶλλον διὰ τὸν Θεὸν ἐκδόντες τῇ ἀδελφότητι ἑαυτοὺς σωματικῶς τε καὶ πνευματικῶς, ὑπὲρ αὐτῶν φροντίζωσι, καὶ ὡς τέκνων Θεοῦ, διαπαντὸς ἐπιμέλωνται, ἐλέγξαι ὅπου χρὴ, καὶ ἐν ᾧ δεῖ παρακαλέσαι· ἵνα μὴ προφάσει ταπεινότητος καὶ πραότητος ἐν συγχύσει τὰ μοναστήρια ἦν, τὴν προσήκουσαν τάξιν τῶν προεστώτων καὶ ὑποβεβηκότων οὐκ ἀποσώζοντα· ἐν δέ γε τῷ ἀφανεῖ τῆς διανοίας ὡς δούλους ἀναξίους πάντων τῶν ἀδελφῶν ἑαυτοὺς ἡγούμενοι, ὡς παιδαγωγοὶ πνευματικὰ τέκνα πεπιστευμένοι, μετὰ πάσης εὐνοίας καὶ φόβου Θεοῦ ἕκαστον τῶν ἀδελφῶν καταρτίζειν εἰς πᾶν ἀγαθὸν σπουδάζοντες· μὴ ἀγνοοῦντες, ὅτι μέγας αὐτοῖς καὶ ἀναφαίρετος ὁ ὑπὲρ τοῦ καμάτου μισθὸς ταμιεύεται.

Ι'. Ὥσπερ οἱ παιδαγωγεῖν τοὺς νέους παραλαβόντες, ἔστιν ὅτε καὶ δεσπότας ὄντας ἰδίους, ἀλλ' οὖν παιδείας χάριν καὶ εὐκοσμίας ἠθῶν οὐκ ὀκνοῦσιν ὅμως καὶ πληγὰς αὐτοῖς ἐντείνειν, κατὰ πολλὴν ἄδειαν· οὕτω δεῖ καὶ τοὺς προεστῶτας, οὐ πάθει θυμοῦ καὶ ὑψηλοφροσύνης, οὐδ' ὡς ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, ἀμύνεσθαι τοὺς παιδείας τινὸς τῶν ἀδελφῶν ἐπιδεομένους, ἀλλὰ σπλάγχνοις χρηστοῖς, καὶ σκοπῷ πνευματικῆς ὠφελείας, τὴν ἐπιστροφὴν ἐκείνων ἐργάζεσθαι.

ΙΑ'. Ὅτι διὰ πολλῆς σπουδῆς καὶ πόνου, μερίμνης τε καὶ ἀγῶνος τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην δυνατοὶ γινόμεθα κτήσασθαι χάριτι καὶ δωρεᾷ Χριστοῦ ἐν ἡμῖν διαμορφουμένου. Ἐκ δὲ ταύτης καὶ τὴν δευτέραν

[42] I Cor. IX, 4. [43] Matth. XX, 27.

Digitized by Google

φημὶ ἐντολήν, τὴν πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπην, ῥᾳδίως A κατορθῶσαι γίνεται. Τὰ γὰρ πρῶτα καὶ προταττέσθω τῶν ἄλλων, καὶ πλέον αὐτῶν σπουδευέσθω· καὶ οὕτω τὰ δεύτερα τοῖς πρώτοις ἑπόμενα ἔσται· εἰ δέ τις τῆς μεγάλης ταύτης καὶ πρώτης ἐντολῆς, τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης φημὶ, κατολιγωρήσας, ἥτις ἀπὸ τῆς ἔνδον ἡμῶν διαθέσεως συνειδήσεώς τε ἀγαθῆς, καὶ ὑγειῶν τῶν πρὸς Θεὸν ἐννοιῶν, συνάμα καὶ βοηθείας συνεφαπτομένης συνίσταται· τῆς δὲ δευτέρας τῆς ἔξωθεν μόνον ἐπιμέλειαν τῆς διακονίας ἀφοσιοῦν βούλεται, ἀδύνατον αὐτῷ ταύτην ὑγιῶς τε καὶ καθαρῶς μετελθεῖν. Ἡ γὰρ τῆς κακίας μέθοδος μνήμης ἔρημον καὶ ἀγάπης καὶ Θεοῦ ζητήσεως τὸν νοῦν ἀνευρίσκουσα, ἢ δυσχερῆ καὶ ἐπίπονα τὰ θεῖα ἐπιτάγματα φαίνεσθαι ποιεῖ, γογγυσμοὺς καὶ λύπας καὶ μέμψεις κατὰ τῆς εἰς τοὺς ἀδελφοὺς διακονίας τῇ ψυχῇ ἀνα- B κινοῦσα· ἢ οἰήσει δικαιοσύνης ἐξαπατήσασα φυσιοῖ, καὶ ἑαυτὸν ἡγεῖσθαι τίμιόν τε καὶ μέγαν, καὶ ἄκρως κατορθοῦντα τὰς ἐντολὰς ἀναπείθει.

facilis eadem ope nobis continget transitus, ad dilectionem, inquam, proximi. Nam prima præponantur aliis, et plus in iis studii ponatur, ac tum demum ordine convenienti secunda primis consequenter adjungentur. Si quis autem magno illo et primo mandato, dilectionis, inquam, Dei, neglecto (quæ dilectio ex interiori nostra dispositione, conscientiaque bona, et sanis de Deo cogitationibus, concurrente simul auxilio gratiæ cooperatricis elicitur) secundo mandato dilectionis proximi, exteriori tantum tenus ministerii accuratione defungi voluerit; nequaquam illud poterit sane ac pure exsequi. Nam ratio impugnantis nos malitiæ, memoriæ, amoris, et Dei inquisitionis vacuam mentem reperiens, aut efficit, ut molesta et laboriosa nimis ipsi Dei præcepta videantur; unde in murmurationes, dolores, et querelas contra ministerium erga fratres animam incitat; aut opinione justitiæ deceptum sic ministrantem inflat; et ei persuadet, ut se existimet pretiosum quemdam ac magnum; et summa perfectione cuncta Dei efficientem mandata.

ΙΒ'. Ὁπόταν ἑαυτὸν οἰηθῇ ἄνθρωπος τῶν ἐντολῶν ἐπιμελητήν, δῆλός ἐστιν ἁμαρτάνων, καὶ τῆς ἐντολῆς σφαλλόμενος· ὅτε κρίνων ἑαυτὸν, καὶ μὴ τὸν ἀληθῶς κρίνοντα προσδεξάμενος· ὅταν γὰρ *συμμαρτυρῇ τῷ πνεύματι ἡμῶν τὸ τοῦ Θεοῦ Πνεῦμα*, κατὰ τὸ λόγιον Παύλου, τότε φιλαλήθως Χριστοῦ ἄξιοι, καὶ τέκνα Θεοῦ τυγχάνομεν ὄντες, οὐχ ὅταν ἰδίᾳ οἰήσει ἑαυτοὺς δικαιώσωμεν· *Οὐ γὰρ ἑαυτὸν συνιστῶν*, φησὶ, *δόκιμος· ἀλλ' ὃν ὁ Κύριος συνίστησιν*· ἐπείπερ ὅταν μνήμης καὶ φόβου Θεοῦ γυμνὸς ὢν C εὑρίσκηται ὁ ἄνθρωπος, πολλὴ ἀνάγκη καὶ δόξης ἐρᾷν καὶ θηρεύειν ἔπαινον παρὰ τῶν ὑπ' αὐτοῦ διακονουμένων. Ὁ δέ γε τοιοῦτος ἄπιστος παρὰ τοῦ Κυρίου ἐλήλεγκται, καθάπερ ἤδη δεδήλωται· *Πῶς γὰρ*, φησὶ, *δύνασθε ὑμεῖς πιστεύειν, δόξαν παρὰ ἀλλήλων λαμβάνοντες, καὶ τὴν δόξαν τοῦ μόνου Θεοῦ οὐ ζητοῦντες;*

XII. Cum homo se ipsum existimat accurate mandata exsequi, hoc ipso manifesto prodit indicio errare se, ac a præcepti observatione deviasse. Utpote qui præoccupet judicium de se ipso ferre, non exspectans vere judicantem. Quando enim testimonium *reddit spiritui nostro Dei Spiritus* [14], secundum Pauli, tunc solum Christo digni, et filii Dei vere sumus; non autem quando propriæ opinionis arrogantia justos nos ipsi declaraverimus. *Non enim qui se ipsum commendat*, ait, *ille probatus est, sed quem Deus commendat* [15]. Quandoquidem cum memoriæ et timoris Dei expers reperitur homo, fieri non potest, quin et gloriam amet, et venetur laudem ab iis, quos ministerio suo juvat. Talis porro fide carere a Domino convictus est, uti supra jam significatum est: *Quomodo potestis credere vos, qui gloriam ab invicem accipitis, et gloriam, quæ a solo Deo est, non quæritis* [16].

ΙΓ'. Ἀγῶνι πολλῷ καὶ καμάτῳ νοὸς διὰ σεμνῶν ἐννοιῶν καὶ τῆς συνεχοῦς πάντων τῶν καλῶν μερίμνης ἡ πρὸς Θεὸν ἀγάπη, καθάπερ εἴρηται, κατορθοῦσθαι δύναται· ἅτε τοῦ ἐναντίου τῷ ἡμετέρῳ νῷ ἐμποδίζοντος, καὶ οὐ συγχωροῦντος αὐτῷ διὰ τῆς τῶν καλῶν μνήμης τῷ θείῳ ἔρωτι προσανέχειν, ἀλλὰ ταῖς γηΐναις ἐπιθυμίαις τὴν αἴσθησιν περισαίνοντος. Ἐν τούτῳ γὰρ ὁ τοῦ πονηροῦ θάνατος, καὶ οἷον εἰπεῖν, ἀγχόνη, ὅτε τῇ τοῦ Θεοῦ ἀγάπῃ καὶ μνήμῃ ἀπερισπάστως ὁ νοῦς εὑρίσκηται. Ἐντεῦθεν καὶ ἡ πρὸς τὸν ἀδελφὸν εἰλικρινὴς ἀγάπη συστῆναι δύναται, καὶ ἡ ἀληθὴς ἁπλότης, καὶ ἡ πραότης τέ φημι καὶ εὐχὴ, καὶ πᾶς ὁ περικαλλὴς τῶν ἀρετῶν στέφανος, διὰ τῆς μιᾶς, καὶ μόνης, καὶ πρώτης ἐντολῆς, τῆς πρὸς Θεὸν ἀγάπης τὴν τελειότητα δέχεται. Ἀγῶνος τοίνυν πολλοῦ καὶ πόνου κρυπτοῦ καὶ ἀδήλου χρεία, λογισμῶν ἐρεύνης τε καὶ τῆς τῶν ἠσθενηκότων τῆς ψυχῆς ἡμῶν αἰσθητηρίων γυμνασίας, πρὸς διάκρισιν

XIII. Certamine multo et labore mentis, per sanctas cogitationes et continuam pro omnibus bonis rebus sollicitudinem charitas in Deum, sicut dictum est, ab homine, prout fas est, potest exerceri: quod adversarius impediat mentem nostram, nec eidem D permittat, ut per memoriam bonarum rerum amori divino vacet; sed terrentis desideriis sensui abblanditur. Nam mors, et ut sic dicam, suspendium diaboli est, quando in Dei charitate et memoria indivulse commorans mens humana reperitur. Hinc jam prono quasi flexu illimis in fratrem facile redundat charitas, et vera simplicitas, et mansuetudo, et humilitas, sinceritas, et bonitas, et ipsa oratio **173** cunctarumque formose resplendens corona virtutum, per illud unum et solum et primum dilectionis Dei mandatum perfectionem accipit. Certamine igitur multo et conatu occulto, nec foris observabili contentionis labore opus est,

[14] Rom. viii, 16. [15] II Cor. x, 18. [16] Joan. v, 44.

Digitized by Google

in perscrutatione cogitationum, in exercitatione infirmorum animæ sensuum ad discretionem boni et mali, in corroborandis et excitandis per studiosam versus Deum inclinationem debilitatis animæ membris. Ita mens nostra continue Deo affixa, coalescet in unum cum Domino spiritum, juxta oraculum Pauli.

A καλοῦ τε καὶ κακοῦ, καὶ τοῦ ῥωννύειν καὶ ἀναζωπυρεῖν διὰ τῆς τοῦ νοῦ πρὸς Θεὸν ἐπιμελοῦς νεύσεως τὰ πεπονηκότα τῆς ψυχῆς μέλη. Ὁ γὰρ νοῦς ἡμῶν οὕτω διαπαντὸς τῷ Θεῷ προσκολλώμενος, γενήσεται μετὰ τοῦ Κυρίου εἰς ἓν πνεῦμα, κατὰ τὸ λόγιον Παύλου.

XIV. Hanc autem interiorem contentionem, laborem, et meditationem, incessanter conferre oportet virtutis amatores ad omnem observationem mandati sive orantes, sive ministrantes, comedentes quin etiam aut bibentes : ut quodcunque denum bonum ab ipsis fiet, in gloriam Dei, et non in nostram fiat gloriam; prona autem et facilia nobis cuncta, quæ ad quorumvis Dei mandatorum plenam exsecutionem attinent; amore Dei, ista B alleviante, et quod laboriosum est in ipsis, dissolvente.

ΙΔ'. Τοῦτον δέ φησι τὸν κρυπτὸν ἀγῶνα, καὶ τὸν πόνον, καὶ τὴν μελέτην, ἀδιαλείπτως ἔχειν τοὺς φιλαρέτους χρὴ πρὸς πᾶσαν ἐπιτήδευσιν ἐντολῆς, ἤτοι εὐχομένους, ἢ διακονοῦντας, ἐσθίοντας ἢ πίνοντας· ἵν' ὅπερ ἂν γένηται ἀγαθὸν, εἰς δόξαν Θεοῦ, καὶ μὴ εἰς ἡμετέραν γένηται δόξαν· εὐπετῆ δὲ ἡμῖν καὶ ῥάδια πάντα τὰ τῶν ἐντολῶν ἔσται, τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγάπης αὐτὰ διευμαριζούσης, καὶ τὸ ἐπίπονον αὐτῶν ἐκλυούσης ἅπαν.

XV. Omnis contentio et studium adversarii, in hoc, ut dictum est, vigilat, ut annitatur mentem nostram a Dei memoria, timore, amoreque avellere; terrenis ipsam avocationibus et delinimentis, a vero bono ad apparentia divertendo.

IE'. Ὅλος ὁ ἀγὼν καὶ σπουδὴ τοῦ ἀντικειμένου τοῦτό ἐστιν, ὡς δεδήλωται, τὸ δυνηθῆναι τὸν νοῦν ἀπὸ τῆς πρὸς Θεὸν μνήμης, καὶ τοῦ φόβου καὶ τῆς ἀγάπης περισπᾶσαι, γηΐναις αὐτὸν παραγωγαῖς καὶ θελεάσμασιν, ἀπὸ τοῦ ὄντως ἀγαθοῦ πρὸς τὰ δοκήσει καλὰ παρατρέποντος.

XVI. Invicem virtutes connectuntur et mutuo inhærent, ut in catena commissi annuli uno ex alio pendente. In hunc enim modum oratio ex charitate; charitas e gaudio; gaudium e mansuetudine; mansuetudo ex humilitate; humilitas e ministerio; ministerium e spe; spes ex fide; fides ex obedientia; obedientia e simplicitate; sicuti e contrario C vitiorum quoque unum ex altero dependet. Ex ira quippe pendet odium; ex hoc superbia; ex hac vanæ gloriæ affectatio; hæc infidelitatem trahit, quæ duritiei cordis mater est, proles autem incuriæ, quam gignit languor spiritus, ex supino neglectu ducens originem; hunc producit acedia; filia hæc impatientiæ, cujus amor voluptatis est pater. Ita cætera quoque membra malitiæ invicem apta nexaque sunt.

IS'. Ἀλλήλων αἱ ἀρεταὶ δέδενται, καὶ ἀλλήλων ἔχονται, καθάπερ ἱερά τις σειρὰ μία τῆς μιᾶς ἠρτημένη· οἷον ἡ μὲν εὐχὴ, τῆς ἀγάπης, ἡ ἀγάπη δὲ τῆς χαρᾶς, ἡ χαρὰ, τῆς πραότητος, ἡ πραότης, τῆς ταπεινοφροσύνης, ἡ ταπεινοφροσύνη δὲ τῆς διακονίας, ἡ διακονία δὲ, τῆς ἐλπίδος, ἡ δὲ ἐλπὶς τῆς πίστεως· καὶ ἡ μὲν πίστις, τῆς ὑπακοῆς, ἡ δὲ ὑπακοὴ τῆς ἁπλότητος, ὥσπερ τἀναντία πάλιν ἓν ὑφ' ἑνὸς δέδεται· οἷον τοῦ μὲν θυμοῦ, τὸ μῖσος· ὁ δὲ, τῆς ὑπερηφανίας· τῆς κενοδοξίας αὕτη· ἐκείνη, τῆς ἀπιστίας· ἡ δὲ τῆς σκληροκαρδίας· καὶ αὕτη μὲν ἐκ τῆς ἀμελείας· ἐκείνη δὲ τῆς χαυνώσεως, ἐκ δὲ τῆς ὀλιγωρίας αὕτη· κἀκείνη μὲν ἐκ τῆς ἀκηδίας· ὡς ἐκ τοῦ μακροθυμονήτου πάλιν αὕτη· τὸ δὲ τῆς φιληδονίας· καὶ οὕτω τὰ λοιπὰ μέλη τῆς κακίας ἀλλήλων ἐχόμενά εἰσιν.

XVII. Omne bonum, quod homo facit, inquinare ac contaminare nititur diabolus immistione suorum seminum, vanæ nimirum gloriæ, præsidentiæ, uti et murmurationis, aut cujuspiam alterius talium, ut non propter Deum solum, nec tantum ex sincero mentis proposito bonum opus fiat. Scriptum est enim : Abelem obtulisse sacrificium Deo *de adipibus et de primogenitis ovium*[47] : Cainum quoque similiter dona obtulisse de fructibus quidem terræ, sed non e primis aut optimis. Et propterea Deum respexisse ad sacrificia Abelis, ad Caini autem munera non attendisse. Inde discere debemus contingere posse, ut aliquod bonum non bene fiat : puta si fiat negligenter aut contemptim, aliove vitio submisto, et non mere propter Deum : ex quo evenit ut gratum id et acceptum Deo non sit.

IZ'. Πᾶν ὅπερ ἂν ποιῇ καλὸν ὁ ἄνθρωπος, σπιλοῦν αὐτὸ καὶ καταμιαίνειν ὁ πονηρὸς τῇ ἐπιμιξίᾳ τῶν ἑαυτοῦ σπερμάτων βούλεται· οἷον τῆς κενοδοξίας, τῆς οἰήσεως, εἴτε μὴν καὶ τοῦ γογγυσμοῦ, ἢ ἑτέρου τινὸς τῶν τοιούτων· ἵν' ἡ μὴ διὰ Θεὸν μόνον, ἢ μὴ ἐκ προθυμίας τὸ γινόμενον ἀγαθὸν γένηται. Γέγραπται γὰρ τὸν Ἄβελ προσενεγκεῖν θυσίαν τῷ Θεῷ *ἀπὸ τῶν στεάτων, καὶ ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων τῶν προβάτων*· καὶ τὸν Κάϊν δὲ ὁμοίως δῶρα προσενεγκεῖν ἀπὸ τῶν καρπῶν μὲν τῆς γῆς, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ τῶν πρώτων· καὶ διὰ τοῦτο ἐπὶ μὲν ταῖς θυσίαις τοῦ Ἄβελ ἐπιδεῖν τὸν Θεόν· ἐπὶ δὲ τοῖς δώροις τοῦ Κάϊν μὴ προσχεῖν. Ἐκ τούτου μανθάνειν ἔχομεν, ὅτι ἔστι τι καλὸν μὴ ποιῆσαι καλῶς· οἷον ἀμελῶς ἢ καταφρονητικῶς ἢ δι' ἕτερόν τι, καὶ οὐ διὰ Θεόν· καὶ παρὰ τοῦτο συμβαίνει γίνεσθαι μὴ πρόσδεκτον τῷ Θεῷ.

[47] Gen. IV, 4.

Digitized by Google

ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΠΕΡΙ ΠΡΟΣΕΥΧΗΣ

ΛΟΓΟΣ.

—

[174] MACARII MAGNI

DE ORATIONE

LIBER.

—

Α'. Κεφάλαιον πάσης ἀγαθῆς σπουδῆς, καὶ κορυφὴ τῶν κατορθωμάτων ἡ προσευχῆς ἐστι προσεδρεία, δι' ἧς καὶ τῶν ἄλλων ἐν κτήσει γινόμεθα, τοῦ καλουμένου χεῖρα συνεργὸν ἐπορέγοντος· καὶ γὰρ κοινωνία τῆς μυστικῆς ἐνεργείας, καὶ συνάφεια διαθέσεως τῆς πρὸς Θεὸν ἁγιότητος, καὶ αὐτοῦ τοῦ νοῦ δι' ἀγάπης ἀῤῥήτου πρὸς Κύριον, ἐν τῇ εὐχῇ τοῖς καταξιουμένοις γίνεται· *Ἔδωκας* γάρ, φησὶν, *εὐφροσύνην εἰς τὴν καρδίαν μου*· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος· *Ἡ βασιλεία οὐρανῶν ἐντὸς ὑμῶν ἐστι.* Τὸ δὲ ἐντὸς εἶναι τὴν βασιλείαν, τί ἂν ἄλλο δηλοῦν εἴη, ἢ τὴν τοῦ Πνεύματος οὐράνιον εὐφροσύνην ταῖς ἀξίαις ψυχαῖς ἐναργῶς ἐνσημαίνεσθαι; τῆς ἀπολαύσεως γάρ τε καὶ χαρᾶς καὶ τῆς ἐν πνεύματι εὐφροσύνης, ἧς ἐν φωτὶ αἰωνίῳ οἱ ἅγιοι ἐν τῇ τοῦ Χριστοῦ μεθέξουσι βασιλείᾳ, ταύτης τὸν ἀῤῥαβῶνα, καὶ τὰ προοίμια ἐντεῦθεν ἤδη αἱ ἄξιαι διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐνεργοῦς κοινωνίας ψυχαὶ λαμβάνουσιν· *Ἡ καρδία μου* γὰρ, φησὶ, *καὶ ἡ σάρξ μου ἠγαλλιάσαντο ἐπὶ Θεὸν ζῶντα*· καὶ τό· *Ὡς ἐκ στέατος καὶ πιότητος ἐμπλησθείη ἡ ψυχή μου*· καὶ τὰ συνῳδὰ τούτοις, εἰς ταυτὸν φέρουσι, καὶ τὴν τοῦ Πνεύματος ἐνεργὸν εὐφροσύνην καὶ παράκλησιν ὑπαινίττονται.

Β'. Ὥσπερ μεῖζον τῶν ἄλλων τὸ τῆς εὐχῆς ἔργον, οὕτω πλείονος δεῖ καὶ μερίμνης τῷ πρὸς αὐτὴν ἔχοντι· μήπου κλοπήν τινα παρὰ τῆς κακίας ὑπομείνας λάθῃ. Οἷς γὰρ μείζονος ἀγαθοῦ ἐπιμέλεια, μείζονι καὶ ὁ πονηρὸς τῇ πείρᾳ προσβάλλει· ὥστε πολλῆς αὐτῷ δεήσει τῆς νήψεως, ἵνα καὶ μᾶλλον καρποὶ ἀγάπης, καὶ ταπεινοφροσύνης, ἁπλότητός τε καὶ ἀγαθότητος, καὶ διακρίσεως, ὁσημέραι τῷ παραμόνῳ τῆς εὐχῆς ἀναφύωνται, καὶ αὐτοῦ μὲν φανερὰν τὴν ἐπὶ τὰ θεῖα προκοπὴν καὶ ἐπίδοσιν καθιστῶσι, τοὺς ἄλλους δὲ εἰς τὸν ἴσον ζῆλον παρακαλῶσιν.

I. Caput omnis boni studii et vertex operum bonorum assiduitas orationis est, per quam in aliorum possessionem bonorum inducimur, eo qui nos ad ea vocat, manum cooperatricem porrigente. Etenim communicatio arcanæ efficaciæ et connexio intentionis in sanctitate adversus Deum, ipsiusque mentis per ineffabilem, quo fertur erga Dominum, amorem, in oratione iis, qui digni judicantur, obveniunt: *Dedisti* enim, ait, *lætitiam in corde meo*[48], et ipse dicit Dominus: *Regnum cœlorum intra vos est*[49]. Nam intra nos esse regnum, quid aliud putemus significare, quam cœlestem lætitiam Spiritus sancti animabus dignis sensibiliter immissam esse? Fruitionis siquidem et gaudii lætitiæque illius spiritualis, quam in luce æterna sancti in Christi regno participant, arrham velut quamdam et prælibationem jam hinc dignæ ad hoc effectæ per gratiose communicatam ipsis operationem Spiritus animæ accipiunt. *Cor* enim, inquit, *meum et caro mea exsultaverunt in Deum vivum*[50]. Et illud: *Sicut adipe et pinguedine repleatur anima mea*[51]. Et iis consona, in idem tendunt, et efficacem Spiritus animæ lætitiam et consolationem indicant.

II. Ut præstantius cæteris est opus orationis; ita majori opus habet sollicitudine, qui in id incumbit: ne qua illi subrepat a malitia deceptio. Nam quo quisque majoris adipiscendi boni curam concipit, eo majori diabolus conatu ei obstare contendit. Quare multam eum adhibere necesse erit vigilantiam, ut fructus charitatis, humilitatis, simplicitatis, bonitatis, discretionis e patienti orationis cultura ipsi pleni uberesque progerminent: ipsiusque perspicuum in divina progressum profectumque demonstrent: sicque alios ad paris æmulationem studii provocent.

[48] Psal. IV, 7. [49] Luc. XVII, 21. [50] Psal. LXXXII, 3. [51] Psal. LXII, 6.

Digitized by Google

III. Sine intermissione orandum et perseveranter insistendum orationi esse, et divinus Apostolus [52], et ipsius Domini oraculum præcipit, dicentis : *Quanto magis Deus faciet vindictam clamantium ad se die ac nocte* [53]! Et illud : *Vigilate et orate* [54]. Oportet igitur ubique orare : nec unquam conatum remittere. Quanto autem capitalius, qui perseverare in oratione decrevit, opus aggressus est, tanto ipsum plus certaminis suscipere, tantoque magis id eum ad extremum perducere oportet, eo quod perseverantiæ orationis multa objicit impedimenta pravitas, somnum, acediam, pondus corporis, cogitationum aversionem, mentis instabilitatem, languorem et reliqua malitiæ studia. Præterea afflictiones et ipsorum malorum dæmonum insultus vehementer impugnantium nos, et **175** omni vi obstantium, ne appropinquare Christo valeat Deum post veritatem incessanter quærens anima.

IV. Omni studio atque vigilantia, longanimi patientia certamineque animæ ac labore corporis oportet eum, qui orationi diligenter vacare contendit, viriliter agere, nihil unquam remittentem de ardore, nec cedentem distractionibus cogitationum, aut somno multo, aut desidi torpori, aut inordinatæ confusioni actionum temere permistarum; non utentem turbulentis et indecentibus clamoribus; aut effluere animum sinentem in quidvis ejusmodi; sed certo et immutabili proposito mentis; defigendo se soli patienti stationi, et flexioni genuum; et cohibitis evagationibus longe aberrantis interim mentis. Nihil enim sane prohibet, quin, nisi diligenter et attente ad orandum paratus quis accedat, nisi turbæ vanarum cogitationum fortiter obsistat, excutiens singulas et dijudicans, flagranti semper desiderio se intime ad Deum admovendi, nihil, inquam, obstat, si hæc negliget, quin versutis inhabitantis in ipso malitiæ clam illiciatur artibus : aut efferri se sinendo in contemptum aliorum, comparatione sui cum iis qui perseverare diu in oratione nequeunt; alio quopiam errore in quem suis eum astuta malitia machinationibus induxerit, corrumpendo præclaram operationem, eamque sic irridendam propinando malo dæmoni.

V. Nisi humilitas, charitas, simplicitas et bonitas arcte conglutinent nobis orationem, ipsa oratio, aut potius inane simulacrum orationis, minime sane juvare nos poterit. Neque id de oratione sola dicimus, sed de omni genere arduorum quantumvis et laboriosorum operum, puta de virginitate, jejunio, vigiliis, psalmodia, ministerio, similibusque officiis speciosarum plausibiliumque virtutum. In quarum exercitio nisi fructus charitatis, pacis, gaudii, mansuetudinis, humilitatis, quin etiam et simplicitatis sinceritatisque ac fidei ut oportet, longanimitatis quoque ac benevolentiæ in nobismetipsis experiendo videamus, inutiliter laboraverimus. Labores siquidem istos spe assequendæ fructuum utilitatis suscipimus. Si ergo post eos in nobis non reperiantur fructus charitatis, supervacanea profecto illa omnis opera fuerit. Ac mihi

Γ'. Ἀδιαλείπτως εὔχεσθαι, καὶ προσκαρτερεῖν τῇ εὐχῇ αὐτός τε ὁ θεῖος Ἀπόστολος, καὶ τὸ ὑπὸ τοῦ Κυρίου εἰρημένον διδάσκει, *Πόσῳ μᾶλλον*, εἰπόντος, *ποιήσει ἐκδίκησιν ὁ Θεὸς τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν νύκτας καὶ ἡμέρας*; καὶ τό· *Γρηγορεῖτε, καὶ προσεύχεσθε*. Δεῖ οὖν πάντοτε προσεύχεσθαι, καὶ μὴ ἐκκακεῖν. Ὥσπερ δὲ κεφαλαιωδέστερον ὁ τῇ εὐχῇ προσκαρτερῶν εἵλετο ἔργον, οὕτως αὐτὸν ἀγῶνα πολὺν, καὶ τόνον ἀνένδοτον ἀνέχεσθαι χρὴ, διὰ τὸ πολλὰ τῇ προσεδρείᾳ τῆς εὐχῆς ὑπεῖναι τὰ τῆς κακίας ἐμπόδια· ὕπνον, ἀκηδίαν, βάρος σώματος, λογισμῶν ἐπιτροπὴν, νοὸς ἀκατάστασίαν, ἔκλυσιν, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς κακίας ἐπιτηδεύματα· εἶτα θλίψεις καὶ αὐτῶν τῶν πονηρῶν πνευμάτων ἐπαναστάσεις ἐκθύμως πολεμούντων ἡμῖν καὶ ἀντικαθισταμένων, καὶ προσεγγίζειν τῷ Χριστῷ διειργόντων τὴν μετὰ τὴν ἀλήθειαν τὸν Θεὸν ἀπαύστως ἐπιζητοῦσαν ψυχήν.

Δ'. Πάσῃ σπουδῇ καὶ νήψει, ὑπομονῇ τε καὶ ἀγῶνι ψυχῆς καὶ πόνῳ σώματος, τὸν τῆς εὐχῆς ἐπιμελούμενον ἀνδρίζεσθαι χρὴ, μὴ ἐκκακούμενον συνεπιδιδόντα ταῖς τῶν λογισμῶν ἐκτροπαῖς, ἢ πολλῷ ὕπνῳ, ἢ ἀκηδίᾳ, ἐκλύσει τε καὶ συγχύσει, καὶ ταραχώδεσι καὶ ἀπρεπέσι φωναῖς χρώμενον, ἢ τισὶ τοιούτοις ἐπιτρέποντα τὴν διάνοιαν, μόνῃ μὲν ἐκπληροφορούμενον τῇ παραμόνῳ στάσει, κλίσει τε τῶν γονάτων, τὸν δὲ νοῦν μακράν που τῶν γινομένων ἀποπλανώμενον, ἔχοντα. Οὐδὲν γὰρ τὸ κωλῦον, ἢ μὴ ἀκριβῶς νήφων παρασκευάζηται, ἐναντιούμενος μὲν τῇ ὕλῃ τῶν περιττῶν λογισμῶν, διαβασανίζων δὲ πάντας αὐτοὺς καὶ φιλοκρινῶν, ἐπιποθῶν τε ἀεὶ τὸν Κύριον, ποικίλως ὑπὸ τῆς κακίας κατὰ τὸ ἀφανὲς δελεάζεσθαι· ἢ καὶ τῶν μήπω τῇ εὐχῇ δυναμένων προσκαρτερεῖν κατεπαίρεσθαι, καὶ διὰ τῶν τοιούτων τῆς κακίας μηχανημάτων τὴν καλὴν διαφθείρειν ἐργασίαν, καὶ προπίνειν ταύτην τῷ πονηρῷ δαίμονι.

Ε'. Εἰ μὴ ἡ ταπεινοφροσύνη καὶ ἀγάπη, ἡ ἁπλότης τε καὶ ἀγαθότης κατακολλῶσιν ἡμῖν τὴν εὐχὴν, ἡ εὐχὴ αὕτη, μᾶλλον δὲ τὸ πρόσχημα τῆς εὐχῆς, ἥκιστά γε ἡμᾶς ὠφελεῖν δύναται. Καὶ οὐκ ἐπὶ τῆς εὐχῆς τοῦτο μόνης φαμὲν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ παντὸς καμάτου καὶ πόνου, παρθενείας, ἢ νηστείας ἢ ἀγρυπνίας ἢ ψαλμῳδίας, ἢ διακονίας, ἢ οἱασδηποτοῦν ἐργασίας ἀρετῆς ἕνεκεν ἐπιτελουμένης. Εἰ μὴ τοὺς καρποὺς τῆς ἀγάπης, εἰρήνης τε καὶ χαρᾶς, καὶ πραότητος, ταπεινοφροσύνης τε, φημὶ, καὶ ἁπλότητος, καὶ ἀφελείας καὶ πίστεως ὡς δέον, μακροθυμίας τε καὶ φιλοφροσύνης, ἐν ἑαυτοῖς ὁρᾷν ἔχοιμεν, ἐπ' οὐδενὶ χρησίμῳ τὰ τῶν πόνων ὑπέστημεν. Τοὺς γὰρ πόνους διὰ τὴν τῶν καρπῶν ὠφέλειαν ὑπομένειν καταδεχόμεθα· τῶν δὲ καρπῶν τῆς ἀγάπης ἐν ἡμῖν μὴ εὑρισκομένων, περιττὴ πάντως ἡ ἐργασία. Ὥστε οὐδὲν οἱ τοιοῦτοι τῶν πέντε μωρῶν διενηνόχασι παρθένων,

[52] I Thess. v, 17. [53] Luc. xviii, 1. [54] Matth. xxvi, 41.

Digitized by Google

αἵτινες διὰ τὸ μὴ ἐντεῦθεν ἔχειν ἐν ταῖς καρδίαις τὸ πνευματικὸν ἔλαιον, ὅπερ τῶν εἰρημένων ἐστὶν ἀρετῶν ἡ διὰ τοῦ Πνεύματος ἐνέργεια, μωραί τε ὠνομάσθησαν, καὶ τοῦ βασιλικοῦ νυμφῶνος ἐλεεινῶς ἀπεκλείσθησαν, μηδὲν τοῦ παρθενίας ἀπονάμεναι καμάτου. Ὥσπερ γὰρ ἐν τῇ τῆς ἀμπέλου γεωργίᾳ, πᾶσα ἐπιμέλεια καὶ πόνος διὰ τὴν τῶν καρπῶν ἐλπίδα προκαταβάλλεται· καρπῶν δὲ μὴ γεωργηθέντων, εἰκαία πάντων ἡ ἐργασία δείκνυται· οὕτως, εἰ μὴ διὰ τῆς ἐνεργείας τοῦ Πνεύματος καρποὺς ἀγάπης, καὶ εἰρήνης καὶ χαρᾶς καὶ τῶν λοιπῶν, ὧν ὁ Ἀπόστολος ἀπηρίθμησεν, ἐν ἑαυτοῖς ἴδοιμεν, καὶ τοῦτο κατὰ πληροφορίαν πᾶσαν καὶ πνευματικὴν αἴσθησιν διομολογεῖν ἔχοιμεν, περιττὸς ὁ τῆς παρθενίας, εὐχῆς τε καὶ ψαλμῳδίας, νηστείας καὶ ἀγρυπνίας κάματος ἀποδείκνυται. Οἱ μὲν γὰρ πόνοι οὗτοι καὶ κάματοι τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος ἐπ' ἐλπίδι πνευματικῶν καρπῶν, ὥσπερ ἔφημεν, ἐπιτελεῖσθαι ὀφείλουσιν· ἡ δ' ἐν ταῖς ἀρεταῖς καρποφορία, ἀπόλαυσίς ἐστι πνευματικὴ μεθ' ἡδονῆς ἀφθάρτου ἐν καρδίαις πισταῖς τε καὶ ταπειναῖς, ὑπὸ τοῦ Πνεύματος ἀπορρήτως ἐνεργουμένη· ὥστε οἱ πόνοι καὶ οἱ κάματοι, καθὼς εἰσι πόνοι, φημὶ, καὶ κάματοι λογιζέσθωσαν, καὶ οἱ καρποὶ, καρποί. Εἰ δέ τις διὰ γνώσεως ἐνδείας τὴν ἐργασίαν αὐτοῦ καὶ τὸν κάματον καρποὺς τοῦ Πνεύματος εἶναι νομίσει, μὴ ἀγνοῶν φαίνεται ψυχαγωγεῖν ἑαυτὸν παρακρουόμενος, καὶ μεγάλων ὄντως καρπῶν τοῦ Πνεύματος, διὰ τὸ οὕτως ἔχειν, ἀποστερῶν.

A videntur homines ejusmodi a quinque fatuis in nullo differre virginibus, quæ idcirco, quod domo allatum in suis cordibus non habuerunt spirituale oleum, quod est modo memoratarum, quæ per Spiritum exercetur, operatio virtutum, et fatuarum nomenclatione traductæ sunt, et regio thalamo miserabiliter exclusæ, nullum nactæ operæ pretium custoditæ laboriose virginitatis. Sicut enim in vieæ cultura omnis diligentia et labor, fructuum unice speratorum causa impenditur; unde iis non provenientibus, frustranea tota ista fuisse contentio monstratur; ita nisi per operantem in nobis Spiritum fructus charitatis, pacis, gaudii, et illos reliquos enumeratos ab Apostolo in nobis ipsis videamus[55]; et hoc omni experimentali evidentia, sensusque convictione spiritualis plane persuasum fateri ac profiteri valeamus, irritus et utilitate cassus omnis virginitatis, orationis et psalmodiæ, jejunii et vigiliarum deprehenditur labor. Illi enim animæ et corporis labores spe spiritualium fructuum perfici debent, uti diximus. In virtutibus autem quæ dicitur fructificatio, fruitio est spiritualis cum voluptate incorruptibili, in cordibus fide ac humilitate præditis a Spiritu clam ineffabiliter effecta. Seorsim itaque reputentur et labores et fructus, prout in se divisim sunt. Si quis vero per cognitionis defectum, propriam operationem et laborem, fructus Spiritus esse crediderit, is per ignorantiam videtur se ipsum lactare et **176** decipere, ac, dum ita se adulatione noxia habet, vere magnis semetipsum Spiritus fructibus privare.

B

Γ'. Ὥσπερ ὁ τῇ ἁμαρτίᾳ ὅλον ἑαυτὸν ἔκδοτον παρασχόμενος, τὰ παρὰ φύσιν πάθη τῆς ἀτιμίας, τουτέστιν ἀσέλγειαν, πορνείαν, πλεονεξίαν, μῖσος, καὶ δόλον, καὶ τὰ λοιπὰ τῆς κακίας ἐπιτηδεύματα ἐν ἀπολαύσει καὶ ἡδονῇ ὡς φυσικὰ καταπράττεται· οὕτως ὁ ἐν ἀληθείᾳ καὶ τελειότητι Χριστιανὸς ὤν, τὰς ἀρετὰς πάσας, καὶ τοὺς καρποὺς τοῦ Πνεύματος ἅπαντας τοὺς ὑπὲρ τὴν φύσιν, τὴν ἀγάπην δηλονότι καὶ τὴν εἰρήνην, τὴν ὑπομονὴν, τὴν πίστιν, καὶ τὴν ταπείνωσιν, καὶ πᾶν τὸ χρυσοῦν ὄντως γένος τῆς ἀρετῆς, ἐν ἀπολαύσει πολλῇ καὶ ἡδονῇ πνευματικῇ, ἀπονητὶ λοιπὸν καὶ ῥᾳδίως ὡς φυσικὰ μέτεισιν· οὐκ ἔτι πρὸς τὰ πάθη τῆς κακίας διαμαχόμενος· ἅτε τελείως ἀπὸ Κυρίου λελυτρωμένος, καὶ ἀπὸ τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος τὴν ἐντελῆ τοῦ Χριστοῦ εἰρήνην καὶ ἀγαλλίασιν ἐν τῇ καρδίᾳ δεξάμενος. Οὗτός ἐστιν ὁ κολληθεὶς τῷ Κυρίῳ, καὶ γενόμενος εἷς ἓν πνεῦμα.

C

VI. Ut qui peccato totum se ipsum deditum exhibet, naturam inhonorantes ignominiæ passiones, hoc est impudicitiam, fornicationem, avaritiam, odium, dolum, et reliqua malitiæ studia cum fruitione ac voluptate tanquam naturalia exercet; sic qui vere ac perfecte Christianus est, virtutes omnes et fructus Spiritus, qui supra naturam sunt, videlicet, charitatem, pacem, patientiam, fidem, humilitatem, et omne genus vere aureum virtutis, jucunditate multa et voluptate spirituali, de cætero sine labore ac facile, ut naturalia exsequitur; non jam contra passiones nequitiæ depugnans; utpote qui perfecte a Domino liberatus, et a bono Spiritu plenam absolutamque Christi pacem et exsultationem in corde adeptus sit. Talis est intime atque individue Domino adhærens, et in unum cum eo coalitus spiritum.

D

Δ'. Τοὺς μήπω δυναμένους ἄκρως τῷ τῆς ψυχῆς ἔρωτι διὰ νηπιότητα ἑαυτοὺς ἐπιτρέπειν· τούτους τὴν ὑπηρεσίαν τῶν ἀδελφῶν μετ' εὐλαβείας καὶ πίστεως, φόβου τε θείου, καταδέξασθαι χρὴ, ὡς Θεοῦ ἐντολῇ, καὶ ὡς πνευματικῷ πράγματι διακονουμένους· ἀλλ' οὐχ ὡς παρ' ἀνθρώπων μισθὸν, ἢ τιμὴν, καὶ εὐχαριστίαν προσδοκωμένους· μηδὲ δόντας χώραν ὅλως γογγυσμῷ, ἢ ὑψηλοφροσύνῃ, ἢ ἀμελείᾳ καὶ χσυνότητι· ὡς μὴ τὸ ἀγαθὸν τοῦτο ἔργον σπιλοῦσθαι καὶ παραφθείρεσθαι, διὰ δὲ τῆς

VII. Illis, qui nondum valent ob ruditatem velut quamdam infantiæ, se totos addicere amori summo animæ nisu exercendo, convenit, se ipsos impendere ministerio fratrum, sedulo illud ac cum fide timoreque divino amplectendo, tanquam Dei mandato in negotio spirituali obsequentes; non autem ab hominibus mercedem, aut honorem, aut gratiarum actionem exspectantes; nec dantes locum omnino ullum murmurationi, superbiæ, negligentiæ et torpori; ne bonum istud opus maculari aut

[55] Gal. v, 22.

Digitized by Google

corrumpi contingat : sed per pietatem potius impigram cum Dei timore et alacri lætitia conjunctam, gratum idem acceptumque Deo fiat.

VIII. Tanta humanitate et bonitate (o divinæ in nos misericordiæ viscera !) demisit se ad consulendum hominibus Dominus, ut sedulo hoc agat, ne quisquam boni operis mercede per suam incuriam fraudetur ; sed a parvis ad majores virtutes cunctos quasi quibusdam gradibus provehat, ita ut ne porrectio quidem calicis aquæ frigidæ mercede caritura sit. Dixit enim : *Qui dederit calicem aquæ frigidæ tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam* [56]. Et rursus : *In quantum uni hoc fecistis, mihi fecistis* [57]. Dummodo secundum Deum fiat, quod fit ; et non propter laudem humanam fiat ; adjunxit enim : *Tantum in nomine discipuli*, hoc est, ex reverentia et amore Christi. Nam iis, qui ostentationis gratia rem bonam exsequuntur, reprehendens Dominus, et asseverationem certa sententiam confirmans, subjungit dicens : *Amen dico vobis : receperunt mercedem suam* [58].

IX. Simplicitas ante alia, et mutua charitas, et gaudium, et humilitas omnino tanquam fundamentum substernantur in fraternitate, ne super nos invicem elati, et unus de alio murmurantes, inutilem nobis laborem efficiamus. Ergo nec qui sine intermissione perdurat in orationibus, ideo se per arrogantiam extollat supra eum, qui hoc facere non potest ; neque qui ministerio se addixit, de illo, qui orationi vacat, murmuret. Etenim si ejusmodi simpliciter ac bona dispositione animi erga se invicem affecti fuerint, quod abundat in perseveranter orantibus, redundabit in supplementum ejus, quod ministrantibus deest : vicissimque si quid lucrabuntur ministrantes, explebit in quo deficient attenti orationibus. Ex qua compensatione æqualitas magis videtur conservari posse, congrue ad illud : *Neque qui multum habuit, abundavit, neque qui parum, defectum sensit* [59].

177 X. Tunc fit Dei voluntas *sicut in cœlo et in terra* [60], quando, ut dictum est, nos nobis invicem non prætulerimus ; quando non solum sine æmulatione, sed et cum mutua exhibitione simplicitatis et charitatis, alacritatisque lætæ connexi invicem fuerimus, unoquoque sui vicissim proximi profectum velut proprium, quemadmodum par est ; similiterque alterius defectum, jacturam propriam reputante : cæterum in oratione piger, quique in ministerio fratrum aut opere alio, quod secundum Deum fit, languide et negligenter versatus, ac ab Apostolo piger diserte vocatus, ipso quoque pane indignus pronuntiatur. Dixit enim : *Qui non laborat, nec manducet* [61] : Et alibi : *Pigros autem Deus odit.* Et : *Piger nec fidelis esse potest.* Et Sapientia : *Multam malitiam docuit otiositas* [62]. Convenit igitur unumquemque, qualecunque opus, quod Dei causa

εὐλαβείας μᾶλλον, καὶ τοῦ φόβου, καὶ τῆς χαρᾶς εὐπρόσδεκτον τῷ Θεῷ γίνεσθαι.

Η'. Τοσαύτη φιλανθρωπία καὶ ἀγαθότητι (ὦ τῶν θείων σπλάγχνων περὶ ἡμᾶς !) συγκατέβη τοῖς ἀνθρώποις ὁ Κύριος, τοῦτο πραγματευόμενος, τὸ μηδένα ἔργου ἀγαθοῦ μισθὸν παριδεῖν · ἀλλ' ἀπὸ τῶν μικρῶν ἐπὶ τὰς μείζους τῶν ἀρετῶν, πάντας ἀναγαγεῖν · τὸ μηδὲ ποτήριον ψυχροῦ ὕδατος ἀποστερεῖν ἀντιδόσεως. Εἴρηκε γάρ · *Ὃς ἂν ποτίσῃ ποτήριον ψυχροῦ μόνον εἰς ὄνομα μαθητοῦ, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, οὐ μὴ ἀπολέσει τὸν μισθὸν αὐτοῦ* · καὶ αὖθις · *Ἐφ' ὅσον ἐνὶ τούτῳ ἐποιήσατε, ἐμοὶ ἐποιήσατε.* Μόνον κατὰ Θεὸν τὸ γινόμενον, καὶ μὴ κατὰ δόξαν γινέσθω. προσέθηκε γάρ · *μόνον εἰς ὄνομα μαθητοῦ* · τουτέστι φόβῳ καὶ ἀγάπῃ Χριστοῦ· τοῖς γὰρ ἐπιδεικτικῶς τὸ ἀγαθὸν μετιοῦσι καὶ μεμφόμενος ὁ Κύριος, ἀποφάσει βεβαίᾳ τὸν λόγον ἀσφαλιζόμενος ἐπάγει, λέγων · *Ἀμὴν λέγω ὑμῖν* · *ἀπέχουσι τὸν μισθὸν αὐτῶν.*

Θ'. Ἡ ἁπλότης πρὸ τῶν ἄλλων καὶ ἡ ἀφέλεια καὶ ἡ πρὸς ἀλλήλους ἀγάπη, καὶ χαρὰ, καὶ ταπείνωσις, ἐκ παντὸς τρόπου, ὥσπερ τις θεμέλιος ὑποβεβλήσθωσαν ἐν τῇ ἀδελφότητι, ἵνα μὴ ἀλλήλων κατεπαιρόμενοι, καὶ καταγογγύζοντες, ἀνόνητον τὸν κάματον ἀποδείξωμεν. Καὶ μήτε ὁ ἀδιαλείπτως προσκαρτερῶν ταῖς εὐχαῖς, τοῦ μὴ οὕτω ποιεῖν δυναμένου κατεπαιρέσθω · μήτε ὁ τῇ διακονίᾳ ἑαυτὸν ἐκδιδοὺς, τοῦ τῇ προσευχῇ σχολάζοντος καταγογγυζέτω · ὡς εἴ γε μετὰ τοιαύτης ἁπλότητός τε καὶ διαθέσεως ἀλλήλοις προσφέροιντο, γίνηται τὸ περίττευμα τῶν ταῖς εὐχαῖς ἐμπαραμενόντων, ἐπὶ τὸ ὑστέρημα τῶν διακονούντων · καὶ αὖθις τὸ τῶν διακονούντων περίσσευμα ἐπὶ τὸ ὑστέρημα τῶν ταῖς εὐχαῖς σχολαζόντων · καὶ οὕτω μᾶλλον ἡ ἰσότης, κατὰ τὸ εἰρημένον, φαίνηται σωζομένη · ὡς, *τὸ πολὺ οὐκ ἐπλεόνασε* · καὶ ὡς τὸ, *τὸ ὀλίγον οὐκ ἠλαττόνησεν.*

Ι'. Τότε γίνεται τὸ τοῦ Θεοῦ θέλημα *ὡς ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς*, ὅταν μὴ, ὥσπερ εἴρηται, ἀλλήλων κατεπαιρώμεθα, ὅταν μὴ μόνον ζήλου χωρὶς ἀλλὰ καὶ ἁπλότητος ἐν μετοχῇ καὶ ἀγάπης, εἰρήνης τε καὶ χαρᾶς συνημμένοι ὦμεν, ἀλλήλοις τὴν τοῦ πλησίον προκοπὴν ἰδίαν, ὡς δέον, καὶ τὴν ἐκείνου ὑστέρησιν ζημίαν ἑαυτῶν λογιζόμενοι, καὶ τῇ εὐχῇ ὀκνηρὸς, καὶ τῇ διακονίᾳ τῶν ἀδελφῶν καὶ ἐν ἑτέρᾳ δή τινι, ἔργῳ τῷ κατὰ Θεὸν γινομένῳ χαύνως καὶ ἀμελῶς διακείμενος, οὗτος ἀπὸ τοῦ Ἀποστόλου ἀργὸς διαῤῥήδην καλούμενος, αὐτοῦ τοῦ ἄρτου ἀνάξιος εἶναι καταψηφίζεται · εἴρηκε γάρ · *Ὁ δὲ ἀργὸς μηδὲ ἐσθιέτω* · καὶ ἀλλαχοῦ · *Τοὺς δὲ ἀργοὺς καὶ ὁ Θεὸς μισεῖ.* καὶ, *Ὁ ἀργὸς οὐδὲ πιστὸς εἶναι δύναται.* Καὶ Σοφία · *Πολλὴν κακίαν*, ἔφη, *ἐδίδαξεν ἡ ἀργία.* Προσήκει τοιγαροῦν ἕκαστον ὁποῖον δήποτε ἔργον κατὰ Θεὸν γινόμενον καρποφορεῖν, καὶ σπου-

[56] Matth. x, 42. [57] Matth. xxv, 40. [58] Matth. vi, 5. [59] Exod. xvi, 18. [60] Matth. vi, 10. [61] I Thess. iii, 10. [62] Eccli. xxxiii, 29.

Digitized by Google

δαίως κἂν ὑφ' ἑνὶ τῶν ἀγαθῶν διατίθεσθαι, ἵνα μὴ τὸ παράπαν ἄκαρπος εὑρισκόμενος, ἀμέτοχος εἰς ἅπαν καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν γένηται.

ΙΑ'. Πρὸς τοὺς λέγοντας ἀδύνατον εἶναι τῆς τελειότητος ἐφικέσθαι, καὶ τῆς εἰσάπαξ ἀπαλλαγῆς τῶν παθῶν, εἰ καὶ τῆς μετουσίας καὶ πληρώσεως τοῦ ἀγαθοῦ τυχεῖν Πνεύματος, ἀναγκαῖον τὴν ἀπὸ τῶν θείων Γραφῶν μαρτυρίαν ἐπενεγκεῖν, καὶ δεῖξαι κακῶς εἰδότας αὐτοὺς, ψευδῶς τε ἅμα καὶ ἐπισφαλῶς λέγοντας· *Γίνεσθε* γὰρ, φησὶν ὁ Κύριος, *καὶ ὑμεῖς τέλειοι, ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος τέλειός ἐστι·* καὶ παντελῆ καθαρότητα διὰ τούτων σημαίνων· καὶ, *Θέλω ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ καὶ οὗτοι ὦσι μετ' ἐμοῦ, ἵνα θεωρῶσι τὴν δόξαν τὴν ἐμήν.* Ταῦτα τοῦ εἰρηκότος εἰσίν· *Ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσεται, οἱ δὲ λόγοι μου οὐ μὴ παρέλθωσι·* καὶ τὸ τοῦ Ἀποστόλου· *Ἵνα παραστήσωμεν πάντα ἄνθρωπον τέλειον ἐν Χριστῷ.* Καὶ τό· *Μέχρι δὲ καταντήσωμεν οἱ πάντες εἰς τὴν ἑνότητα τῆς πίστεως, καὶ τῆς ἐπιγνώσεως τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, εἰς ἄνδρα τέλειον, εἰς μέτρον ἡλικίας τοῦ πληρώματος τοῦ Χριστοῦ,* εἰς ταυτὸν φέρει. Οὕτω δὲ πρὸς τὴν τελειότητα ἀφορῶντας συμβαίνει δύο τὰ κάλλιστα γίνεσθαι, σύντονόν τε καὶ ἀδιάπαυστον τὸν ἀγῶνα ἔχοντας εἰς τὸ πέρας διώκειν, διὰ τὴν ἐλπίδα τοῦδε τοῦ μέτρου, φημὶ, καὶ τῆς ἀναβάσεως· τύφῳ τε μὴ ἁλίσκεσθαι, ἀλλὰ μετριοφρονεῖν, καὶ μικροὺς ἑαυτοὺς ἡγεῖσθαι διὰ τὴν μήπω τοῦ τελείου κατάληψιν.

ΙΒ'. Οἱ ταῦτα λέγοντες, φησὶν, ἐκ τριῶν τρόπων τὴν μεγίστην ψυχῆ περιάπτουσι βλάβην· πρῶτον μὲν, ὅτι ταῖς θεοπνεύστοις φαίνονται διαπιστοῦντες Γραφαῖς· εἶθ' ὅτι τὸν μείζονά τε καὶ τέλειον μὴ προστησάμενοι τοῦ Χριστιανισμοῦ σκοπὸν, μηδὲ πρὸς ἐκεῖνον φθάσαι κατατεινόμενοι, πόνον καὶ σπουδὴν, πείνάν τε καὶ δίψαν τῆς δικαιοσύνης ἔχειν οὐ δύνανται· ἀλλὰ τοῖς ἐξωτέροις σχήμασί τε καὶ ἤθεσι, καὶ ὀλίγοις τισὶ κατορθώμασιν ἐμπληροφορούμενοι, τῆς μακαρίας ἐλπίδος, καὶ τελειότητος, καὶ τῆς παντελοῦς τῶν παντελῶν παθῶν καθάρσεως ἀπολείπονται. Τὸ τρίτον ὡς οἰόμενοι τῆς ἀκρότητος ἐφικέσθαι τῇ κατορθώσει τῶν ὀλίγων, ὡς ἔφημεν, ἀρετῶν, καὶ μὴ πρὸς τὸ τέλειον ἐπειγόμενοι, οὐ μόνον ταπείνωσιν καὶ πτωχείαν καὶ συντριβὴν καρδίας ἥκιστα ἔχειν δύνανται· ἀλλὰ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς ὡς ἤδη κατειληφότας, οὐ προκοπὴν οὐκ ἐπίδοσιν ὁσημέραι δέχονται.

ΙΓ'. Τοὺς ἀδύνατόν φησιν ἡγουμένους τὴν κατόρθωσιν ταύτην, τὴν διὰ τοῦ Πνεύματος τοῖς ἀνθρώποις ἐγγινομένην, ἥτις ἡ καινὴ κτίσις ἐστὶ τῆς καθαρᾶς καρδίας, ὁ Ἀπόστολος διαῤῥήδην ἐοικότας αὐτοὺς δείκνυσι τοῖς δι' ἀπιστίαν τὴν γῆν τῆς ἐπαγγελίας εἰσελθεῖν μὴ ἠξιωμένοις, καὶ *διὰ τοῦτο πεπτωκότων αὐτοῖς τῶν κώλων ἐν τῇ ἐρήμῳ* ὁ

A facit, fructuose agere : ac diligentiam cuilibet actioni bonæ impendere, ne tanquam infructuosus omnino repertus, omni prorsus participatione bonorum æternorum excludatur.

XI. Dicentibus fieri non posse, ut homo ad perfectionem pertingat, et ad plenam liberationem ab affectibus; itemque participationem et impletionem boni Spiritus, necesse est opponere testimonia divinarum Scripturarum, ostendereque et errore mentis laborare ipsos, et falso ac periculose loqui. Ait enim Dominus : *Estote et vos perfecti, sicut Pater vester cœlestis perfectus est* [62]. Plenam absolutamque puritatem per hæc indicans. Et : *Volo, ut ubi sum ego, et hi sint mecum, ut videant claritatem meam* [63]. Hæc affirmat is, qui alias dixerit : *Cœlum* B *et terra transibunt* [64], etc. Eodem spectat et illud Apostoli : *Ut exhibeamus omnem hominem perfectum in Christo* [65]. Illud quoque : *Donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis Filii Dei, in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi* [67], idem suadet. Porro qui perfectionem præ oculis habent, illis duo quædam præstantissima evenire contingit. Summus ac irremissus contentionis ardor in ipsum apicem, spe hujus mensuræ, cursum in ascendendo persequendi ; et ut superbia ne capiantur; sed modice de se sentiant, et exiguos se existiment, quoniam perfectionem nondum consecuti sunt.

C XII. Qui ea proferunt, tribus modis maximum animæ damnum important, primum quidem, quod divinitus inspiratis negare videntur Scripturis fidem; deinde quod majorem et perfectum non præstituunt christianismo scopum, neque ad illum pervenire contendentes, laborem et studium, famem et sitim justitiæ habere possunt; sed externis et superficialibus habitibus et moribus, paucisque quibusdam tralatitiæ virtutis officiis abunde contenti, a spe beata et perfectionis, absolutæque pravorum omnis generis affectuum purgationis excidunt. Postremo, quod exhibitione paucarum vulgarium virtutum, ut diximus, inflantur in opinionem sui, quasi jam apicem teneant, in quem summum eniti vis humana quet; ideoque ulterius aspirare desinunt; nec D solum humilem æstimationem sui, et paupertatem et contritionem cordis minime habere possunt : sed etiam justificantes se ipsos, ut qui jam comprehenderint, crescere quotidie promoverique in melius cessant.

XIII. Qui existimant impossibilem eam reformationem, quæ per habitantem in hominibus Spiri- **178** tum fit, quæ nova est creatio puri cordis; eos Apostolus diserte pronuntiat similes illis, qui propter infidelitatem indigni judicati terra promissionis : *Et quorum propterea cadavera prostrata sunt in deserto* [68]. Quæ enim illic promissionis terra sensu

[62] Matth. v, 48. [63] Joan. xvii, 24. [64] Matth. xxiv, 35; Luc. xxi, 33. [65] Coloss i, 28. [67] Ephes. iv, 13. [68] Hebr. iii, 17.

Digitized by Google

aperto dicitur, mystico sensu ac affectibus liberationem indicat; quam et idem Apostolus finem esse omnis mandati declaravit. Hæc enim vera demum est promissionis terra, in cujus significationem cuncta illa typice traduntur. Propter quod divinus Apostolus, securitati prospiciens discipulorum, ne cui contigerit capi contumaci incredulitatis supercilio: *Videte*, inquit, *fratres, ne forte sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis, discedendi a Deo vivo* [69]. Quod discedendi verbum non ad abnegationis, sed ad diffidentiæ promissionum significationem posuit: videlicet typica Judæorum ex allegoriis evolvens, et figuras cum veritate comparans subinfert dicens: *Quidam enim audientes exacerbaverunt: sed non universi, qui profecti sunt ex Ægypto per Moysen. Quibus autem infensus est quadraginta annis? nonne illis qui peccaverunt, quorum cadavera prostrata sunt in deserto? Quibus autem juravit non introire in requiem ipsius, nisi incredulis? Et videmus quia non potuerunt introire propter incredulitatem* [70]. *Timeamus ergo ne forte, relicta pollicitatione introeundi in requiem ipsius, existimetur aliquis ex vobis deesse. Etenim et nobis nuntiatum est, quemadmodum et illis, quæ audierunt. Ingredimur enim in requiem qui credidimus* [71]. Et post pauca rursus infert: *Festinemus ergo ingredi in illam requiem, ut ne in ipsum quis incidat incredulitatis exemplum* [72]. Quæ autem alia est Christianorum requies, a perfecta perturbationum ad peccatum trahentium liberatione, atque a plenissima et efficaci boni Spiritus in puro corde habitatione? Propterea et inducens rursus eos ad fidem, ait: *Accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda a conscientia mala* [73]. Et iterum: *Quanto magis sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad serviendum Deo vivo et vero* [74]! Convenit igitur annuntiatam per hæc verba immensam Dei erga homines benignitatem confiteri nos, ut servos fideles; et vera firmaque reputare quæ promissa sunt, ut quantumvis propter propositi pigritiam et infirmitatem non prorsus nos semel in omne tempus Creatori præbuimus, neque ad magnas et perfectas virtutis aspiravimus mensuras: at aliquam saltem misericordiam ob rectitudinem irreflexam intentionis, et sanam fidem, consequi possimus.

A γὰρ ἐκεῖ ἐπαγγελία; γῆ κατὰ τὸ φανερὸν, τοῦτο ἐνταῦθα παθῶν ἀπολύτρωσις κατὰ τὸ κρυπτόν· ὅπερ δὴ καὶ ὁ Ἀπόστολος τέλος πάσης ἐντολῆς εἶναι ἀπέδειξε· καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ ἀληθινὴ τῆς ἐπαγγελίας γῆ, καὶ δι' αὐτὴν πάντα ἐκεῖνα τυπικῶς παραδίδοται. Παρ' ὃ καὶ ὁ θεσπέσιος Παῦλος δι' ἀσφαλείας τὰ τῶν μαθητῶν ποιούμενος, ὡς μή τινα συμβῆναι ἀπιστίας ἀλῶνας φρονήματι· *Βλέπετε, ἀδελφοί μου*, φησὶ, *μήποτε εἴη ἔν τινι ὑμῶν καρδία πονηρὰ ἀπιστίας, ἐν τῷ ἀποστῆναι ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ζῶντος*· τὸ δὲ ἀποστῆναι οὐκ ἐπὶ τοῦ ἀρνήσασθαι, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ ταῖς ἐπαγγελίαις αὐτοῦ ἀπιστῆσαι, τέθεικεν· ἀμέλει καὶ τὰ τυπικὰ τῶν Ἰουδαίων ἀλληγορῶν καὶ παραβάλλων ταῦτα πρὸς τὴν ἀλήθειαν, ἐπιφέρει, λέγων· *Τινὲς γὰρ ἀκούσαντες αὐτοῦ παρεπίκραναν, ἀλλ' οὐ πάντες οἱ ἐξελθόντες ἐξ Αἰγύπτου διὰ Μωσέως· τίσι δὲ προσώχθισε τεσσαράκοντα ἔτη; οὐχὶ τοῖς ἁμαρτήσασιν, ὧν τὰ κῶλα ἔπεσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ; τίσι δὲ ὤμοσε μὴ εἰσελεύσεσθαι εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, εἰ μὴ τοῖς ἀπειθήσασι; καὶ βλέπομεν, ὅτι μὴ ἐδυνήθησαν εἰσελθεῖν δι' ἀπιστίαν· καὶ ἐπάγει· Φοβηθῶμεν οὖν μήποτε καταλιπομένης ἐπαγγελίας εἰσελθεῖν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, δοκεῖ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέναι· καὶ γὰρ ἐσμεν εὐηγγελισμένοι καθάπερ κἀκεῖνοι· ἀλλ' οὐκ ὠφέλησεν ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς ἐκείνους μὴ συγκεκραμένος τῇ πίστει τοῖς ἀκούσασιν· εἰσερχόμεθα γὰρ εἰς τὴν κατάπαυσιν οἱ πιστεύσαντες·* καὶ μετ' ὀλίγα πάλιν ἐπιφέρει· *Σπουδάσωμεν οὖν εἰσελθεῖν εἰς ἐκείνην τὴν κατάπαυσιν, ἵνα μὴ ἐν τῷ αὐτῷ τις ὑποδείγματι περιπέσῃ τῆς ἀπειθείας.* Τίς δὲ Χριστιανῶν κατάπαυσις ἑτέρα, ἢ τῶν τῆς ἁμαρτίας παθῶν ἡ ἀπολύτρωσις, καὶ ἡ πληρεστάτη καὶ ἐνεργὴς τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος ἐν τῇ καθαρᾷ καρδίᾳ ἐνοίκησις; ταύτῃ τοι καὶ ἐνάγων αὐτοὺς πάλιν πρὸς τὴν πίστιν φησί· *Προσερχώμεθα μετ' ἀληθινῆς καρδίας ἐν πληροφορίᾳ πίστεως, ἐῤῥαντισμένοι τὰς καρδίας ἀπὸ συνειδήσεως πονηρᾶς*, καὶ αὖθις· *Πόσῳ μᾶλλον τὸ αἷμα τοῦ Ἰησοῦ καθαριεῖ τὴν συνείδησιν ὑμῶν ἀπὸ νεκρῶν ἔργων, εἰς τὸ λατρεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ!* Προσήκει τοίνυν, τὴν διὰ τῶν ῥημάτων τούτων ἐπηγγελμένην τοῦ Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἄμετρον ἀγαθότητα καθομολογεῖν ἡμᾶς, οἷα δούλους εὐγνώμονας, καὶ ἀληθῆ καὶ βέβαια λογίζεσθαι τὰ ἐπηγγελμένα· ἵνα κἂν διὰ νωθείαν ἢ ἀσθένειαν προαιρέσεως μὴ καθάπαξ ἑαυτοὺς τῷ πεποιηκότι παρέσχομεν, μηδὲ τῶν μεγάλων καὶ τελείων τῆς ἀρετῆς ἀντεποιησάμεθα μέτρων· ἀλλ' οὖν γέ τινος ἐλέους διὰ τὸ ὀρθὸν καὶ ἀδιάστροφον τοῦ φρονήματος, καὶ τὴν ὑγιῆ πίστιν ἐπιτεύξασθαι δυνηθῶμεν.

B

C

D

XIV. Orationis et verbi opus rite ac convenienter exercitum, supra omnem virtutem et omne mandatum excellit. Hujus rei testis ipse est Dominus. Cum enim in Marthæ ac Mariæ divertisset domum [75], et Martha circa ministerium occupata, interim dum Maria ad pedes Domini sedens, ambrosia divinæ illius linguæ quasi suaviter epulans fruebatur, quereretur de sorore, quod ipsam non adju-

ΙΔ'. Τὸ τῆς εὐχῆς καὶ τοῦ λόγου ἔργον ἁρμοζόντως ἐπιτελούμενον, πάσης ἀρετῆς τε καὶ ἐντολῆς ὑπεράνω τελεῖ. Καὶ τούτου μάρτυς αὐτός· ἐπειδὴ γὰρ εἰς τὴν οἰκίαν Μάρθας τε, φημὶ, καὶ Μαρίας παρέβαλε, τῆς μὲν Μάρθας περὶ τὴν διακονίαν ἀσχολουμένης, Μαρίας δὲ περὶ τοὺς αὐτοῦ πόδας καθεζομένης, καὶ τῇ ἀμβροσίᾳ τῆς θείας ἐκείνης γλώττης εὐωχουμένης, μεμφομένης αὐτῆς τῆς ἀδελφῆς, ὅτι

[69] Hebr. III, 12. [70] ibid. 16, 19. [71] Hebr. IV, 1-6. [72] ibid. 11. [73] Hebr. X, 22. [74] Hebr. IX, 14. [75] Luc. X, 38.

Digitized by Google

μὴ συμπράττῃ ταῦτα, καὶ διὰ τοῦτο Χριστῷ προσελθούσης, αὐτὸς τὸ κυριώτερον τοῦ δευτέρου προθεὶς, *Μάρθα*, ἔφη, *μεριμνᾷς καὶ τυρβάζῃ περὶ πολλά· ἑνὸς δέ ἐστι χρεία· Μαρία δὲ τὴν ἀγαθὴν μερίδα ἐξελέξατο, ἥτις οὐκ ἀφαιρεθήσεται ἀπ' αὐτῆς*. Τοῦτο δὲ εἴρηκεν, ὡς ἔφημεν, οὐχ ὡς τὸ τῆς διακονίας ἔργον ἀποποιούμενος, ἀλλ' ὡς τὸ μεῖζον πάντως τοῦ ἐλάττονος προτιθείς· ἐπεὶ πῶς αὐτὸς ἠνείχετο τῆς διακονίας; πῶς καὶ αὐτουργὸς φαίνεται τούτου γενόμενος, καὶ τοὺς πόδας νίψας τῶν μαθητῶν; τοσοῦτον δὲ ἀποσχόμενος τοῦ κωλῦσαι, ὅτι καὶ τὸν ἴσον τρόπον πρὸς ἀλλήλους ποιεῖν τοῖς μαθηταῖς ἐγκελεύεται· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτοὺς εὑρήσεις τοὺς ἀποστόλους, ἡνίκα πρότερον περὶ τὴν τῶν τραπεζῶν ἐπονοῦντο διακονίαν, τοῦ μείζονος ἔργου πρόκρισιν θεμένους, τῆς εὐχῆς, φημὶ, καὶ τοῦ λόγου, *Οὐ δίκαιον* γάρ, φησὶν, *ἡμᾶς καταλιπόντας τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ διακονεῖν τραπέζαις· ἀλλ'* εὐξάμενοι, *ἄνδρας πλήρεις Πνεύματος ἁγίου καταστήσωμεν ἐπὶ τῆς διακονίας ταύτης· ἡμεῖς δὲ τῇ διακονίᾳ τοῦ λόγου καὶ τῇ προσευχῇ προσκαρτερῶμεν*. Ὁρᾷς, ὅπως τὰ πρῶτα τῶν δευτέρων προέκριναν, καίπερ ἀμφότερα μιᾶς ἀγαθῆς ῥίζης οὐκ ἀγνοοῦντες εἶναι βλαστήματα.

varet, ac propter id ad Christum accessisset, ille principale accessorio præferens, *Martha*, inquit, *sollicita es, et turbaris erga plurima : porro unum est necessarium. Maria optimam partem elegit, quæ non auferetur ab ea* [76]. Hoc autem dixit, ut præfati sumus, non ut ministerii opus reprobaret; sed ut majus **179** minori præponeret. Enimvero cui tandem videri possit male illum sensisse de ministerio, cujus utique auctorem et exemplar se ipsum exhibuit, pedes etiam discipulorum lavans [77]? Tantum profecto abfuit ut illud vetaret, ut discipulis præceperit, idem similiter erga sese mutuo exercere. Quin et ipsos invenies apostolos, quando primum circa mensarum ministerium laborabant, prælato huic potiori opere, orationis scilicet ac verbi, dixisse : *Non est æquum nos derelinquere verbum Dei et ministrare mensis*, sed præmissa oratione, *viros plenos Spiritu sancto constituamus super hoc opus; nos vero orationi et ministerio verbi instantes erimus* [78]. Vides, ut prima secundis prætulerint : utcunque non ignorarent, unius utraque bonæ radicis esse germina.

[76] Luc. x, 41. [77] Joan. xiii, 5. [78] Act. vi, 2-4.

ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΠΕΡΙ ΥΠΟΜΟΝΗΣ ΚΑΙ ΔΙΑΚΡΙΣΕΩΣ

ΛΟΓΟΣ

MACARII MAGNI

DE PATIENTIA ET DISCRETIONE

LIBER.

Α'. Τοῖς πειθαρχεῖν τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ βουλομένοις, καὶ ἀγαθὸν καρπὸν ἐργαζομένοις, σημεῖα παρακολουθεῖ ταῦτα· στεναγμὸς, κλαυθμὸς, κατήφεια, ἡσυχία, κεφαλῆς κίνησις, προσευχὴ, σιωπὴ, ἐπιμονὴ, ὀδυνηρὸν πένθος, πόνος καρδίας ὑπὲρ εὐσεβείας γενόμενος. Τὰ δὲ ἔργα· ἀγρυπνία, νηστεία, ἐγκράτεια, πραότης, μακροθυμία, ἀδιάλειπτος προσευχὴ, μελέτη τῶν θείων Γραφῶν, πίστις, ταπείνωσις, φιλαδελφία, ὑποταγὴ, πόνος, κακοπάθεια, ἀγάπη, ἀγαθωσύνη, κοσμιότης, καὶ τὸ ὅλον φῶς, ὅ ἐστιν ὁ Κύριος. Τῶν δέ γε μὴ ποιούντων καρπὸν ζωῆς σημεῖά ἐστι ταῦτα· ἀκηδία, μεθορισμὸς, περίβλεψις, ἀπρος-

I. Eos qui volunt obedire Dei verbo, et bonum fructum faciunt, hæc sequuntur signa : suspirium, planctus, mœstitia, quies, capitis motio, oratio, silentium, constantia in loco, dolorosus luctus, labor cordis pro pietate susceptus. Hæc vero opera : vigiliæ, jejunium, continentia, mansuetudo, longanimitas, oratio non intermissa, meditatio divinarum Scripturarum, fides, humilitas, charitas fraterna, subjectio, labor, aperorum perpessio, charitas, bonitas, honestas, et omne lumen, quod est Dominus. Eorum autem qui non faciunt fructum vitæ, signa hæc sunt : incuria, transgressio

Digitized by Google

ultra terminos, effusio aspectus in omnes partes, negligentia, murmuratio, levis circumactio. Opera vero : voracitas, ira, vehementia, obtrectatio, tumor, importuna loquacitas, incredulitas, instabilitas, oblivio, turbatio, lucri sordidi captatio, pecuniæ cupiditas, æmulatio, contentio, despicientia, nugacitas, intempestivus risus, pertinacia sensus proprii; et omnes tenebræ, quæ sunt Satanas.

A εξία, γογγυσμὸς, κέπφωσις. Τὰ δὲ ἔργα· ἀδδηφαγία ὀργὴ, θυμὸς, καταλαλιὰ, φυσίωσις, ἀκαιρολογία, ἀπιστία, ἀκαταστασία, λήθη, ταραχὴ, αἰσχροκέρδεια, φιλαργυρία, ζῆλος, ἐρίθεια, ὑπερηφία, φλυαρία, ἄκαιρος γέλως, ἐθελοδοξία, καὶ τὸ πᾶν σκότος, ὅπερ ἐστὶν ὁ Σατανᾶς.

II. Per arcanæ, sed Deo dignæ, providentiæ consilium, non statim in decretam ipsi gehennam impius mittitur, sed interim ſsinitur hic vivere, ut vexet, ac vexando probet homines; atque ita, utcunque non volens, efficiat, ut sancti crescant in justitia per patientiam; ac per hoc majoris ipsis gloriæ causa sit; sibique vicissim per suam voluntariam obstinationem in peccatis, et malitiosas machinationes in sanctos, tanto justius infligendam probet, quæ ipsi servatur, pœnam. Nimirum, quod divinus ait Apostolus : *Ut fiat supra modum peccans peccatum* [79].

B'. Κατ' οἰκονομίαν θειοτέραν φησὶ, οὐκ εὐθέως εἰς τὴν κληρωθεῖσαν αὐτῷ γέενναν ὁ πονηρὸς παρεπέμφθη· ἀλλὰ βασάνου καὶ δοκιμασίας χάριν τοῦ τε ἀνθρώπου, φημὶ, παρεἰθη· ἵνα καὶ ἄκων δικαιοτέρους μὲν τοὺς ἁγίους διὰ τῆς ὑπομονῆς ἀπεργάσηται, καὶ μείζονος αὐτοῖς δόξης αἴτιος καταστῇ· ἑαυτῷ δὲ πάλιν διὰ τῆς ἰδίας ἐθελοκακίας, καὶ τῶν κατὰ τῶν ἁγίων ἐπινοιῶν δικαιοτέραν κατασκευάσῃ τὴν κόλασιν· *Καὶ ἵνα*, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, *καθ' ὑπερβολὴν γένηται ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία.*

180 III. Cum decepisset Adamum inimicus, et sic eum dominio suo subjugasset, eripuit ei, quam prius habebat, potestatem; ita princeps hujus sæculi declaratus est. Princeps siquidem hujus sæculi, et dominus omnium visibilium homo ab initio fuerat a Deo constitutus. Non enim ipsi prævalere ignis poterat, non eum aqua demergere, non illi fera nocere, non suum in ejus membra venenum noxium quodvis animal diffundere. Ex quo autem deceptioni succubuit, prodidit deceptori principatum suum. Propter quam causam magi et præstigiatores, et per adversariam efficaciam mira, Deo sic permittente, operantur, venenatis dominantes bestiis, ignemque et aquas sine noxa subeuntes, ut Jannes et Mambres adversarii Mosis : ut Simon principi apostolorum Petro sese ausus est opponere.

Γ'. Ἀπατήσας τὸν Ἀδὰμ ὁ ἐχθρὸς, καὶ οὕτως αὐτοῦ κυριεύσας ἀφεῖλέ τε αὐτὸν τὴν ἐξουσίαν, καὶ ἄρχων ἐκεῖνος τοῦ αἰῶνος τοῦδε προσηγορεύθη. Ἄρχων δὲ τοῦ αἰῶνος τούτου καὶ δεσπότης τῶν ὁρωμένων ὁ ἄνθρωπος ἦν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τοῦ Κυρίου καταστάς. Οὔτε γὰρ πῦρ αὐτοῦ κατίσχυεν, οὐχ ὕδωρ ἐπόντιζεν, οὐ θηρίον ἔβλαπτεν, οὐκ ἰοβόλον ἐπ' αὐτῷ τὸ οἰκεῖον ἐνήργει· ἀφ' οὗ δὲ τῇ ἀπάτῃ εἶξε, προδέδωκε τῷ ἀπατήσαντι τὴν ἀρχήν· δι' ἣν αἰτίαν φαρμακοί τε καὶ γόητες κατ' ἐναντίαν ἐνέργειαν, Θεοῦ δὲ συγχώρησιν, παραδοξοποιοὶ δείκνυνται· ἰοβόλων τε γὰρ κυριεύουσι, καὶ πυρὸς καὶ ὑδάτων κατατολμῶσιν, ὡς οἱ περὶ Ἰαννῆ, φημὶ, καὶ Μαμβρῆν τῷ Μωσῇ ἀντικείμενοι, καὶ ὡς Σίμων τῷ κορυφαίῳ Πέτρῳ ἀντιφερόμενος.

IV. Existimo diabolum, quando animadvertit iterum effulgentem in facie Mosis eamdem gloriam, quam in vultu Adami viderat, non parum fuisse perculsum; utpote inde augurium ducentem dejectionis ex suo regno. Nihil autem impedit, quin Apostoli dictum ad id referamus : *Regnavit mors ab Adam usque ad Moysem, etiam in eos qui non peccaverunt* [80]. Opinio enim hæc mea est, glorificatam illam faciem Moysis, expressam velut ex antiquo exemplari formam repræsentasse conspicuæ claritatis, qua Deus primi suis manibus efficti hominis vultum insigniverat. Quod cum videret mors, hoc est, mortis auctor diabolus, tum suspicari eum cœpisse, excidere se regno, et a Domino vero hoc se passurum. Eamdem porro gloriam et nunc veri Christiani induunt intus in mente; ubi deleta morte, hoc est, passionibus ignominiæ, sive concupiscentiis ita debilitatis, ut operari nequeant, gloria Spiritus effulget in sensu, et plenitudine omni fiduciæ animas illorum irradians.

Δ'. Οἶμαι, φησὶν, ὅτι καὶ τὴν προτέραν αὐτοῦ Ἀδὰμ δόξαν ὁμοίως τῷ προσώπῳ Μωσέως ἐπιλάμπουσαν, τὸν ἐχθρὸν θεασάμενον ἱκανῶς τρωθῆναι· καθαπερεὶ τεκμηράμενον τὴν τῆς ἑαυτοῦ βασιλείας καθαίρεσιν. Οὐδὲν δὲ τὸ κωλῦον καὶ τὸ Ἀποστόλου ῥητὸν πρὸς τοῦτο φέρεσθαι, τὸ, *Ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας.* Δοκῶ γάρ μοι, τὸ δεδοξασμένον πρόσωπον Μωσέως τύπον καὶ ὑπόδειγμα σώζειν τοῦ πρώτου διὰ χειρῶν Θεοῦ δημιουργηθέντος ἀνθρώπου· ὅπερ ἰδόντα τὸν θάνατον, τουτέστι θανάτου αἴτιον διάβολον, ἐκεῖ μὲν ὑποπτεῦσαι τῆς βασιλείας διαπεσεῖν· ἐπὶ δὲ τοῦ Κυρίου πρὸς ἀλήθειαν τοῦτο παθεῖν. Ταύτην τοιγαροῦν τὴν δόξαν ἀπό γε τοῦ νῦν οἱ ἀψευδεῖς Χριστιανοὶ περιβάλλονται· καὶ ἔνδοθεν ὑπ' αὐτῶν ὁ θάνατος, εἴτουν τὰ τῆς ἀτιμίας καταργεῖται πάθη, ἐνεργεῖν μὴ δυνάμενα· ἅτε δὴ τῆς τοῦ Πνεύματος δόξης ἐν αἰσθήσει καὶ πληροφορίᾳ πάσῃ ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν ἐλλαμπούσης.

V. Per mulierem, aptum ob similitudinem instru-

Ε'. Διὰ τῆς γυναικὸς ὡς δι' ὁμοίου τινὸς ὁ ἐχθρὸς

[79] Rom. vii, 13. [80] Rom. v, 1.

Digitized by Google

ἀπατήσας, ἀφαιρεθῆναι τὴν περικειμένην τὸν Ἀδὰμ δόξαν πεποίηκε. Καὶ οὕτως γυμνός τε εὑρέθη, καὶ τὴν ἀσχημοσύνην εἶδε τὴν ἑαυτοῦ, ἣν δὴ πρότερον οὐχ ἑώρα, ἅτε τοῦ φρονήματος αὐτοῦ τοῖς οὐρανίοις κάλλεσιν ἐντρυφῶντος. Καὶ γὰρ μετὰ τὴν παράβασιν πρόσγεια γέγονεν αὐτῷ καὶ χαμαιπετῆ τὰ νοήματα· καὶ τὸ ἁπλοῦν αὐτῷ καὶ ἀγαθὸν φρόνημα φρονήματι κακίας σαρκικῷ συνεπλάκη· τὸ δὲ κλεισθῆναι τὸν παράδεισον καὶ τῇ φλογίνῃ ῥομφαίᾳ, καὶ τῷ Χερουβὶμ ἐπιτραπῆναι διακωλύειν αὐτῷ τὴν εἴσοδον, τοῦτο κατὰ μὲν τὸ ὁρατὸν καὶ πιστεύεται γεγενῆσθαι, ὡς εἴρηται· εὑρίσκεται δὲ καὶ παρ' ἑκάστῃ ψυχῇ κατὰ τὸ λανθάνον. Κύκλῳ γὰρ τῆς καρδίας τὸ κάλυμμα τοῦ σκότους περιχωρεῖ, τοῦ πυρὸς, φημὶ, τοῦ κοσμικοῦ πνεύματος, ὅπερ οὔτε τὸν νοῦν ἐντυχεῖν τῷ Θεῷ, οὔτε τὴν ψυχὴν ἀφῆσαι κατὰ τὸ αὐτῆς θέλημα ἢ εὔξασθαι ἢ πιστεῦσαι, ἢ ἀγαπῆσαι τὸν Κύριον· τούτων δὲ πάντων ἡ πεῖρα διδάσκαλος τοῖς γνησίως ἑαυτοὺς τῷ Κυρίῳ πιστεύσασι, τῇ τε ἐπιμονῇ τῆς εὐχῆς, καὶ τῇ εὐτόνῳ κατὰ τοῦ πολεμοῦντος ὁρμῇ.

A mentum fallendi, decepto inimicus Adamo effecit, ut auferretur ipsi gloria. Inde ille nudus repertus, suam vidit turpitudinem, ad quam antea non adverterat, mente quippe contemplandis formis cœlestibus cum delectatione affixa. Etenim post transgressionem in terram vergentes et humo pronæ fuerunt ejus cogitationes; et prior illa simplex et bona intelligentia notionibus malitiæ carneis concreta fuit. Clausus autem quod dicitur homini fuisse paradisus [81], et flammeo gladio, ac Cherubim injunctum, ut ingredi prohiberet ipsum, credendum quidem est vere ita et sensibiliter tunc factum; reperitur autem idem arcana ratione in qualibet anima fieri. Undique enim circum cor velum quoddam tenebrarum oppansum est, fumus, inquam, ex B igne mundani spiritus, qui neque mentem conversari cum Deo sinit, neque animam permittit, prout ipsa vellet, aut orare, aut credere, aut amare Dominum. Horum autem omnium experientia magistra est iis, qui sincere se ipsos Domino crediderunt, tum perseverantia orationis, tum constanti adversus hostem oppugnantem impetu.

Ϛ'. Ῥάβδος ἐστὶ παιδείας καὶ λῶρος μαστίγων, ὁ τοῦδε τοῦ αἰῶνος ἄρχων τοῖς κατὰ Πνεῦμα νηπίοις· αὐτοῖς μὲν, ὥσπερ γοῦν καὶ πρότερον εἴρηται, μεγάλην δόξαν καὶ πλείονα τὴν τιμὴν διὰ τῶν θλίψεών τε καὶ πειρασμῶν· ἐκ τούτων γὰρ καὶ τὸ τελείους αὐτοὺς γίνεσθαι περιγίνεται· ἑαυτῷ δὲ πλείονά τε καὶ βαρυτέραν κατασκευάζων τὴν κόλασιν. Ὅλως γὰρ μεγίστη τις δι' αὐτοῦ οἰκονομεῖται οἰκονομία, καθὼς εἴρηταί που· *Συνεργεῖ τὸ πονηρὸν τῷ ἀγαθῷ προαιρέσει οὐ καλῇ*. Ταῖς γὰρ ἀγαθαῖς καὶ καλὴν τὴν προαίρεσιν ἐχούσαις ψυχαῖς, καὶ τὰ δοκοῦντα λυπηρὰ εἰς ἀγαθὸν τελευτᾷ· καθὰ δὴ καὶ τὸ τῷ Ἀποστόλῳ εἰρημένον ἐστίν· *Ἴσμεν τὸ τοῖς ἀγαπῶσι τὸν Θεὸν πάντα συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθόν*.

VI. Virga est disciplinæ et lorum plagas infligens, princeps hujus sæculi parvulis in spiritu; ipsis quidem, ut prius etiam dictum est, magnam gloriam et abundantiorem honorem per afflictiones et tentationes procurans; ex his enim, ut et ipsi perfecti evadant, oritur; sibi autem miser ipse majorem C gravioremque præparans pœnam. Omnino enim maxima et mira quædam per eum administratur dispensatio, **181** prout dictum alicubi est: *Cooperatur malum bono intentione non bona* [81a]. Bonis siquidem et laudabili vigentibus proposito animabus, quæ molesta videntur in bonum desinunt: quod ipse quoque affirmavit Apostolus sic scribens: *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum* [81b].

Τούτου ἕνεκεν ἡ τῆς παιδείας αὕτη ῥάβδος ἀφείθη, φησὶν, ἵνα δι' αὐτῆς ὡς ἐν καμίνῳ πυρὸς τὰ σκεύη πυρούμενα, τὰ μὲν δόκιμα στερεώτερα φανῇ· τὰ δὲ ἀδόκιμα εὔθραυστα ὄντα ἐλεγχθῇ, τοῦ πυρὸς τὴν καῦσιν οὐχ ὑπομείναντα· δοῦλος δὲ ὢν οὗτος καὶ κτίσμα δεσποτικὸν, οὐχ ὅσον αὐτῷ δοκεῖ ἐκπειράζει, οὐδὲ καθόσον βούλῃ τὰς θλίψεις ἐπάγει· ἀλλ' ὅσον δὴ D τὸ Δεσποτικὸν ἐπιτρέψει νεῦμα διὰ τῆς παραχωρήσεως· αὐτὸς γὰρ σὺν ἀκριβείᾳ τὰ πάντων εἰδὼς, ὁπόσον ἐστὶ δύναμις ἑκάστῳ, τοσοῦτον αὐτῷ καὶ τὸ δοκίμιον ὑποστῆναι παραχωρεῖ, καθὰ δὴ καὶ τῷ Ἀποστόλῳ δοκεῖ· *Πιστὸς γὰρ ὁ Θεὸς*, φησὶν, *ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε· ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν, τοῦ δύνασθαι ὑπενεγκεῖν*.

VII. Hujus rei gratia ista, de qua dixi, virga disciplinæ sævire permittitur, ut per eam velut in fornace ignis excocta vasa, quæ quidem proba sunt, soliditatem demonstrent; quæ vero proba non sunt, fragilitatis coarguantur, ignis ardorem non ferentia. Cum sit autem diabolus servus et creatura Dei, imperium ejus absolutum agnoscens, non quantum ipsi libet tentat, nec quam multas ac graves vult afflictiones immittit; sed quantum herilis nutus permittit, permissione limitata. Sane Deus exactissime quantum in unoquoque est pervidens, exploratum habet, quantum cuique insit virium; et ad eum modum probationem ei admoveri permittit; sicut etiam videtur Apostolo, dum ait: *Fidelis Deus, qui non permittit vos tentari supra id quod potestis: sed faciet etiam cum tentatione proventum, ut possitis sustinere* [82].

Η'. Ζητῶν καὶ κρούων κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου φωνὴν, καὶ μέχρι τέλους αἰτῶν τυγχάνει τῶν αἰτημά-

VIII. Quærens et pulsans juxta Domini vocem, et usque ad finem petens, consequitur quæ petit.

[81] Gen. III, 24. [81a] Rom. VIII, 28. [81b] ibid. 28. [82] I Cor. X, 13.

Digitized by Google

Tantum circa hoc suæ conscientiæ satisfacere is curet, ut mente et lingua indesinenter quærat, et corporeo ministerio enixim incumbat; nec sæcularibus negotiis implicetur, neve pravitatis delectetur affectibus. Verax siquidem est qui dixit: *Omne quodcunque petieritis me in oratione, credentes, accipietis*[84]. Qui autem dicunt: *Utcunque omnia quis effecerit quæ præscribuntur, exspectatam autem gratiam consecutus non fuerit, quod ad præsens attinet sæculum, nihil profecit;* male et sentiunt et loquuntur, divinisque haud congrue Scripturis. Non enim injustitia est apud Deum, ut iis, quæ nostri sunt officii a nobis perfectis, ipse quæ suarum sunt partium, negligat. Tantum curæ tibi sit, ut reperiare tunc, quando anima tua ex hoc solvitur corpore, fortiter decertans, studiose satagens, exspectans promissionem, perseverans, credens, in discretione quærens; et ego tibi dico, nec credere dubites, cum gaudio abibis, et fiduciam habebis, et regno videberis dignus. Etenim talis (in tenuitate mea per fidem et piam confidentiam, aio), talis, inquam, jam Deo communicat. Ut enim, *Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam mœchatus est eam in corde suo*[85], etsi minime hic fuerit corpore pollutus, tamen jam adulterii reputatur reus: sic qui cor quidem suum a malis avertit, Deo autem adhærens desiderio et inquisitione, perseverantia apud Deum, ac flagrante in Dei amorem proposito animi, jamjam quasi particeps Dei est; certe magnum donum statim a Deo habet, istam ipsam persistendi in oratione gratiam, simul cum bono studio, et conversatione virtutis amante. Si enim ne calicis quidem frigidæ donatio mercede caret sua, quanto magis iis, qui diu noctuque intentis in ipsum oculis ab eo postulant, promissum Deus præbebit!

των· μόνον ἐχέτω παῤῥησίαν οὗτος, τοῦ τῷ νῷ καὶ γλώττῃ ἀπαραλείπτως ἐπιζητεῖν, καὶ τοῦ τῇ σωματικῇ λειτουργίᾳ ἀνενδότως προσκαρτερεῖν· μὴ τοῖς κοσμικοῖς πράγμασιν ἐμπλεκόμενος, μηδὲ τοῖς τῆς κακίας πάθεσι συνηδόμενος. Ἀψευδὴς γὰρ ὁ εἰπών· ὅτι *Πᾶν ὃ ἐὰν αἰτήσητέ με ἐν προσευχῇ, πιστεύοντες, λήψεσθε.* Οἱ δὲ λέγοντες, *Κἂν πάντα ποιήσειέ τις τὰ ὑποτεταγμένα, παραμείνας δὲ μὴ τύχῃ τῆς χάριτος, κατὰ τὸν αἰῶνα τοῦτον, οὐδὲν ὤνησε·* κακῶς οἴδασί τε καὶ λέγουσι, καὶ ταῖς θείαις ἀσυμφώνως Γραφαῖς. Οὐ γάρ ἐστιν ἀδικία παρὰ τῷ Θεῷ, ἵνα τῶν ἡμῖν καθηκόντων κατορθωθέντων, αὐτὸς τῶν παρ' ἑαυτῷ ἀμελήσειε. Μόνον ἐπιμελὲς ἔστω σοι εὑρεθῆναι τότε, ὅτε σου ἡ ψυχὴ τοῦ ἀθλίου τοῦδε λύεται σώματος, ἀγωνιζόμενον, σπεύδοντα, προσδεχόμενον τὴν ἐπαγγελίαν, προσκαρτεροῦντα, πιστεύοντα, ἐν διακρίσει ζητοῦντα· κἀγώ σοι λέγω καὶ μὴ ἀπίστει, μετὰ χαρᾶς ἀπελεύσῃ, καὶ παῤῥησίαν ἕξεις, κατὰ τῆς βασιλείας ὀφθήσῃ ἄξιος. Καὶ γὰρ ὁ τοιοῦτος, ἐν λεπτότητι διὰ τῆς πίστεως, φημὶ, καὶ τῆς προθυμίας, ἤδη κοινωνεῖ τῷ Θεῷ. Ὡς γὰρ, *Ὁ βλέπων γυναῖκα πρὸς τὸ ἐπιθυμῆσαι ταύτης, ἤδη τῇ καρδίᾳ μεμοίχευκε,* καίτοι κατὰ σῶμα μὴ μιανθεὶς οὗτος, ὅμως ὡς μοιχεύσας ἤδη λελόγισται· οὕτως ὁ τὰ πονηρὰ μὲν ἐν τῇ καρδίᾳ ἀποστραφεὶς, τῷ δὲ Κυρίῳ κολλώμενος πόθῳ καὶ ἐκζητήσει, προσεδρείᾳ τε, φημὶ, καὶ θεοφιλεῖ διαθέσει, καθάπερ ἤδη κοινωνεῖ τῷ Θεῷ, καὶ μέγα δῶρον αὐτίκα παρὰ Θεοῦ ἔχει αὐτὸ τοῦτο, τὸ τῇ εὐχῇ προσεδρεύειν τῇ ἀγαθῇ τε σπουδῇ καὶ πολιτείᾳ τῇ φιλαρέτῳ. Εἰ γὰρ καὶ ποτηρίου ψυχροῦ δόσις οὐκ ἄμισθος, πόσῳ μᾶλλον τοῖς αὐτῷ προσανέχουσιν ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς, δεομένοις τὸ ἐπαγγελθὲν Θεὸς παρέξει!

IX. Illis, qui anxio animo æstuantes dicunt: *En erit illa unquam dies, qua non sentiam aversionem animi a fratre, aut alias similes, quarum mihi sum conscius, pravas affectiones, quas quidem invitus patior;* hæc reponenda sunt: Homini certamen studiumque omne in hoc esse constitutum, ut diabolo et pravis cogitationibus semper obluctetur. Vitari **182** autem non posse, quin caligo perturbationum, et mors insidens sapientiæ carnis non producant fructum aliquem malitiæ vel occulte vel palam. Ut enim vulnus in corpore quoad non plane obductum est, caveri nequit, quin exiguo saltem aliquo tabis effluxu madens sordeat; quantalibet diligentia curetur, nihilque omittatur industriæ in eis adhibendis remediis adjumentisque omnis generis; idem vero si prorsus negligatur, corruptionem interdum perniciemque toti infert corpori: simili puta modo affectiones quoque animæ, utcunque multa fuerit adhibita cura, intus tamen adhuc tabo suo corrumpuntur, tandem tamen assiduitate diligentissimæ curationis, per Christi gratiam, perfecte sanantur. Est enim occulta quædam fæx,

Θ'. Πρὸς τοὺς διαπορουντάς φησι, *Τί ὅτι μὴ γένηταί τις ἡμέρα, ἐν ᾗ καὶ μὴ διὰ μέσους ἔχω τὸν ἀδελφόν, ἢ καὶ ἄλλα τινὰ πονηρὰ ἐμαυτῷ συνεπίσταμαι, ἃ καὶ ἄκοντι συμβαίνει μοι πάσχειν;* ταῦτα λακτέον· ὡς ὁ μὲν ἀγὼν ἅπας καὶ ἡ σπουδὴ τῷ ἀνθρώπῳ, ὥστε καὶ τῷ πονηρῷ καὶ ταῖς πονηροῖς ἀντιτίθεσθαι λογισμοῖς διὰ παντὸς ἔστω. Ἀμήχανον δὲ, ἵνα τὸ σκότος τῶν παθῶν, καὶ ὁ θάνατος τοῦ φρονήματος, φημὶ, τῆς σαρκὸς μὴ ἐπιδείκνυσθαί τινα καρπὸν ἴδιον τὴν κακίαν ἤτοι κεκρυμμένως ἢ φανερῶς. Ὥσπερ γάρ τι τραῦμα ἐν σώματι ὄν, ἀδύνατον ἕως οὔπω τέλειον ἰαθῇ, ὡς μηδ' ὀλίγῳ τινὶ τῷ ἰχῶρι μυδᾷν· καὶ ταῦτα θεραπευόμενόν τε, καὶ μηδενὸς τῶν εἰς ἐπιμελείας τούτου λόγων ἠκόντων ἀπαξιούμενον· ἀμεληθὲν δὲ σῆψιν ἔστι δ' ὅτε καὶ λύμην τῷ ὅλῳ ἐργάζεται σώματι· τὸν αὐτὸν οἷον μοι τρόπον καὶ τὰ τῆς ψυχῆς πάθη, καὶ πολλῆς ἀπολαύοντα τῆς σπουδῆς, ὅμως ἔνδον σμύχοντα ἐπιμένειν· πλὴν ἀλλὰ τῷ παραμόνῳ τῆς ἐπιμελείας διὰ τοῦ Χριστοῦ χάριτός τε καὶ συνεργείας ἐντελῆ λαμβάνει τὴν ἴασιν. Ἔστι γόρ τις κρυπτὸς ῥύπος, καὶ περιττόν τε σκότος παθῶν, ὃ παρὰ τὴν καθαρὰν τοῦ

[84] Matth. xxi, 22. [85] Matth. v, 28.

Digitized by Google

ἀνθρώπου φύσιν διὰ τῆς τοῦ Ἀδὰμ παραβάσεως παρεισέδυ πάσῃ τῇ ἀνθρωπότητι· καὶ τοῦτο θολοῖ καὶ καταμιαίνει καὶ σῶμα δήπου καὶ τὴν ψυχήν. Ἀλλ' ὥσπερ σίδηρος πυρούμενός τε καὶ τυπτόμενος καθαίρεται· ἢ χρυσὸς χαλκῷ ἢ καὶ σιδήρῳ συγκραθεὶς πυρὶ διαιρεῖται μόνῳ· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ διὰ τῶν ἀχράντων τοῦ Σωτῆρος παθῶν τῷ ἀγαθῷ Πνεύματι πυρουμένη καὶ τυπτομένη, παντὸς πάθους καὶ πάσης ἐκκαθαίρεται ἁμαρτίας.

Ι'. Ὥσπερ τινὲς λαμπάδες πολλαὶ ἑνὶ ἐλαίῳ καὶ ἑνὶ ἀναφθεῖσαι πυρὶ, οὐκ ἴσῳ τῷ μέτρῳ πολλάκις τὴν τοῦ πυρὸς αὐγὴν ἀφιᾶσιν· οὕτω καὶ τὰ χαρίσματα τὰ ἐκ διαφόρων κατορθωμάτων, διάφορον ἔχει καὶ τὴν αὐγὴν τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος· ἢ ὥσπερ ἐν πόλει πολλῶν ὄντων, καὶ τὴν αὐτὴν οἰκούντων, ἑνί τε ἄρτῳ καὶ ἑνὶ χρωμένων ὕδατι, οἱ μὲν αὐτῶν ἄνδρες, οἱ δὲ νήπιοι, οἱ δὲ παῖδές εἰσιν, οἱ δὲ γέροντες, καὶ πολὺ τὸ παραλλάττον ἐν αὐτοῖς καὶ διάφορον· ἢ ὥσπερ σῖτος ἐν μιᾷ καὶ τῇ αὐτῇ χώρᾳ κατεσπαρμένος, διαφόρους δήπου καὶ τοὺς στάχυας ἀναδίδωσιν· ἐν μέντοι τῇ αὐτῇ ἅλῳ συνάγεται, καὶ τῇ αὐτῇ ἀποθήκῃ ἐναποτίθεται· οὕτως οἶου μοι κἀν τῇ τῶν νεκρῶν ἀναστάσει διαφορὰν δόξης τῶν ἀνισταμένων δοξάζεσθαι, καὶ γνωρίζεσθαι κατὰ τὴν ἀξίαν τῶν κατορθωμάτων, κατὰ τὴν μετουσίαν τοῦ ἐντεῦθεν ἤδη ἐνῳκηκότος αὐτοῖς θείου Πνεύματος· καὶ τοῦτο εἶναι τὸ, *Ἀστὴρ ἀστέρος διαφέρει ἐν δόξῃ*.

ΙΑ'. Τοῦτο μόνον κατὰ σπουδὴν ἔστω, ἵνα τις γεννηθεὶς τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ τὴν ἔνοικον ἀπονίψηται ἁμαρτίαν. Καὶ γὰρ ἔν τινι μέρει καὶ ἐκείνη ἡ διὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου γέννησις, εἰκόνα τελειότητος ἔχει ἔν τε τῇ μορφῇ καὶ τοῖς μέλεσιν· οὐ μέντοι δυνάμει, ἢ νῷ, ἢ ἀνδρείᾳ· ὁ γὰρ πρὸς ἄνδρα τέλειον καὶ μέτρον ἀφικόμενος ἡλικίας, τὰ τοῦ νηπίου πέφυκε καταργεῖν· καὶ τοῦτό ἐστιν, ὅπερ ὁ Ἀπόστολος ἔλεγεν· *Εἴτε γλῶσσαι καταργηθήσονται, εἴτε προφητεῖαι*. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἀνὴρ ἤδη γενόμενος, οὔτε τροφὰς οὔτε λόγους τοὺς παιδὶ προσήκοντας καταδέχεται, ἀλλ' ἀναξιοπαθεῖ πρὸς αὐτὰ, ὡς ἑτέρας ἤδη διαγωγῆς ἐπιβάς· οὕτως ὁ πρὸς τελείωσιν τῶν εὐαγγελικῶν αὐξάνων κατορθωμάτων, τὴν νηπιότητα τὴν ἑαυτοῦ πρὸς τὴν τελειότητα κατασπάσει. Ὅτε γὰρ, φησὶν, ὁ θεῖος Ἀπόστολος, *γέγονα ἀνὴρ, κατήργησα τὰ τοῦ νηπίου*.

ΙΒ'. Τὸ μὲν κατὰ Πνεῦμα γεννώμενον, τρόπῳ τινὶ, καθὼς ἐδείκνυμεν, τέλειόν ἐστιν. Ὥσπερ καὶ τοῦτο τὸ νήπιον τέλειον εἶναι λέγομεν, ἐν τῷ τὰ μέρη πάντα τῆς ὁλότητος ἀποσώζειν. Πάλιν ὁ μὲν Κύριος οὐχὶ Πνεῦμα καὶ χάριν δίδωσιν, ἵνα τις περιπέσῃ ταῖς ἁμαρτίαις· αὐτοὶ δὲ ἑαυτοῖς αἴτιοι τῶν κακῶν οἱ ἄνθρωποι, τῇ χάριτι μὴ στοιχοῦντες, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς κακοῖς ἁλισκόμενοι· δύναται δὲ καὶ ἐξ ἰδίων ὀλισθαίνειν καὶ φυσικῶν ὁ ἄνθρωπος λογισμῶν, ἀμελῶν, ἢ καταφρονῶν, ἢ καὶ οἰήσει χρώ-

A et tenebrarum redundans offusio ex affectibus, quæ in puram a principio hominis naturam Adami se transgressione insinuavit in humanitatem; hæc polluit, hæc contaminat tam corpus videlicet quam animam. Verum ut ferrum dum ignitum contunditur, expurgatur; utque aurum æris aut ferri mistione infectum, igni secernitur; pari ratione anima per immaculatas perpessiones Salvatoris, bono Spiritu ignita, et percussa, ab omni pravo affectu et peccato expurgatur.

X. Ut quædam lampades uno plures oleo, uno accensæ igni, haud parem tamen sæpe emittunt fulgorem; sic et charismata in diversis ad quæ habilitant bonis operibus, differentem evibrant ejusdem boni Spiritus splendorem. Aut ut in civi-
B tate multos amplectente cives, licet cuncti uno pane, unoque potus genere utantur; tamen horum alii quidem viri, alii parvuli, multi pueri, alii senes; multumque discriminis et differentiæ in ipsis est: vel quemadmodum frumentum in uno et eodem seminatum agro, diversas spicas profert; tamen universum in eamdem una confertur aream, in unum pariter reconditur horreum: sic et tu existima, me auctore, in mortuorum quoque resurrectione differentiam gloriæ fore, iis, qui resurgunt, glorificatis et illustribus pro dignitate operum bonorum, et pro communione inhabitantis jam ibidem ipsos divini Spiritus; et hanc esse sententiam illius dicti apostolici: *Stella differt a stella*
C *in claritate*[86].

XI. Solum peculiari quisque studio curet, ut regeneratus Spiritu sancto, inhabitans in sese peccatum abstergat. Etenim in parte quadam, etiam illa ipsa per sanctum Spiritum generatio imaginem perfectionis habet, et in forma et in membris; non tamen virtute, aut mente, aut fortitudine. Nam qui in virum perfectum et mensuram pervenit ætatis, quæ erant parvuli, solet evacuare. Et hoc est quod Apostolus dixit: *Sive linguæ cessabunt, sive prophetiæ*[87]. Sicut enim vir jam factus, neque escas neque sermones puero convenientes admittit, sed ea ut sibi indecora dedignatur, tanquam qui in alterum jam vitæ statum profecerit; sic qui ad perfectionem evangelicorum
D crescit officiorum, infantiam propriam ad perfectionem trahet. *Quando* enim, ait divinus Apostolus, *factus sum vir, evacuavi quæ erant parvuli*[88].

XII. Quod quidem per Spiritum gignitur, modo quodam, ut ostendimus, perfectum est. Sicut aliquem infantulum recens natum, suo modo esse perfectum dicimus, eo quod partes habeat omnes humani corporis. Rursus Dominus quidem haudquaquam Spiritum et gratiam dat, ut quis cadat in **183** peccata; ipsi autem homines sibi causa malorum sunt ductum abnuentes gratiæ, ideoque illaqueati malis. Potest autem ex propriis labi etiam naturalibus homo cogitationibus, negligens, vel

[86] I Cor. xv, 41. [87] I Cor. xiii, 8. [88] ibid. 25.

Digitized by Google

contemnens, aut arroganti utens præsidentia; audi enim quid dicat Paulus: *Ne extollar, datus est mihi stimulus carnis angelus Satanæ*[90]. Vides, ut etiam qui tantis profectibus ad tam sublimem sunt evecti virtutis gradum, securitatis sint indigi. Cæterum nisi det occasionem ultro et aditum Satanæ homo, non utique per vim ei dominabitur. Propter quod, neque parti Christi, neque adversarii res imputatur: sed qui gratiæ Spiritus se adjungit usque in finem, partis Christi fit: qui vero non ita se habet, utcunque Spiritu generetur, hoc est, etiamsi particeps sancti Spiritus fiat, in suo arbitrio habebit sequi voluntatem Satanæ. Sive enim ipse Dominus, sive Satanas per vim traherent, non esset homo sibi causa ipsi suæ sortis malæ aut bonæ, cadendi in gehennam, aut in regnum perveniendi.

XIII. Homini, virtutis studioso, multa cura satagendum est, ut discretione polleat, ut quo differentiam boni et mali exploratam habeat, et varias diaboli versutias, soliti per speciosas imaginationes plurimos pervertere, discutiat, atque intelligat. Siquidem in omni negotio utilissimum est securitati consulere. Ne igitur levitate mentis cito te ipsum præbe credulum spiritualium potestatum impulsibus, ad te decipiendum forte comparatis: etiamsi qui loquuntur cœlestes sint angeli: sed sta in gradu tardus, examini istius generis subjiciens exactissimo; quod bonum est amplectens, quod malum, rejiciens. Non enim igneti sunt effectus gratiæ, quos peccatum, utcunque boni personam assimulet, non potest repræsentare. Nam etsi, secundum Apostolum, *Novit Satanas transfigurare se in angelum lucis*[91], tamen licet visiones offerat splendidas, bonam operationem, ut dictum est, exhibere non poterit; ex quo certum ejus exsistet indicium. Non enim charitatem in Deum aut proximum, non mansuetudinem, non humilitatem, non gaudium, non pacem, non refrenationem cogitationum, non mundi odium, non quietem spiritualem, non desiderium cœlestium operationum potest dare, non pravos affectus et voluptates compescere, quæ manifesta sunt opera gratiæ. Nam: *Fructus* (inquit) *Spiritus sunt, charitas, gaudium, pax*[92], etc., quorum vice fastum ille potius et arrogantiam ingenerare multo aptissimus maximeque potens fuerit. Ex operatione igitur dignosces, quale sit quod tuæ forte animæ illuxerit intellectuale lumen, utrum a Deo, an a Satana sit ortum. Quin et ipsi animæ, si gustum ad discretionem non obtusum habet; ab ipso statim primum appulsu sensuque, manifesta se prodet differentia. Ut enim acetum et vinum quoad aspectum unum idemque sunt; si vero lingua explorentur, palatum protinus de utroque pronuntiat quid vere sit; ita et anima ex ipso spiritualis experientiæ sensu ac propria quadam facultate potest dijudicare, quæ boni Spiritus charismata, quæ alieni sint phantasmata.

[90] II Cor. xii, 7. [91] II Cor. xi, 14. [92] Gal. v, 22.

μενος· ἄκουε γὰρ τί φησιν ὁ Παῦλος· *Ἵνα μὴ ὑπεραίρωμαι ἐδόθη μοι σκόλοψ τῇ σαρκὶ ἄγγελος Σατᾶν*. Ὁρᾷς, ὅτι καὶ οἱ τηλικούτων ἀψάμενοι μέτρων ἐπιδεεῖς εἰσιν ἀσφαλείας. Ἄλλως τε καὶ εἰ μὴ δῷ πρόφασιν τῷ Σατανᾷ ὁ ἄνθρωπος, οὐ κυριεύσειεν ἂν αὐτοῦ βίᾳ· παρὰ τοῦτο, οὔτε τῷ μέρει τοῦ Χριστοῦ, οὔτε τοῦ ἀντικειμένου τὸ πρᾶγμα λογίζεται· ἀλλὰ τῇ μὲν χάριτι τοῦ Πνεύματος προστεθεὶς εἰς τέλος, τῆς μερίδος γίνεται τοῦ Χριστοῦ· μὴ οὕτω δὲ σχὼν, κἂν Πνεύματι γεννηθῇ, τὸ δέ ἐστι, κἂν μέτοχος καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος γένηται, παρ' ἑαυτοῦ ἕξει, τὸ ὀπίσω τοῦ θελήματος πορευθῆναι τοῦ Σατανᾶ. Εἴτε γὰρ αὐτὸς ὁ Κύριος, εἴτε καὶ ὁ Σατανᾶς πρὸς βίαν ἐλάμβανον, οὐκ ἦν ὁ ἄνθρωπος ἑαυτῷ αἴτιος, οὔτε εἰς γέενναν ἐμπεσεῖν, οὔτε βασιλείας ἐπιτυχεῖν.

ΙΓ. Πολλῆς τῷ φιλαρέτῳ φροντιστέον τῆς διακρίσεως, ὥστε τῆς τοῦ καλοῦ καὶ κακοῦ διαφορᾶς ἀπογνώμονα εἶναι, καὶ τὰς ποικίλας τοῦ πονηροῦ τέχνας δι' εὐλόγων φαντασιῶν εἰωθότος τοὺς πολλοὺς παρακρούεσθαι, βασανίζειν καὶ συνιέναι. Πλὴν τὸ ἀσφαλὲς, πρὸς πάντα λυσιτελές· μὴ τοίνυν ἐλαφρότητι διανοίας ταχὺ σεαυτὸν ἐμπάρεχε ταῖς τῶν νοερῶν ἐπιστασίαις εἰς ἀπάτην σου· κἂν αὐτοὶ οἱ οὐράνιοι ἄγγελοι ὦσιν· ἀλλὰ μένε βαρὺς, βασάνῳ ταῦτα διδοὺς ἐπιμελεστάτῃ· τὸ μὲν καλὸν οἰκειούμενος, τὸ [δὲ]πονηρὸν διωθούμενος. Οὐ γὰρ ἄδηλα τὰ τῆς χάριτος ἐνεργήματα, ἅπερ ἡ ἁμαρτία, κἂν τὸ τοῦ ἀγαθοῦ πρόσωπον ὑποκρίνηται, παρασχεῖν οὐ δεδύνηται. Εἰ γὰρ καὶ κατὰ τὸν Ἀπόστολον, οἶδεν ὁ Σατανᾶς εἰς ἄγγελον φωτὸς μετασχηματίζεσθαι, χάριν τοῦ ἀπατῆσαι· ἀλλ' οὖν κἂν ὁράσεις λαμπρὰς περιβάλληται, ἀγαθὴν ἐνέργειαν, ἥπερ εἴρηται, παρασχεῖν οὐ δυνήσεται· δι' οὗ καὶ τὸ παράσημον ἀκριβὲς γίνεται. Οὐ γὰρ ἀγάπην τὴν εἰς Θεὸν ἢ πλησίον, οὐ πραότητα, οὐ ταπείνωσιν, οὐ χαρὰν, οὐκ εἰρήνην, οὐ τοῦ κόσμου μῖσος, οὐκ ἀνάπαυσιν πνευματικὴν, οὐκ ἐπιθυμίαν τῶν οὐρανίων ἐνεργημάτων δύναται (11), οὐ πάθη καὶ ἡδονὰς καταπαῦσαι, ἅπερ φανερῶς εἰσι τῆς χάριτος ἐνεργήματα. *Ὁ γὰρ καρπὸς*, φησὶ, *τοῦ Πνεύματός ἐστιν ἀγάπη, χαρὰ, εἰρήνη*, καὶ τὰ ἑξῆς· τάχα δὲ τύφον μᾶλλον ἐκεῖνος ἐμποιῆσαι καὶ ὑψηλοφροσύνην ἐπιτηδειότατός τε καὶ δυνατώτατος. Ἐκ γοῦν τῆς ἐνεργείας εἴσῃ τὸ ἐλλαμφθὲν ἐν τῇ ψυχῇ σου νοερὸν φῶς, πότερον τοῦ Θεοῦ, ἢ τοῦ Σατανᾶ πέφυκεν ὄν· πλὴν ἀλλὰ καὶ αὐτῇ τῇ ψυχῇ, εἴπερ ἔρρωται τὰ τῆς διακρίσεως, εὐθὺς ἀπὸ τῆς νοερᾶς αἰσθήσεως, δῆλα τὰ τῆς διαφορᾶς γίνεται. Ὥσπερ γὰρ ὄξος οἴνῳ, κατὰ μὲν τὴν ὅρασιν ἕν, ἐκ δὲ τῆς κατὰ τὴν γεῦσιν αἰσθήσεως ὁ λάρυγξ ἑκατέρου κρίνει τὸ ἴδιον· οὕτω δὴ καὶ ψυχὴ ἐξ αὐτῆς γε τῆς νοερᾶς αἰσθήσεως, καὶ τῆς ἐνεργείας δυνατὴ κρίνειν τά τε τοῦ Πνεύματος χαρίσματα, καὶ τὰ τοῦ ἀλλοτρίου φαντάσματα.

Digitized by Google

ΙΔ'. Χρὴ σκοπεῖν καὶ προβλέπειν ἄριστα τὴν ψυχήν, μήποτε δή κἂν τῷ βραχυτάτῳ ὑπὸ τῆς τοῦ ἀντικειμένου ἀλῷ δυνάμεως. Ὥσπερ γὰρ ἑνὸς μέρους ζώου παγίδι ληφθέντος, ὅλον ἀνάγκη κάμπτεσθαι, καὶ ὑπὸ ταῖς τῶν θηρευόντων χερσὶν γίνεσθαι· οὕτω δὴ καὶ ψυχῇ τὰ ὅμοια συμβαίνειν παρὰ τῶν ἐχθρῶν εἴωθε. Καὶ τοῦτο δῆλον καθίστησιν ὁ προφήτης· *Παγίδα* γὰρ, φησὶν, *ἡτοίμασαν τοῖς ποσί μου, καὶ κατέκαμψαν τὴν ψυχήν μου.*

ΙΕ'. Δεῖ τὸν βουλόμενον διὰ τῆς στενῆς εἰς τὴν οἰκίαν τοῦ ἰσχυροῦ εἰσελθεῖν, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι, μὴ εὐδοκεῖν εὐπαθείᾳ σώματος· ἀλλ' ἐνδυναμοῦσθαι τῷ ἀγαθῷ Πνεύματι, ἔχοντα διὰ μνήμης τὸν εἰπόντα, ὅτι *Σὰρξ καὶ αἷμα βασιλείαν Θεοῦ οὐ κληρονομήσουσι.* Πῶς δὲ δεῖ ἐνδυναμωθῆναι πνεύματι; τῷ Ἀποστόλῳ λέγοντι, τὴν σοφίαν τοῦ Θεοῦ μωρίαν τοῖς ἀνθρώποις λογίζεσθαι, προσεκτέον· καὶ ὁ προφήτης δέ· *Εἶδον*, φησὶ, *τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὸ εἶδος αὐτοῦ ἄτιμον, ἐκλεῖπον παρὰ πάντας τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων.* Δεῖ τοιγαροῦν τὸν βουλόμενον υἱὸν Θεοῦ γενέσθαι κατὰ τὸ ὅμοιον ταπεινωθῆναι πρότερον, καὶ μωρὸν καὶ ἄτιμον λογισθῆναι· μὴ ἀποστρέφοντα τὸ πρόσωπον ἀπὸ ἐμπτυσμάτων, μὴ δόξαν, μὴ κάλλος τοῦ αἰῶνος τούτου, μηδὲ τοιοῦτον μεταδιώκοντα, μὴ ἔχοντα ποῦ τὴν κεφαλὴν ἀνακλῖναι, ὀνειδιζόμενον καὶ ἐξουθενούμενον, καὶ πάντων παρόραμά τε καὶ καταπάτημα λογιζόμενον, πολεμούμενον ἀφανῶς τε καὶ φανερῶς, καὶ τῇ διανοίᾳ ἀντιμαχόμενον· καὶ τότε αὐτὸς ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς, αὐτός γε εἰπών· *Ἐνοικήσω καὶ ἐμπεριπατήσω ἐν ὑμῖν*, ἐμφανὴς ἔσται τῇ αὐτοῦ καρδίᾳ, καὶ λήψεται δύναμιν καὶ ἰσχὺν, ὥστε δεσμῶσαι τὸν ἰσχυρὸν, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ διαρπάσαι· ἐπὶ ἀσπίδα τε καὶ βασιλίσκον, καὶ ἐπάνω σκορπίων καὶ ὄφεων ἐπιβῆναι.

ΙϚ'. Οὐ μικρὸς ἡμῖν ἀγὼν πρόκειται, διαῤῥῆξαι τὸν θάνατον. Φησὶ γὰρ, *Ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν.* Εὑρίσκεται δὲ τρόπον τινὰ καὶ αὐτὸς ὢν ἐντὸς ὁ πολεμῶν ἡμᾶς καὶ αἰχμαλωτίζων. Μὴ οὖν ἐνδιδότω μηδαμῶς ἡ ψυχὴ, ἕως ἂν νεκρὸν θείη τὸν ταύτην αἰχμαλωτίζοντα· καὶ τότε διαφεύξεται ὀδύνη πᾶσα καὶ λύπη καὶ στεναγμὸς, διὰ τὸ ῥαγῆναι ὕδωρ ἐν γῇ διψώσῃ, καὶ γενέσθαι τὴν ἔρημον εἰς πλῆθος ὑδάτων.

ΙΖ'. Ψυχὴ ἀλώσιμος ἀκηδίᾳ δῆλός ἐστι κατάσχετος οὖσα καὶ ἀπιστίᾳ· καὶ διὰ τοῦτο ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ὑπερβιβάζει, τὸν λόγον οὐ δεχομένη· ἀνάπτεροι δὲ ἑαυτὴν καὶ ὀνείροις πολλάκις, τὸν ἐντὸς μὴ κατανοοῦσα πόλεμον, ἅτε οἰήσει κατειλημμένη· ἡ δὲ οἴησις πύρωσίς ἐστι τῆς ψυχῆς, οὐδαμοῦ ἀφιεῖσα τὴν ἑαυτῆς ἀσθένειαν ἐπιγνῶναι.

ΙΗ'. Ὥσπερ βρέφος νεογενὲς εἰκόνα του τελείου διασώζει ἀνδρὸς, οὕτω δὴ καὶ ψυχὴ εἰκών τίς ἐστι τοῦ πεποιηκότος αὐτὴν Θεοῦ. Ὡς οὖν καὶ παιδίον κατὰ μέρος μὲν αὐξανόμενον ἐκ μέρους ἐπιγινώσκει

A XIV. Attendere ac prospicere diligentissime animam oportet, ne quando vel minima sui parte ab adversaria potestate capiatur. Sicut enim illaqueato quolibet animalis membro, totum inflecti necesse est, et in venantium manus cadit; sic et animæ similia ab hostibus contingere solent. Et hoc manifeste denuntiat propheta: *Laqueum*, inquiens, **184** *paraverunt pedibus meis, et incurvaverunt animam meam*[92].

XV. Oportet volentem per angustum aditum in domum fortis ingredi et vasa ejus diripere, non indulgere deliciis corporis, sed corroborari bono spiritu, memorem ejus, qui dixit: *Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt*[93]. Quo autem modo B illum oportet corroborari spiritu? Si attendat Apostolo dicenti: Dei sapientiam reputari ab hominibus stultitiam[94]. Cui propheta concinens, ait: *Vidi Filium hominis et speciem ejus inhonorata infra omnes filios hominum*[95]. Oportet igitur eum, qui vult filius Dei fieri, prius similiter humiliari, et stultum ignobilemque reputari; non avertentem faciem a sputis, nec gloriam nec decorem mundi hujus, aut aliquid simile prosequentem; non habentem ubi caput reclinet; opprobriis obrutum, nihili habitum, pro despicabili et digno qui ab omnibus conculcetur, reputatum; oppugnatum occulte ac palam, et mente reluctantem; et tunc ipse Dei Filius; ipse, inquam, qui dixit: *Inhabitabo et ambulabo in vobis*[96], manifestum se præbebit ejus cordi, C et ipse accipiet virtutem et robur ad vinciendum fortem et vasa ejus diripienda; quin et ad ambulandum super aspidem et basiliscum[97], et ad calcandum supra scorpiones et serpentes[98].

XVI. Non parvum nobis certamen propositum est, dum perfringenda est mors. Ait enim: *Regnum Dei intra vos est*[99]; ita reperitur quoque intra nos modo quodam, qui nos impugnat et captivos ducit. Ne igitur remittat conatum anima, quoad occisum ante se straverit captivantem se. Et tunc aufugiet dolor omnis et mœror et gemitus, eo quod eruperit aqua in terra sitienti, et desertum stagnis jam aquarum inundetur[1].

D XVII. Quæ facile incuria capitur anima, manifeste monstrat, incredulitate se fuisse captam: ac propterea diem ex die ignave morando traxisse, verbum salutis non accipientem. Alias autem sibi fingit inanibus sæpe somniis et non animadvertens intestinum bellum; utpote, vana sui capta fiducia, quæ cæcitas animæ est, non sinens illam propriæ consciam infirmitatis esse.

XVIII. Sicut infans recens natus formam perfecti servat viri, ita et anima imago quædam est Dei, qui fecit ipsam. Ut igitur sensim puer et per partes crescens, incipit ex parte patrem agnoscere; ubi

[92] Jerem. XVIII, 22. [93] I Cor. XV, 50. [94] I Cor. I, 23. [95] Isa. LIII, 2. [96] II Cor. VI, 12; Lev. XXVI, 12. [97] Psal. XC, 13. [98] Luc. X, 19. [99] Luc. XVII, 21. [1] Isa. XXXV, 6, 7.

Digitized by Google

vero plenius adoleverit, tunc non fere minus clare ipse patrem, quam pater ipsum noscit ac diligit; ac tali jam ostenditur patris thesaurus: sic anima quoque ante inobedientiam profectura fuerat et in virum perfectum occursura; sed per inobedientiam in pelagus oblivionis et in abyssum erroris depressa est; atque in portis inferi inhabitavit, ubi lato velut intervallo distans a Deo anima accedere ad illum nequit, et clare agnoscere creatorem suum. At Deus primum quidem per prophetas convertere studebat ad se illam, et provocabat, atque in notitiam trahebat sui. Postremo adveniens et coram ipse apparens, oblivionem quidem ei abstulit, errorem quoque detraxit. Deinde, et ipsas inferni perrumpens portas, in vagam illam pervenit animam, se ipsum exemplar ei proponens, per quod facile jam poterit ad mensuram ætatis, nempe **185** ad perfectionem Spiritus, pervenire. Porro Verbum Dei tentari a maligno divina dispensatione permittitur, deinde opprobria, contemptiones, contumelias, alapas manuum audacium illarum, et ipsam extremam per crucem mortem sustinet, ostendens, ut diximus, quam animi æquitatem præ nobis ferre debeamus erga opprobriis nos incessentes, et vilipendentes nos, aut mortem etiam inferentes nobis; ut et ipsi nos iis qui surdi sunt, muti fiamus non aperientes os, ut vim et subtilitatem perspicientes malitiæ, ex cruce cui suffixi clavis sumus; *cum clamore valido*[3] invocemus eum, *qui potest nos salvos facere a morte;* dicamusque: *Ab occultis meis munda me:* et, *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero*[4]. Tunc igitur Immaculatus factus, invenit *eum, qui subjecit ipsi omnia*[5], et conregnat et conrequiescit cum Christo. Etenim per inobedientiam a materialibus et sordidis absorpta cogitationibus, velut irrationalis facta fuerat anima, adeo ut non parvi laboris ei sit ex tanto luto vultum sursum erigere, ac subtilitatem malitiæ observare et perfringere, ut cum mente æterna commisceatur.

XIX. Si vis redire ad te ipsum, homo, et quam prius habebas gloriam resumere, quæ tibi ob inobedientiam periit; sicut neglectis prius Dei mandatis, hostis et præceptis et consiliis attendisti; sic nunc ab hoc deficiens, cui obtemperavisti, convertere ad Dominum. Cæterum scito, in multo labore et sudore vultus tui recepturum te thesaurum amissum tuum. Non enim ad rationes accommodata tuas est sine labore boni acquisitio; siquidem quæ sine labore accepisti, perdidisti, hostique hæreditatem tuam prodidisti. Recognoscamus ergo pro se quisque quid tandem id ac quantum sit quod amisimus: et luctum assumamus prophetæ: Vere enim *Hæreditas nostra versa est ad alienos; domus nostra ad extraneos*[6]. Eo quod non audierimus mandatum; et propriis voluntatibus obsecuti; quodque terre-

καὶ τὸν πατέρα· ἐπειδὰν δὲ εἰς ἡλικίαν ἀφίκηται, τότε συνδιατίθεται, υἱῷ τε πατὴρ ἀκριβῶς καὶ υἱὸς πατρὶ, ἀποκαλύπτεται δὲ αὐτῷ καὶ ὁ τοῦ πατρὸς θησαυρός· οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ πρὸ τῆς παρακοῆς προκόπτειν ἔμελλε, καὶ εἰς ἄνδρα τέλειον καταντᾷν· διὰ μέντοι καὶ παρακοὴν εἰς πέλαγος λήθης καὶ εἰς βυθὸν πλάνης κατεβιβάσθη, καὶ ἐν πύλαις ᾅδου κατῴκησεν. Ἀπὸ γοῦν πολλοῦ καθαπερεὶ διαστήματος μακρυνθεῖσα τοῦ Θεοῦ ἡ ψυχὴ, ἀδύνατος αὐτῷ προσελθεῖν ἦν, καὶ ἐπιγνῶναι καλῶς τὸν πλάσαντα. Ἀλλ' ὁ Θεὸς πρῶτα μὲν διὰ προφητῶν ἐπέστρεφεν αὐτὴν καὶ προσεκαλεῖτο, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν εἵλκε τὴν ἑαυτοῦ. Ἔσχατον δὲ καὶ αὐτὸς παρελθὼν ἐκεῖνος, ἀφεῖλετο μὲν τὴν λήθην, ἀφεῖλετο δὲ τὴν πλάνην· εἶτα καὶ τὰς ᾅδου διαῤῥήξας πύλας ἐπὶ τὴν πεπλανημένην εἰσῆλθε ψυχὴν, ἑαυτὸν ὑπόδειγμα ταύτῃ θέμενος, δι' οὗ δυνατὸν αὐτῇ ἔσται πρὸς μέτρον ἡλικίας πρὸς τὴν τελειότητα τοῦ Πνεύματος καταντῆσαι. Πειράζεται τοιγαροῦν ὁ τοῦ Θεοῦ Λόγος πρὸς τοῦ πονηροῦ κατ' οἰκονομίαν· ἔπειτα ὀνειδισμοὺς καὶ ἐξουδενώσεις, ὕβρεις τε ῥαπίσματα χειρῶν ἐκείνων τῶν τολμηρῶν, καὶ αὐτὸν ἔσχατον τὸν διὰ σταυροῦ θάνατον ὑπομένει, ὑποδεικνὺς, ὥσπερ ἔφημεν, τίνα τὴν διάθεσιν ἐπιδεικτέον πρός γε τοὺς ὀνειδίζοντας, ἐξουθενοῦντας, ἢ καὶ θάνατον ἡμῖν ἐπάγοντας· ἵνα καὶ αὐτὸς τοῖς οὖσι κωφοῖς καὶ ἄλαλος γένηται μὴ ἀνοίγων τὸ στόμα, ἵνα τὴν ἐνέργειαν καὶ λεπτότητα διαβλέπων τῆς πονηρίας, καὶ ὡς ἐν σταυρῷ τοῖς ἥλοις ἐμπεπαρμένος *μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς βοήσειε πρὸς τὸν δυνάμενον αὐτὸν ῥύσασθαι τοῦ θανάτου*, καὶ, *Ἀπὸ τῶν κρυφίων μου*, φαίη, *καθάρισόν με*· καὶ, *Ἐὰν μή μου κατακυριεύσωσι, τότε ἄμωμος ἔσομαι.* Τότε γοῦν ἄμωμος γεγονὼς εὑρίσκει τὸν ὑποτάξαντα αὐτῷ τὰ πάντα, καὶ συμβασιλεύει καὶ συναναπαύεται τῷ Χριστῷ. Καὶ γὰρ διὰ τὴν παρακοὴν ὑπὸ ὑλικῶν τε καὶ ῥυπαρῶν καταποθεῖσα λογισμῶν οἱονεὶ ἄλογος γέγονεν ἡ ψυχή· ὥστε οὐ μικροῦ πόνου τῆς τοιαύτης ἀνακύψαι ὕλης, καὶ τὴν λεπτότητα κατανοῆσαι τῆς πονηρίας, καὶ διελθεῖν, ἵνα καὶ ἀνάρχῳ νοῒ συγκραθῇ.

ΙΘ'. Εἰ βούλει ἐπανελθεῖν εἰς ἑαυτὸν ἄνθρωπον, καὶ ἣν πρώην εἶχες δόξαν ἀναλαβεῖν, ἥτις ἄρα σοι καὶ ἐκ παρακοῆς παραπώλετο· ὡς ἠμελημένως πρότερον τοῦ Θεοῦ ἐντολῶν, τοῖς τοῦ ἐχθροῦ διατάγμασι καὶ τῇ συμβουλῇ προσέσχες, οὕτως νῦν ἀποστὰς οὗ ἐπήκουσας, ἐπιτράφηθι πρὸς τὸν Κύριον· πλὴν ἴσθι ὅτι ἐν πολλῷ κόπῳ καὶ ἱδρῶτι, φησὶ, τοῦ προσώπου σου ἀπολήψῃ τὸν πλοῦτόν σου· οὐ γάρ σοι λυσιτελὴς ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ἄπονος κτῆσις· ἐπείπερ ἀπονητὶ λαβὼν ἀπώλεσας ἅπερ εἴληφας, καὶ τῷ ἐχθρῷ προΐδωκας τὴν κληρονομίαν σου· ἐπιγνῶμεν οὖν ἕκαστος τίποτε δὴ ἀπωλέσαμεν, καὶ τὸν θρῆνον ἀναλάβωμεν τοῦ προφήτου· τῷ ὄντι γὰρ *Κληρονομία ἡμῶν κατεστράφη ἀλλοτρίοις, καὶ ὁ οἶκος ἡμῶν ξένοις*· τῷ παρακούειν τῆς ἐντολῆς καὶ τοῖς ἑαυτῶν θελήμασιν εἴκειν, καὶ τοῖς ῥυπαροῖς καὶ γηΐνοις ἐνήδεσθαι λογισμοῖς·

[3] Hebr. v, 7. [4] Psal. xviii, 13. [5] I Cor. xv, 27. [6] Thren. v, 2.

Digitized by Google

ὥστε καὶ πολλῷ διαστήματι τότε ἀπέχει ἡμῶν ἡ ψυχὴ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ· ὡς καὶ ὀρφανοῖς ἐοίκαμεν μὴ ἔχουσι πατέρα· ᾧτινι οὖν μέλει περὶ ψυχῆς, ἀγωνιστέον ὁπόση δύναμις καθαίρειν λογισμοὺς πονηροὺς, καὶ *πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ*· καὶ οὕτω βιαζομένων τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ τηρεῖν ἄσπιλον, τότε ἔρχεται ὁ ἐπαγγειλάμενος ἐνοικῆσαι καὶ ἐμπεριπατῆσαι ἐν ἡμῖν· καὶ τότε ἀπολαμβάνει καὶ τὴν ἑαυτῆς κληρονομίαν ἡ ψυχὴ, καὶ ναὸς Θεοῦ γενέσθαι καταξιοῦται. Αὐτὸς γὰρ οὗτος αὐτῷ στρατεύματι τὸν πονηρὸν ἐκδιώξας, τὸ λοιπὸν ἐν ἡμῖν βασιλεύσει. A

nis et sordidis cogitationibus delectati fuerimus; ut adeo longa sane tunc distantia abesset a Deo anima nostra; et assimilati orphanis simus patrem non habentibus. Cui ergo curæ est anima, huic totis contendendum viribus est ad funditus exstirpandas e mente sua pravas cogitationes; et *omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei*[6]. Quando enim ita nobis ipsi vim inferemus, ad templum Dei custodiendum expers omnis maculæ, tunc veniet ad nos qui promisit se habitaturum et ambulaturum in nobis. Et tunc resumet amissam hæreditatem suam anima, et templum Dei fieri digna habebitur. Ipse enim in fugam ejiciens cum exercitu malignum, de cætero in nobis regnabit.

Κ'. Ὁ τῷ Καὶν ῥηθεὶς ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ κατὰ τὸ φανερὸν λόγος. *Στένων καὶ τρέμων καὶ παλλόμενος ἐπὶ τῆς γῆς ἔσῃ*, τύπος τις καὶ εἰκὼν πάντων ἁμαρτωλῶν κατὰ τὸ ἀπόῤῥητον ἦν. Οὕτω γὰρ τὸ τοῦ Ἀδὰμ γένος τῆς ἐντολῆς ἐκπεσὸν, καὶ ἁμαρτίαις ἔνοχον γεγονὸς σαλεύεται λογισμοῖς ἀστάτοις, φόβου τε καὶ δειλίας καὶ ταραχῆς πληρούμενον· αὐτοῦ τε τοῦ ἐχθροῦ ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις πᾶσαν ψυχὴν, τὴν μὴ γεγεννημένην ἐκ τοῦ Θεοῦ, κλυδωνίζοντος, καὶ ὡς σῖτον τινὶ σινίῳ ἐνστρέφοντος· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ Κύριος τοὺς τοῖς θελήμασιν ἑπομένους τοῦ πονηροῦ, δεικνύων ὅτι τὴν εἰκόνα τῆς τοῦ Καὶν διασώζουσι πονηρίας, ἐλέγχων αὐτοὺς, Ὑμεῖς, ἔλεγε, *τὰς ἐπιθυμίας τοῦ πατρὸς ὑμῶν θέλετε ποιεῖν τοῦ ἀνθρωποκτόνου· ἐκεῖνος γὰρ ἀνθρωποκτόνος ἐστὶν ἀρχῆθεν, καὶ ἐν τῇ ἀληθείᾳ οὐκ ἔστηκεν.* B

XX. Quod Caino secundum sensibilem litteræ sonum dictum a Creatore verbum est: *Gemens, tremens, et titubans super terram eris*[7], juxta sensum allegoricum figura et imago omnium peccatorum erat. Sic enim Adami progenies transgressa mandatum, et peccatorum rea fluctuat cogitationibus inquietis, metu, pavore, perturbatione plena. Ipso præterea inimico concupiscentiis et voluptatibus variis omnem quæ regenerata ex Deo non sit, agitante animam, et ut triticum in cribro, sursum deorsum jactante. Quid quod et Deus ipse obsequentes voluntatibus diaboli per sese concutit, demonstrans ipsos imaginem pravitatis Caini conservare: *Vos*, inquit, *desideria patris vestri vultis facere homicidæ; ille enim homicida erat ab initio, et in veritate non stetit*[8].

ΚΑ'. Κατανοεῖν προσήκει, φησὶ, πῶς ἡ τοῦ κατὰ γῆν βασιλέως θέα ἐπιπόθητός ἐστι καὶ περισπούδαστος τοῖς ἀνθρώποις· καὶ πᾶς ὅστις πόλιν ἐπιδημῶν ἐν ᾗπερ ὁ βασιλεὺς, ἐπιθυμητὸν αὐτῷ καὶ μόνον τῆς περιβολῆς ἰδεῖν τὸ πολυτελὲς καὶ φιλότιμον· ἐκτὸς εἰ μὴ ὑπὸ τῶν πνευματικῶν ἀμελεῖται ταῦτα καὶ ἀτιμάζεται· τῷ ἑτέρῳ κάλλει τετρῶσθαι, καὶ ἄλλης αὐτοὺς δόξης ἐπιθυμεῖν. Εἰ οὖν οὕτω τοῖς σαρκικοῖς ἡ τοῦ θνητοῦ βασιλέως ἐσπούδασται θέα· πῶς οὐχὶ μᾶλλον τοῦ ἀθανάτου πολυέραστος ἐκείνοις ἐστὶν, οἷς ἐνέσταξέ τις βανὶς τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος, καὶ τὴν καρδίαν θεῖος ἔπληξεν ἔρως; διὰ τοῦτο καὶ πάσης τοῦ κόσμου φιλίας ἑαυτοὺς λύουσιν, ἵνα δυνηθεῖεν ἐκεῖνον τὸν πόθον ἔχειν ἐγκάρδιον διηνεκῶς, καὶ μηδένα ἕτερον πρὸ ἐκείνου. Ὀλίγοι δὲ κομιδῇ οὗτοι, οἵγε τῇ ἀγαθῇ ἀρχῇ καὶ πέρας ἴσον ἐπιτιθέντες, καὶ μέχρι τέλους ἀπρόσκοποι διαμένοντες. Πολλοὶ μὲν κατανύσσονται, καὶ πολλοὶ χάριτος οὐρανίου μέτοχοι φαίνονται, καὶ ἔρωτι τιτρώσκονται θείῳ· ἀλλὰ τοὺς μεταξὺ πόνους, καὶ τὰς τοῦ πονηροῦ πείρας ποικίλῃ τέχνῃ καὶ πολυτρόπῳ προβάλλοντος οὐ διενεγκόντες, ὑπέμεινάν τε τῷ κόσμῳ, καὶ ἐβυθίσθησαν ἐν τῷ ἐκείνου βυθῷ, διὰ γνώμης χαυνότητα καὶ ἀσθένειαν, ἢ καὶ τὸ προσπαθείᾳ τῶν γηΐνων ἁλῶναι. Ὅσοι γὰρ πρὸς ἀσφάλειαν μέχρι τέλους διαδραμεῖν βούλονται, ἄλλον ἔρωτα καὶ ἄλλην ἀγάπην τῇ ἐπουρανίῳ ἐκείνῃ συμπαραμίξαι οὐχ ὑπομένουσιν. C D

186 XXI. Considerare convenit, quantum aspectus terreni regis desiderari, et quam ardenti procurari studio ab hominibus soleat: et quisquis in urbem advenit, ubi rex degit, in eo flagranti versatur voto, ut vel solum pretiosum splendidumque palatii ambitum videat; nisi forte quispiam ex iis sit, qui sancto se dediderit Spiritui, qui hæc insuper habeat, ac aspernetur; alia pulchritudine saucius, aliusque gloriæ cupidus. Si ergo carni deditis hominibus adeo expetibilis censetur, tamque avide captatur intuendi regis mortalis copia; quomodo non incomparabiliter optanda magis visio fuerit immortalis Regis, iis sane quibus guttula saltem inspersa quædam Spiritus boni, divino amore cor vulneraverit? Quapropter isti omni mundi amicitia se ipsos exsolvunt, ut possint propensum hunc semper in corde habere amorem, et pro illo nullum alium. Sed hi valde pauci sunt: qui quidem bono principio parem finem adjungant, et usque ad extremum inoffense perseverent. Multi compunguntur; multi gratiæ cœlestis fiunt participes; et amore divino feriuntur; sed qui varie per vitam incurrunt labores, nec diaboli tentationes arte versutiaque illatas multiplici sustinent, et in mundo permanent, et demerguntur in ejus profunda voragine, ob propositi languorem et infirmitatem; vel etiam quod affectu terrenorum capiantur. Qui-

[6] II Cor. x, 5. [7] Gen. IV, 12. [8] Joan. VIII, 44.

Digitized by Google

cunque porro securitate omni perducere ad extremam metam cursum hunc volunt, alium amorem, aliam charitatem cœlesti admiscere illi nequaquam sustinent.

XXII. Ut magna prorsus et inenarrabilia bona sunt quæ Deus promisit; ita multis ad eorum assecutionem opus laboribus et certaminibus est; iisque cum spe ac fide toleratis et susceptis. Hoc ex his Christi verbis patet : *Qui vult post me venire, abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me* [9]. Et rursus : *Nisi quis oderit patrem et matrem, et fratres et sorores et filios; adhuc autem et animam suam; non potest meus esse discipulus* [10]. Plerique autem hominum sic stulti sunt, ut regnum quidem consequi velint, et æternæ hæreditatem vitæ, ac Christo in ævum omne conregnare; id quod magnum est, et omnem cogitationem superat; propriis tamen obsequendo voluntatibus; si non potius illi, qui vana ista et manifeste noxia ipsis inspirat.

XXIII. Usque ad finem cursum inoffense perferentes, hi sunt, qui mundi omnes cupiditates et se ipsos, transgressionesque ejus ac voluptates, et circa illum occupationes omnino odio habent. Hoc enim est abnegare se ipsum. Quare propria voluntate unusquisque regno ejicitur, eo quod haudquaquam ex veritate labores eligat, et se ipsum abneget : nimirum volens ita Dei amori ac desiderio servire, ut simul delectari quoque possit quibusdam hujus mundi rebus, nec totum necesse sit impetum propriæ voluntatis Deo tradere. Uno autem exemplo declarabitur id quod in manibus habemus. Discernens nempe discernit unusquisque, nec latet ipsum, malum esse hoc ad quod forte agendum propendet. Primum quidem intus in corde observatur ambiguitas; bilanx vero cum jugo suspensa in intima sui ipsius conscientia, palam anceps in utrumvis, Dei scilicet aut mundi amorem impetum intus facit : et tunc circa exteriora prodit. Discernens enim (ut dictum est) discernit quisque. Exempli causa, quispiam forte cum fratre contendens, dissidet a se ipso. Ac primo opponit : Dicamne? an non dicam? reponamne quæ ulciscantur illata **187** mihi probra? sed potius silebo. Tenemus Dei mandata; cæterum ita ut propriæ quoque cura gloriolæ non negligatur; adeo vix quispiam plene ac perfecte animum induxit, prorsus in omnibus abnegare se. Si ergo vel minimo momento lanx amicitiæ mundanæ jugum stateræ in corde traxerit, statim malum verbum exit usque ad labra; deinde mens, tanquam arcum intus tendens, jaculatur in proximum per linguam. Jurgium inde progreditur usque ad manus, interdum et vulnera; quin ad cædem nonnunquam ipsam rixa pervenit. Ex quo licet perspicere, unde ducto principio in quantum sceleris processerit brevis ille motus animæ. Et ex hoc exemplo reputa, sic ad singulos evenire

A ΚΒ'. Ὥσπερ μεγάλα δηλαδὴ καὶ ἀνεκδιήγητα τὰ παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐπηγγελμένα πεφύκασιν ἀγαθά, οὕτω καὶ πολλῶν δεῖται πόνων τε καὶ ἀγώνων τῶν μετ' ἐλπίδος καὶ πίστεως · καὶ δῆλον ἐντεῦθεν· *Εἴ τις θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτόν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθείτω μοι.* Καὶ πάλιν· *Ἐὰν μή τις μισήσῃ πατέρα καὶ μητέρα, καὶ ἀδελφούς, καὶ γυναῖκα, καὶ τέκνα, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής.* Οἱ πλεῖστοι δὲ τῶν ἀνθρώπων οὕτως ἔχουσιν ἀνοήτως, ὡς τῆς βασιλείας ἐπιτυχεῖν βούλεσθαι, καὶ τῆς αἰωνίου κληρονομῆσαι ζωῆς, καὶ Χριστῷ διὰ τέλους συμβασιλεῦσαι, τὸ μέγα τοῦτο καὶ ὑπὲρ ἔννοιαν· τοῖς ἰδίοις δὲ ζῶντες θελήμασι, καὶ τούτοις ἀκολουθοῦντες · μᾶλλον δὲ τῷ ἐνσπείροντι τὰ μάταια
B ταῦτα, καὶ φανερῶς βλαβερά.

ΚΓ'. Οὗτοί εἰσιν οἱ μέχρι τέλους ἄπτωτοι διερχόμενοι, οἱ τὰς τοῦ κόσμου πάσας ἐπιθυμίας, καὶ ἑαυτοὺς, μεθορισμούς τε τούτου καὶ ἡδονάς, καὶ τὰς πρὸς αὐτὸν ἀσχολίας τὸ παράπαν μισήσαντες · τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἀπαρνήσασθαι ἑαυτόν. Ὥστε ἰδίῳ θελήματι ἕκαστος τῆς βασιλείας ἐκβάλλεται · τῷ μὴ ἐξ ἀληθείας ἐλέσθαι τοὺς πόνους, καὶ ἑαυτὸν ἀπαρνήσασθαι, ἀλλὰ ἐθέλειν ἔτι πρὸς ἐκείνῳ τῷ θεΐκῷ πόθῳ, καί τισι τοῦ αἰῶνος τούτου συνήδεσθαι · καὶ μὴ τὴν ῥοπὴν ὅλην τοῦ ἰδίου θελήματος τῷ Θεῷ διδόναι. Δι' ἑνὸς δὲ ὑποδείγματος γνώρισμα ἔσται τῷ μετὰ χεῖρας. Διακρίνων μὲν γὰρ διακρίνει ἕκαστος, καὶ οὐ λέληθεν αὐτὸν, ὅτι ἄτοπον τόδε τυχὸν ὅπερ ὥρμηται ποιῆσαι.
C Πρῶτον μὲν γὰρ εἴσω κατὰ τὴν καρδίαν ἐπισημαίνεται ἡ ἀμφιβολία· ἡ στάθμη δὲ καὶ ὁ ζυγὸς τῷ ἑαυτοῦ συνειδότι, φανερὰν πρότερον τῆς τε τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς τοῦ κόσμου ἀγάπης τὴν ῥοπὴν ἔνδον ποιεῖ, καὶ τότε περὶ τὰ ἔξω πρόεισι. Διακρίνων γὰρ, ὡς εἴρηται, διακρίνει ἕκαστος · οἷον εἰ τύχοι τῷ ἀδελφῷ διαπληκτιζόμενος στασιάζει πρὸς ἑαυτὸν, πρῶτον καὶ ἀντιτίθησιν· Εἶπω; ἀλλὰ μὴ εἶπω · ἀντιφθέγξομαι πρὸς ταυτί μοι τὰ ἐπενεχθέντα ὀνείδη; ἀλλὰ σιωπήσομαι μᾶλλον · ἔχομεν καὶ τῶν Θεοῦ ἐντολῶν (1) · πλὴν ἀλλὰ καὶ τῆς ἰδίας δόξης οὐκ ἀπερχομένης, οὐδὲ παντάπασιν ἑαυτὸν ἑλόμενος ἀπαρνήσασθαι. Εἰ οὖν καὶ μικρὸν ἡ ῥοπὴ τῆς τοῦ κόσμου φιλίας τὸν ἐν τῇ καρδίᾳ ζυγὸν καθελκύσειεν, εὐθὺς ὁ πονηρὸς λόγος πρόεισιν ἄχρι καὶ τῶν χειλέων · εἶθ' οὕτος, ὡσπε-
D ρεὶ τόξον ἐντεινόμενος ὁ νοῦς ἔνδοθεν, βάλλει τὸν πλησίον διὰ τῆς γλώττης, καὶ μέχρι χειρῶν, ἔστι δ' ὅτε καὶ τραυμάτων, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ φόνου, τὸ κακὸν πρόεισιν. Ἔξεστι τοίνυν καὶ παραθεωρεῖν, ὅθεν ἀρξάμενον οἷον προέβη δεινοῦ τὸ βραχὺ τοῦτο κίνημα τῆς ψυχῆς. Οὕτω νόει μοι, καὶ εἰς ἓν ἕκαστον συμβαίνειν ἁμάρτημά τε καὶ ἐπιτήδευμα, τῆς κακίας κολακευούσης τε καὶ περισαινούσης τὸ θέλημα τῆς ψυχῆς ἐπιθυμίαις κοσμικαῖς καὶ σαρκὸς ἡδοναῖς·

[9] Matth. xvi, 24. [10] Luc. xiv, 26.

(1) Ἔχομεν, κ. τ. λ.] Forte leg. ἔχομαι καὶ τῶν Θεοῦ ἐντολῶν; πλὴν, κ. τ. λ. *Adhærebone etiam Dei mandatis? sic tamen ut*, etc.

Digitized by Google

οὕτως ἀπαρτίζεται μοιχεία, οὕτω κλοπή, οὕτω πλεον- A lapsus in peccata vel prava studia; malitia ubique
εξία, οὕτω καὶ κενοδοξία, οὕτω καὶ πᾶν ὁτιοῦν πο- adulationibus quibusdam blanditiisque pelliciente
νηρόν. voluntatem animæ in cupiditates mundanas. et car-

nis voluptates. Sic perpetratur adulterium, sic furtum, sic avaritia, sic vana gloriatio; sic omne aliud cujusvis generis malum.

ΚΔ'. Καὶ αὐτὰ τὰ καλὰ πολλάκις ἐπιτηδεύματα διὰ κενὴν δόξαν ἐπιτελεῖται· ὅπερ ἴσον κλοπῆς τε καὶ ἀκηδίας, καὶ τῶν ἄλλων μεγάλων ἁμαρτημάτων τῷ Θεῷ κρίνεται. *Ὁ Θεὸς* γὰρ, φησὶν, *διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκων*· ὥστε καὶ δι' αὐτῶν τῶν καλῶν ὑπηρετεῖσθαι καὶ θεραπεύεσθαι ὁ ἐχθρὸς βούλεται, ἀπατηλὸς ὢν ἐκεῖνος, καὶ ποικίλος, καὶ σκολιός.

XXIV. Ipsa quoque per se laudabilia ob vanam sæpe gloriam opera efficiuntur. Quod quidem par furto, inertiæ, magnisque aliis peccatis a Deo judicatur: *Deus enim* (ait David) *dissipavit ossa eorum, qui hominibus placent* [11]. Itaque vectigales sibi facere virtutes, tributum e bonis operibus cultus obsequiique captans proprii hostis noster satagit, veterator ille versutus, varius et pravus.

ΚΕ'. Ὅπερ τις ἐφίλησε τοῦ παρόντος κόσμου τούτου, καὶ βαρύνει δὴ τὴν ἐκείνου διάνοιαν, καὶ οἱονεὶ B κάτω καθέλκει, καὶ συνωθεῖ καὶ ἀνακύψαι αὐτὴν οὐκ ἀνίησι. Τῶν γὰρ τοιούτων τὸ στάθμιόν τε καὶ ἡ ῥοπὴ, καὶ τὸ ζύγιον τοῦ θελήματος τῆς καρδίας ὥσπερ ἐξήρτηται, καὶ βάσανος ἔνθεν γίνεται παντὶ τῷ ἀνθρωπείῳ γένει, ἤτοι τῶν ἐν πόλεσιν οἰκούντων Χριστιανῶν, ἢ τῶν ἐν ὄρεσι, τῶν ἐν μοναῖς, ἢ ἐν ἀγροῖς, ἢ ἐν ἐρημίαις, ὅτι ἐκών τις δελεαζόμενος ὑφ' οὗπερ φιλεῖ, δῆλός ἐστιν οὔπω τὴν ἀγάπην αὐτοῦ ὅλην παραδοὺς τῷ Θεῷ. Οἷον, ἠγάπησέ τις, εἰ τύχοι, κτήματα, χρυσίον ἄλλος, ἕτερος τῇ γαστρὶ δουλεύειν, ἢ ἐπιθυμίαις ταῖς τῆς σαρκὸς χαρίζεσθαι, ἄλλος σοφίαν λόγων διὰ δόξαν ἐπίκηρον· ὁ μὲν ἀρχὴν, ὁ δὲ τὰς ἐξ ἀνθρώπων τιμὰς, ὀργὴν ἄλλος καὶ μῆνιν· τὸ γὰρ ἔκδοτον ἑαυτὸν παρασχεῖν τῷ φίλων αὐτῷ φαίνεται· ἕτερος ὁμιλίας ἐς οὐδὲν δέον. Ἄλλος ἁπλῶς τὸ μεθορίζεσθαι, ἢ C λόγοις προσέχειν ἀργοῖς, ἢ τὸ διδάσκαλος εἶναι, καὶ τοῦτο διὰ δόξαν τὴν ἐξ ἀνθρώπων· καὶ ὁ μὲν χαυνώσει καὶ ἀμελείᾳ πρόσκειται· ὁ δὲ ἱματίων καλλωπισμοῖς ἥδεται· οὗτος ὕπνῳ, ἐκεῖνος εὐτραπελίᾳ, καὶ ἄλλος μικρῷ τινι ἢ μεγάλῳ τοῦ κόσμου δέδεται καὶ κατέχεται, καὶ οὐκ ἀνίεται ἀνακύψαι· πρὸς ὃ γὰρ πάθος οὐ διαμάχεταί τις γενναίως, οὐδὲ ἀντικαθίσταται ἐκείνῳ πάντως, καὶ ἥδεται· κἀκεῖνο καθέλκον αὐτὸν καὶ κατέχον οἱονεὶ δεσμός τις, καὶ κύφων τῆς διανοίας αὐτοῦ γίνεται τοῦ μὴ πρὸς τὸν Θεὸν ἀναφέρεσθαι, μηδ' αὐτῷ μόνῳ λατρεύειν. Ψυχὴ γὰρ ἡ ἀληθῶς πρὸς Κύριον τὴν ὁρμὴν ἀπευθύνασα, πᾶσαν αὐτῷ τὴν ἔφεσιν ἐπιτρέπει, αὐτή σε ἑαυτῆς ἔξαρνος γίνεται, καὶ τοῦ ἰδίου νοὸς τοῖς θελήμασιν οὐκ ἀκολουθεῖ. D

XXV. Quam quivis ex mundi hujus rebus amat, ea gravat illius mentem, et quasi deorsum trahit ac detrudit, vertereque sursum oculos non sinit. Apud tales enim statera et anceps momentum, jugumque arbitrii cordis quasi sublatum est; examenque sic fit explorans intimos sensus omnis generis homi num, seu in urbibus degentium Christianorum, seu in montibus, seu in monasteriis; sive in agris, sive in solitudinibus. Deprehenditurque ex eo quod volens quis alliciatur ab ea re, quæcunque tandem est, quam amat, nondum suum omnem amorem Deo addixisse. Exempli gratia, diligit quis forte possessiones, alius aurum, alius amat ventri servire, et indulgere concupiscentiis carnis; alius sapientiam amat propter gloriam fragilem; non nemo ambit præfecturam; alter honores ab hominibus; huic placet ira efferri, et bile; nam impendere se ipsum amicis vindicandis, laus ipsi videtur: alii jucundæ sunt confabulationes facetæ de nugis scurrilibus. Quemdam soluta licentia ultra decori terminos evagandi; aut verbis otiosis attendere, aut magistrum esse; et hoc aucupandæ causa ab hominibus gloriæ. Ac aliquis quidem in torporem et negligentiam incumbit. Est quem delectet ornatus ac splendor vestium. Hic somno, ille dicacitati facetiarum, alius parvæ cuipiam aut magnæ mundanarum rerum affectu defixus hæret; ita ut ea quasi vinctus teneatur, nec possit sursum aspicere; quam enim aliquis animi sui pravam affectionem non oppugnat acriter, cuique non obsistit generose, ea tandem delectatur, et tunc illa trahit ipsum ac detinet, et uncus velut quidam collaris ejus mentis fit, deorsum illam incurvans negato illi suspectu ad Deum libero; nec permittens illi soli servire. Anima enim, quæ vere ad Dominum impetum suum dirigit, omne illi suum desiderium permittit, ipsaque in omnibus se ipsam abnegat, propriæque mentis inclinationibus haud obsequitur.

ΚΖ. Διδακτέον ἐκ παραδείγματος, πῶς θελήματι ἰδίῳ παραπόλλυται ἄνθρωπος. Διὰ γὰρ ἀγάπην τινὸς τῶν τοῦ κόσμου ἔν τε πυρὶ βάλλεται καὶ ἐν θαλάσσῃ βυθίζεται, καὶ αἰχμαλωσίᾳ ἑαυτὸν ἐμπαρέχει· ὑποκείσθω γὰρ, οἰκόν τινος ἢ ἀγρὸν, οὕτω συμβὰν, καταπίμπρασθαι. Ὁ τοίνυν ἑαυτὸν περισῶσαι βουλόμενος, ὡς τοῦ ἐμπρησμοῦ ἥσθετο, γυμνὸς ἐκπέφευγε πάντων ἀμελήσας, καὶ τῆς ἑαυτοῦ μόνης ψυχῆς γε-

XXVI. Docendum in exemplo, quomodo fiat, ut pereat homo, eo quod propriæ obsecutus fuerit voluntati; propter enim affectum ad aliquid ex mundanis contingit eum aut in ignem conjici, aut mari demergi, **188** aut in captivitatem se ipsum tradere. Ponatur, domum aut villam casu fortuito inflammari. Qui ergo saluti consulere propriæ decrevit, neglectis statim omnibus aufugit, quasi qui

[11] Psalm. LII, 6.

Digitized by Google

incendium jam sentiat, suæ unice vitæ curam servandæ habens. Alius autem amore cujusdam vasis, ut id flammæ subtractum secum efferat, moratur; inque ista mora et conatu circumventus a prævalente undique igne corripitur et comburitur. Vides ut propria voluntate et amore cujuspiam temporalis rei, quam præter se, imo super se ac salutem suam videtur diligere, talis flammis absumitur. Aliis rursus in naufragium incidentibus, is quidem illorum qui servare se ipsum, quantum potest, omnino constituit, cunctis confestim vestibus abjectis, nudum se in aquam mittit, et hac ratione potest suam conservare vitam. At quispiam ex istis, vestem conservare cupiens, absorbetur fluctibus, propter vile lucrum, o miseriam! se ipsum perdens. Fingatur iterum, judicium perferri irruptionis hostilis, et quemdam statim a cognito periculo pedes in fugam quam potest velocissimam dare, securum reliquorum, præter se, omnium. At alium non prius velle fugere, quam pecuniam secum auferat; sed hunc cunctantem hostilis manus superveniens comprehendit. Vides, voluntate istius propria, et propter adhæsionem nimis addictam cuidam mundanarum rerum, misere illum et corporis et animæ irreparabilem subire jacturam.

A νόμενος. Ἕτερος δὲ εἰς νοῦν αὐτῷ ἐπελθὼν καί τινα τῶν σκευῶν ἐξελεῖν, ὑπέμεινεν ἆραι· καὶ ὡς ἐν αὐτῷ λαμβάνειν αὐτὸς ἦν, κατακρατῆσαν ἤδη τῆς οἰκίας τὸ πῦρ καὶ αὐτὸν συνέλαβε καὶ κατέκαυσεν. Θρᾷς ὅπως ἰδίῳ θελήματι, φιλίᾳ τινὸς τῶν προσκαίρων ὃ παρ' ἑαυτὸν φαίνεται ἀγαπήσας, τῷ πυρὶ παραπώλετο. Ἑτέρων πάλιν ναυαγίῳ περιπεσόντων, ὁ μὲν σώζειν ἑαυτὸν βουλόμενος, ἀποδύεται καὶ γυμνὸς τοῖς ὕδασιν ἐπαφίεται· καὶ οὕτω δυνατὸν αὐτῷ γίνεται τὴν ἰδίαν περισῶσαι ψυχήν. Ὁ δὲ καὶ τῶν ἐνδυμάτων συνδιασῶσαί τινα θελήσας, ὑπὸ τῶν ὑδάτων κατεβαπτίσθη, καὶ διὰ βραχύ τι κέρδος, ὦ τῆς συμφορᾶς! καὶ ἑαυτὸν συναπώλεσεν. Καὶ πάλιν ὑποκείσθω καὶ ἐχθρῶν τινα ἔφοδον παρηγγέλθαι, καὶ τὸ μὲν ἅμα τε ἀκοῦσαι, εὐθὺς ὡς εἶχε ποδῶν ἐκφυγεῖν, μὴ μελήσαν αὐτῷ τῶν μηδενός· τὸν δὲ διαπιστήσαντα, εἰ καὶ τῶν πραγμάτων τινὰ βουληθέντα συνεκκομίσαι, εἶτα ἐφυστερήσαντα συλληφθῆναι καταλαβόντων τῶν πολεμίων. Ὁρᾷς ὅτι θελήματί τις ἰδίῳ δι' ἀμέλειαν, καὶ τὸ προσηλῶσθαί τισι τῶν τοῦ κόσμου, τήν τε τοῦ σώματος καὶ τὴν τῆς ψυχῆς ἀπώλειαν ὑπομένει.

B

XXVII. Pauci profecto sunt, qui perfectam ad Deum charitatem habeant; qui omnes voluptates mundi et omnes cupiditates nihili ducant; qui denique omnes maligni tentationes patienti longanimitate perferant. Cæterum non ob hoc desperandum; neque bona spes negligenda est. Etsi enim multæ naves naufragium patiantur; sunt tamen omnino non paucæ, quæ felici trajectu portum tenent. Propterea fide nobis in primis opus; patientiaque et attentione; generoso quoque in certaminibus animo; ac præterea fame ac siti bonitatis, simul cum multa prudentia et discretione; quin et acrimonia et impudentia in petendo. Nam plerique hominum, ut diximus, sine labore ac sudore consequi regnum cœlorum volunt: et sanctos quidem viros felices prædicant: honoremque ipsorum ac charismata concupiscunt; parium vero cum ipsis tribulationum, laborum et passionum consortes fieri renuunt. Sed istud omnes, et meretrices et publicani cupiunt. Atqui propter hoc tentationes C proposita sunt et probationes; ut per eas appareat, quinam vere suum ipsorum Dominum diligant, et ut hi juste consequantur cœleste regnum.

ΚΖ'. Ὀλίγοι μὲν ἀτεχνῶς οἱ τελείαν τὴν πρὸς Θεὸν ἀγάπην κτησάμενοι, πάσας τε ἡδονὰς τοῦ κόσμου, καὶ τὰς ἐπιθυμίας τὸ μηθὲν λογιζόμενοι, καὶ τοὺς τοῦ πονηροῦ πειρασμοὺς φέροντες μακροθύμως. Πλὴν οὐ παρὰ τοῦτο ἀπογνωστέον, οὐδὲ τῆς ἀγαθῆς ἐλπίδος ἀμελητέον. Κἂν γὰρ πολλὰ τῶν πλοίων ὑπομένῃ ναυάγιον· ἀλλ' εἰσὶ πάντως ἃ καὶ διαπερῶντα, τοῦ λιμένος ἐπιλαμβάνεται. Διὰ τοῦτο πίστεως ἡμῖν πολλὴ χρεία, ὑπομονῆς τε καὶ προσοχῆς καὶ ἀγώνων· πρὸς δὲ πείνης τε καὶ δίψης τοῦ ἀγαθοῦ, κατὰ πολλὴν σύνεσιν καὶ διάκρισιν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ὀξύτητός τε καὶ ἀναιδείας περὶ τὴν αἴτησιν. Οἱ γὰρ πλείους τῶν ἀνθρώπων, ὥσπερ προέφημεν, καμάτων ἄνευ καὶ ἱδρώτων τῆς βασιλείας ἐπιτυχεῖν βούλονται· καὶ τοὺς μὲν ἁγίους μακαρίζουσιν ἄνδρας, καὶ τῆς τιμῆς αὐτῶν καὶ τῶν χαρισμάτων ἐπιθυμοῦσι, τῶν ἴσων δὲ θλίψεων αὐτοῖς, τῶν πόνων τε καὶ τῶν παθημάτων οὐ βούλονται κοινωνεῖν. Τούτου δὲ πάντες, καὶ πόρναι καὶ τελῶναι καὶ πᾶς τις ἀνθρώπων ἐπιθυμεῖ. Ἀλλὰ διὰ τοῦτο πειρασμοὶ πρόκεινται καὶ δοκιμασίαι, ἵνα δῆλοι γένωνται, τίνες οἱ πρὸς ἀλήθειαν τὸν ἑαυτῶν ἠγάπησαν Δεσπότην· καὶ δικαίως· οὗτοι τῆς τῶν οὐρανίων ἐπιτύχωσι βασιλείας.

D

XXVIII. Afflictionibus, passionibus, patientia et fide absconditas esse promissiones puta, ipsamque gloriam, ac bonorum cœlestium fruitionem. Quandoquidem et jactum in terram frumenti granum, et insitum arboris surculum, necesse est putrescere, et ignominiose procidere; et sic demum multiplicem ornatissimi sui indumenti fructum recipere. Nisi enim per illam putredinem, per illas velut ignominias transierint, nunquam eum ultimum decorem, nunquam speciosam illam pompam sibi circumdarent, qua se ostentant. In hac quidem sententia Apostolus est: *Per multas* enim, inquit,

ΚΗ'. Ταῖς θλίψεσι, καὶ τοῖς παθήμασι, τῇ ὑπομονῇ τε καὶ πίστει ἐγκεκρύφθαι νόμιζε τὰς ἐπαγγελίας, αὐτήν τε τὴν νδόξαν, τὴν τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν ἀπόληψιν· ἐπεὶ καὶ τὸν ῥιπτούμενον τῇ γῇ σῖτον, ἢ καὶ τὸ δένδρον φημὶ τὸ ἐγκεντριζόμενον, ἀνάγκη σήψει πρότερον καὶ ἀτιμίᾳ ὑποπεσεῖν· καὶ οὕτω τοῦ εὐπρεποῦς αὐτοῦ ἐνδύματος τὸν πολλαπλάσιον καρπὸν ἀπολαβεῖν. Εἰ μὴ γὰρ διὰ τῆς σήψεως ταύτης, κἀκείνων τῶν ὥσπερ ἀτίμων διελθεῖν αὐτοῖς γέγονεν, οὐκ ἂν τὴν ἐσχάτην εὐπρέπειαν, καὶ τὸ τῆς θέας κάλλος περιεβάλλοντο. Τοῦτο δὲ καὶ τῷ Ἀποστόλῳ δοκεῖ· *Διὰ πολλῶν* γάρ, φησὶ, *θλίψεων δεῖ ἡμᾶς εἰς τὴν βα-*

Digitized by Google

σιλείαν τοῦ Θεοῦ εἰσελθεῖν· καὶ ὁ Κύριος· Ἐν τῇ ὑπομονῇ ὑμῶν κτήσεσθε τὰς ψυχὰς ὑμῶν· καὶ, Ἐν τῷ κόσμῳ θλῖψιν ἕξετε.

ΚΘ'. Ἕκαστος ὑμῶν ὅσονπερ ἂν καταξιωθείη τῇ τε πίστει καὶ τῇ σπουδῇ μέτοχος ἁγίου γενέσθαι Πνεύματος, τοσοῦτον ἐκείνης τῆς ἡμέρας δοξασθήσεται αὐτοῦ καὶ τὸ σῶμα. Ὃ γὰρ νῦν ἔνδον ἀπεθησαύρισε τῇ ψυχῇ, τότε καὶ ἐκτὸς ἐπὶ τοῦ σώματος ἀποκαλυφθήσεται· καὶ τὸ παράδειγμά φησιν ἐκ τῶν δένδρων. Χειμῶνος γὰρ παρελθόντος, καὶ ἡλίου φαιδρότερόν τε καὶ ἀκμαιότερον ἐπιλάμψαντος, ὡς εἰκός, καὶ ἀνέμων ἐπιπνευσάντων, ἔσωθεν ἐκεῖνα φύει, καὶ ὡς ἐνδύματα, φύλλα καὶ τὰ ἄνθη, καὶ τοὺς καρποὺς περιβάλλεται. Παραπλησίως δὲ καὶ τοῦ χόρτου ἄνθος κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τῶν κόλπων τῆς γῆς ἀναδίδοται, καὶ σκέπεται τούτοις γῆ· καὶ ὡς ἐμπρεπὲς αὐτὰ περιβόλαιον ἀμφιέννυται. Καὶ γὰρ ἐνδοξασθήσονται δι' αὐτοῦ τοῦ ἀπό γε τοῦ νῦν ἐνυπάρχοντος ἀῤῥήτου φωτὸς, εἶτ' οὖν (2) τῆς τοῦ Πνεύματος δυνάμεως· ὅπερ καὶ τότε ἔσται αὐτοῖς ἔνδυμα, βρῶσις, πόσις, ἀγαλλιασμὸς, χαρὰ, εἰρήνη, καὶ τὸ πᾶν, ζωὴ αἰώνιος.

A tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei [12]. Et Dominus : *In patientia vestra possidebitis animas vestras.* Et : *In mundo tribulationem habebitis* [13].

189 XXIX. Quanta unusquisque vestrum fide diligentiaque dignus fuerit habitus sancti fieri Spiritus particeps, tanta ipsi mensura gloriæ continget in illa resurrectionis die corpus ejus coronari. Quod enim nunc collegit in anima, tunc exterius revelatum apparebit in corpore; cujus quasi experimentum aut exemplum spei capere licet ex arboribus. Hieme siquidem jam transacta, et lætiores calidioresque passim diffundente radios sole; ac, pro mitiori videlicet tempestate anni, ventis flantibus, trudunt illæ foras folia et flores et fructus induunt; similiter et flos fœni per idem tempus e sinu B telluris germinat, tegiturque illis terra, et veluti decoro pallio amicitur : ad hunc modum et corpora sanctorum tunc splendebunt, foras demum erumpente luce illa, quæ in ipsis erat ineffabili; virtutem dico et gratiam spiritus; quæ tunc ipsis erit vestis, esca, potus, exsultatio, gaudium, pax : et ut verbo cuncta uno complectar, vita æterna.

[12] Act. XIV, 21. [13] Luc. XXI, 9.

(2) Εἶτ' οὖν.] Id vero in mendo cubare videtur.

ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΠΕΡΙ ΥΨΩΣΕΩΣ ΤΟΥ ΝΟΟΣ

ΛΟΓΟΣ.

MACARII MAGNI

DE ELEVATIONE MENTIS

LIBER

Α'. Μωσῆς ὁ μακάριος ὑπέδειξε τύπον διὰ τῆς τοῦ προσώπου αὐτοῦ ἐπιλαμπούσης τοῦ Πνεύματος δόξης, ἣ οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀτενίσαι ἐδύνατο, πῶς ἐν τῇ τῶν δικαίων ἀναστάσει τὰ σώματα δοξασθήσεται τῶν ἁγίων· ἣν δόξαν ἀπὸ τοῦ νῦν ἐν τῷ ἔσω ἀνθρώπῳ αἱ πισταὶ τῶν ἁγίων ἔχειν καταξιοῦνται ψυχαί· Ἡμεῖς γὰρ, φησὶν, *ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ*, τουτέστιν ἐν τῷ ἔσω ἀνθρώπῳ, *τὴν δόξαν Κυρίου κατοπτριζόμεθα, εἰς τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμενοι ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν.* Περὶ τούτου γέγραπται πάλιν, τεσσαράκοντα νύκτας καὶ ἡμέρας

I. Beatus Moses subostendit formam, per resplendentem in ejus vultu Spiritus gloriam, in quam nullus hominum posset intendere, ejus gloriæ qua in justorum resurrectione glorificabuntur corpora sanctorum : qua gloria ex hoc tempore in interiori homine sanctorum animæ dignæ habentur. *Nos* enim, ait Apostolus, *revelata facie*, hoc est interiori homine, *gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformati a claritate in claritatem* [14]. Circa hoc scriptum est rursus : Mosem quadraginta noctibus et totidem diebus [15], nec cibi memi-

[14] I Cor. III, 18. [15] Exod. XXIV, 18; XXXIV, 28.

Digitized by Google

nisse nec potus, quod humanæ naturæ modum excedit : nisi spiritualis impertita ipsi esca fuerit. Qualem videlicet jam nunc sanctæ animæ percipiunt ex spiritu.

II. Claritas qua jam hinc sanctorum abundant animæ, illa ipsa reget et amiciet nuda corpora in resurrectione, ac rapta in cœlos auferet; et tunc illi corpore pariter et anima in Dei regno simul perpetuo requiescent. Adamum quippe creans Deus alas ipsi corporeas, velut avibus, non indidit; utpote cui alas spirituales, quibus post resurrectionem attolleretur, et raptus quocunque vellet spiritus, libere ferretur, dare ipsi decreverat. Has spirituales alas, sanctorum animabus jam tunc datum est habere, quæ ad cœlestem ipsas transferunt sensum. Christianorum enim alius, quam cæterorum ornatus, alia indumenta, mensa alia, et alia fruitio est, quandoquidem e cœlis venturum Christum scimus, suscitaturum **190** eos, qui ex omni ævo dormierunt; quemadmodum sacræ Scripturæ docent : in duas partes dividet [16], et quæ sequuntur.

III. Quibus curæ est Christianæ vitæ officia quam optime omnia exsequi, eos ante quidvis aliud oportet, partis animæ, quam superiorem et prædominantem vocant, intellectualis videlicet ac discretivæ, diligentem habere rationem; ut accurate boni malique discrimen facientes, nec quæ præter naturam invectæ sunt cupiditates, naturæ puræ esse judicantes, inoffensum vitæ cursum habeant, utpote qui discretionis veluti oculo utantur: et qui a fallaciis pravitatis securi esse possint. Est enim voluntas animæ, membra corporis a noxa errantium sensuum incorrupta servari; seque ipsam a mundi avocationibus arcere : custodireque cor ne in mundum extendat membra suarum cogitationum ; sed ea colligat et undecunque restricta contineat, ab humili cura et voluptate coercens. Enimvero ubi Dominus aliquem id sedulo agentem viderit, sic, inquam, attentum, semperque cum metu ac tremore servire ipsi paratum, suggeret ipsi ad ulteriora gratiæ auxilium. Quare vero Deus ultro se mundo tradentibus et voluptates sectantibus id faceret?

IV. Prudentes illæ virgines, quæ peregrinum a sua ipsarum natura oleum (quod est Spiritus gratia) in vasis cordis præsumpserant, potuerunt in thalamum simul intrare cum sponso. Aliæ vero fatuæ et malæ, ea sibi sufficere ducentes, quæ natura ipsis suppeditabat sua, iisque propterea contentæ, omni sollicitudine omissa supinæ securitati se dederunt, neque quod debuerant, studuerunt oleum istud lætitiæ in vasis cordis ipsarum præsumere: sed velut obdormierunt per incuriam torporemque ac confidentiam justitiæ propriæ. Ob quod regni thalamus ipsis occlusus est. Manifestum enim erat, a

[16] Matth. xxv, 32.

A τὰς ἴσας μὴ τροφῆς μνησθῆναι, μὴ πόσεως, ὅπερ οὐκ ἀνθρωπίνης φύσεως ἔργον, εἰ μή τι ἄρα τροφῆς ἐκοινώνει πνευματικῆς· ἥσπερ δὴ καὶ αὐτῆς ἀπὸ τοῦ νῦν αἱ ἅγιαι ψυχαὶ μεταλαμβάνουσιν ἐκ τοῦ πνεύματος.

B'. Τὴν δόξαν ἣν ἐντεῦθεν αἱ τῶν ἁγίων πλουτοῦσι ψυχαί, ἐκείνη καλύψει καὶ ἀμφιάσει τὰ γυμνὰ σώματα ἐν τῇ ἀναστάσει, καὶ εἰς οὐρανοὺς ἁνάρπαστα ποιήσει· καὶ τότε λοιπὸν σώματι καὶ ψυχῇ ἐν τῇ βασιλείᾳ Θεοῦ ἅμα διηνεκῶς ἀναπαύσονται. Τὸν γὰρ Ἀδὰμ κτίσας ὁ Θεὸς πτέρυγας αὐτῷ σωματικὰς ὡς τοῖς πετεινοῖς οὐκ ἐνέθηκεν, ἅτε τὰς τοῦ Πνεύματος κατὰ τὴν ἀνάστασιν παρέξειν αὐτῷ μέλλων, ἵνα κουφίζηται δι' αὐτῶν καὶ ἁρπάζηται ὅπου πάντως τὸ Πνεῦμα βούληται· ταύτας δὲ τὰς νοητὰς πτέρυγας ταῖς τῶν ἁγίων ψυχαῖς ἀπὸ τοῦ νῦν δέδοται ἔχειν, αἳ πρὸς τὸ οὐράνιον αὐτὰς μεθορίζουσι φρόνημα. Χριστιανῶν γὰρ κόσμος ἄλλος, καὶ ἄλλα ἐνδύματα, καὶ τράπεζα ἄλλη, καὶ ἄλλη ἀπόλαυσις. Ἐπεὶ καὶ οὐρανόθεν ἐλεύσεσθαι τὸν Χριστὸν οἴδαμεν ἀναστῆσαί τε τοὺς ἐκ τοῦ παντὸς αἰῶνος κεκοιμημένους, καθὼς αἱ θεῖαι Γραφαί, καὶ εἰς δύο τούτους διελόντα μέρη, καὶ τὰ ἑξῆς.

Γ'. Οἷς μέλει τὸν τοῦ Χριστιανοῦ βίον ὡς κάλλιστα κατορθοῦν, τούτοις καὶ προσήκει προηγουμένως τοῦ διανοητικοῦ τε καὶ διακριτικοῦ καὶ ἡγεμονικοῦ μέρους τῆς ψυχῆς διὰ πάσης ἐπιμελεῖσθαι τῆς σπουδῆς· ἵνα τὴν τοῦ καλοῦ τε καὶ κακοῦ διάκρισιν ἀκριβώσαντες, καὶ ἃ παρὰ φύσιν ἐπεισήχθη πάθη τῆς καθαρᾶς ἀποκρίναντες φύσεως, ἀπροσκόπως ζῇν ἔχοιεν, ὡς ὀφθαλμῷ τῷ τῆς διακρίσεως μέλει χρωμένοις, καὶ ἀσύνθετοι πρὸς τὰς τῆς κακίας ἀφορμὰς εἶναι δυνάμενοι. Ἔστι γὰρ θέλημα τῇ ψυχῇ τὰ μέλη τοῦ σώματος τῆς τῶν αἰσθήσεων βλάβης ἄχραντα συντηρεῖν, ἀπείρξαί τε ἑαυτὴν τῶν τοῦ κόσμου περισπασμῶν, καὶ φυλάξαι τὴν καρδίαν, τοῦ μὴ ἐξαπλοῦν τῷ κόσμῳ τὰ μέλη τῶν αὐτῆς λογισμῶν, ἀλλὰ περισφίγγειν αὐτὰ πάντοθεν καὶ συνέχειν χαμαιζήλου μερίμνης καὶ ἡδονῆς. Ἐπειδὰν οὖν ὁ Κύριος ἴδῃ τινὰ ταύτῃ διάγοντα, καὶ οὕτως ἑαυτὸν ἀκριβοῦντα, φόβῳ τε καὶ τρόμῳ δουλεύειν αὐτῷ προθέμενον, ἐπορέγει καὶ τὴν ἐκ τῆς αὐτοῦ χάριτος ἐπικουρίαν. Ἐπεὶ τί ποιήσειεν ὁ Θεὸς τῷ ἑκόντι τῷ κόσμῳ ἑαυτὸν ἐκπαρέχοντα, καὶ ὀπίσω τῶν ἡδονῶν αὐτοῦ πορευόμενον;

Δ'. Αἱ νήψασαι πέντε παρθένοι ἐκεῖναι, καὶ τὸ ξένον τῆς ἑαυτῶν φύσεως ἔλαιον ἐν τοῖς ἀγγείοις παραλαβοῦσαι τῆς καρδίας, τοῦτο δὲ ἡ χάρις τοῦ Πνεύματος, ἐδυνήθησαν εἰς τὸν νυμφῶνα συνεισελθεῖν τῷ νυμφίῳ. Αἱ ἄλλαι δὲ αἱ μωραὶ, αἱ κακαὶ, τῇ ἰδίᾳ φύσει ἐναπομείνασαι, οὐκ ἐνηψαν, οὐδὲ κατὰ σπουδῆς ἔσχον τὸ τοιόνδε τῆς ἀγαλλιάσεως ἔλαιον εἰς τὰς ἑαυτῶν καρδίας παραλαβεῖν· ἀλλ' οἰονεὶ ἀφύπνωσαν, δι' ἀμέλειάν τε καὶ χαυνότητα, καὶ δικαιοσύνης οἴησιν· παρ' ὃ καὶ ὁ νυμφὼν αὐταῖς ἀπεκλείσθη τῆς βασιλείας. Δῆλον γὰρ ὅτι δεσμῷ τινι τοῦ κόσμου καὶ φιλίᾳ γεγόνασι καθεκταὶ, καθότι τὴν ἀγάπην

Digitized by Google

αὐτῶν ἐντελῆ, καὶ τὸν ἔρωτα τῷ ἐπουρανίῳ μὴ παρέσχον νυμφίῳ· καὶ γὰρ αἱ τὸ ξένον τῆς φύσεως τὸν ἁγιασμὸν τοῦτον ζητοῦσαι ψυχαὶ τοῦ Πνεύματος, ὅλην τὴν ἀγάπην αὐτῶν ἐξάπτουσαι τῷ Χριστῷ, ἐκεῖ περιπατοῦσιν, ἐκεῖ εὔχονται, ἐκεῖ λογίζονται, ἐκεῖ μελετῶσι, πάντων ἀποστᾶσαι τῶν ἄλλων. Αἱ γὰρ πέντε τῆς ψυχῆς αἰσθήσεις, σύνεσις, γνῶσις, διάκρισις, ὑπομονή, ἔλεος, ἂν τὴν ἄνωθεν χάριν καὶ τὸν ἁγιασμὸν τοῦ Πνεύματος δέξωνται, καὶ φρόνιμοι τῇ ἀληθείᾳ παρθένοι ἔσονται· εἰ δὲ τῇ φύσει ἑαυτῶν ἐγκαταλειφθεῖεν, μωραὶ τῷ ὄντι εὑρίσκονται, καὶ τέκνα οὖσαι τοῦ κόσμου δείκνυνται.

partibus eas mundi stare, illi defixas quodam quasi amicitiæ vinculo, quæ fuit causa cur totum et integrum amorem suum sacrare sponso in solidum nequiverint. Sed illæ peregrinum a natura ipsarum bonum, sanctificationem, inquam, Spiritus quærentes, totam suam Christo affixerunt charitatem, ibi conversantur, ambulant, orant; ibi ratiocinantur; ibi meditantur, ab aliis omnibus aversæ. Nam quinque animæ sensus, qui sunt: prudentia, intelligentia, discretio, patientia et misericordia, si superne gratiam et sanctificationem Spiritus acceperint, fient virgines vere prudentes: si autem in natura ipsarum reliquantur, fatuæ verissime reperiuntur; et merito accensentur filiis hujus sæculi.

Ε'. Ὥσπερ ξένην τῆς φύσεως ἡμῶν τὴν κακίαν οὖσαν, διὰ δὲ τῆς παραβάσεως τοῦ πρώτου παρεισδῦσαν ἀνθρώπου κατεδεξάμεθα, φύσιν ἡμῖν τῷ χρόνῳ καθαπερεὶ γεννωμένην. Οὕτω δὴ καὶ διὰ τοῦ ξένου τούτου τῆς ἡμετέρας φύσεως, τῆς ἐπουρανίου, φημὶ, τοῦ Πνεύματος δωρεᾶς, ἀποσκορακισθῆναι πάλιν αὐτὴν τῆς ἡμετέρας προσήκει φύσεως, καὶ εἰς τὴν ἀρχαίαν ἡμᾶς καθαριότητα καταστῆναι. Ὡς εἰ μὴ τοῦτο τῇ πολλῇ δεήσει καὶ πίστει, προσοχῇ, καὶ τῶν τοῦ κόσμου ἀποστροφῇ γένοιτο, καὶ ἡ μιανθεῖσα πρὸς τῆς κακίας φύσις ἡμῶν, ὑπὸ τῆς ἀγάπης ἐκείνης, ἥτις ὁ Κύριός ἐστιν, ἁγιασθείη, καὶ μέχρι τέλους ἄπτωτοι διαμείνωμεν τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ τῶν θείων μεταποιούμενοι, τῆς ἐπουρανίου βασιλείας ἐπιτυχεῖν οὐ δυνάμεθα.

V. Sicuti hospitem naturæ nostræ malitiam, per primi transgressionem hominis in nos peregre intrusam admisimus; novam quasi naturam in nobis mora et usu longi temporis operatam; ita per hospes quoque istud nostræ naturæ bonum (donum dico Spiritus cœlestis) ejicere vicissim convenit e nostra natura pestem illam, et in primævam nos restituere puritatem. Etenim nisi multa oratione et fide, multa attentione, et a rebus mundi aversione, consequamur, ut polluta immistione malitiæ natura nostra, ab illa charitate, quæ Deus est, sanctificetur; et ad finem usque sine offensa permanserimus in plena et exacta divinorum ejus observatione mandatorum, cœlestis regni compotes esse non poterimus.

Ϛ'. Λεπτόν τινα καὶ βαθὺν λόγον κατὰ τὰ ἐμοὶ δυνατὰ, διελθεῖν βούλομαι. Σωματοποιεῖ ἑαυτὸν ὁ ἄπειρος καὶ ἀσώματος Κύριος διὰ χρηστότητα ἄπειρον, καὶ σμικρύνει, ὡς ἄν τις φαίη, ὁ μέγας καὶ ὑπερούσιος, τοῦ δυνηθῆναι τοῖς νοεροῖς αὐτοῦ κτίσμασι συγκραθῆναι ψυχαῖς, ἁγίων, φημὶ, καὶ ἀγγέλων, ἵνα δυναταὶ γένοιντο καὶ αὗται ζωῆς ἀθανάτου τῆς αὐτοῦ θεότητος μετασχεῖν· ἐπεὶ καὶ ἕκαστον κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν, σῶμά ἐστιν, ὁ ἄγγελος, ἡ ψυχὴ, ὁ δαίμων. Κἂν γὰρ λεπτὰ εἶεν, ἀλλ' ὅμως ἐν ὑποστάσει χαρακτῆρί τε, καὶ εἰκόνι κατὰ τὴν λεπτότητα τῆς ἑαυτῶν φύσεως, σῶμα τυγχάνει λεπτόν. Ὥσπερ ἐν ὑποστάσει τουτὶ τὸ σῶμα παχύ ἐστι, οὕτω καὶ ἡ ψυχὴ σῶμα οὖσα λεπτὸν περιέβαλε καὶ ἐνεδύσατο τὰ μέλη τοῦδε τοῦ σώματος. Περιέβαλλε γὰρ τὸν ὀφθαλμὸν δι' οὗπερ γοῦν καὶ ὁρᾷ· περιέβαλλε τὸ οὖς τοῦτο δὴ, δι' οὗ καὶ ἀκούει· τὴν χεῖρα, τὴν ῥῖνα, καὶ ἁπαξαπλῶς ὅλα τὰ μέλη τοῦ σώματος περιέβαλλε καὶ συνεκράθη ὅλοις αὐτοῖς ἡ ψυχὴ, δι' οὗ καὶ πάντα ὅσα δὴ τῷ βίῳ ἐνστρέφεται ἐπιτηδεύματα διανύει. Τὸν οὖν αὐτὸν τρόπον, καὶ ἡ ἀλάλητός τε καὶ ἀνεννόητος τοῦ Χριστοῦ χρηστότης σμικρύνει καὶ σωματοποιεῖ ἑαυτὴν, καὶ συγκιρνᾶται καὶ περιλαμβάνει τὰς πιστὰς καὶ φίλας αὐτοῦ ψυχὰς, καὶ *εἰς ἓν αὐταῖς πνεῦμα γίνεται*, κατὰ τὸ λόγιον Παύλου, ψυχὴ εἰς ψυχὴν, ὡς φάναι, καὶ ὑπόστασις γοῦν εἰς ὑπόστασιν, ὡς ἂν τῇ τοιᾷδε ψυχῇ ἐν τῇ αὐτοῦ θεότητι ζῆσαί τε ὑπάρξῃ, καὶ ἀθανάτου ζωῆς ἐφικέσθαι, καὶ ἡδονῆς ἀφθάρτου καὶ ἀῤῥήτου δόξης κατατρυφῆσαι.

VI. Subtilem quamdam abstrusioremque doctrinam, prout potero, exponere hic volo. In corpus quodammodo se ipsum transformat immensus et incorporeus Dominus, per benignitatem infinitam; et minuit, parvumque, ut sic dicam, contrahens se facit, ingens ille supersubstantialis, ut sic possit cum intellectualibus suis creaturis quasi coalescere. Animas sanctorum dico, et angelos, ut sic hæ creaturæ possint vitæ immortalis, qua ipsa ejus divinitas fruitur, participes effici. Quoniam horum quodque secundum propriam naturam corpus est; corpus, inquam, sunt et angelus, et anima, et dæmon. Etsi enim res tenues subtilesque sunt, tamen in hypostasi, charactere, ac forma propriis, secundum tenuitatem naturæ ipsorum corpus sunt tenue; sicut in sua hypostasi corpus hoc nostrum, crassum corpus est; itaque anima corpus cum sit exilis tenuitatis, circumdat sibi atque induit membra hujus corporis, induit nempe oculum, per quem videt, aurem, per quam audit, manum, nares; uno verbo, cuncta corporis membra circumponit sibi, cumque illis penitus commiscetur, perque hæc cunctas functiones humanæ conversationis exsequitur. Ad similem igitur modum ineffabilis et incomprehensibilis Christi bonitas contrahit ac parvam facit ac quasi in corpus fingit se ipsam; atque se immiscens amplectitur fideles et amicas sibi animas, et *unus cum ipsis fit spiritus*, secundum oraculum Pauli[17]; anima in animam, ut sic di-

[17] I Cor. VI, 17.

Digitized by Google

catur, et hypostasi in hypostasim quasi coalescente. Ut per hoc tali animæ in ipsius divinitate vivere contingat, et ad immortalem vitam tandem pervenire, voluptateque incorrupta, et ineffabili gloria gaudere.

VII. Tali animæ Dominus, quoties quidem vult, fit ignis, consumens quidquid in ea pravum ac aliunde invectum est; sicut ait propheta: *Deus noster ignis consumens est*[18]. Alias eidem animæ fit ineffabilis quies: aliquando gaudium et pax, circumfovens, et undique amplectens ipsam. Tantum ne desimus nostris partibus, ut illum amemus, illi gratificemur moribus probis. Hæc qui præstabit, ipso sensu perspiciet, inire se jam possessionem inenarrabilium bonorum, quæ oculus non vidit, auris non audivit et in cor hominis non ascenderunt; per quæ Spiritus Domini fit nunc in requiem, nunc in exsultationem, et voluptatem et vitam ejus animæ quæ se illo dignam ostenderit. Incorporat enim se ipsum sicut in escam spiritualem, ita et in indumentum et ornatum inenarrabilis splendoris, ut sic eam spirituali lætitia impleat. *Ego* enim, ait, *panis vitæ sum*[19]. Et: *Qui biberit ex aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam*[20].

VIII. Ita cuique sacerdotum et sanctorum Deus apparuit, ut et ipsi fuit Deo placitum et videnti utile: aliter Abrahamo, aliter Isaaco, aliter quoque Jacobo, Noe, Danieli, Mosi, Davidi, et unicuique prophetarum, minuens et in corpus fingens se ipsum, sicut dictum est, transfiguransque se, ac forma visibili assumpta intuendum se præbens diligentibus ipsum; non quantus est, cum sit incomprehensibilis; sed quantum illi capere possunt; propter multum et incomprehensibilem, quo in ipsos fertur, amorem.

IX. Anima Dei dignatione consecuta, ut virtutem illam ex alto, divinumque illum ignem intra se domesticum habeat; illa supercœlestis boni Spiritus quasi concretam suis ipsius membris charitatem **192** obtinens, omni profecto mundani amoris expeditur nexu, et vinculo malitiæ solvitur. Ut enim ferrum, plumbum, aurum, argentum conjecta in ignem solvuntur; ipsorumque inflexibilis antea et ad tactum resistens solliditas in fluidam mollitiem mutatur; ita ut quandiu in igne perstant, fluxa, liquida, resoluta cernantur et sint, rigiditate prorsus deposita naturali, ob flammæ vim: sic et anima quæ supercœlestem illum concepit ignem spiritualis charitatis, omnem a se affectum mundani spiritus procul habet, vinculisque malitiæ cunctis exsolvitur; et ex ipsa se relaxat emollescens duritie peccati; parva omnia mundana reputans, et ut vilia contemnens. Hanc aio equidem vel si quosdam fratres habeat, ipsi charissimos; senseritque aliquid impedimenti ipsos objicere exercitio suæ in Deum charitatis, amori ipsorum, nuntium extemplo esse remissuram. Si enim amor erga nuptias ob carna-

Ζ'. Τῇ τοιαύτῃ ψυχῇ, φησὶν, ὁ Κύριος, ὅτε μὲν βούλεται πῦρ γίνεται, πᾶν φαῦλον αὐτῆς καὶ ἐπείσακτον διακαῖον· ὥσπερ καὶ ὁ προφήτης φησίν· *Ὁ Θεὸς ἡμῶν πῦρ καταναλίσκον.* Ὅτε δὲ ἀνάπαυσις ἄῤῥητος, ὅτε δὲ χαρὰ καὶ εἰρήνη, περιθάλπων καὶ περιβάλλων αὐτήν. Μόνον ἐν σπουδῇ θετέον φιλεῖν αὐτὸν καὶ χαρίζεσθαι τρόποις ἀγαθοῖς, καὶ αὐτῇ πείρᾳ, αὐτῇ αἰσθήσει ὄψεται ἁψάμενος ἀλαλήτων ἀγαθῶν, ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου οὐκ ἀνέβη, ὅσα τὸ Πνεῦμα Κυρίου γίνεται, τοῦτο μὲν εἰς ἀνάπαυσιν, τοῦτο δ' εἰς ἀγαλλίασιν καὶ τρυφὴν, καὶ ζωὴν τῆς ἀξίας ἐκείνου δεικνυμένης ψυχῆς. Σωματοποιεῖ γὰρ ἑαυτὸν ὥσπερ εἰς βρῶσιν πνευματικὴν, οὕτω καὶ εἰς ἔνδυμά τε καὶ κάλλη ἀνεκδιήγητα, ἵν' εὐφροσύνης οὕτω πληρώσῃ πνευματικῆς· *Ἐγὼ γάρ εἰμι,* φησὶν, *ὁ ἄρτος τῆς ζωῆς·* καὶ, *Ὁ πίνων ἐκ τοῦ ὕδατος οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, γενήσεται αὐτῷ πηγὴ ὕδατος ἁλλομένου εἰς ζωὴν αἰώνιον.*

Η'. Οὕτω, φησὶ, καὶ ἑκάστῳ τῷ ἱερέων καὶ ἁγίων ὁ Θεὸς ὤφθη, ὡς αὐτῷ θέλημα καὶ τῷ ὁρῶντι λυσιτελὲς, οἷον, ἄλλως τῷ Ἀβραὰμ, καὶ ἄλλως τῷ Ἰσαὰκ, τῷ Ἰακὼβ ἄλλως, τῷ Νῶε, τῷ Δανιὴλ, τῷ Μωσεῖ, τῷ Δαβὶδ, καὶ ἑκάστῳ τῶν προφητῶν, σμικρύνων ἑαυτὸν καὶ σωματοποιῶν, ὥσπερ εἴρηται, μεταμορφούμενός τε καὶ ὀπτανόμενος, τούτοις ἀγαπῶσιν αὐτὸν, οὐ καθόσον αὐτός ἐστιν (ἀχώρητος γὰρ), ἀλλὰ κατὰ τὴν ἐκείνων χώρησίν τε καὶ δύναμιν, διὰ τὴν πολλὴν καὶ ἀπερινόητον ἣν ἔσχεν εἰς αὐτοὺς ἀγάπην.

Θ'. Ψυχὴ καταξιωθεῖσα τὴν ἐξ ὕψους εἰσοικίσασθαι δύναμιν, καὶ τὸ πῦρ ἐκεῖνο τὸ θεῖον, καὶ τὴν ἐπουράνιον τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος ἀγάπην συγκεκραμένην ἔχουσα τοῖς ἑαυτοῦ μέλεσι, πάσης κοσμικῆς ἀγάπης ἀτεχνῶς λύεται, καὶ δεσμοῦ κακίας ἀνίεται. Ὥσπερ γὰρ σίδηρος ἢ μόλυβδος, χρυσός τε καὶ ἄργυρος πυρὶ παραβληθεὶς λύεται, καὶ τῆς φύσεως αὐτοῦ τὸ ἀντίτυπον εἰς ἀπαλότητα μεταβάλλει, ἐν ὅσῳ τε τῷ πυρὶ ὁμιλεῖ, χαῦνός ἐστι καὶ ἔκλυτος, καὶ τὴν φυσικὴν ἀποβεβληκὼς ἀντιτυπίαν διὰ τὴν τοῦ πυρὸς δύναμιν· οὕτω καὶ ψυχὴ τὸ ἐπουράνιον ἐκεῖνο δεξαμένη πῦρ τῆς ἀγάπης τοῦ Πνεύματος, πάσης προσπαθείας τοῦ κοσμικοῦ Πνεύματος ἐκχωρεῖ, καὶ τῶν δεσμῶν ἀφίεται τῆς κακίας, ἐξ αὐτῆς τε τῆς φυσικῆς σκληρότητος μεταβάλλει τῆς ἁμαρτίας, μικρὰ πάντα λογιζομένη καὶ ἀτιμάζουσα. Φημὶ δ' ὅτι κἂν τινες αὐτῇ εἶεν ἀδελφοὶ κατ' ἄκραν φιλούμενοι, πρὸς δὲ ἐκείνην αὐτῇ παραποδίζοιεν τὴν ἀγάπην, καὶ αὐτοὺς ἂν ἀποστέρξοιεν, ἡ τῷ τοιούτῳ ἔρωτι ἁλοῦσα ψυχή. Εἰ γὰρ σαρκικῆς κοινωνίας ἀγάπη γάμου, πατρός τε καὶ μητέρος καὶ ἀδελφῶν διίστησι· κἄν τις φιλῇ τινα τούτων, ἐξ ἐπιπολῆς φιλεῖ, τὴν δὲ διά-

[18] Deut. IV, 24; Hebr. XII, 29. [19] Joan. VI, 51. [20] ibid. 44.

Digitized by Google

θεσιν ὅλην καὶ τὸν πόθον πρὸς τὴν συνῳκισμένην αὐτῷ τέτακεν· εἰ ἡ τῆς σαρκὸς φιλία οὕτω λύει πάσης ἄλλης τοῦ κόσμου φιλίας, σχολῇ γ' ἂν οἱ ἐκείνῳ τῷ ἀπαθεῖ βληθέντες ἔρωτι τινὶ τῶν τοῦ κόσμου καθεκτοὶ γένοιντο.

A lem conjunctionem initas, a patre, matre et fratribus disjungit, ut si quis horum aliquem amet, leviter et superficiarie amet; omnem vero affectum animi, omne desiderium ad cohabitantem ipsi conjugem affixum habeat; atque si carnalis hujusmodi amicitia omnem aliam carnis amicitiam disrumpat, an segne otium erit desiderio perturbationis omnis immuni permissis amorem aliquem mundi non cohibendi?

Ι'. Χρηστὸς ὢν φιλάνθρωπος ὁ Θεὸς, μακροθύμως ἔχει, καὶ πολὺς ἐστιν ἀναμένων τὴν ἑκάστου τῶν ἁμαρτανόντων μετάνοιαν· ἑορτὴν οὐρανίαν τιθέμενος τὴν τοῦ μεταμελομένου ἐπιστροφήν· *Χαρὰ* γάρ, φησὶν αὐτὸς, *ἐν τῷ οὐρανῷ γίνεται ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι*. Εἰ δέ τις τὴν χρηστότητα αὐτὴν καὶ μακροθυμίαν ὁρῶν, καὶ ὅτι μὴ τοῖς κατὰ μέρος ἁμαρτήμασιν ἐπεξέρχεται, τὴν μετάνοιαν, ὥσπερ ἔφημεν, ἐκδεχόμενος, κατολιγωρήσει τῆς ἐντολῆς, καὶ τὴν χρηστότητα, φεῦ! ἀφορμὴν σχοίη πρὸς καταφρόνησιν, ἁμάρτημα ἐπὶ ἁμαρτήματι προστιθεὶς, καὶ προσκώμματι πρόσκωμμα ἐποικοδομῶν, ῥᾳθυμίαν τε συνάπτων τῇ ῥᾳθυμίᾳ, πληροῖ τοὺς τῶν ἁμαρτιῶν ὅρους, καὶ τοιούτῳ λοιπὸν ἁλίσκεται παραπτώματι, ἐξ οὗ μηκέτι παρὸν αὐτῷ ἀνακτήσασθαι· ἀλλ' ἐς μάτην τὴν συντριβὴν ὑποστὰς, καὶ τῷ πονηρῷ εἰς τέλος συγχωρηθεὶς, ἀπόλλυται. Οὕτως ἐπὶ Σοδόμων γέγονεν· ἀποπλήσαντες γὰρ καὶ ὑπερβάντες τοὺς τῶν ἁμαρτιῶν ὅρους, ἐπεὶ μηδὲν, ὡς εἰπεῖν, ζώπυρον μετανοίας αὐτοῖς ὑπελείφθη, ἀνάλωμα πυρὸς ὑπὸ τῆς θείας δίκης γεγόνασιν. Οὕτως ἐπὶ Νῶε· καὶ γὰρ ἀχαλίνοις χρώμενοι ταῖς ἐπὶ τὴν κακίαν ὁρμαῖς, καὶ μηδὲν εἶδος μετανοίας ἐπιδεικνύμενοι, τηλικοῦτον ἑαυτοῖς ἁμαρτιῶν ὄγκον ἐξεκορύφωσαν, ὡς πᾶσαν ὁμοῦ τὴν γῆν εἰς πᾶν διαφθαρῆναι. Οὕτω τοῖς Αἰγυπτίοις πολλὰ πλημμελοῦσι καὶ εἰς τὴν τοῦ Θεοῦ λαὸν ἐξυβρίζουσι· χρηστὸς ἦν ἐκεῖνος οὐ πανωλεθρίᾳ παραδιδοὺς, ἀλλὰ διὰ τῶν κατὰ μέρος μαστίγων εἰς μετάνοιαν ἐπαγόμενος· ἐπεὶ δὲ ἐπιστρέφοντες ἀγαπητῶς, πάλιν πρὸς τὴν κακίαν ἀνέστρεφον, καὶ τῆς προτέρας εἶχοντο ἀπιστίας, ἔσχατον δὲ καὶ τὸν λαὸν τοῦ Κυρίου ἀναγόμενον κατεδίωκον, ἀνάλωσεν αὐτοὺς ἡ θεία δίκη τὸ σύνολον καὶ ἀπώλεσεν. Οὕτω τοῦ Ἰσραὴλ πολλὰ ἁμαρτάνοντος, καὶ τοὺς προφήτας ἀποκτενόντος τοῦ Θεοῦ, τῆς συνήθους οὗτος μακροθυμίας ἐγίνετο· ἐπεὶ δὲ εἰς τοῦτο κακίας προέκοψαν, ὡς μηδὲ τὸ Δεσποτικὸν δυσωπηθῆναι ἀξίωμα, ἀλλὰ κἀκείνῳ μιαιφόνους χεῖρας ἐπιβαλεῖν· καὶ αὐτοὶ καθάπαξ ἀπεβλήθησάν τε καὶ κατεβλήθησαν· καὶ ἦρθη ἀπ' αὐτῶν ἡ τε προφητεία, καὶ ἡ ἱερατεία καὶ ἡ λατρεία. Καὶ ἐπιστεύθη ταῦτα τοῖς πιστεύσασιν ἔθνεσι.

B

C

D

X. Benignus et hominum amans Deus, multa patientia exspectat cujusque peccantium pœnitentiam, in festum cœleste instituens resipiscentis conversionem: *Gaudium* enim, ait ipse, *est in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente*[21]. Si vero quis hanc animadvertens Dei bonitatem et longanimitatem, qua sibi temperat a singulis protinus criminibus ulciscendis, exspectans, ut diximus, pœnitentiam, negligat præceptum, et Dei bonitatem, pro nefas! in occasionem contemptus vertat, peccata peccatis accumulans, et scandalo scandalum superstruens, desidiamque assuens desidiæ; is sane peccatorum implet terminos, et de cætero in tali deprehenditur lapsu, ex quo non amplius illi continget in integrum restitui; quippe quasi contritis ruina membris innitens, et maligno se usque in finem permittens, perit. Sic Sodomis accidit; expleta enim et supercumulata mensura peccatorum, cum ne scintillam quidem, ut sic dicam, bonæ mentis ad spem pœnitentiæ reliquam fecissent, igne divinæ ultionis instrumento sunt assumpti. Sic et in diebus Noe, quando ruentes effusis in nefas omne habenis homines, nullo argumento dato verisimiliter confidendi fore, ut ad meliorem se frugem reciperent, tantam tamque gravem supra sese molem exaggerarunt delictorum, ut secum terram universam in exitium pertraherent. Haud dissimilia Ægyptiis evenere, multa contra Deum impie ausis, multis grassatis in ejus populum injuriis. Bonus quidem Dominus cladem extremam diu distulit, aliis super aliis castigationibus eos ad resipiscentiam invitans; at cum nullum finem facerent sæpius iniquitatis resumendæ, tandem populum Domini rite dimissum persequentes, ac retrahere conantes, extremo ipsos ira divina exitio mactavit. Israelitas pariter multa delinquentes, cædis quin etiam prophetarum Dei reos, postquam solita sibi longanimitate diu tolerasset Dominus; ubi ad extremum vidit eo ipsos immanis processisse amentiæ, ut neque divinam in misso ad eos Dei Filio reveriti majestatem, manus ei cruentas intulerint, damnatos irrevocabiliter abjecit in omne tempus, dejecitque, ablata iis prophetia, sacerdotio, religione; quas commisit credentibus in ipsum gentibus.

ΙΑ'. Προσδράμωμεν τῷ καλοῦντι Χριστῷ προθύμως, ἐκχέοντες ἐπ' αὐτὸν τὰς καρδίας· καὶ μὴ τὴν ἑαυτῶν ἐθελοκακοῦντες ἀπογινώσκωμεν σωτηρίαν. Καὶ τοῦτο γὰρ τοῦ πονηροῦ σόφισμα, ὑπομνήσει προτέρων ἁμαρτιῶν ὁδοποιεῖν εἰς ἀπόγνωσιν. Ἀλλ' ἡμῖν κατανοητέον, ὅτιπερ εἰ Κύριος ἐλθὼν τυφλῶν

193 XI. Accurramus ad vocantem nos Christum alacriter, effundentes super ipsum corda; et ne nostram, sponte remittentes de nostra contentione, desperemus salutem. Nam et hoc diaboli sophisma est, recordatione priorum delictorum inducere in desperationem. At nobis ita cogitandum est: si

[21] Luc. xv, 10.

Digitized by Google

Dominus, cum in hunc mundum advenit, cæcorum, paralyticorum, surdorum medicus et restitutor in integrum fuit; si mortuos jam corruptos suscitavit; quanto magis cæcitatem mentis, animæ pigritiam, incuriosi cordis curabit surditatem; quandoquidem ut non alius ab ipso corporis creator est; ita et animam ipse condidit? Et si erga fluxa et mortalia tam benigne ac clementer affectus est; quanto magis immortali animæ, morbo iniquitatis et ignorantiæ laboranti, deinde accedenti ad ipsum et oranti, benevole curationem adhibebit? ejus enim vox hæc est : *Pater meus cœlestis annon faciet vindictam clamantium ad se die ac nocte? Ita, dico vobis, quia cito faciet vindictam eorum* [22]. Et illa ejus quoque vox est : *Petite et dabitur vobis* [23]. Et rursus : *Si eo quod amicus ejus sit, non dabit; propter improbitatem tamen ejus surget, et dabit illi quanto indiget* [24]. Quibus verbis ad piam nos quamdam in petitione impudentiam, et improbam importunamque instantiam hortatur. Enimvero propter peccatores ipse venit, ut eos ad se converteret. Tantum a falsis recedentes præoccupationibus Domino vacemus; et ille nos non despicit; sed promptus est, subministrans, quo ab ipso egemus, auxilium.

XII. Sicut in morbo et infirmitate deprehensis, quando jam corpus non amplius alimenta cibi et potus percipere potest, desperatur de ægroto, et pro certo signo mortis ejus id habetur, unde amici et necessarii ipsius illum lugent : sic Deus et angeli animas esca cœlesti pasci amplius non valentes, multo luctu ac lamentis prosequuntur. Si ergo factus sis Dei thronus, illum insidentem tibi habens, si anima tua sit tota spiritualis oculus, tota lux; si pastus es cibo illo spirituali; si potatus aqua viva et spirituali vino lætificante cor; si tuam induisti animam vestibus ineffabilis luminis : si horum omnium interior tuus homo experimentum ceperit, et plenam securitatem, vivis ecce vita ahhine æterna; ex præsenti jam tempore Christo conrequiescens. Sin nondum hæc percepisti, neque adhuc eo profecisti, ut ista possideas, plora vehementer, et lamentis indulge, quod tales haud dum lucratus divitias sis. Sit vero tibi ea cura, hæc tua oratio perpetua pro tua mendicitate. Sed utinam saltem paupertatis suæ sensus possidentem subeat; et non, ut jam plenus ac satur opum divinarum, scoure circumvagetur, nec quærens, nec pulsans : *Quærens* enim, inquit, *inveniet, et pulsanti aperietur* [25].

XIII. Si compositum illud oleum tantam habet vim, ut eo usi ad dignitatem ascendant regiam; quanto magis qui quoad mentem et interiorem hominem sanctificante exsultationis oleo uncti, et arrham boni accipientes Spiritus, mensuras perfectionis inscendent; regni, inquam, et filiationis Cbristo regi consortes et collegæ facti; ingrediendi ad Patrem et egrediendi, ut videtur ipsis liberam

τε καὶ παραλύτων καὶ κωφῶν ἰατρὸς καὶ διορθωτὴς ἦν, νεκρούς τε ἤδη καταφθαρέντας ἀνέστη, πόσῳ μᾶλλον τυφλότητα διανοίας, καὶ ψυχῆς πάρεσιν, καὶ ἀμελοῦς καρδίας; ἰάσεται κώφευσιν, ἐπεὶ μηδὲ ἕτερος, ἀλλ' αὐτὸς ὁ τὸ σῶμα κτίσας, αὐτός ἐστι καὶ ὁ τὴν ψυχήν; Καὶ εἰ πρὸς τὰ λυόμενα καὶ θνήσκοντα οὕτος εὐμενῶς καὶ ἱλέως εἶχε, πόσῳ μᾶλλον τῇ ἀθανάτῳ ψυχῇ κακίας νόσῳ καὶ ἀγνοίας ἀλούσῃ, ἔπειτα προσερχομένῃ τούτῳ καὶ δεομένῃ, φιλανθρώπως θεραπευτικῶς χρήσεται; αὐτοῦ γὰρ φωνή, τό· *Ὁ Πατήρ μου ὁ οὐράνιος οὐ μὴ ποιήσει ἐκδίκησιν τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν νυκτὸς καὶ ἡμέρας; Ναὶ, λέγω ὑμῖν, ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν ἐν τάχει* · καὶ τό· *Αἰτεῖτε, καὶ δοθήσεται ὑμῖν* · καὶ αὖθις · *Κἂν διὰ τὸ φίλον εἶναι οὐ δώσει αὐτῷ, διά γε τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ, ἀναστὰς δώσει αὐτῷ ὅσου χρήσει, ἀναιδῆ καὶ παράμονον τὴν αἴτησιν προτρεπόμενος, ἐπεί τοι καὶ διὰ τοὺς ἁμαρτολοὺς ἦλθεν ἵνα ἐπιστρέψῃ πρὸς ἑαυτόν.* Μόνον ἡμεῖς τῶν κακῶν προλήψεων ἀποστάντες, σχολάσωμεν τῷ Κυρίῳ · καὶ αὐτὸς οὐχ ὑπερορᾷ, ἀλλ' ἕτοιμος ἔσται παρέχων τὴν παρ' αὐτοῦ βοήθειαν.

ΙΒ'. Ὥσπερ ἐπὶ τῶν νόσῳ καὶ ἀσθενείᾳ κατειλημμένων, ἐπειδὰν μηκέτι τὸ σῶμα δυνατὸν ᾖ τροφῆς καὶ πόσεως μετασχεῖν, εἰς ἀπόγνωσιν τοῦτο συνωθεῖ, καὶ θανάτου τεκμήριον γίνεται, θρῆνός τε ἐπὶ τούτῳ καὶ φίλους ἔχει καὶ τοὺς προσήκοντας · οὕτω δὴ καὶ Θεὸς καὶ ἄγγελοι ψυχὰς τὰς μὴ τροφῇ τῇ ἐπουρανίῳ χρήσασθαι δυναμένας, διὰ πολλῆς λύπης καὶ θρήνων ποιοῦνται. Εἰ τοίνυν ἐγένου τῷ Θεῷ θρόνος, ἐκεῖνον ἔχων ἐπικαθήμενον, εἰ γέγονεν ἡ ψυχή σου ὅλη πνευματικὸς ὀφθαλμὸς, ὅλη φῶς, εἰ ἐτράφη τὴν τροφὴν ἐκείνην τοῦ Πνεύματος, εἰ ποτίζῃ τοῦ ζῶντος ὕδατος, καὶ τοῦ πνευματικοῦ οἴνου τοῦ τὴν καρδίαν εὐφραίνοντος, εἰ ἐνδέδυσαι τῇ ψυχῇ τὰ τοῦ ἀῤῥήτου φωτὸς ἐνδύματα, εἰ πάντων τούτων ὁ ἔσω σου ἄνθρωπος εἰς πεῖραν ἀφίκετο καὶ πληροφορίαν, ἰδοὺ ζῇς τὴν αἰώνιον τέως ζωὴν, ἐκ τοῦ παρόντος ἤδη τῷ Χριστῷ συναναπαυόμενος. Εἰ δ' οὕπω εἴληφας ταῦτα, οὐδ' εἰς κτῆσιν τούτων ἐλήλυθας, κλαῖε θερμῶς, καὶ ὀδυρμοῖς κέχρησο, μήπω τοῦ τοιούτου πλούτου τετυχηκέναι · καὶ φροντὶς ἔστω σοι καὶ δέησις διηνεκὴς περὶ τῆς πτωχείας σου · ἀλλ' εἴθε κἂν τῆς ἑαυτοῦ πενίας αἴσθησις εἰσήει τῷ κεκτημένῳ · καὶ μὴ ὡς τοῦ θείου πλούτου κατακορὴς ὤν, ἄφροντις περιῆγεν · *Ὁ γὰρ ζητῶν*, φησὶν, *εὑρήσει, καὶ τῷ κρούοντι ἀνοιγήσεται.*

ΙΓ'. Εἰ τὸ σύνθετον ἐκεῖνο ἔλαιον τοσαύτην ἔχει τὴν δύναμιν, ὡς τοὺς χρησαμένους αὐτῷ λοιπὸν βασιλικῆς ἐπιβαίνειν δόξης, πόσῳ γε μᾶλλον οἱ τὸν νοῦν καὶ τὸν ἔσω ἄνθρωπον τῷ ἁγιαστικῷ τῆς ἀγαλλιάσεως ἐλαίῳ χριόμενοι, καὶ τὸν ἀῤῥαβῶνα τῶν ἀγαθοῦ λαμβάνοντες Πνεύματος, τῶν μέτρων τῆς τελειότητος ἐπιβήσονται, τῆς Χριστοῦ φημι βασιλείας καὶ υἱοθεσίας αὐτῷ συμμύσται τῷ βασιλεῖ

[22] Luc. xviii, 7. [23] Matth. vii, 7. [24] Luc. xi, 8. [25] Matth. vii, 7; Luc. xi, 10.

Digitized by Google

γενόμενοι, εἰσιέναι καὶ ἐξιέναι πρὸς τὸν Πατέρα κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἔχοντες; Εἰ γὰρ καὶ μήπω τέλειον τὴν κληρονομίαν εἰλήφασι, τὸ βάρος ἔτι περικείμενοι τῆς σαρκὸς, ἀλλ' οὖν διὰ τὸν ἀρραβῶνα τοῦ Πνεύματος ἐν τῷ ἀσφαλεῖ αὐτοῖς κεῖται τὰ τῶν ἐλπίδων, καὶ ὅτι συμβασιλεύσουσι τῷ Χριστῷ, καὶ ἐν περιουσίᾳ καὶ πλεονασμῷ Πνεύματος ἔσονται, αὐτοῖς ἐνδοιαζόμενον, καθότι τῇ σαρκὶ περιόντες ἔτι, εἰς πεῖραν ἦλθον τῆς δυνάμεως καὶ ἡδονῆς ἐκείνης· καὶ γὰρ τὸ ἐπιτεθὲν κατὰ τὴν παρακοὴν τοῖς ἀνθρώποις τοῦ Σατανᾶ κάλυμμα, ἡ χάρις ἐρχομένη διὰ καθάρσεως τοῦ ἔσω ἀνθρώπου καὶ τοῦ νοὸς, περιαιρεῖ τέλεον, καὶ πᾶν μίασμα καὶ λογισμὸν ἅπαντα ῥυπαρὸν τῆς ψυχῆς ἀποσκυβαλίζει, καθαρὰν αὐτὴν γενέσθαι βουλομένη, καὶ τὴν ἰδίαν ἀπολαβοῦσαν φύσιν τρανοῖς καὶ ἀνεπικωλύτοις τοῖς ὀφθαλμοῖς τὴν δόξαν τοῦ ἀληθινοῦ φωτὸς κατοπτεύειν. Οἱ τοιοῦτοι δὲ αὐτόθεν ἤδη πρὸς ἐκεῖνον ἁρπάζονται τὸν αἰῶνα, καὶ τὰ ἐκεῖ κάλλη καὶ θαύματα καθορῶσι. Καθάπερ γὰρ ὁ σωματικὸς ὀφθαλμὸς ἁπαθῶς τε καὶ ὑγιῶς ἔχων ταῖς ἡλιακαῖς αὐγαῖς θαῤῥούντως ἐνατενίζει· οὕτω καὶ οὗτοι φωτεινῷ χρώμενοι καὶ διακεκαθαρμένῳ τῷ νῷ τὰς ἀδύτους αὐγὰς Κυρίου διὰ παντὸς κατοπτεύουσιν· οὗ τί τὸ μέτρον φησίν; οὐ ῥᾳδίως ἐφικτὸν τοῖς ἀνθρώποις· ἀλλὰ πόνων δεῖται συχνῶν, ἀγώνων τε καὶ ἱδρώτων μυρίων. Πολλοὶ γάρ εἰσιν, οἷς καὶ ἡ χάρις σύνεστιν ἐνεργοῦσα, καὶ ἡ κακία πάλιν ἐνδομυχοῦσα ἀφέστηκεν οὐδαμῶς· ἀλλὰ τὰ δύο πνεύματα, τό τε τοῦ φωτὸς καὶ τὸ τοῦ σκότους, εἰς μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐνεργεῖ καρδίαν· τὸ δὲ εἰρημένον· *Τίς γὰρ ἡ κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος;* καὶ ὅτι, *Τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει*, καὶ τὰ ἑξῆς, ἀναμέρος ἐκληπτέον οὐδὲ μονοτρόπως τὰ πράγματα· καὶ γὰρ ἐς τοσοῦτόν τινες ἐναναπαύονται τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, ἐς ὅσον ἑαυτῶν δύνασθαι κρατεῖν, καὶ μὴ ἡττᾶσθαι τῆς ἐγκατοικούσης αὐτοῖς ἁμαρτίας· καὶ συμβαίνῃ νῦν εὐχὴν εὐπάρεδρον ἔχοντας καὶ ἀναπαῦσαι· ἔπειτα ὑπὸ ῥυπαρῶν λογισμῶν ἐνεργεῖσθαι, καὶ ὑπὸ τῆς ἁμαρτίας κλέπτεσθαι, συνούσης δηλαδὴ καὶ αὐτῆς χάριτος. Οἱ μὲν οὖν ἐλαφροί τε καὶ οὕπω τῆς ἀκριβείας ἐπειλημμένοι πόσῳ; αὐτοῖς τῆς θείας χάριτος ἐνεργούσης, ἔδοξαν εἰσάπαν ἀπολελύσθαι τῆς ἁμαρτίας· οἱ δὲ διάκρισίν τε καὶ νοῦν ἔχοντες, οὐκ ἂν ἀρνηθεῖεν, ὅτι καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ἐνοικούσης, οὐχὶ καὶ ὑπὸ αἰσχρῶν καὶ ἀτόπων διασείονται λογισμῶν.

ΙΔ'. Εἴδομέν τινας ἐν τοῖς ἀδελφοῖς πολλάκις οὕτω πλουσίας τῆς χάριτος ἐπιλελαυκότας, ὡς πέντε χρόνων καὶ ἓξ ἀπομαρανθῆναι τέλεον αὐτοῖς καὶ ἀποσβῆναι, τὰ τῆς ἐπιθυμίας· εἶτα, ὡς ἔδοξαν ὅρμου καὶ γαλήνης ἐπιλαβέσθαι, τότε καθάπερ ἐξ ἐνέδρας ἐπιφανεῖσα τούτοις ἡ κακία οὕτω δυσμενῶς ἐπέθετο καὶ ἀγρίως, ὡς ἐκπλῆξιν αὐτοῖς ἐνθεῖναι καὶ ἀπορίαν· τεθάῤῥηκε τοίνυν οὐδεὶς τῶν ὁξὺ διὰ σύνεσιν βλεπόντων εἰπεῖν, ὅτι χάριτός μοι συνούσης, ἀπήλλαγμαι λιπὸν καὶ τῆς ἁμαρτίας. Ἐνεργεῖ γὰρ, ὡς

habentes potestatem; etsi enim solidam istam nondum creverunt hæreditatem, mole utique adhuc gravati carnis, tamen, ob arrhabonem Spiritus, certa et secura spe confidunt, et conregnaturos se tandem Christo, et fruituros copiose et abundanter 194 Spiritu; minime dubitantes quin, quoad in carne vixerint, perstituri in possessione sint virtutis et voluptatis illius, cujus semel experiendo gustum acceperunt; quippe cum superimpositum post inobedientiam hominibus Satanæ operculum, gratia veniens per purgationem interioris hominis et mentis, auferat penitus, et omne inquinamentum, omnemque cogitationem ab anima everrat; volens illam esse mundam, et propriam recipere naturam, perspicacibus et omni liberis impedimento veri luminis claritatem intueri oculis. Qui tales sunt jam ex hoc tempore ac vitæ statu in illud rapiuntur sæculum, et quæ ibi sunt pulchritudines ac miracula spectant. Quemadmodum enim corporeus oculus plene sanus et vigens, solares audacter inspicit radios; sic et hi lucida mente, inaccessibiles splendores Domini semper intuentur: ad quam tantæ mensuram pertingere felicitatis haud facile hominibus est: sed laboribus ad hoc opus est plurimis, certaminibusque et sudoribus innumeris. Multi quippe sunt quibus gratia inest quidem operationes etiam quasdam suas exercens: cæterum ita ut simul non absit ab iis malitia intus latens. Itaque tunc ambo spiritus, lucidus et tenebrosus, in uno et eodem operantur corde. Quod autem dictum est: *Quæ enim societas luci ad tenebras*[26]? Et: *Lux in tenebris lucet*[27]: similiaque, divisim ac sigillatim, non uniformiter et in universum accipienda sunt. Nam in tantum quidam acquiescunt gratiæ Dei, in quantum continere seipsos possunt, et non vinci ab inhabitante in ipsis peccato. His contingit, dum constantius interdum attentiusque orationi vacant, ut quiete perfundantur; postea tamen sordidarum cogitationum insultus pati; quin et a subrepente furtim incessi peccato; præsente nihilominus ipsa quoque gratia. Leviores igitur et minus cauti, nec satis intelligentes, quatenus in ipsis polleat divina gratia, temere credunt plane jam exterminatum esse peccatum. At discreti et vere prudentes rerum, non utique inficias iverint, se utcunque inhabitante dignatos gratia, nec tamen turpibus et absurdis cogitationibus non concuti.

XIV. Novimus quosdam ex fratribus sæpe adeo uberi superfusione gratiæ ditatos, ut quinque ac sex totis annis in ipsis penitus veluti emarcuerint et exstinctæ fuerint cupiditates; deinde tamen, dum portu et tranquillitate frui videbantur, apparentem rursus, velut ex insidiis, malitiam tam vehementibus ipsos et feris insultibus pulsasse, ut pavorem et consternationem ipsis inculeret. Nemo igitur eorum, quibus acutius cernere sacræ prudentiæ lumen dedit, ausit unquam dicere: Ex quo

[26] II Cor. VI, 14. [27] Joan. I, 5.

Digitized by Google

præsentem in me sentio gratiam, liberatus sum in omne tempus ab omni malitia. Duo enim, ut dictum est, inter se adversa in mente agunt, gratia et concupiscentia, utcunque cito creduli et imprudentes statim dicant : *Vicimus, et debellatum jam est.* Mihi quidem contra sic videntur hujus se generis res habere, ut quando soli pure fulgenti suboriens repente vapor et caligo velamen veluti obduxerit; sic similiter, uti diximus, se habent, qui gratia Dei potiti, sed accurate nondum purgati sunt; sed in penetralibus profundis adhuc a peccato tenentur. Quare multa profecto discretione opus est, ad experientiam rerum talium perfectissimam parandam.

XV. Ut sine oculis, lingua, auribus, pedibus, videri, dici, audiri, ambulari nequit; sic pariter impossibile est, sine Deo et ab ipso dato efficaci **195** auxilio, communicare mysteriis divinis, et nosse Dei sapientiam, aut in Spiritu ditescere. Nam sapientes quidem Græcorum, in meditatione doctrinarum exercentur, et ad invicem reciprocandas verborum rixas longo triti usu sunt. Servi autem Dei, etsi congressibus disputationum inexercitati sint, tamen divina notitia et Dei gratia perficiuntur.

ΙΖ'. Μακάριοι τῷ ὄντι καὶ ζηλωτοὶ τοῦ βίου καὶ τῆς ὑπερφυοῦς ἀπολαύσεως, ὅσοι διὰ θερμῆς καὶ φιλαρέτου διαγωγῆς τῶν ἐπουρανίων τοῦ Πνεύματος μυστηρίων πεῖρα καὶ αἰσθήσει τὴν γνῶσιν εἰλήφασι, καὶ τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ἔχουσιν. Οὗτοι καὶ συμπάντων κρείττους ἀνθρώπων εἰσὶ· καὶ φανερὰ ἡ ἀπόδειξις. Τίνι γὰρ τῶν δυνατῶν, ἢ σοφῶν, ἢ φρονίμων ἀνελθεῖν εἰς τὸν οὐρανὸν ὑπῆρξεν ἐπιστρεφομένῳ περὶ τὴν γῆν, ἐκεῖ τε ἐργάσασθαι ἔργα πνευματικὰ, καὶ τὰ κάλλη τοῦ Πνεύματος κατοπτεῦσαι; νυνὶ δὲ πένης τις τὸ φαινόμενον, πένης ἄκρως καὶ ἐξουδε-

D XVII. Beati revera, et invidendi ob vitæ et exsuperantis naturæ modum fruitionis felicitatem, quicunque per ferventem fidem, et vivendi usum ad virtutem normam exactum, supercœlestium sancti Spiritus mysteriorum sensu et experientia notitiam perceperunt, et conversationem in cœlis habent. Tales omnium, qui uspiam vivunt hominum, præstantissimi sunt. Id quod demonstrari manifesto potest. Cui enim potentum, aut sapientum, aut prudentum, ascendere in cœlum contigit, interim dum versantur in terra et illic operari opera spiritua-

[17] Psal. xxii, 5. [18] Matth. ix, 12; xii. 17; Luc. v, 31.

Digitized by Google

lia, et pulchritudines divini Spiritus intueri? Nunc vero pauper aliquis in speciem, summe pauper et exinanitus; ac ne vicinis quidem vel minimum notus, procidens in faciem suam coram Domino, ascendit in cœlum ducente sancto Spiritu, et in plena fiducia suæ animæ, mirabilibus illic rebus delectatur; ibique operatur, ibi diversatur, ibi conversationem habet, juxta divinum Apostolum dicentem : *Nostra autem conversatio in cœlis est* [19]. Et rursus : *Quæ oculus non vidit, et auris non audivit, nec in cor hominis ascenderunt, quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum* [20]. Mox subjungit : *Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum.* Hi sunt vere sapientes et potentes, hi et nobiles et prudentes.

A νώμενος, καὶ οὐδὲ τοῖς ἐγγειτόνων μικροῦ γνώριμος, προσπίπτων ἐπὶ πρόσωπον αὐτοῦ τῷ Κυρίῳ, ἄνεισιν εἰς τὸν οὐρανὸν ὑπὸ Πνεύματος ὁδηγούμενος, καὶ ἐν πληροφορίᾳ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς τῶν ἐκεῖ θαυμασίων κατατρυφᾷ, ἐκεῖ τε ἐργάζεται, ἐκεῖ τὸ πολίτευμα ἔχει, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον· *Ἡμῶν γὰρ τὸ πολίτευμα*, φησὶν, *ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει·* καὶ πάλιν· *Ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε, καὶ ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπων οὐκ ἀνέβη, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν.* Εἶτα ἐπάγει· *Ἡμῖν δὲ ἀπεκάλυψε διὰ τοῦ Πνεύματος αὐτοῦ.* Οὗτοί εἰσιν οἱ ἐν ἀληθείᾳ σοφοὶ, οἱ δυνατοὶ, οὗτοι καὶ εὐγενεῖς καὶ φρόνιμοι.

XVIII. Quinetiam, non habita ratione cœlestium illorum, e solis his quæ præsentia sunt de sanctis judicans, non dubitabis, eos omnium longe hominum celsissimos pronuntiare. Age, res dijudicetur hoc modo : Nabuchodonosor Babylonis imperator, congregatis, quibus præerat, gentibus ad adorationem statuæ quam erexerat, Dei hoc ita sapientissime moderante providentia, ut et puerorum omnibus conspicua virtus fieret, et cuncti discerent unum esse Deum verum, qui in cœlis habitat : tres pueri, iique captivi, ac libertate privati, ausi sunt ipsi obsistere; et cunctis, ex multo metu, adorantibus, nec quidquam præter obsequium tentantibus, mutarum ritu pecudum, quo trahebantur, sequentibus, illi tantum abfuerunt ut similia aliis paterentur; ut neque ignorari sint passi suam de religione sententiam, nec latere sustinuerint, sed cunctis audientibus dixerint : *Deos tuos non colimus, et statuam auream, quam erexisti, non adoramus* [21]. Quos cum in pœnam terribilis illa fornax excepisset, non sane vim suam exseruit, ac quasi et ipsa venerata ipsos esset, a malis eos immunes conservavit : universis ac rege ipso Deum jam verum agnoscentibus. Hos equidem non magis terras incolentium, quam in cœlis degentium chori plausu celebrarunt. Nam heroica facinora sanctorum haudquaquam esse ignota cœli incolis, sed hos illis accursu et testes adesse, divinus innuit Apostolus, dum ait : *Spectaculum facti sumus angelis et hominibus* [22]. Potes et hæc in Elia videre, qui, unus homo cum esset, contra plurimos prævaluit, per devocationem ignis e cœlo. Sed et Moyses universam Ægyptum et Pharaonem **204** tyrannum superavit. Idem in iis quæ de Loth, in iis quæ de Noe, quæ de multis aliis narrantur, cernere est, qui cum apparerent contemptibiles, multis illustribus et potentibus superiores evaserunt.

B ΙΗ'. Καὶ χωρὶς, φησὶ, τῶν οὐρανίων ἐκείνων, ἀπὸ τῶν παρόντων κρίνων τοὺς ἁγίους, οὐκ ἐπιδοιάσεις πάντων ὑψηλοτέρους εἰπών. Κρινέσθω δὲ οὕτως· Ναβουχοδονόσορ ὁ Βαβυλῶνος ἄρξας, ὁπότε τὰ ἔθνη αὐτῷ πάντα εἰς προσκύνησιν ἧς ἔτυχε κατασκευάσας εἰκόνος ἠθροίζετο· τῷ δὲ Θεῷ τοῦτο πανσόφως ᾠκονομεῖτο, ἵνα καὶ ἡ τῶν παίδων ἀρετὴ πᾶσι γνώριμος καταστῇ, καὶ μάθωσι πάντες, ὅτι Θεὸς ἀληθὴς εἷς, ὃς τοὺς οὐρανοὺς κατοικεῖ· τρεῖς παῖδες, καὶ αὐτοὶ αἰχμάλωτοι καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀφῃρημένοι ἐπαῤῥησιάσαντο πρὸς αὐτὸν, καὶ πάντων πολλῷ δέει προσκυνούντων, καὶ μηδ' ὅλως εἰ μὴ πείθεσθαι τολμώντων, ἀλλὰ σχεδὸν ἀφόνων ἴσα καὶ ταῖς κτίσεσιν ἑλκομένων, αὐτοὶ τοσοῦτον ἀπέχοντες τοῦ τὰ ὅμοια C τοῖς ἄλλοις παθεῖν, ὡς μηδ' εὐσεβοῦντας ἀγνοεῖσθαι βούλεσθαι, μηδ' ὑπομένειν λαθεῖν, ἀλλ' εἰς ἀκοὴν πάντων λέγειν· *Τοὺς θεούς σου οὐ λατρεύομεν, καὶ τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ, ἣν ἔστηκας, οὐ προσκυνοῦμεν·* τούτους εἰς τιμωρίας λόγον καὶ ἡ φοβερὰ ἐκείνη παραλαβοῦσα κάμινος ἦν, οὐδὲ τὴν ἑαυτῆς ἐνέργειαν ὑπεδείξατο, ὥσπερ δὲ καὶ αὐτὴ διευλαβηθεῖσα τούτους, ἀπαθεῖς κακῶν διεφύλαξε, καὶ πάντες καὶ βασιλεὺς αὐτὸς τὸν ἀληθῆ δι' ἐκείνων Θεὸν ἐπέγνωσαν. Ἐκείνους οὐχ οἱ ἐν γῇ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν οὐρανοῖς χοροὶ κατεπλάγησαν· καὶ γὰρ εἰς τὰς τῶν ἁγίων ἀνδραγαθείας οὐδὲ τοὺς ἐν οὐρανοῖς ἀπεῖναι, ἀλλὰ συμφοιτᾷν κἀκείνοις, ὁ θεῖος Ἀπόστολος ὑποφάνει· *Θέατρον* γὰρ, φησὶν, *ἐγενήθημεν καὶ ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις.* Ἔχεις τοιαῦτα καὶ ἐπὶ Ἠλίαν ὁρᾷν· ὃς, εἷς ἄνθρωπος ὤν, πρὸς πλείστους ἴσχυσε διὰ τῆς τοῦ οὐρανίου πυρὸς καταγωγῆς· ἀλλὰ καὶ Μωϋσῆς ὅλης Αἰγύπτου καὶ Φαραὼ τοῦ τυράννου περιεγένετο. Τοῦτο καὶ ἐπὶ Λὼτ, τοῦτο καὶ ἐπὶ Νῶε, καὶ ἐπὶ πολλῶν ἴδοις ἑτέρων· οἵτινες τῷ φαινομένῳ πολλὴν εὐτέλειαν ὑπερχόμενοι, πολλῶν ἐκράτουν ἐπισήμων καὶ δυνατῶν.

XIX. Unius fere cujusque, quas videmus rerum, ea conditio est, ut, ni eis subveniat alienæ naturæ auxilium, quantum in ipsis est, ad operandum inutiles informesque relinquantur. Ineffabilis enim Dei sapientia mysteria et typos per ea quæ in oeu-

Ιθ'. Ἑκάστῳ τῶν φαινομένων, ἢν μὴ καὶ ἑτέρου τις ξένη φύσις πρὸς βοήθειαν ἐπιγένοιτο, τὸ ὅσον καθ' ἑαυτὸ ἀνέργαστόν ἐστι καὶ ἀκόσμητον. Καὶ γὰρ ἡ τοῦ Θεοῦ ἄφραστος σοφία μυστήρια καὶ τύπους διὰ τῶν ὁρωμένων δείκνυσιν, ὅτιπερ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις,

[19] Philipp. III, 20. [20] I Cor. II, 9. [21] Dan. III, 18. [22] I Cor. IV, 9.

Digitized by Google

καθ' ἑαυτὴν οὖσα, τὴν ἐντελῆ τῶν ἀρετῶν διακόσμησιν καὶ τὴν πνευματικὴν εὐπρέπειαν τῆς ἁγιωσύνης ἐκτὸς, εἰ μὴ καὶ τῆς θείας ἀπολαύσοι χειρὸς, ἀδύνατός ἐστιν ἐπιδείξασθαι. Οἷον ἡ γῆ, καθ' ἑαυτῆς μένουσα, εἰ μὴ μετάσχοι τῆς διὰ τῶν γηπόνων ἐπιμελείας, εἶτα καὶ τὴν ἐκ τῶν ὄμβρων καὶ τοῦ ἡλίου καταδέξηται συνεργίαν, ἀνεπιτήδειός ἐστι καὶ ἥκιστα διαρκὴς πρὸς καρποφορίαν. Καὶ οἶκος δὲ πᾶς τοῦ ἡλιακοῦ τοῦδε δεῖται φωτὸς, ὅπερ οὐκ ἔστι τῆς αὐτῆς ἐκείνῳ φύσεως· ἐπεὶ σκότους ἂν εἴη πεπληρωμένος καὶ ἄχρηστος· καὶ ἕτερα δὲ τούτοις ὁμοίως ἔχοντα δψει. Τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον καὶ ἡ ἀνθρωπίνη φύσις ἀδυνάτως, καθ' ἑαυτὴν σχοῦσα, τοὺς καρποὺς τῶν ἀρετῶν τελείους ἀποδιδόναι, δεῖται τοῦ πνευματικοῦ γηπόνου τῶν ἡμετέρων ψυχῶν, τουτέστι τοῦ Πνεύματος τοῦ Χριστοῦ· ὅπερ καὶ αὐτὸ ξένον τῆς ἡμετέρας ἀτεχνῶς φύσεως· κτίσμα γὰρ ἡμεῖς, τόδε ἄκτιστον· ἵνα καὶ τῇ ἰδίᾳ τέχνῃ γεωργῆσαν τῶν πιστῶν φρένας τὰς καρδίας, τὰς ὅλῳ θελήματι ἑαυτὰς τῷ πνευματικῷ γεωργῷ παραδούσας, τελείους τοὺς καρποὺς τοῦ Πνεύματος ἀποδοῦναι παρασκευάσῃ, λάμψῃ τε τὸ ἑαυτοῦ φῶς ἐν τῇ ἐσκοτισμένῃ τοῖς πάθεσιν τῆς ψυχῆς ἡμῶν οἰκίᾳ.

Κ'. Διπλοῦς ἐστι τοῖς Χριστιανοις ὁ πόλεμος, καὶ διπλῆ ἡ πάλη· πρός τε τὰ ὁρώμενα τῷ ὀφθαλμῷ τούτῳ· ὑπερετίζει γὰρ ταῦτα καὶ διαγαργαλίζει καὶ παρακαλεῖ τὴν ψυχὴν προσπάσχειν αὐτοῖς καὶ συνῆδεσθαι· εἶτα καὶ πρὸς τὰς τοῦ δεινοῦ κοσμοκράτορος ἀρχὰς καὶ ἐξουσίας.

ΚΑ'. Ἡ δόξα Μωσέως, ἣν ἐπὶ τοῦ προσώπου εἶχε, τύπος τῆς ἀληθοῦς δόξης τοῦ παναγίου Πνεύματος ἦν· ὃν γὰρ τρόπον ἐκεῖ πᾶς ὅστις ἀτενίσαι ἀδύνατος. Οὕτω καὶ νῦν ταύτην τὴν δόξαν, τὴν ψυχὴν Χριστιανὴν ἐπιλάμπουσαν, τὸ τῶν παθῶν σκότος οὐχ ὑπομένει· ἀλλ' ὑπὸ τῆς αὐγῆς ταύτης ἀποδιωκόμενον φεύγεται.

ΚΒ'. Τῷ φιλαλήθει καὶ φιλοθέῳ καὶ τῆς ἐπουρανίου γλυκύτητος γευσαμένῳ, ἐμφυτόν τε καὶ κεκραμένην ἐν τῇ ψυχῇ κεκτημένῳ τὴν χάριν, καὶ ὅλως ἑαυτὸν τοῖς θελήμασι τῆς χάριτος ἐπιτρέψαντι, πάντα τοῦ αἰῶνος τοῦδε διὰ μίσους ἐστί· κρείττων γὰρ οὗτος τῶν τοῦ κόσμου κατέστη πάντων· κἂν χρυσὸν εἴπῃς, κἂν ἄργυρον, κἂν τιμὰς καὶ δόξας, κἂν μακαρισμοὺς καὶ ἐπαίνους· ὑπ' οὐδενὸς ἁλῶναι τῶν τοιούτων δύναται· καθότι πλούτου ἄλλου καὶ τιμῆς ἄλλης, ἑτέρας δὲ δόξης εἰς πεῖραν ἀφῖκται, καὶ ἡδονῇ ἀφθάρτῳ τρέφεται τὴν ψυχὴν, καὶ αἴσθησιν ἔχει καὶ πληροφορίαν πᾶσαν διὰ τῆς κοινωνίας τοῦ Πνεύματος.

ΚΓ'. Οὗτος, ὁπόση τῷ λογικῷ ποιμένι διαφορὰ πρὸς τὰ ἄλογα θρέμματα, τοσοῦτον ἐν συνέσει τε καὶ γνώσει καὶ διακρίσει, τῶν ἀνθρώπων διαφέρων ἐστί· καὶ γὰρ ἄλλου Πνεύματος, καὶ ἄλλου νοὸς, ἄλλης τε συνέσεως καὶ σοφίας παρὰ τὴν τοῦ κόσμου τούτου μετέχει σοφίαν· *Σοφίαν* γὰρ, φησὶ, *λαλοῦμεν ἐν τοῖς τελείοις· σοφίαν δὲ οὐ τοῦ αἰῶνος τούτου, οὐδὲ τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου τῶν καταργουμέ-*

los incurrunt, iisque monstrat naturam humanam, sibi relictam soli, esse insufficientem ad exhibendum in se perfectum virtutum ornatum et spiritualem sanctimoniæ decorem, nisi divinæ subsidio perfruatur manus. Sicut terra, in suis manens naturalibus, nisi agricolarum artibus laboribusque præparetur, prætereaque nisi et imbrium et solis benignos recipiat influxus, inepta est et minime sufficiens ad gignendos fructus; similiter et domus quælibet, ut fiat habitabilis, eget lumine solari, alienæ utique ab ipsa naturæ; quo si careat, oppleta tenebris nulli sit usui: his similia multa videbis: ad hunc igitur modum humana quoque natura impotens per se ipsam est ad fructus virtutum perfectos producendos; indigetque ad id opera spiritualis agricolæ animarum nostrarum, qui est Spiritus Christi, alienæ profecto a nostra naturæ, cum nos creaturæ, ipse increatus sit; ut excolendis arte sibi propria fidelium cordibus, iis, inquam, quæ se tota voluntate spirituali colono præbent, efficiat ea feracia perfectorum Spiritus fructuum; et lumen ejus splendeat in obtenebrata perturbationibus affectuum animæ nostræ domo.

XX. Duplex Christianis est bellum et duplex lucta. Nam et ea quæ se corporis oculis objiciunt, invitant, titillando irritant et provocant animam, ad se affectu complectenda, et ad oblatis per ipsa voluptatibus fruendum; ultraque hæc, adversus acris principis mundi principatus et potestates.

XXI. Gloria Mosis quam in facie habuit [20], typus veræ gloriæ sanctissimi Spiritus erat; quemadmodum enim illic nemo poterat intendere oculos in Mosis faciem [21], sic et nunc resplendentem in anima Christiana ejusmodi gloriam tenebræ affectuum non sustinent: sed ab illo abactæ fulgore diffugiunt.

XXII. Ei qui veritatem et Deum amat, quique cœlestem dulcedinem gustavit, et insitam concretamque penitus animæ possidet gratiam, totumque se arbitriis gratiæ permisit, omnia sæculi hujus exosa sunt. Præstantior quippe hic et superior est quibuscunque mundi rebus, sive aurum dixeris, sive argentum; sive honores et dignitates, sive congratulationes et laudes; nullo talium capi potest, quoniam aliarum longe divitiarum, alterius excellentioris dignitatis gustum experiendo percepit, et voluptate incorruptibili anima ejus alitur; sensuque intimo ac possessione beata communicatis ab inhabitante ipso Spiritu fruitur bonis.

XXIII. Hujus tanta est supra vulgares homines excellentia, quantum ratione præditus pastor eminet supra brutas pecudes; tantum, inquam, antistat mortalium cæteris sapientia, scientia, discretione, quippe qui alium Spiritum, aliam mentem, aliam prudentiam ac sapientiam, quam prudentia mundi est, possidet. *Sapientiam* enim, inquit, *loquimur* 205 *inter perfectos, sapientiam vero non hujus*

[20] Exod. xxxiv, 30. [21] II Cor. iii, 7.

Digitized by Google

sæculi; neque principum hujus sæculi, qui destruuntur, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio [26]. Propter hæc cunctis hominibus, mundi spiritum habentibus, uti dictum est, seu prudentiæ, seu sapientiæ comparatione, ille a nobis descriptus immenso intervallo supereminet; siquidem hic *omnes homines dijudicat* [26], secundum quod scriptum est: spiritualis, inquam, cognoscit unumquemque, discernens unde loquatur, ubi stet, in quibus versetur. Ipsum autem vicissim dignoscendi aut dijudicandi, nemini spiritum mundi habentium facultas est; nisi qui pariter cum eo divinitatis impertitus Spiritu fuerit: ut ait de talibus loquens divinus Apostolus: *Spiritualibus spiritualia comparantes; animalis autem homo non percipit quæ sunt Spiritus Dei. Stultitia enim est illi; spiritualis autem judicat omnia, et ipse a nemine judicatur* [27].

XXIV. Non aliter cuiquam contingere sanctissimi hujus Spiritus participatio potest, quam si plane peregrinus factus huic sæculo, totum se addicat inquisitioni charitatis Christi; ita ut omnibus quæ circa materiam versantur, curis solutus animus, uni hujc assequendo scopo vacet, quo sic dignus fiat in unum cum Christo coalescere spiritum, ut ait Apostolus: *Qui adhæret Domino, unus spiritus est* [28]. Animæ vero quæ omnino cuipiam rerum hujus sæculi defixa est, aut in eam affectu aliquo propendet; puta divitiis, gloriæ, aut amicitiæ mundanæ, non erit possibile fugere et trajiciendo perrumpere tenebras diabolicarum potestatum.

XXV. Veritatis et Dei amantes animæ, ne brevem quidem intermissionem admittere sustinent amoris quo erga Dominum flagrant; sed totæ ex toto cruci hujus confixæ, spiritualem profectum sensu quodam intimo et arcana intelligunt experientia. Vulneratæ igitur isto desiderio, et, ut sic dicam, famelicæ justitiæ omniumque virtutum, atque illustrationis boni Spiritus, etsi mysteriis dignæ divinis, etsi lætitiæ cœlestis et gratiæ participes factæ sint, non tamen in se confidunt, neque esse se aliquid putant; sed quanto abundantius consequuntur spiritualia dona, tanto avidius inexplebiliter inhiant ulteriori participationi cœlestium gratiarum; tantoque ad hanc se laboriosius enitendo disponunt. Rursus quanto dulcius sentiunt se proficere in spiritu, tanto quasi gulosius appetunt perceptionem deliciarum earumdem; et spiritualiter locupletatæ, sibi, quantum in ipsis est, pauperes videntur, juxta divinam Scripturam: *Qui edunt me, adhuc esurient; et qui bibunt me, adhuc sitient* [29].

XXVI. Tales animæ et gratiam accipiunt plenæ liberationis a perturbationibus affectuum; et illustrationem et communionem divini Spiritus in plenitudine gratiæ perfecte assequuntur. Diversæ autem ab his pigræ, laborum impatientes, non quæ-

A ρων· ἀλλὰ λαλοῦμεν σοφίαν Θεοῦ, ἐν μυστηρίῳ. Διὰ ταῦτα καὶ πάντων τῶν ἀνθρώπων τὸ τοῦ κόσμου πνεῦμα ἐχόντων, καθάπερ εἴρηται, εἴτε φρονίμων εἴτε σοφῶν, ὁ τοιόσδε τοῖς ὅλοις διενήνοχε· καὶ *πάντας μὲν ἀνθρώπους ἀνακρίνει*, κατὰ τὸ γεγραμμένον. Ὁ τοιοῦτος γινώσκει τε ἕκαστον πόθεν τε λέγει, καὶ ποῦ ἕστηκε, ἐν ποίοις ἐστίν· αὐτὸν δὲ οὐδενὶ τῶν ἐχόντων τὸ τοῦ κόσμου πνεῦμα διαγινώσκειν τε καὶ ἀνακρίνειν δύναμις· ὅτι μὴ ἐκείνῳ ᾧ τὸ ὅμοιόν ἐστι τῆς θεότητος πνεῦμα, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον· *Πνευματικοῖς πνευματικὰ συγκρίνοντες· ψυχικὸς δὲ ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ Θεοῦ· μωρία γάρ ἐστι τούτῳ· ὁ δὲ πνευματικὸς ἀνακρίνει μὲν πάντα, αὐτὸς ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται.*

B

ΚΔ'. Τοῦ παναγίου δέ φησι τούτου Πνεύματος ἀμήχανον ἄλλως τυχεῖν, εἰ μὴ πάντων τις τῶν τοῦ αἰῶνος τούτου ξένος γενόμενος, πρὸς τὴν ζήτησιν τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀγάπης ἑαυτὸν ἀποτάξειεν, ἵνα πασῶν τῶν κατὰ τὴν ὕλην μεριμνῶν ἀνεθεὶς ὁ νοῦς, περὶ τὸν ἕνα τοῦτον σκοπὸν ἀπασχολῆται μόνον· καὶ οὕτω καταξιωθείη μετὰ Χριστοῦ εἰς ἓν πνεῦμα γενέσθαι, ὥς φησιν ὁ Ἀπόστολος· *Ὁ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ, ἕστιν εἷς ἓν πνεῦμα.* Ψυχῇ δὲ τῇ ὅλως τινὶ τῶν τοῦ αἰῶνος τούτου συνδεδεμένῃ καὶ πρὸς αὐτὸν ἐχούσῃ, οἷον πλούτῳ ἢ δόξῃ, ἢ φιλίᾳ τῇ κατὰ κόσμον, οὐκ ἔσται δυνατὸν φυγεῖν καὶ διαπεράσαι τὸ σκότος C τῶν πονηρῶν δυνάμεων.

ΚΕ'. Αἱ φιλαλήθεις ψυχαὶ καὶ φιλόθεοι οὐδὲ τὴν βραχεῖαν ὕφεσιν τοῦ πρὸς τὸν Κύριον ἔρωτος ὑπομένουσιν· ἀλλ' ὅλαι δι' ὅλου τῷ σταυρῷ τούτου προσηλωμέναι, τὴν τῆς πνευματικῆς προκοπῆς αἴσθησιν ἐν ἑαυταῖς γινομένην ἐπιγινώσκουσι. Τετρωμέναι γοῦν τούτῳ τῷ πόθῳ, καὶ, ὡς εἰπεῖν, ἐκπεινοῦσαι περὶ τὴν δικαιοσύνην τῶν ἀρετῶν, καὶ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος ἔλλαμψιν, κἂν μυστηρίων ἄξιαι θείων, κἂν εὐφροσύνης ἐπουρανίου καὶ χάριτος μέτοχοι γένωνται, οὐ πεποίθασι περὶ αὐταῖς, οὐδὲ εἶναί τι οἴονται· ἀλλ' ὅσῳ χαρισμάτων ἀξιοῦνται πνευματικῶν, τοσούτῳ μᾶλλον ἀπλήστως ἔχουσαι τῶν οὐρανίων φιλοπονώτερον ἐκζητοῦσι· καὶ ὅσῳ πνευματικῆς D αἰσθάνονται προκοπῆς, τοσούτῳ δὴ καὶ λιχνότεραι πρὸς τὴν μετάληψιν τούτων γίνονται, καὶ πνευματικῶς πλουτοῦσαι, τό γε παρ' ἑαυταῖς, πενομέναις ἐοίκασι, κατὰ τὴν θείαν Γραφήν· *Οἱ τρώγοντες γάρ με*, φησίν, *ἔτι πεινάσουσι, καὶ οἱ πίνοντές με ἔτι διψήσουσιν.*

ΚϚ'. Αἱ τοιαῦται ψυχαὶ καὶ τῆς τῶν παθῶν ἐλευθερίας παντάπασιν ἀξιοῦνται, καὶ τὴν τοῦ θείου Πνεύματος ἔλλαμψίν τε καὶ κοινωνίαν ἐν πληρώματι τῆς χάριτος τελείως κομίζονται. Ὅσαι δὲ ὀκνηραί τε καὶ ἀφερέπονοι, καὶ μὴ ζητοῦσαι τὸν τῆς καρδίας

[26] I Cor. II, 6. [26] ibid. 15. [27] ibid. 13. [28] I Cor. VI, 17. [29] Eccli. XXIV, 29.

Digitized by Google

ἁγιασμὸν, ἐντεῦθεν ὡς ἐν σαρκὶ ἔτι τυγχάνουσιν, οὐκ ἐκ μέρους ἀλλ' ὁλοκλήρως δι' ὑπομονῆς δέξασθαι καὶ μακροθυμίας· μηδὲ κοινωνῆσαι τῷ Πνεύματι τῷ παρακλήτῳ κατὰ πᾶσαν αἴσθησιν καὶ πληροφορίαν ἠλπίκασι, καὶ δι' ἐκείνου τῶν παθῶν τῆς κακίας ἀπαλλαγῆναι αὗται, κἂν χάριτος θείας ἀξιωθεῖεν· ἀλλ' ὑπὸ τῆς κακίας κλεπτόμεναι πάσης φροντίδος ἑαυτὰς ἀνῆκαν· ἄτε λαβοῦσαι τὴν χάριν, καὶ τῆς ἐξ αὐτῆς τυγχάνουσαι παρακλήσεως, καὶ πνευματικῆς γλυκύτητος ἀπολαύουσαι. Ταύτῃ καὶ ῥᾴδιαί εἰσιν οἰηθῆναι, μὴ συντριβόμεναι τὴν καρδίαν, μηδὲ τῷ φρονήματι ταπεινούμεναι, μηδὲ ἔκδιψοι οὖσαι, καὶ πρὸς τὸ τέλειον μέτρον τῆς ἀπαθείας κατατεινόμεναι· ἐναπομείνασαι δὲ τῇ ὀλίγῃ ταύτῃ τῆς χάριτος παρακλήσει, καὶ εἰς ἔπαρσιν, οὐκ εἰς ταπείνωσιν προκόψασαι, μᾶλλον καὶ οὗπερ ἠξιώθησαν χαρίσματος, ἔστιν ὅτε ἀπογυμνοῦνται. Ψυχὴ γὰρ ὡς ἀληθῶς φιλόθεος, ὡς ὁ λόγος ἔφθη δηλώσας, κἂν μυρίας μετέλθῃ δικαιοσύνας, κἂν ἄκραις ἀγρυπνίαις ἐκτρίψῃ τὸ σῶμα, κἂν χαρισμάτων τοῦ Πνεύματος διαφόρων, ἀποκαλύψεών τε καὶ μυστηρίων ἀξιωθείη, οὕτως ἔχει μετρίως ὡς μήπω τῆς κατὰ Θεὸν ἀγωγῆς ἠργμένη, μηδὲ κτησαμένη τι τῶν δεξιωτέρων, ἐρωτικῶς καὶ ἁπλήστως πρὸς τὴν κατὰ Χριστὸν ἀγάπην διακειμένη.

runt sanctificationem cordis (unde et quasi in carne adhuc exsistunt) non ex parte sed integram per perseverantiam et patientiam recipere; quæ neque sperant omnibus sensibus et plena fiducia cordis participes Spiritus paracleti fieri, perque ipsum a perturbationibus malitiæ liberari, licet gratiam divinam adeptæ sint. Sed a malitia illusæ omnem sollicitudinem remittunt, veluti receperint jam gratiam, et quæ ex ipsa fluit, consolationem, et spirituali dulcedine perfruantur. Unde et faciles in tumorem mentis incidunt, non contritæ corde, nec sitientes, nec anhelantes ad perfectam exstinctionis affectuum mensuram; **206** acquiescentes exigua hac gratiæ consolatione; et magis in elationem, quam in humilitatem proficientes, unde et gratia potius, quam consecuti erant, spoliantur. Non sic vere Dei amans anima, ut præcedens declaravit sermo; quantumlibet enim innumeris se commendabilem fecerit officiis virtutum; etiamsi acerrimis vigiliis corpus extriverit; utcunque donis Spiritus magnis et variis, etiam revelationum et communicationis mysteriorum fuerit digna habita, de se tamen adeo sentit modice, ut sibi videatur, ne rudimentum quidem adhuc ponere cepisse vitæ secundum Deum rectæ: nedum se possidere ullam præstantiorum in via Spiritus æstimet dotium; tota interim, vehementi charitatis nisu ad Christum insatiabiliter amandum incumbens.

ΚΖ'. Εἰς τὰ μέτρα δὲ ἐφικέσθαι ταῦτα, οὔτε ἀθρόως, οὔτε ῥᾳδίως ἐφικτὸν οὐδενί· ἀλλὰ πολλῶν πόνων καὶ ἀγώνων ἡγησαμένων, χρόνων τε καὶ σπουδῆς, κατὰ δοκιμασίας καὶ πειρασμῶν ποικίλων, ἄχρι καὶ τοῦ τελείου, φημὶ, τῆς ἀπαθείας μέτρου. Οὕτω γὰρ πρὸς πάντα πόνον καὶ κόπον ἐξετασθεὶς, καὶ ὅλους πειρασμοὺς τοὺς ὑπὸ τῆς κακίας ἐπαγομένους εὐψύχως ὑπενεγκὼν, τότε καὶ τῶν μεγάλων τιμῶν καὶ χαρισμάτων τοῦ Πνεύματος, καὶ τοῦ θείου πλούτου καταξιοῦται· εἶτα καὶ κληρονόμος τῆς οὐρανίου γίνεται βασιλείας.

XXVII. Ad hunc gradum pertingere, neque cito, neque facile contingit ulli. Sed præcedant necesse est multi labores et certamina, moræ longæ et studium cum probatione et tentationibus variis, usque dum ad perfectam mensuram quietis perturbationum perveniatur. Ita enim demum per cuncta contentionum ærumnarumque genera exploratus, et tentationibus a malitia suscitatis animose toleratis, magnorum denique honorum, et donorum Spiritus, opumque divinarum beatur; postremoque hæres fit regni cœlestis.

ΚΗ'. Ἡ ψυχὴ δὲ οὐκ ἔχουσα μὲν τὴν εἰρημένην τῆς πολιτείας ἀκρίβειαν· μήπω δὲ τοῦ ἁγιασμοῦ τοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ τὴν αἴσθησιν δεξαμένη, πενθείτω καὶ ζητείτω παρὰ τοῦ Κυρίου θερμῶς, ἵνα τοῦ ἀγαθοῦ τούτου καὶ τῆς ἐνεργείας τῆς ἐν νῷ δι' ἀῤῥήτων θεωριῶν γινομένης τοῦ Πνεύματος ἐπιτύχῃ. Ὥσπερ δὲ κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν νόμον, οἱ σωματικοῖς ἁλόντες ἁμαρτήμασιν, ἀφορίζονται μὲν παρὰ τοῦ ἱερέως τὸ πρότερον· εἶτα τὴν κατὰ λόγον μετάνοιαν ἐπιδεδειγμένοι, καὶ τῆς κοινωνίας μεταποιοῦνται· ὅσοι δὲ ἀπτώτως καὶ καθαρῶς βεβιώκασι, προκόπτουσί τε πρὸς ἱερωσύνην, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐξωτέρου τόπου τὴν ἔσω τοῦ θησιαστηρίου μετάστασίν τε καὶ τάξιν ἀπολαμβάνουσιν, ἵνα λειτουργοὶ καὶ πάρεδροι τῷ Κυρίῳ διατελῶσιν· οὕτω δὴ σκοπῶμεν καὶ περὶ τῆς μυστικῆς τοῦ Πνεύματος κοινωνίας, περὶ ἧς τῷ Ἀποστόλῳ εἴρηται· *Ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ ἁγίου Πνεύματος.* Ὑφειωζομένην ἀκολουθίαν· ἐνοικεῖ μὲν γὰρ ἡ θεία Τριὰς

XXVIII. Anima vero non habens quidem hanc, de qua diximus, exquisitæ conversationis solertiam; neque dum intimi sensus experimento sibi conscia ejus, quæ est in corde suo, sanctificationis, lugeat et quærat a Domino ferventer, ut boni hujus et operationis Spiritus, quæ in mente fit per arcanas contemplationes, efficiatur compos. Porro quemadmodum juxta ecclesiasticam legem, in delictis deprehensi corporeis, segregantur quidem primum per sacerdotem; deinde præscripta canonibus pœnitentia exhibita, communioni restituuntur; qui vero sine offensione et pure vixerunt, promoventur ad sacerdotium, et ab exteriori loco interius ad altaris viciniam admissi, statum jam et ordinem accipiunt, ut ministri et assessores Domino fiant; ad consimilem modum rem se habere reputemus in hac mystica Spiritus communione, qua dictum ab Apostolo est: *Gratia Domini nostri Jesu Christi, charitas Dei et Patris, et communicatio sancti Spiritus*[30]. Videbis, inquam, similem

[30] II Cor. XIII, 13.

Digitized by Google

hic quoque quasi disciplinæ ordinem. Habitat enim divina Trinitas in anima pure vivente, cum adjuvante ipsam divinæ benignitatis auxilio; habitat autem non in quantum in se est; sic enim est incomprehensibilis universæ, quanta est, creaturæ; sed in quantum aptus et capax est homo. Postquam vero anima in quopiam offenderit, transgrediens ordinem divinum, ac Dei spiritum contristaverit, ejicitur et segregatur a spirituali lætitia mens, divina quidem gratia, et charitate omni, et operatione Spiritus sese contrahentibus; lapsa in defectum anima afflictionibus interim, et tentationibus, et malignorum spirituum vexationibus, tradita; quoad rursus recte jam ambulans, denuo se ad Spiritus beneplacitum adaptaverit; deinde velut per omnes circumducta pœnitentium gradus, confessione nempe et humiliatione, visitatione tandem iterum gratiæ beatur; quin et cœlestis uberiorem interdum mensuram lætitiæ recipit. Quod si nulla in re Spiritum contristaverit, sed juxta Dei beneplacitum vixerit, cunctis pravis cogitationibus valide resistens, Dominoque indivulse adhærens; talis merito ac consequenter nunquam interrupto auctu proficit anima, donisque ineffabilibus **207** instruitur; nec non a gloria in gloriam, a quiete in perfectiorem quietem transferetur. Denique et usque ad supremum, quo perducere Christianismus hominem potest, perfectionis apicem progressa, perfectis operariis, et inculpatis Christi ministris in æterno regno adjungetur.

ἐν τῇ καθαρῶς ἐχούσῃ ψυχῇ, τῆς θείας χρηστότητος συνεφαπτομένης· ἐνοικεῖ δὲ οὐ καθ' ὅ ἐστιν· ἀχώρητος γὰρ καὶ αὐτῇ πάσῃ τῇ κτίσει· ἀλλὰ καθ' ὅσον γοῦν ἐπιτηδείως ἔχει καὶ δεκτικῶς ὁ ἄνθρωπος· ἐπειδάν δέ τι παρατραπῇ τῆς τῷ Θεῷ κατὰ γνώμην διαγωγῆς, καὶ τὸ θεῖον Πνεῦμα λυπήσειεν, ἐκβάλλεται καὶ ἀφορίζεται τῆς πνευματικῆς εὐφροσύνης ὁ νοῦς· τῆς μὲν θείας χάριτος καὶ τῆς ἀγάπης, καὶ πάσης τῆς ἀγαθῆς τοῦ Πνεύματος ἐνεργείας συστελλομένης· ἐκείνου δὲ θλίψεσί τε καὶ πειρασμοῖς καὶ πονηροῖς πνεύμασι παραδιδομένου· καὶ μέχρις ἂν πάλιν ὀρθοποδίσειεν ἡ ψυχὴ πρὸς τὴν τοῦ Πνεύματος εὐαρέστησιν· εἶτα διὰ πάσης ἐξομολογήσεώς τε καὶ ταπεινώσεως τὴν μετάνοιαν ἐπιδειξαμένη, τότε καὶ αὖθις τῆς ἐπισκοπῆς ἀξιοῦται τῆς χάριτος, καὶ τὴν οὐράνιον εὐφροσύνην πλέον ἢ κατὰ πρῶτον ἀπολαμβάνει. Εἰ δὲ πρὸς μηδὲν τὸ Πνεῦμα λυπήσειεν, ἀλλ' εἴη ζῶσά τε εὐαρέστως, καὶ λογισμοῖς μὲν πᾶσι πονηροῖς ἀντιτατταμένη, τῷ Κυρίῳ δὲ κολλωμένη διαπαντὸς, ἡ τοιαύτη δικαίως ἄρα καὶ ἀκολούθως προκόπτει ψυχὴ, καὶ δωρεῶν ἀφάτων ἀξιοῦται, ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν, καὶ ἀπὸ ἀναπαύσεως εἰς τελειοτέραν ἀνάπαυσιν μετατίθεται. Εἶτα καὶ εἰς τὸ τέλειον τοῦ Χριστιανισμοῦ μέτρον ἀφικομένη, τοῖς τελείοις ἐργάταις, καὶ τοῖς ἀμώμοις τοῦ Χριστοῦ λειτουργοῖς κατὰ τὴν αἰώνιον αὐτοῦ συνταγήσεται βασιλείαν.

XXIX. Hæc quæ videmus in paulo ante memorato sacrorum ritu, figuras esse puta et umbras occultorum. Templum puta visibile, cordis; sacerdotem, veri sacerdotis Christi gratiam: et sic porro. Ut igitur in Ecclesia visibili nisi prius fiant sacræ lectiones, et quæ cætera canone ecclesiastico consequi debent, procedant, psalmodiæ et sacrum ipsum mysterium corporis et sanguinis Christi peragi a sacerdote, inconsequens est. Vicissim autem, si vel maxime ecclesiasticus canon expletus fuerit, oblatio autem mystica non celebretur a sacerdote, nec eucharistia et communio corporis Christi administretur, haud perfecte absolvitur ecclesiasticarum cæremoniarum ordo, et mancus mutilusque Dei cultus ac religio est. Sic mihi tu de Christiano quolibet cogita. Si enim is in jejunio quidem et vigilia, et in psalmodia item et in cunctis officiis virtutum universarum omni se diligentia exercuerit: nec tamen eo unquam proficiendo pertingat, ut mystica Spiritus operatio in altari cordis ejus a gratia cum sensu intimo, et omnis spiritualis quietis arcana experientia peragatur, imperfecta fuerit tota illa præcedens series religiosarum observationum, et ferme inutilis non productam.

Κθ'. Τὰ φαινόμενα ταῦτα τύπους οἷου μοι καὶ σκιὰς τῶν κρυφίων εἶναι· τὸν ναὸν τὸν ὁρώμενον τοῦ τῆς καρδίας ναοῦ, τὸν ἱερέα, τοῦ ἀληθινοῦ ἱερέως τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος· καὶ ἐφεξῆς οὕτως. Ὥσπερ οὖν κατὰ τήνδε τὴν ὁρατὴν Ἐκκλησίαν, ἂν μὴ πρότερον αἱ ἀναγνώσεις, αἱ ψαλμῳδίαι τε καὶ τίς ἐστιν ἀκολουθία τοῦ ἐκκλησιαστικοῦ βαθμοῦ, προχωρήσειεν, αὐτὸ τὸ θεῖον μυστήριον τοῦ σώματός τε καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ τὸν ἱερέα ἐπιτελεῖν οὐκ ἀκόλουθον. Εἶτα κἂν πᾶς μὲν ὁ ἐκκλησιαστικὸς κανὼν ἐπιτεθείη, ἡ μυστικὴ δὲ τῆς προσφορᾶς ὑπὸ τοῦ ἱερέως εὐχαριστία, καὶ ἡ κοινωνία τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ μὴ γένηται, οὔτε ὁ ἐκκλησιαστικὸς ἐτελεσιουργήθη θεσμὸς, καὶ ἐλλιπής ἐστιν ἡ λατρεία τοῦ μυστηρίου· οὕτω μοι καὶ τὰ τοῦ Χριστιανοῦ νόει· ἂν γὰρ νηστείαν μὲν καὶ ἀγρυπνίαν καὶ ψαλμῳδίαν, ὅλην τε ἄσκησιν καὶ ἀρετὴν πᾶσαν κατορθωκὼς εἴη· ἡ μυστικὴ δὲ τοῦ Πνεύματος ἐνέργεια τῷ θυσιαστηρίῳ τῆς αὐτοῦ καρδίας ὑπὸ τῆς χάριτος κατ' αἴσθησιν πᾶσαν καὶ πνευματικὴν ἀνάπαυσιν μὴ ἐπιτελοῖτο, ἀτελὴς ἡ τοιάδε πᾶσα τῆς ἀσκήσεως ἀκολουθία καὶ σχεδὸν ἀργὴ, οὐκ ἔχουσα τὴν τοῦ Πνεύματος ἀγαλλίασιν μυστικῶς ἐν τῇ καρδίᾳ ἐνεργουμένην. habens exsultationem spiritualem, arcane in corde

XXX. Bonum est jejunium, bona vigilia, bona similiter omnis exercitatio, et vita peregre traducta; cæterum hæc procœmia sunt status et conversationis Deum vere amantium; unde inconsultum profecto est iis magnopere confidere. Est enim, quando gratiæ cujusdam participes fiamus: et tum malitia

Λ'. Καλὸν ἡ νηστεία, καλὸν ἡ ἀγρυπνία, καλὸν ὁμοίως ἡ ἄσκησις, καὶ ἡ ἐπὶ ξένης διαγωγή· καὶ προοίμια ταῦτα πολιτείας θεοφιλοῦς· ἀλόγιστον δὲ ἀτεχνῶς τὸ ἁπλῶς τοῖς τοιούτοις ἐπιθαρρεῖν. Ἔστι γὰρ ὅτε καὶ χάριτός τινος ἐν μετοχῇ καθιστάμεθα· καὶ ἡ κακία ἔνδον ὑποκαθημένη, καθάπερ ἐν τοῖς

Digitized by Google

ἄνω λέληκται, σοφίζεται καὶ ὑποχωρεῖ ἐκοῦσα, οὐ πράττει τὰ ἑαυτῆς· ἀλλὰ ποιεῖ νομίσαι τὸν ἄνθρωπον, διακεκαθάρθαι τὸν νοῦν· καὶ τὸ λοιπὸν ἐξάγει πρὸς οἴησιν τελειότητος. Εἶτα λῃστρικῶν ἐπιτίθεται καὶ τῶν κατωτάτων ἄχρι καταφέρει τῆς γῆς. Οἱ γὰρ ἄνθρωποι πολλάκις εἴκοσιν ἔτη γενόμενοι λῃσταί τινες ἢ στρατιῶται τὸ ἐπιτήδευμα, μηχανάς τε κατὰ τῶν πολεμίων ἐπίστανται, ὑποκάθηνταί τε καὶ ἐνέδρας ἐπινοοῦσι, καὶ τὰ τῶν ἐχθρῶν λαμβάνουσιν ὦτα, καὶ κτείνουσιν ἀνελπίστως περιβαλόντες. Πόσῳ γε μᾶλλον ἡ κακία τοσαύτας χιλιάδας ἐτῶν γεγενημένη, καὶ τοῦτο ἔργον ἑαυτῆς τεθειμένη, τὸ σπουδαιότατον τὸ ἀπολεῖν ψυχὰς, ἐνέδρας εἶδε τοιαύτας ἐν ἀποκρύφῳ τῆς καρδίας ἐπινοεῖν, καὶ κατὰ καιροὺς ἀτρεμεῖν ἐπίτηδες, καὶ μὴ ἐνεργεῖν· ὥστε τὴν ψυχὴν ἑλκῦσαι πρὸς οἴησιν τελειότητος; Ὁ μέντοι θεμέλιος τοῦ Χριστιανισμοῦ, κἂν πάσας τις μετέλθῃ δικαιοσύνας, μὴ ἐπαναπαύεσθαι τούτων, μηδὲ ἐπιθαρρεῖν, μηδὲ μέγα τι πεποιηκέναι λογίζεσθαι· κἂν μέτριος χάριτος καταστῇ, μὴ νομίσαι κατειληφέναι· μηδὲ κατακόρως ἔχειν· ἀλλὰ πεινᾷν τότε καὶ διψᾷν δὲ, πενθεῖν καὶ κλαίειν, καὶ συντετριμμένην ὅλως τὴν καρδίαν ἔχειν.

A intus in nobis subsidens (prout superius est memoratum a nobis) subdole agit et sponte se subtrahit; nec operatur, quæ sua sunt. Sed hominem inducit, ut existimet mentem suam esse emundatam: et sic porro impellit eumdem in perfectionis persuasionem. Tum vero latronum ritu in ipsum facit impetum, eumque in infima usque terræ præcipitat. Sunt homines innutriti tractationi armorum, qui annis viginti aut latrocinio, aut militiæ assuevere; quippe sciunt machinationes in rebus militaribus. Hi subsident, et insidiis intendunt, ac hostium avertunt aures; et sic insilientes trucidant ex improviso. Quanto magis malitia, tot millium annorum, et opus hoc perdendi animas sibi proponens, insidias noverit ejusmodi in cordis absconB dito comminisci, et temporibus opportunis de industria? Imo quietam esse et non operari, ut animam ipsam in persuasionem perfectionis pertrahat? Fundamentum itaque Christianismi est, quantacunque quis obierit omnium officia virtutum, his tamen non acquiescere; non iis confidere; non inde magnum quid se fecisse reputare; neque ubi gratiæ particeps est factus, repente, ac se comprehendisse arbitrari; multo minus velut jam saturum otiari; quin tum magis esurire ac sitire; lugere ac flere, ac contritum penitus cor habere.

Ἀ. Νόει μοι τὴν πνευματικὴν κατάστασιν οὕτως ἔχειν. Ὑπόθου τινὰ εἶναι βασιλικὸν οἶκον· τούτῳ δὲ αὐλὰς ὑπεῖναι διαφόρους, καὶ πρόθυρά τινα καὶ οἰκίας ἄλλας ἐξωτέρας· καὶ οὕτω πάλιν κατὰ τὸ ἀκόλουθον ἐνδοτέρας, ἐν αἷς τὴν πορφύραν καὶ τοὺς θησαυροὺς εἰκὸς ἀποκεῖσθαι. Εἶτα καὶ τὴν τούτων αὖθις ἐσωτέραν, ὅπου τὴν βασιλικὴν εἶναι διαγωγὴν ἐπιτήδειον. Ὥσπερ οὖν εἴ τις τὰς ἐξωτέρας αὐλάς τε καὶ μονὰς ἀπαντήσας, εἰ δόξει τοὺς ἔνδον οἴκους κατειληφέναι, πεπλάνηται· οὕτω δὴ καὶ κατὰ τὸ πνευματικὸν ἀκολούθως. Οἱ πρὸς γαστέρα καὶ ὕπνον διαμαχόμενοι, ψαλμοῖς τε καὶ εὐχαῖς διηνεκῶς προσκείμενοι, μὴ νομιζέτωσαν ἤδη τοῦ τέλους καὶ τῆς καταπαύσεως ἐπιβῆναι. Πόθεν; Ἔτι γὰρ αὐτοῖς περὶ τὰ πρόθυρα καὶ τὰς αὐλὰς ἡ ἀναστροφή· οὐχ ἵνα τὴν πορφύραν καὶ τοὺς θησαυροὺς ὑποκεῖσθαι τοὺς βασιλικοὺς ὑπάρχει· κἂν χάριτός τινος πνευματικῆς ἠξιώθησαν· μηδὲ τοῦτο πάλιν αὐτοὺς ἀπατάτω, τοῦ τέλους ἐπιτυχεῖν· ἐρευνᾷν οὖν προσῆκεν, εἰ εὗρεν ἐν τῷ ὀστρακίνῳ τούτῳ σκεύει τὸν θησαυρόν· εἰ D ἐνεδύσατο τοῦ Πνεύματος τὴν πορφύραν· εἰ τὸν βασιλέα εἶδε καὶ ἀνεπαύσατο. Καὶ γὰρ οἷον μοι πάλιν τὴν μὲν ψυχὴν βάθος τι ἔχειν καὶ μέλη πολλὰ, τὴν δὲ ἁμαρτίαν ὑπεισελθοῦσαν τὰ μέλη πάντα, καὶ τὰ νοήματα τῆς καρδίας καταλαβεῖν· εἶτα ἐπιζητήσαντος τοῦ Πνεύματος τὴν χάριν, ἐλθεῖν, καὶ δύο τυχὸν τῆς ψυχῆς μέρη περιλαβεῖν· τὸν οὖν ἀπείρως ἔχοντα, πρὸς τῆς χάριτος ταύτης παρακαλούμενον δόκησις ἔχει, πάντα τὰ μέλη τῆς ψυχῆς κατειλῆφθαι, καὶ τὴν ἁμαρτίαν ὅλως ἐκριζῶσθαι, μὴ εἰδότα, ὅτι τὸ πλεῖστον μέρος αὐτῆς ἔτι κατάσχετον ὑπ' ἐκείνης ἐστίν. Ἐνδυ γὰρ, ὡς πολλάκις δεδήλωται, καὶ τὴν χάριν ἀδιαλείπτως ἐνεργεῖν, ὃν τρόπον ὀφθαλμὸν ἐν τῷ σώματι, καὶ συνεῖναι τὴν κακίαν ὑποκλέπτουσαν

XXXI. Cogita mihi, sic se habere spiritualem statum. Finge tibi animo palatium quoddam regium, aulis constans diversis; ac vestibula quidem principio exstare, partesque anteriores ædium; tum introrsum continua serie penitius recedentes C alias, in quibus et purpuram et thesauros verisimile sit latere reposita. Deinde rursus post has adhuc interiora **208** conclavia: ubi diversari rex ipse creditur. Ut igitur si quispiam istiusmodi extimas tantum quasdam forte ingressus mansiones, existimaret se ipsa jam penetralia domicilii tenere, vehementer erraret: ita in rebus spiritualibus se res habet; qui bellum ventri et somno inferentes, in psalmorum quoque decantatione, et continuatione precum perseverant, ne putent se pervenisse jam ad metam, ac quietis inscendisse cubile. Unde enim hæc persuasio? Adhuc eorum in primoribus porticibus et circa aulas hæret conversatio; nondum ubi purpura et thesauri regii sunt reposiD ti; licet gratiæ spiritualis alicujus sint beati; ne, quæso, hoc eos decipiat, ut apicem arripuisse jam se perfectionis putent. Explorare aliquem æquius fuerit; ecquid in suo vase fictili thesaurum invenerit? Ecquid jam induerit Spiritus purpuram? An regem viderit, et conquieverit? Etenim existima rursum animam quidem profunditatem quampiam habere, et membra multa; peccatum autem subrepsisse putet in membra omnia, et cogitationes quoque cordis occupasse. Deinde postquam homo requisivit Spiritus gratiam, eam venire, et duas apprehendisse forsitan animæ partes. Id cum sentiret imperitus gratiæ hujus, opinatur, universa pariter animæ membra gratiæ comprehensa vi teneri, ac peccatum ex ea prorsus eradicatum; nesciens plenæ-

Digitized by Google

que adhuc animæ partes occupari a peccato. Concesso enim (ut sæpius demonstratum est) gratiam indesinenter operari, sicut oculum in corpore; cum eo tamen nihilominus est verum, simul cum ea subesse pariter malitiam, latenter mentem fallentem. Qui ergo haud satis novit discernere, quasi magnum quid jam sit assecutus, magnum aliquid de se ipso opinatur; et quasi ultima purgatione ad purum excoctus sit, inflatur. Sed multum a vero abest hæc ejus vanissima persuasio. Ut enim præcedens sermo monstravit, ars hæc est Satanæ, quodam tempore de industria se abscondere, ac, quasi recessisset, intermittere operari quæ solebat; hoc spectantis, ut arrogantem sui fiduciam parum cautis spiritualibus ingeneret. Verumenimvero qui plantat vineam, haud statim vindemiat ejus fructum. Neque qui semen in terram jacit, frumentum eodem tempore in horrea convehit. Quid ergo? an recens natus infans perfectæ subito incrementum adipiscitur ætatis? Respice in Jesum. Ex quanta gloria Filius Dei et Deus cum esset Christus, in quot qualesque perpessiones, ignominiam et crucem descenderit; et rursus propter illam ipsam ejus humiliationem superexaltatus idem fuerit, adeo ut sedeat ad Patris dexteram. At malus serpens subseminata primo suo susurro in Adami animo cupiditate divinitatis, in quantam ipsum dejecit ignominiam, illius superbissimi justa punitione desiderii. Hæc igitur ipse reputans, consule tibi, constituens quantum potes in securo res tuas; et stude semper humiliare tuum cor, et illud habere contritum.

A τὴν διάνοιαν. Ὁ τοίνυν μὴ διακρίνειν εἰδὼς, ὡς μέγα τι κατειληφὼς ἤδη, μέγα τι περὶ ἑαυτοῦ οἴεται, καὶ ὡς τὴν ἐσχάτην κάθαρσιν συνεσχηκὼς τετύφωται· ἔχειν δὲ τὴν ἀλήθειαν συνηγοροῦσαν αὐτῷ, πολλοῦ γε καὶ δεῖ. Ὡς γὰρ ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε, τέχνη τῷ Σατανᾷ καὶ αὕτη· κατά τινας χρόνους ἐκόντα παραχωρεῖν, καὶ τὰ εἰωθότα μὴ ἐνεργεῖν, κατὰ σκοπὸν, τοῦ οἴησιν τελειότητος τοῖς ἀσκουμένοις ὑποβαλεῖν· ἀλλὰ μὴ ὁ φυτεύων ἀμπελῶνα παραπίδας λαμβάνῃ καὶ τὸν καρπόν· ἢ ὁ σπείρων τὰ σπέρματα ἐν τῇ γῇ καὶ τὴν συγκομιδὴν εὐθὺς ἐποιήσατο. Τί δέ; τὸ ἀρτιγενὲς παιδίον ἥψατο παραχρῆμα τῆς τελειότητος; Ἀπόβλεψον εἰς τὸν Ἰησοῦν· ἐκ ποίας δόξης Υἱὸς Θεοῦ καὶ Θεὸς ὢν ὁ Χριστὸς, εἰς οἷα πάθη, καὶ ἀτιμίαν, καὶ σταυρὸν κατέβη· καὶ πάλιν B ὅπως διὰ ταύτην αὐτοῦ τὴν ταπείνωσιν ὑπερήρθη, καὶ ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς ἐκάθισεν. Ὁ δέ γε πονηρὸς ὄφις ἐκ πρώτης τῷ Ἀδὰμ ὑποσπείρας θεότητος ἐπιθυμίαν, εἰς ὅσαν αὐτὸν κατήγαγεν ἀτιμίαν διὰ ταύτης δὴ τῆς οἰήσεως. Ταῦτα τοίνυν αὐτὸς ἐννοῶν ἀσφάλιζε σεαυτὸν ὅση δύναμις, καὶ σπούδαζε ταπεινοῦν ἀεὶ τὴν καρδίαν, καὶ συντετριμμένην ἔχειν.

ΜΑΚΑΡΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ

ΠΕΡΙ ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ ΝΟΟΣ

ΛΟΓΟΣ.

MACARII MAGNI

DE LIBERTATE MENTIS

LIBER.

209 1. Cum audieris descendisse Christum in inferos; et detentas illic animas liberasse, non longe distare illa ab his, quæ nunc geruntur, puta. Cogita mihi sepulcrum esse cor. Ibi cogitationes et mentes defossas gravi teneri comprehensas caligine. Venit igitur Dominus ad animas in inferis ipsum clamore magno invocantes, in profundum videlicet cordis advenit; et ibi morti imperans. Dimitte, ait, clausas isthic animas, me qui possum eas liberare, ut id faciam orantes. Deinde gravem lapidem removens superpositum animæ, tumulum aperit, et quæ vere erat mortua, resuscitat: quæ-

C Α'. Ὅταν ἀκούσῃς, ὅτι κατελθὼν ὁ Χριστὸς εἰς ᾅδου, τὰς κατόχους ἐκεῖ ψυχὰς ἀνερρύσατο, μὴ μακρὰν εἶναι ταῦτα καὶ τῶν νῦν τελουμένων νόμιζε. Οἷον μοι γὰρ μνημεῖον εἶναι τὴν καρδίαν· κἀκεῖ τοὺς λογισμοὺς καὶ τὸν νοῦν κατωρύχθαι βαρεῖ σκότει κατειλημμένους. Ἔρχεται τοιγαροῦν ὁ Κύριος εἰς τὰς ἐν ᾅδου ἐπιβοωμένας αὐτὸν ψυχὰς, εἰς τὸ βάθος δηλαδὴ τῆς καρδίας, κἀκεῖ τῷ θανάτῳ ἐγκελευόμενος· Ἀνάπεμπε, λέγει, τὰς ἐγκ[εκ]λεισμένας ψυχὰς, τὰς ἐμὲ τὸν ῥύσασθαι δυνάμενον ἐκζητούσας. Εἶτα τὸν βαρὺν λίθον διάρας τὸν τῇ ψυχῇ ἐπικείμενον, τόν τε τάφον ἀνοίγει, καὶ τὸν ἐν ἀληθείᾳ νεκρὸν ἀνιστᾷ, καὶ τῆς

Digitized by Google

ἀφεγγοῦς φυλακῆς τὴν ἐγκεκλεισμένην ψυχὴν ἀπαλλάττει.

Β'. Συμβαίνει, φησὶ, πολλάκις διαλέγεσθαί σοι καθ' ὑποβολὴν ἐν καρδίᾳ τὸν Σατανᾶν, καὶ, Σύνες ὅσα εἴργασαι πονηρὰ, λέγειν· ἀναπέπλησταί σοι ἀνομιῶν ἡ ψυχὴ, βεβάρησαι πολλαῖς καὶ χαλεπωτάταις ἁμαρτίαις. Μὴ λανθανέτω γοῦν σε τοῦτο ποιῶν, καὶ προσχήματι ταπεινώσεως εἰς ἀπόγνωσιν συνωθῶν. Ἀφ' οὗ γὰρ διὰ τῆς παραβάσεως εἰσέφρησεν ἡ κακία, πάροδον ἔσχε διαλέγεσθαι καθεκάστην τρόπον τινὰ τῇ ψυχῇ ὡς ἄνθρωπον ἀνθρώπῳ, καὶ ὑποτιθέναι τὰ ἄτοπα. Ἀπόκριναι τοιγαροῦν αὐτῷ σύ· *Ἀλλ' ἔχω τὰς τοῦ Θεοῦ διαβεβαιώσεις ἐγγράφους· Οὐ βούλομαι, λέγοντος, τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι διὰ μετανοίας καὶ ζῆν αὐτόν.* Τί γὰρ ἐβούλετο αὐτῷ ἡ κάθοδος, εἰ γε μὴ τοὺς ἁμαρτωλοὺς σώσει, καὶ τοὺς ἐν σκότει φωτίσει, καὶ ζωποιήσει τοὺς τεθανατωμένους;

Γ'. Ὥσπερ ἡ ἐναντία δύναμις, οὕτω δὴ καὶ ἡ θεία χάρις προτρεπτικὴ, οὐκ ἀναγκαστικὴ δείκνυται οὖσα, ἵν' ὄντως ἡμῖν τὸ ἐλεύθερόν τε καὶ αὐτεξούσιον περισώζοιτο. Ταύτῃ τοι καὶ ἐφ' οἷς ὁ ἄνθρωπος ἐργάσηται κακοῖς πρὸς τοῦ Σατανᾶ ὑπαγόμενος, οὐχ ὁ Σατανᾶς μᾶλλον, ἀλλ' αὐτὸς ὁ ἄνθρωπος τὴν τιμωρίαν εἰσπράττεται, ὡς μὴ βίᾳ συνελαθεὶς, ἀλλ' ἰδίῳ θελήματι πεισθεὶς τῇ κακίᾳ. Παραπλησίως δὲ κἀν τῷ ἀγαθῷ· οὐκ ἐπιγράφει τὸ γεγονὸς ἑαυτῇ, ἀλλὰ τῷ ἀνθρώπῳ ἡ χάρις, καὶ διὰ τοῦτο δόξαν αὐτῷ περιτίθησιν, ὅτι αὐτὸς ἑαυτῷ τοῦ ἀγαθοῦ γέγονεν αἴτιος. Οὐδὲ γὰρ ἀναγκαστικῇ δυνάμει, ὡς εἴρηται, συνδεσμοῦσα αὐτοῦ τὸ θέλημα, ποιεῖ ἄτρεπτον ἡ χάρις· ἀλλὰ καίτοι συνοῦσα, τῷ αὐτεξουσίῳ παραχωρεῖ, ἵνα δῆλον εἴη τὸ τοῦ αὐτοῦ θέλημα, ὅπως ἔχει πρὸς ἀρετὴν ἢ κακίαν. Κεῖται γὰρ οὐ τῇ φύσει νόμος, ἀλλὰ τῷ αὐτεξουσίῳ τῆς προαιρέσεως, τραπῆναι δυναμένῳ πρὸς τὸ ἀγαθὸν καὶ κακόν.

Δ'. Φυλάττειν δεῖ τὴν ψυχὴν, καὶ ἀνομίλητον συντηρεῖν βεβήλων καὶ πονηρῶν λογισμῶν. Ὥσπερ γὰρ τὸ σῶμα σώματι συνελθὸν ἑτέρῳ, πρὸς ἀκαθαρσίαν μιαίνεται· οὕτω δὴ καὶ ψυχὴ φθείρεται πονηροῖς συνδοιάζουσα καὶ μιαροῖς λογισμοῖς, συνῳδούσά τε αὐτοῖς καὶ συντιθεμένη· οὐχὶ τοῖς τῆς πονηρίας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑκάστης κακίας· οἷον, ἀπιστίας, δόλου, κενοδοξίας, ὀργῆς, καὶ φθόνου, καὶ ἔριδος. Καὶ τοῦτό ἐστι τὸ *καθαίρειν ἑαυτοὺς ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος.* Εἶναι γὰρ οἷον καὶ φθορὰν καὶ πορνείαν ἐν τῷ ἀφανεῖ τῆς ψυχῆς, διὰ λογισμῶν ἀτόπων ἐνεργουμένην· καὶ ὥσπερ *τὸν φθείροντα τὸν ναὸν τοῦ Θεοῦ*, κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον, *φθερεῖ τοῦτον ὁ Θεὸς*, ὅπερ τὸ σῶμά ἐστιν· οὕτω δὴ καὶ ὁ φθείρων ψυχήν τε καὶ νοῦν, τῷ συντίθεσθαι τοῖς ἀτόποις, τιμωρίας ἐστὶν ὑπεύθυνος. Φυλάττειν τοιγαροῦν προσήκει καθάπερ τὸ σῶμα ὁρατοῦ ἁμαρτήματος, οὕτω καὶ τὴν ψυχὴν λογισμῶν ἀτόπων, ὅτι νύμφη Χριστοῦ ἐστιν· *Ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ·*

A que obscura custodia conclusa tenebatur, animam liberat.

II. Contingit sæpe insusurrare tibi Satanam in aurem cordis, et dicere : Scis quot et quanta perpetrasti mala? repleta tibi sceleribus est anima ; gravaris multis et fœdissimis peccatis. Non te lateat, suggerentem talia malum dæmonem id agere, ut te in desperationem, humilitatis prætextu, contrudat. Ex quo enim per transgressionem primam irrepsit in hominem malitia, liber aditus diabolo datus est animam quotidie alloquendam, ut homo hominem, et ad eidem suggerenda absurda. Responde igitur illi tu: *At habeo scriptas asseverationes Dei aientis : Nolo mortem peccatoris; sed ut convertatur per pœnitentiam, et vivat*[31]. Quam enim aliam potuit B habere causam descendendi, nisi ut peccatores salvos faceret, jacentes in tenebris illuminaret, vitæ redderet mortuos?

III. Ut adversaria potestas, ita et divina gratia seu hortatoria, non necessitatem inducens esse ostenditur; ut vere nobis libertas, et nostri potens arbitrium servetur. Inde est, cur eorum, quæ homo inductus a Satana perpetraverit mala, non a Satana potius exigantur pœnæ, quam ab homine ipso; utpote qui non vi adactus, sed propria voluntate persuasus, malitiæ assenserit. Similiter autem et in bono, non ascribit successum sibi, sed homini gratia, et ei propter hoc gloriam apponit, quoniam ipse sibi boni causa fuerit. Neque enim necessitatem inducente vi, ut dictum est, constric- C tam ipsius voluntatem facit immobilem gratia ; sed, etiam cum præsens adest, libero cedit arbitrio ; ut manifestetur, quænam sit ejus voluntas ; uti se habeat erga virtutem et malitiam. Posita quippe lex est, non naturæ, sed sui compoti arbitrio, electionis in alterutrum domino, nempe ad bonum et malum.

IV. Custodire oportet animam, eamque a conversatione **210** arcere profanarum malarumque cogitationum. Ut enim corpus cum corpore coiens ad immunditiam polluitur ; sic et anima corrumpitur malis et sordidis copulata cogitationibus, concordansque et assentiens : nec iis solum quæ ad nequitiam et impuritatem, sed et illis quæ ad D quodvis malitiæ impellunt genus : velut, infidelitatis, doli, vanæ gloriæ, iræ, invidiæ, rixæ. Et hoc est : *Mundare nos ipsos ab omni inquinamento carnis et spiritus*[32]. Esse enim quamdam puta et corruptionem et fornicationem in occulto animæ ab impuris illis cogitationibus perpetratam; et quemadmodum: *Qui templum Dei violaverit* (juxta magnum Apostolum) *disperdet illum Deus*[33]; quod Dei templum corpus est; sic qui polluit animam et mentem, assentiendo pravis, pœnam utique debet. Custodire igitur convenit, sicut a visibili peccato corpus, ita et animam a cogitationibus immundis ; quoniam hæc sponsa Christi est : *Despondi*

[31] Ezech. xxiii, 11. [32] II Cor. vii, 1. [33] I Cor. iii, 17.

Digitized by Google

enim vos, ait, *uni viro virginem castam exhibere Christo*[34]. Audi quoque Scripturam dicentem : *Omni custodia serva cor tuum ; quia ex ipso vita procedit*[35]. Et : *Perversas cogitationes separare a Deo*[36]; rursus disce a divina id docente Scriptura.

καὶ, *Πάσῃ φυλακῇ τήρει τὴν καρδίαν*, τῆς Γραφῆς ἄκουε λεγούσης· *ἐκ γὰρ τούτων ἔξοδοι ζωῆς*· καὶ, *Σκολιοὺς δὲ λογισμοὺς χωρίζειν ἀπὸ Θεοῦ*, καὶ πάλιν τῆς θείας διδασκούσης Γραφῆς μάνθανε.

V. Rationem exigat a sua unusquisque anima, discernens et explorans, ad quænam afficiatur. Et si haud consonans Dei legibus contigerit videre cor; omni conatu quemadmodum corpus, ita et mentem conservare incorruptam studeat, atque impuris assensum cogitationibus negantem. Si quidem velit Juxta promissionem introduci in convictum et choros purarum virginum[37]. Cohabitatio enim et familiaris conversatio puris omnino et in recti amore fixis promissa est animabus.

Ε'. Λόγον ἀπαιτείτω τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ἕκαστος ἀνακρίνων καὶ βασανίζων, τίσι πρόσκειται· καὶ εἰ μὴ συμφώνουσαν συμβαίνει τοῖς τοῦ Θεοῦ νόμοις τὴν καρδίαν ὁρᾷν, πάσῃ δυνάμει καθάπερ τὸ σῶμα, οὕτω δὴ καὶ τὸν νοῦν διατηρεῖν ἄφθορον σπουδαζέτω, καὶ τοῖς πονηροῖς ἀσύνθετον λογισμοῖς. Εἴ γε δὴ βούλοιτο κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν τὴν καθαρὰν ἐσοικίσασθαι· ἐνοικῆσαι γὰρ καὶ ἐμπεριπατῆσαι ταῖς καθαραῖς πάντως καὶ φιλοκάλοις ψυχαῖς ἐπήγγελται.

VI. Sicut agri proprii diligentissimus colonus novat eum prius et ex eo spinas tollit; ac tum demum injicit semina ; ita et qui a Deo exspectat sementem gratiæ accipere, purgare prius debet animæ suæ agrum; ut semen deinde in eum incidens Spiritus, perfectos et multiplices reddat fructus. Nam ni hoc fiat ante omnia, et nisi mundaverit quis seipsum ab omni inquinamento carnis et spiritus, caro est et sanguis, et longe distat a vita.

Ϛ'. Ὥσπερ ὁ τῆς ἰδίας γῆς ἐπιμελέστατος γεωργὸς ἀνανεοῖ ταύτην πρότερον, καὶ τὰς ἀκάνθας περιαιρεῖ, εἶθ' οὕτω καταβάλλει τὰ σπέρματα· οὕτω καὶ τὸν παρὰ Θεοῦ προσδοκῶντα τῆς χάριτος σπόρον λαβεῖν, καθαίρειν πρότερον χρὴ τῆς ἑαυτοῦ καρδίας τὴν γῆν, ἵν' ὁ σπόρος πεσὼν τοῦ Πνεύματος ἐντελεῖς καὶ πολλαπλασίους ἀποδῷ τοὺς καρπούς· ὡς εἰ μὴ τοῦτο γένοιτο πρότερον, καὶ καθάρῃ τις ἑαυτὸν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ σαρκὸς καὶ πνεύματος, σάρξ ἐστιν ἔτι καὶ αἷμα, καὶ μακρὰν ἀφέστηκε τῆς ζωῆς.

VII. Undecunque hostis machinationes astutas, dolos et maleficia, circumspicere oportet. Etenim ut Spiritus sanctus per Paulum : *Fit omnibus omnia, ut omnes salvos faciat*[38] : sic et spiritui malo in studio est, omnia fieri, ut omnes in interitum propellat. Itaque is cum orantibus simul orare simulat, id spectans, ut ex ipsa oratione sumat ansam decipiendi orantem subjiciatque eidem arrogantem confidentiam ; cum jejunantibus jejunat, ut ipsos inanibus decipiat et dementet; Scripturarum habentibus notitiam, similibus dat operam, sub specie scientiæ cupiens eos subvertere. Cum aliqui revelationis lumine beantur, videtur et ipse ejusmodi habere. *Transfigurat enim* (ait Paulus) *se Satanas in angelum lucis*[39]. Ut opinione fictæ lucis deceptos ad se adducat. Et, ut cuncta ejusmodi semel colligam, mira se artium subtilitate omnia variat, quo similitudine subjugatos, boni specie apparentis in veram alliciat irreparabilemque perniciem : *Consilia*, inquit, *destruentes et omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei*[40]. Vide quousque superbus ille impostor audendi proterviam extendat, ut non dubitet conari eos ipsos dejicere, qui **211** divinum Numen in cognitione veritatis possideant. Ut adeo unumquemque oporteat cor suum omni custodia servare; multamque a Deo prudentiam poscere, ut dol nobis deprehendere diabolicæ malignitatis artes. Prætereaque exercitare, ac quasi elaborare mentem ac cogitationes nostras eliminando per spiritualem curam sine intermissione convenit, et ad Dei voluntatem adaptare ipsas; quo non majus nec pretiosius opus est. *Confessio*, enim ait, *et magnificentia opus ejus*[41].

Ζ'. Πανταχόθεν τὰς τοῦ ἐχθροῦ μαγγανείας, τοὺς δόλους τε καὶ τὰς κακουργίας, ἐξύτατα περισκοπεῖν δεῖ. Καὶ γὰρ ὡς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ Παύλου τὰ πάντα γενέσθαι φησὶν, ἵνα τοὺς πάντας κερδήσῃ· οὕτω δὴ καὶ τῇ κακίᾳ γίνεσθαι πάντα διὰ σπουδῆς, ὡς τοὺς πάντας παραπέμψῃ τῇ ἀπωλείᾳ· ἀμέλει τοῖς εὐχομένοις ὡς συνευχόμενος ὑποκρίνεται κατὰ σκοπὸν τοῦ προφάσει εὐχῆς ἐμβαλόντα πρὸς οἴησιν ἀπατῆσαι· τοῖς νηστεύουσι συννηστεύειν, αὐτοὺς οἰήσει φενακίσαι βουλόμενος· τοῖς ἔχουσι γνῶσιν Γραφῶν ἐπιτηδεύει τὰ ὅμοια, προσχήματι γνώσεως ἐπιποθῶν αὐτοὺς παρακρούσασθαι· τοῖς ἀποκαλύψεων φωτὸς καταξιωθεῖσι, παραπλησίως ἔχειν δοκεῖ. *Μετασχηματίζεται* γὰρ, γησὶν, *ὁ Σατανᾶς εἰς ἄγγελον φωτός*· ἵνα τῇ δοκήσει τοῦ καταλλήλου φωτὸς ἀπατήσας, εἰς ἑαυτὸν ἐπαγάγηται· καὶ ἁπλῶς οὕτω πρὸς πάντα ποικίλλεται καὶ τοῖς πᾶσιν, ἵνα τῷ ὁμοίῳ χειρούμενος εὐλογοφανεῖ προφάσει προξενῇ τὴν ἀπώλειαν· *Λογισμοὺς*, φησὶ, *καθαιροῦντες καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ*. Ὅρα μέχρι καὶ τίνων ὁ ἀλαζὼν ἐκτείνει τὸ τόλμημα, τῷ βούλεσθαι καὶ τοὺς ἤδη τὸ Θεῖον κατ' ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἔχοντας κατενεγκεῖν. Ὥστε πάσῃ φυλακῇ τηρεῖν τὴν ἑαυτοῦ καρδίαν χρὴ, πολλήν τε παρὰ Θεοῦ τὴν σύνεσιν αἰτεῖν, ἵνα δῷ ἡμῖν τὰς τῆς κακίας τέχνας φωρᾷν. Ἐργάζεσθαι δὲ καὶ ἐκπονεῖν τὸν νοῦν ἐν συνέσει καὶ τοὺς λογισμοὺς προσήκει διηνεκῶς, καὶ πρὸς τοῦ Θεοῦ θέλημα καταρτίζειν αὐτούς· οὐκ ἔστι τούτου μεῖζον ἔργον ἢ τιμιώτερον· *Ἐξομολόγησις* γὰρ, φησὶ, *καὶ μεγαλοπρέπεια τὸ ἔργον αὐτοῦ*.

[34] II Cor. xi, 2. [35] Prov. iv, 23. [36] Sap. i, 3. [37] Apoc. x, 22. [38] I Cor. ix, 22. [39] II Cor. xi, 14. [40] II. Cor. x, 5. [41] Psalm. cx, 3.

Digitized by Google

Η'. Τῇ φιλοθέῳ ψυχῇ, κἂν πάντα τὰ ἀγαθὰ πράξειεν, οὐδὲν ἑαυτῇ, ἀλλὰ τῷ Θεῷ ἕκαστα ἐπιγράφειν ἔθος. Ταύτῃ τοι καὶ ὁ Θεὸς πάλιν τῇ ὑγιεῖ ταύτης καὶ ὀρθῇ συνέσει καὶ γνώσει προσχὼν, τοὐναντίον ἐκείνῃ πάντα λογίζεται· καὶ ὡς αὐτῆς καμούσης καὶ παρ' ἑαυτῆς τὸ ὅλον ἐργασαμένης, τὰς ἀντιδόσεις ἐπιμετρεῖ· καίτοι δόξαν αὐτῷ πρὸς κρίσιν ἡμῖν ἐλθεῖν, οὐδὲν πρὸς ἀλήθειαν τῷ ἀνθρώπῳ δίκαιον εὑρεθήσεται· ἐπεὶ καὶ τὰ χρήματα, καὶ τὰ δοκοῦντα πάντα ταυτὶ ἀγαθὰ, δι' ὧν καὶ εὐποιεῖν ἕκαστος δύναται, ἐκείνου εἰσὶ, γῇ καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῇ· αὐτὸ τὸ σῶμα, καὶ αὐτὴ ἡ ψυχή· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι, ἄνθρωπος κατὰ χάριν ἔχει. Τί τοίνυν αὐτῷ λείπεται ἴδιον, ἐφ' ᾧ τὸ οἰηθῆναι ἢ δικαιωθῆναι κατὰ λόγον ἔξει; πλὴν ἀλλὰ ταύτην ὁ Θεὸς μεγίστην ἐξ ἀνθρώπων δέχεται χάριν, καὶ τοῦτο τῶν προσφερομένων ἐκείνῳ τὸ χαριέστατον, τὸ τὴν ψυχὴν καλῶς ἐπιγνοῦσαν ὅπως ἔχει τὰ ὄντα, πάντα ὅσαπερ ἂν ποιῇ ἀγαθὰ καὶ ὅσα κάμνει διὰ Θεὸν, ὅσα τε συνίησι καὶ γινώσκει, αὐτῷ λογίζεσθαι, καὶ αὐτῷ τὸ σύμπαν ἀνατιθέναι.

VIII. Dei amanti animæ, utcunque omnia bona faciat, nihil sibi, sed Deo cuncta ascribere mos est. At Deus vicissim sanam ejus et rectam, cum admistione prudentiæ, scientiam attendens, in contrarium plane modum omnia ipsi imputat; ac velut illa sola laborasset, et suis unius viribus in solidum cuncta peregisset, sic ei remunerationes admetitur. Enimvero si Deo luberet rigido nobiscum judicio agere, nihil prorsus homini ab eo vere debitum reperiretur, quandoquidem possessiones, pecunia, cunctaque hujus vitæ bona, quæ instrumenta bene operandi bonis sunt, in solidum ejus dominio subjacent. Terram et universa quæ illa fert aut continet; ipsum corpus, ipsam animam, sed et ipsum esse, homo per gratiam habet. Quid igitur ipsi relinquitur proprium, unde possit in confidentiam inflari, aut spem concipere vera ratione nixam obtinendi districto judicio quasi jure sibi debitum quidpiam? Cæterum hanc maximam ex hominibus Deus percipit gratiam; et hoc ex iis quæ ipsi offeruntur unum longe jucundissimum accidit; anima res, uti se vere habent, agnoscat; et quæcunque facit bona, quæcunque propter Deum mala tolerat, quæcunque intelligit et sentit, imputet supremo largitori, et uni ei accepta referat.

Θ'. Ὥσπερ Ἰσραὴλ ἕως μὲν εὐαρέστως εἶχε πρὸς τὸν Δεσπότην, καίτοιγε οὐδέποτε μὲν ὡς ἐχρῆν· πλὴν ἀλλ' οὖν ἕως ἐδόκει ὑγιῆ τινα ποσῶς πρὸς αὐτὸν ἔχειν τὴν πίστιν, στύλος πυρὸς καὶ νεφέλη αὐτοῦ προηγεῖτο, θάλασσα δὲ αὐτῷ ὑπεχώρει, καὶ μυρίων ἄλλων ἀπέλαυε θαυμασίων· ὁπότε δὲ τῆς πρὸς Θεὸν εὐνοίας ἀφίστατο, τότε καὶ τοῖς ἐχθροῖς παρεδίδοτο, καὶ δουλείαις πικραῖς κατειργάζετο. Οὕτω μοι νόει καὶ ἐπὶ τῆς ψυχῆς· ἡ διὰ τῆς χάριτος τὸν Θεὸν ἐπέγνω, καὶ ἀπὸ ῥύπων μὲν ἐκαθάρθη πολλῶν τὸ πρότερον, εἶτα καὶ χαρίτων ἁγία γέγονε, τὴν προσήκουσαν δὲ οὐ φυλάξασα τῷ οὐρανίῳ ἀνδρὶ διὰ τέλους εὔνοιαν, ἐξέπεσε τῆς ζωῆς ἧς μέτοχος ἐγεγόνει. Δυνατὸν γὰρ τῷ ἀντικειμένῳ καὶ τῶν εἰς τὰ τοιαῦτα φθασάντων κατεπαίρεσθαι μέτρα. Ὥστε ἀγωνιστέον ὁπόση δύναμις, καὶ μετὰ φόβου καὶ τρόμου τῆς ἑαυτῶν ζωῆς ἐπιμελητέον, μάλιστα τοῖς ὅσοι τοῦ Πνεύματος τοῦ Χριστοῦ γεγόνασι μέτοχοι, τοῦτο μηδὲ μικρὸν ἢ μέγα δι' ὀλιγωρίαν ποιεῖν, καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο τοῦ Κυρίου Πνεῦμα λυπεῖν. Ὥσπερ γὰρ *Χαρὰ γίνεται ἐν τῷ οὐρανῷ*, καθά φησιν ἡ Ἀλήθεια, *ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι*· οὕτω καὶ λύπη πάλιν ἐπὶ μιᾷ ψυχῇ τῆς αἰωνίου ζωῆς ἐκπιπτούσῃ. aut magnum oscitanter fiat, unde contingat Domini Spiritum contristari. Quemadmodum enim *Gaudium est in cœlo*, ut Veritas testatur, *super uno peccatore pœnitentiam agente* [43]; sic et mœror vicissim super una anima excidente ab æterna vita.

IX. Sicut Israelitas, quoad quidem ad Domini beneplacitum se conformarunt (etsi nunquam id illi ea qua oportuerat diligentia fecerunt), verum quandiu saltem in speciem sana in eum fide se præditos utcunque operando monstrarunt, columna ignis et nubes præibat, mare autem iis dans transituris viam recedebat; ipsique innumerisque aliis adjuti miris operibus fuere; quando autem a fidelitate Deo debita defecerunt, tunc et hostibus sunt dediti, et diris servitutibus attriti sunt. Sic et tu reputa, similia contingere animæ, postquam per gratiam Deum agnoverat; postquam a multis per eum sordibus fuerat ablata, gratiisque præterea exornata; cum fidem charitatemque tot nominibus debitas cœlesti suo sponso ad extremum non præstiterit, ut excidat vita, cujus particeps erat effecta. Eo enim usque potest vis exitialis Satanæ pertingere, ut etiam eos dejiciat, qui ad tam sublimem istum dignitatis ascenderunt apicem. Quocirca contendendum tota virtute est, ut cum timore et tremore invigiletur conservandæ spirituali vitæ; iis maxime, qui Spiritus Christi participes sunt facti. Quam ad rem cavendum diligenter est, ne quid ab iis parvum

Ι'. Ὅταν ψυχὴ τῆς χάριτος καταξιωθῇ, τότε δὴ καὶ χρήσιμα ταύτῃ μάλιστα γνῶσις, σύνεσις, καὶ διάκρισις· ἅπερ γοῦν καὶ αὐτὰ Θεὸς δίδωσιν ἐκείνης αἰτούσης, ὥστε εὐαρέστως αὐτὴν διακονῆσαι τῷ Πνεύματι, ὃ καὶ κατηξιώθη λαβεῖν, μὴ κλεπτομένην ὑπὸ κακίας, μὴ σφαλλομένην δι' ἀγνωσίαν, μὴ τῷ ἀμελεῖν καὶ ἀφόβως ζῆν παρατρεπομένην, καὶ παρὰ τὸ Δεσποτικόν τι διαπραττομένην θέλημα.

X. Quando gratiæ dignationem acceperit anima, tunc ei maxime utiles sunt scientia, prudentia et discretio; quas propterea ipsas res Deus illi, dummodo postulet, largitur, ut ad beneplacitum per has possit servire Spiritui, quod ut faceret, est illi per gratiam indultum; in quo cavere sollicite debet, **212** ne illi subrepat insidians innata malitia, ne labatur per ignorantiam; ne idcirco, quod ne-

[43] Luc. xv, 10.

Digitized by Google

gligenter et sine timore vivat, pervertatur ad aliquid agendum, quod Domini voluntati non congruat.

XI. Sicut operatio affectuum, quæ est spiritus erroris, tenebrarum et peccati mundum hunc animans, in eo domicilium obtinet homine, qui plenus turget dictatis sapientiæ carnalis ; ita e contrario, vis et operatio lucidi Spiritus in homine sanctificato habitat ; juxta dicentem : *An experimentum quæritis ejus, qui in me loquitur, Christi* [48] ? Et rursus : *Vivo autem jam non ego : vivit vero in me Christus* [49]. Et : *Quicunque in Christo baptizati estis, Christum induistis* [50]. Et Dominus : *Veniemus ego et Pater meus, et mansionem apud eum faciemus.* Hæc non obscure, neque otiose, sed in virtute et veritate iis, qui digni habentur, insunt. Lex enim prius sermone experte substantiæ instruebat homines, grave ipsis et importabile imponens jugum, et nullum valens porrigere auxilium ; ex eo quod non posset virtutem Spiritus conferre. Sicut ait Paulus : *Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem* [51], etc. Ab adventu autem Christi ostium gratiæ credentibus in veritate apertum est ; deique virtus et operatio Spiritus ipsis suppeditatur.

XII. Postquam Christus, prima et naturalis bonitas, donum Spiritus divinis transmisit discipulis ; exinde credentibus divina illa virtus obumbrans, et eorum inhabitans animas, medetur quidem passionibus peccati, tenebris autem et morte ipsos liberat. Eatenus quippe et vulnerata et carcere clausa erat anima, et caligine peccati undique comprehensa. Denique nunc quoque anima nondum gratiam sortita inhabitantem in se Dominum habendi ; nec in se intime sentiendi informantem animantemque sese, ac penitus fecundantem omni operatione virtutem Spiritus divini, in tenebris adhuc est. Quibus autem divini Spiritus supervenit gratia, et imis mentis ipsorum penetralibus insedit ; his sane Dominus vice animæ est. *Qui enim adhæret Deo* (divinus ait Apostolus), *in unum cum eo coalescet Spiritum* [52]. Et ipse Dominus, *Sicut tu, Pater, in me, et ego in te, ita et ipsi in nobis unum sint* [53]. O bonitatem et dignationem indultam tantum depressæ a malitia hominum naturæ ! Cæterum uti quando pravitati vitiorum adhærebat, anima, unum idemque quasi cum ipsis erat ; et quanquam propriam habebat voluntatem, tamen quod illi lubebat, nequibat facere. Quod et Paulus de se ait : *Non enim quod volo hoc facio* [54] ; quanto utique magis Dei virtute cum sanctificata et digna eo facta anima conveniente, in unam illa cum Deo voluntatem erit ? Fit enim anima tunc vere quasi anima Dei, per hoc quod sponte, et ex proposito regenti se submittit boni Spiritus virtuti ; et per propriæ voluntatis vias non amplius ambulat. *Quis enim*

ΙΑ'. Ὥσπερ ἡ ἐνέργεια τῶν παθῶν, ὅπερ ἐστὶ τὸ ἐγκόσμιον πνεῦμα τῆς πλάνης, τοῦ σκότους τῆς ἁμαρτίας, ἀνθρώπῳ τοιούτῳ ἂν ἐνοικήσειεν, ὃς διὰ πλεῖστος ἐστι φρονήματος σαρκικοῦ· οὕτω πάλιν ἡ ἐνέργειά τε καὶ δύναμις τοῦ φωτεινοῦ Πνεύματος ἀνθρώπῳ τῷ ἁγιασθέντι ἐγκατοικεῖ, κατὰ τὸν εἰπόντα· *Εἰ δοκιμὴν ζητεῖτε τοῦ ἐν ἐμοὶ λαλοῦντος Χριστοῦ*; καὶ αὖθις· *Ζῶ δὲ οὐκ ἔτι ἐγώ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός*· καὶ, *Ὅσοι δὲ εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε*· καὶ ὁ Κύριος· *Ἐλευσόμεθα ἐγώ τε καὶ ὁ Πατήρ μου, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν.* Ταῦτα οὐκ ἀδήλως, οὐδ' ἀνεργήτως, ἀλλ' ἐν δυνάμει καὶ ἀληθείᾳ τοῖς καταξιουμένοις ἐγγίνεται. Ὁ μὲν γὰρ νόμος τὸ πρότερον λόγῳ ἀνυποστάτῳ ἐπέστρεφε τοὺς ἀνθρώπους, βαρὺν αὐτοῖς καὶ δυσφόρητον ἐπιτιθεὶς τὸν ζυγὸν, καὶ μηδεμίαν εἰδὼς ὀρέγειν βοήθειαν, τοῦτο δὲ παρὰ τὸ μὴ δυνατῶς ἔχειν τὴν τοῦ Πνεύματος δύναμιν παρέχειν· *Τὸ γὰρ ἀδύνατον*, φησὶ, *τοῦ νόμου ἐν ᾧ ἠσθένει διὰ τῆς σαρκὸς*, καὶ ἑξῆς. Ἀπὸ δὲ τῆς Χριστοῦ παρουσίας, ἡ θύρα τῆς χάριτος τοῖς ἐν ἀληθείᾳ πιστεύσασι διηνοίχθη, δύναμίς τε Θεοῦ καὶ ἐνέργεια Πνεύματος αὐτοῖς χορηγεῖται.

ΙΒ'. Χριστοῦ, τῆς πρώτης καὶ φυσικῆς ἀγαθότητος, τὴν δωρεὰν τοῦ Πνεύματος τοῖς θείοις διαπέμψαντος μαθηταῖς, ἐκεῖθεν ἅπασι τοῖς πιστεύουσιν ἡ θεία δύναμις ἐκείνη ἐπισκιάζουσα, καὶ ταῖς ἐκείνων ἐγκατοικοῦσα ψυχαῖς, ἰᾶται μὲν τῶν παθῶν τῆς ἁμαρτίας, τοῦ σκότους δὲ καὶ τῆς νεκρώσεως αὐτοὺς ἀπήλλαττε· καὶ γὰρ μέχρι τότε τετραυμάτιστό τε καὶ πεφυλάκιστο ἡ ψυχὴ καὶ τῷ ζόφῳ τῆς ἁμαρτίας κάτοχος ἦν. Ἀμέλει καὶ νῦν ψυχὴ μήπω σύνοικον ἔχειν ἀξιωθεῖσα τὸν Κύριον, μηδὲ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος δύναμιν ἐνεργητικῶς αὐτῇ καὶ κατὰ πᾶσαν δύναμιν καὶ πληροφορίαν ἐπισκηνώσασαν, ἐν τῷ σκότει ἐστίν· οἷς δὲ τοῦ θείου Πνεύματος ἐπεφοίτησε χάρις, καὶ τοῖς βαθυτάτοις τοῦ νοὸς αὐτῶν ἐγκατῴκησε, τούτοις δὴ καὶ ὁ Κύριος ὡς ψυχὴ γίνεται· *Ὁ γὰρ κολλώμενος τῷ Κυρίῳ*, ὁ θεῖός φησιν Ἀπόστολος, *εἷς ἐν πνεῦμα ἔσται*· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ Κύριος· *Ὥσπερ ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν, ἵνα καὶ οὗτοι ἐν ἡμῖν ἓν ὦσιν.* Ὧ ἀγαθότητος καὶ εὐδοξίας ἧς ἔτυχεν ἡ οὕτω πρὸς τῆς κακίας ταπεινωθεῖσα τῶν ἀνθρώπων φύσις ! Πλὴν ἀλλ' ἐπεὶ καὶ τῇ μοχθηρίᾳ τῶν παθῶν ἡ ψυχὴ συνοῦσα ἓν ὥσπερ μετ' αὐτῆς ἦν, κἂν ἴδιος εἶχε θέλημα, ἀλλὰ τὸ δοκοῦν αὐτῇ ποιεῖν οὐκ ἐδύνατο. Ὃ καὶ Παῦλός φησιν· *Οὐ γὰρ ὃ θέλω τοῦτο ποιῶ*· πόσῳ γε μᾶλλον τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως τῇ ἁγιασθείσῃ καὶ ἀξίᾳ τούτου γεγενημένῃ ψυχῇ συνελθούσης, εἰς ἓν αὐτῷ ἔσται τὸ τούτου θέλημα ; γίνεται γὰρ ἡ ψυχὴ τότε πρὸς ἀλήθειαν ὡς ψυχὴ τοῦ Κυρίου· τῷ ἑκόντι καὶ κατὰ γνώμην ὑπὸ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος δυνάμεως βασιλεύεσθαι, καὶ θελήματι ἰδίῳ μηκέτι αὐτὴν πορεύεσθαι·

[48] II Cor. XIII, 3. [49] Gal. II, 20. [50] Gal. III, 27. [51] Joan. XIV, 23. [52] Rom. VII, 3. [53] I Cor. VI, 17. [54] Joan. XVII, 21. [55] Rom. VIII, 19.

Digitized by Google

Τίς γὰρ, φησὶν, ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; τουτέστι τῆς ἑνωθείσης ψυχῆς τῷ Πνεύματι ἁγίῳ.

(inquit) *nos separabit a charitate Christi*[51] ? Quæ vox est animæ unitæ Spiritui sancto.

ΙΓ'. Τῷ βουλομένῳ μιμητῇ οὖν γενέσθαι Χριστοῦ, ἵνα καὶ αὐτῷ γένοιτο Υἱῷ Θεοῦ προσαγορευθῆναι, γεννηθέντι ἐκ Πνεύματος, πρὸ τῶν ἄλλων προσήκει τὰς ἁπαντώσας θλίψεις, ἤτοι σωματικὰς νόσους, ἢ τὰς ἐξ ἀνθρώπων ὕβρεις, καὶ τὰ ἀνείδη, πρὸ δὲ καὶ τὰς ἐκ τῶν ἀοράτων ἐπιβουλὰς εὐψύχως καὶ καρτερικῶς ὑποφέρειν. Κατ' οἰκονομίαν γὰρ Θεοῦ τὸ δοκίμιον ταῖς ψυχαῖς τῶν διαφόρων παραχωρεῖται θλίψεων, ἵνα φανεραὶ γένοιντο πάντως αἱ γνησίως ἀγαπῶσαι τὸν Κύριον. Σημεῖον δὲ τοῖς ἐκ παντὸς αἰῶνος πατριάρχαις τε καὶ προφήταις καὶ ἀποστόλοις καὶ μάρτυσι, διὰ τῆς στενοπόρου τῶν πειρασμῶν καὶ τῶν θλίψεων διελθεῖν ὑπῆρξε, καὶ οὕτως εὐαρεστῆσαι Θεῷ· *Τέκνον* γὰρ, φησὶν ἡ Γραφὴ, *ἐὰν προσέρχῃ δουλεύειν Θεῷ, ἑτοίμασον τὴν ψυχήν σου εἰς πειρασμὸν, εὔθυνον τὴν καρδίαν σου καὶ καρτέρησον*· καὶ ἀλλαχοῦ δέ· *Τὰ ἐπιφερόμενά σοι ὡς ἀγαθὰ πρόσδεξαι, εἰδὼς ὅτι ἄτερ Θεοῦ οὐδὲν γίνεται.* Τῆς ὑπομονῆς τοίνυν καὶ τῆς ἐλπίδος πρὸ παντὸς ἄλλου ψυχῇ τῇ εὐαρεστῆσαι Θεῷ βουλομένῃ ἀντειληπτέον· μία γὰρ καὶ αὐτὴ τῆς κακίας τέχνη, ἀκηδίαν ἡμῖν ἐμβάλλειν ἐν καιρῷ θλίψεως, ἵνα τῆς πρὸς τὸν Κύριον ἀποστῇ ἐλπίδος. Οὐδέποτε δὲ Θεὸς ἐπιτρέπει ἐπ' ἐκείνου ἐλπίζουσαν καταπονηθῆναι τοῖς πειρασμοῖς, ὥστε καὶ ἐξαπορηθῆναι· *Πιστὸς γὰρ*, ὁ Ἀπόστολός φησιν, *ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἐάσει ὑμᾶς πειρασθῆναι ὑπὲρ ὃ δύνασθε· ἀλλὰ ποιήσει σὺν τῷ πειρασμῷ καὶ τὴν ἔκβασιν, τοῦ δύνασθαι ὑπενεγκεῖν.* Καὶ ὁ πονηρὸς δὲ οὐχ ὅσον ἐκείνῳ θέλησις λυπεῖ τὴν ψυχὴν, ἀλλ' ὅσον αὐτῷ ἐφεῖται παρὰ τοῦ Θεοῦ. Εἰ γὰρ ἀνθρώποις οὐκ ἄδηλον, πόσον ἂν ἡμιόνῳ βάρος, πόσον δὲ ὄνῳ, πόσον δὲ καμήλῳ ἀγώγιμον εἴη· ἀλλὰ τὸν φόρτον ἐπιτίθησι· καὶ τῷ κεραμεῖ δὲ δῆλον πόσον τῷ πυρὶ χρὴ τὰ σκεύη παραδοῦναι χρόνον, ἵνα μήτε πλέον ἐμμείναντα διαῤῥαγῇ, μήτε πάλιν πρὸ τῆς ἀρκούσης πυρώσεως ἐκβληθέντα ἄχρηστα ᾖ· εἰ τοσαύτη περὶ τὸν ἄνθρωπον σύνεσις, οὐχὶ πολλῷ πλέον καὶ ἀπείρως πλέον, ἡ τοῦ Θεοῦ σύνεσις οἶδε πόσον ἑκάστῃ ψυχῇ τὸν πειρασμὸν δέον ἐπενεχθῆναι· ἵνα δόκιμος γένοιτο καὶ ἐπιτηδεία πρὸς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν.

XIII. Qui vult imitator esse Christi, et per hoc consequi, ut appelletur filius Dei ; utpote genitus ex Spiritu : eum ante omnia convenit occurrentes afflictiones, sive hæ corporei morbi sint, sive injuriæ ab hominibus, sive opprobria, seu etiam ex insidiis invisibilium hostium; animose ac fortiter tolerare. Per divinam providentiam sapienter ac benevole **213** cuncta disponentem, permittuntur advenire animabus ejusmodi probationes adversitatum variarum, ut manifestentur quæ inter eas sincere Dominum diligunt. Signum id fuit ab omni ævo sanctis patriarchis, prophetis, apostolis et martyribus, ut per angustam hanc viam tentationum et afflictionum transirent, et sic Deo placerent. *Fili*, ait Scriptura, *accedens ad servitutem Dei, præpara animam tuam ad tentationem, deprime cor tuum et sustine.* Et alibi : *Quæ inferuntur tibi omnia ut bona excipe ; sciens quoniam sine Deo nihil fit*[52]. Patientiæ igitur et spei ante omne aliud opera danda est animæ Deo placere volenti. Una enim hæc est ex artibus diaboli, torporem nobis injicere in tempore afflictionis, ut avertat nos a spe in Domino ponenda. Nunquam autem Deus tantum fatigari tentationibus permittit animam in ipsum sperantem, ut ad incitas redacta, omnis inops consilii æstuet. *Fidelis enim* (ait Apostolus) *Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis ; sed faciet etiam cum tentatione eventum, ut possitis sustinere*[53]. Neque vero diabolus, quantum ipsi libitum est, affligit animam ; sed qua mensura id agere sinitur a Deo. Si enim hominibus ignotum non est, quantum oneris portare mulus possit, quanto par ferendo sit asinus, quanto camelus ; unde consentaneum cujusque viribus cuique pondus imponunt; et si perspectum figulo est, quanto temporis spatio vasa in fornace relinqui debeant, ne longius æquo ibi hærentia dissiliant ; nec rursus, ante sufficientem coctionem cum eximuntur, inutilia fiant : si tanta, inquam, in homine prudentia est, multo atque adeo infinitis partibus magis, divina sapientia perspicit, animæ cuique quantum pondus tentationis immitti debeat, ut per eam probetur, et idonea regno cœlorum fiat.

ΙΔ'. Ὥσπερ τὸ τῆς κανάβεως χρῆμα εἰ μὴ ἐπιπολὺ τυπτόμενον διαμείνῃ, οὐκ ἂν γένοιτο χρήσιμον εἰς λεπτοτάτων νημάτων ἐργασίαν, ἀλλ' ὅσῳπερ ἂν τύπτοιτο καὶ ὅσον ξαίνοιτο, τοσοῦτον καθαρώτερόν τε καὶ εὐχρηστότερον γίνεται. Καὶ ὃν τρόπον τὸ νεόπλαστον ἀκεῦος μὴ πυρὶ βληθὲν, χρῆσθαι τοῖς ἀνθρώποις ἀνεπιτήδειον· καὶ ὡς τὸ νήπιον ἔτι πρὸς τὰ τοῦ κόσμου ἔργα ἀδόκιμον· οὔτε γὰρ οἰκοδομεῖν, οὐ φυτεύειν, οὐ σπόρον κατατιθέναι δύναται, οὐχ ἕτερόν τι τῶν τοῦ κόσμου ἔργων ἀνύειν· οὕτω καὶ ψυχαὶ πολλάκις, κἂν θείας μετέσχον χάριτος καὶ

XIV. Sicut cannabis mataxa nisi diu tunsionem ferat, non habebit usum attenuationis in fila sutilissima ; sed quanto contusa longius fuerit, quanto radiis pectinum sulcata crebrius, tanto purior utiliorque evadet. Et quemadmodum recens formatum vas, quoad induratum igne fuerit, ineptum est usibus humanis ; denique veluti puer parvulus non idoneus est ad functiones vitæ, cum nec ædificare, nec plantare, nec semen in terram jacere ad hoc paratam valeat, aut aliud quid ex usu mundi hujus agere : sic animæ plerumque, licet

[51] Rom. VIII, 35. [52] Eccli. II, 1. [53] I Cor. X, 13.

Digitized by Google

divinæ particlpes gratiæ, etiamsi per Dei benignitatem indulgentem infantiæ ipsarum, perfusæ fuerint dulcedine cœlesti, usque ad gustandam Spiritus requiem; nondum tamen probationibus exercitæ; nondum exploratæ malorum spirituum insultibus variis; nihil ultra puerilem sunt progressæ balbutiem, ut ita dicam, necdum aptæ regno Dei sunt. Etenim: *Si extra disciplinam* (ait divinus Apostolus) *estis, cujus participes facti sunt omnes; ergo adulteri, et non filii estis* [84]. Itaque et tentationes et afflictiones utiliter immittuntur homini; utique probatiorem et robustiorem ejus animam reddentes, quas si ad finem usque pertulerit, cum spe ad Dominum; fieri non poterit, quin consequatur promissiones Spiritus, et liberationem a perturbationibus affectuum pravorum.

A εἶεν ἐμπληροφορούμεναι τῇ γλυκύτητι καὶ τῇ Πνεύματος ἀναπαύσει, διὰ τὴν αὐτῶν νηπιότητα τῇ τοῦ Κυρίου χρηστότητι, ἀλλ' οὖν μήπω δοκιμασθεῖσαι, μηδ' ὑπὸ τῶν πονηρῶν πνευμάτων διαφόρους ἐξετασθεῖσαι θλίψεσιν, ἔτι τῆς νηπιότητος ἔχονται, καὶ, ἵν' οὕτως εἴπω, οὐδέπω πρὸς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν ἐπιτηδείως ἔχουσιν· *Εἰ* γὰρ *χωρίς ἐστε*, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, *παιδείας ἧς μέτοχοι γεγόνασι πάντες, ἄρα νόθοι ἐστὲ καὶ οὐχ υἱοί*· ὥστε καὶ οἱ πειρασμοὶ καὶ αἱ θλίψεις κατὰ τὸ λυσιτελὲς ἐπάγονται τῷ ἀνθρώπῳ, δοκιμωτέραν οὕτω καὶ στερροτέραν ἐργαζόμεναι τὴν ψυχήν· καὶ εἴπερ εἰς τέλος ὑπομένοι μετ' ἐλπίδος τῆς πρὸς τὸν Κύριον, ἀμήχανον ἀποτυχεῖν αὐτὴν τῆς ἐπαγγελίας τοῦ Πνεύματος, καὶ τῆς ἀπολυτρώσεως τῶν κακίας παθῶν.

B

XV. Quemadmodum per multa traducti tormenta martyres, postquam usque ad ipsam etiam perferendam mortem robur invictæ fortitudinis ostenderunt; coronis sic gloriæ facti sunt digni: ac quanto pluribus et gravioribus perfuncti laboribus sunt, tanto majorem apud Deum claritatem ac libertatem sunt adepti: pariter animæ diversi generis afflictionibus **214** traditæ, sive iis, quæ palam ab hominibus proficiscuntur, sive quæ intra mentem contingunt exsurgentibus cogitationibus absurdis; sive quæ morbis corporeis sese exserunt; si patienter, perseverando usque ad finem toleraverint, easdem cum martyribus coronas, eamdem apud Deum consequentur libertatem; quandoquidem martyrium afflictionum, quod martyres ab hominibus sunt passi, hi ab impressionibus acerbis infestorum ipsis malignorum spirituum pertulerunt; ac quanto plures hi quoque gravioresque adversantis insultus diaboli perpessi fuerint, tanto abundantiorem gloriam, non in futurum solum a Deo recipient; sed et hic quoque uberiori beabuntur Spiritus consolatione.

IE'. Ὥσπερ πολλαῖς βασάνοις διωμιληκότες οἱ μάρτυρες, καὶ θανάτου μέχρι τὰ τῆς καρτερίας ἐπιδειξάμενοι, στεφάνων οὕτω τῆς δόξης γεγόνασιν ἄξιοι· καὶ ὅσῳ πλείοσι καὶ χαλεπωτέροις τοῖς πόνοις ἐχρήσαντο, πλείονα καὶ τὴν δόξαν καὶ τὴν πρὸς Θεὸν ἐκτήσαντο παῤῥησίαν· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον καὶ ψυχαὶ διαφόροις παραδοθεῖσαι θλίψεσιν, ἢ τῷ φαινομένῳ ταῖς ἐξ ἀνθρώπων ἐπερχομέναις, ἢ τῷ νοουμένῳ λογισμοῖς ἀτόποις ἐγγινομένοις, ἢ νόσοις σωματικαῖς ἀποτικτομέναις, εἰ μέχρι τέλους τὴν ὑπομονὴν διενέγκωσι, τῶν αὐτῶν τοῖς μάρτυσι στεφάνων, καὶ τῆς αὐτῆς ἐπιτεύξονται παῤῥησίας· ἐπεὶ καὶ τὸ μαρτύριον τῶν θλίψεων, ὅπερ ἐκεῖνοι δι' ἀνθρώπων, οὗτοι διὰ τῶν πονηρίας πνευμάτων ἐκείνοις ἐνεργησάντων ὑπομεμενηκότες εἰσί, καὶ ὅσῳ πλείους καὶ οὗτοι τοῦ ἀντικειμένου θλίψεις ὑπήνεγκαν, τοσούτῳ καὶ πλείονα τὴν δόξαν οὐκ εἰς τὸ μέλλον μόνον ἐκ Θεοῦ κομιοῦνται· ἀλλὰ κἀνταῦθα τῆς τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος ἀξιωθήσονται παρακλήσεως.

C

XVI. Quandoquidem in confesso est, arctam et angustam esse viam quæ ducit ad vitam; ideoque paucos esse, qui per eam transeunt: omnis diaboli tentatio propter nobis repositam in cœlis spem robuste ac constanter sustinenda est; quantascunque enim tandem tribulationes pertulerimus, quid hæ comparandum habent, aut cum futura repromissione; aut cum jam hinc dari solita consolatione boni Spiritus; aut cum liberatione a caligine pravarum inclinationum; aut cum multitudine debitorum. *Non* enim *sunt* (ait) *condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam quæ revelabitur in nobis* [85]. Omnia ergo, ut dictum est, ferre fortiter debemus, propter Dominum; uti generosi milites ne mori quidem pro nostro imperatore dubitantes. Cur enim, quando mundo et sæcularibus attendebamus rebus, molestias eas, in quas postea incidimus, non experiebamur; sed nunc cum accessimus ad serviendum Deo, multiplices illas tentationes

IS'. Ἐπεὶ τοιαύτη ὁμολόγηται ἡ πρὸς τὴν ζωὴν φέρουσα στενὴ τε καὶ τεθλιμμένη, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ὀλίγους ἔχει τοὺς ταύτην διερχομένους, πᾶσαν τοῦ πονηροῦ πεῖραν διὰ τὴν ἐν οὐρανίοις ἀποκειμένην, ἐλπίδα στερῥῶς ὑπομενετέον· ὅσας γὰρ ἂν καὶ ὑπενέγκοιμεν θλίψεις, τί ἀντάξιον ἡ πρὸς τὴν μέλλουσαν ἐπαγγελίαν, ἢ πρὸς τὴν ἐντεῦθεν ἐγγινομένην ταῖς ψυχαῖς ὑπὸ τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος παράκλησιν, ἢ πρὸς τὴν ἀπολύτρωσιν τοῦ σκότους τῶν παθῶν τῆς κακίας, ἢ πρὸς τὸ τῶν χρεῶν πλῆθος τῶν ἡμετέρων ἁμαρτιῶν, εἰσοίσομεν; *Οὐ* γὰρ *ἄξια*, φησί, *τὰ παθήματα τοῦ νῦν καιροῦ πρὸς τὴν μέλλουσαν δόξαν ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς*. Πάντα γάρ, ὡς εἴρηται, καρτερητέον διὰ τὸν Κύριον δεῖ, οἷα γενναίους στρατιώτας τοῦ βασιλέως ἡμῶν ὑπεραποθνήσκοντας. Διὰ τί γάρ, ὅτε τῷ κόσμῳ καὶ τοῖς βιωτικοῖς προσείχομεν πράγμασιν, οὐ λυπηροῖς τοιούτοις περιεπίπτομεν, ἀλλὰ νῦν ἐπεὶ προσήλθομεν δουλεῦσαι Θεῷ, τοὺς πολυτρόπους τούτους πειρα-

[84] Hebr. XII, 8. [85] Rom. VIII, 18.

Digitized by Google

σμοὺς ὑπομένομεν; Ὁρᾷς ὅτι διὰ τὸν Χριστὸν αἱ θλίψεις, φθονοῦντος ἡμῖν τοῦ ἀντικειμένου τῆς τῶν ἐλπιζομένων ἀνταποδόσεως, χαύνωσίν τε καὶ ῥᾳθυμίαν ἐνθέσθαι ταῖς ἡμετέραις βουλομένου ψυχαῖς, ἵνα μὴ εὐαρέστως ζήσαντες τούτων ἀξιωθῶμεν. Πᾶσαι αἱ καθ' ἡμῶν ἐκείνου μηχαναὶ λύονται τῇ τοῦ Χριστοῦ συμμαχίᾳ· καὶ τὸν ὑπερασπιστὴν ἡμῶν καὶ ὑπέρμαχον ἐκεῖνον, ἐνθυμηθῶμεν, ὅτι καὶ αὐτὸς τὸν αἰῶνα τοῦτον οὕτω διώδευσεν, ὀνειδιζόμενος, διωκόμενος, ἐμπαιζόμενος, τέλος καὶ ἀτίμῳ θανάτῳ διὰ σταυροῦ τελειούμενος.

patimur? vides propter Christum has in nos immitti afflictiones ab adversario invidente nobis speratas retributiones, languoremque ac desidiam injicere animabus nostris studente, ne ad Dei beneplacitum vita transacta, promissis præmiis donemur. Omnes ejus contra nos irritæ fiunt machinæ nobis cum Christo pugnantibus. Hic enim magnus, hic invictus nobis protector et propugnator præsto est. Reputemus animo, ipsum quoque, quando pertransivit hoc sæculum, opprobriis oneratum, impugnatum, irrisum, denique ignominiosa morte per crucem consummatum esse.

ΙΖ'. Εἴπερ βουλοίμεθα θλῖψιν ἅπασαν καὶ τοὺς πειρασμοὺς ὑπομένειν ῥᾳδίως, ὁ διὰ Χριστὸν θάνατος ἐπιθυμητὸς ἡμῖν ἔστω, καὶ πρὸ ὀμμάτων διαπαντός. Τοιοῦτον γὰρ ἡμῖν καὶ ἐπίταγμα, τὸν σταυρὸν αἴροντας αὐτῷ ἀκολουθεῖν· ἅπερ ἐστὶν, εὐτρεπεῖς εἶναι καὶ ἑτοίμους πρὸς τὸ ἀποθανεῖν. Ἂν οὕτω δια[τε]θειμένοι ὦμεν, πᾶσαν, ὡς εἴρηται, θλῖψιν ἀφανῆ τε καὶ δήλην κατὰ πολὺ τὸ ῥᾷον ὑπομενοῦμεν. Ὁ γὰρ καὶ ἀποθανεῖν ὑπὲρ Χριστοῦ δι' ἐπιθυμίας ἔχων, σχολῇ γ' ἂν πρὸς τὰ ἐπίπονα καὶ λυπηρὰ δυσχεράναι. Παρὰ τοῦτο γὰρ καὶ βαρείας εἶναι τὰς θλίψεις ἡγούμεθα, παρὰ τὸ μὴ τὸν ὑπὲρ Χριστὸν θάνατον καταθύμιον ἔχειν, μηδὲ πάντοτε Χριστῷ τὴν διάνοιαν ἀναρτᾷν. Ὁ δὲ ἐκεῖνον κληρονομῆσαι ἐπιθυμῶν, καὶ τὰ αὐτοῦ πάθη ζηλοῦν, ὁμοίως ἐπιθυμείτω. Ὥστε οἱ τὸν Κύριον ἀγαπᾷν λέγοντες ἐν τούτῳ φανεροὶ γίνονται, ἐν τῷ πᾶσαν θλῖψιν ἐπερχομένην οὐ γενναίως μόνον, ἀλλὰ καὶ προθύμως διὰ τὴν εἰς αὐτὸν φέρειν ἐλπίδα.

XVII. Si voluerimus omnem afflictionem et tentationes sustinere facile, mors propter Christum optetur a nobis, et is scopus voti nostri obversetur perpetuo mentis nostræ oculis. Id quippe est nobis præceptum, ut tollamus crucem nostram et sequamur ipsum; quod significat, paratos nos esse debere ad moriendum. Si sic affecti præparatique animo fuerimus, omnem, ut dictum est, afflictionem internam et apparentem facilitate perferemus magna. Mori enim utique pro Christo cupiens, quæ tandem ægre ferre adversa vel molesta poterit? ob hoc ipsum enim graves esse putamus afflictiones, quia nobis non placet pro Christo mori, nec spes ac rationes nostras ex eo ducere suspensas. Qui vero Christum possidere, et tam opimam hæreditatem desiderat cernere, ejus quoque imitari passiones similiter concupiscat. Quare qui se dicunt amare Dominum, in eo demonstrabunt, an vere id affirment, si omnem ipsis supervenientem afflictionem non generose modo, sed libenter etiam et amanter, ob spem in ipso positam, perferant.

ΙΗ'. Χρὴ πρότερον τὸν τῷ Χριστῷ προσεληλυθότα, καὶ πρὸς βίαν πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἕλκειν ἑαυτὸν, οὐκ ἐθελούσης ἡμῶν τῆς καρδίας· *Βιάζεται* γὰρ, φησὶν ὁ ἀψευδὴς Κύριος, *ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν*· ἀγωνίζεσθαι πάλιν αὐτὸν εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς θύρας. Χρὴ τοίνυν, ὡς εἴρηται, καὶ κατὰ τὸ ἀβούλητον ἑαυτοὺς πρὸς τὴν ἀρετὴν συνωθεῖν, πρὸς ἀγάπην μὴ ἔχοντας ἀγάπην, πρὸς πραότητα ταύτης ὄντας ἐν ἀπορίᾳ, πρὸς τὸ συμπαθὲς καὶ φιλάνθρωπόν τὴν καρδίαν ἔχειν, πρὸς τὸ ἀνέχεσθαι ἀτιμίας καὶ παροράσεως, καὶ τοῖς ἐξουθενημένοις ἐγχαρτερεῖν· οὕπω ταύτην ἐσχηκότας τὴν ἕξιν πρὸς εὐχὴν, μήπω Πνεύματος εὐχὴν κεκτημένους. Ἂν οὖτως ἀγωνιζομένους ὁ Θεὸς ἴδῃ, καὶ ἀναγκαίως ἑαυτοὺς, ἀντιπραττούσης ὥσπερ ἡμῶν τῆς καρδίας, πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἕλκοντας, δίδωσιν εὐχὴν ἀληθινὴν, δίδωσι σπλάγχνα οἰκτιρμῶν, ὑπομονὴν, μακροθυμίαν, καὶ ἁπαξαπλῶς πληροῖ πάντων ἡμᾶς τῶν καρπῶν τοῦ Πνεύματος. Εἰ δέ τις καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν ἐπιδεὴς ὤν, πρὸς μὲν εὐχὴν μόνην εἰ τύχοι καὶ παραδιάζοιτο ἑαυτὸν, ὥστε σχεῖν εὐχῆς χάρισμα, πρὸς δέ γε πραότητα, πρὸς ταπεινοφροσύνην τε καὶ ἀγάπην, καὶ πᾶν τὸ εὐγενὲς φῦλον τῶν ἀρετῶν. Ἔτι καὶ πρὸς τὸ βέβαιον εἶναι τὴν πίστιν καὶ τὴν πεποί-

XVIII. Eum, qui ad Christum accessit, oportet ante omnia, etiam per vim ad bonum trahere se ipsum, quamvis reluctante nostro corde. *Vim enim patitur* **215** (ait mentiri nescius Dominus) *regnum cælorum, et violenti rapiunt illud* [86]. Opus quoque est eumdem contendere intrare per angustam portam. Oportet igitur, ut dictum est, ipsos vel invitos adigere se ad virtutem; ad charitatem, qui charitate carent; ad mansuetudinem, qui hac indigent; ad habendum cor humanum et miseriis alienis compatiens, quin etiam ad sustinendas æquo animo ignominias et despectus, et in pace durandum etiam cum vilipenditur. Quos sic laboriose certantes Deus viderit, subjugantesque ut multa rebellantem inutiliter naturam, et frangentes contumaciam cordis trahi ad bonum recusantis, eos etsi nondum orationi assueverint; et nondum precandi donum Spiritus adepti fuerint; illis dat orationem veram, dat viscera misericordiæ, patientiam, longanimitatem, et, ut semel dicam, replet nos omnibus fructibus Spiritus. Si vero quis aliarum quidem egens virtutum sit; ad orationem tamen solam ipsum contingat, vi etiam sibi facta incumbere; ita ut donum orationis aliquod assecutus

[86] Matth. xi, 12.

Digitized by Google

sit; ad parandam autem mansuetudinem, humilitatem, charitatem, et totam illustrem illam familiam virtutum; prætereaque ad firmam obtinendam fidem fiduciamque in Christum, remissus sit ac negligens; tali aliquando datur oratio illa gratiæ ex parte in gaudio et quiete, juxta illius desiderium a bono Spiritu; sed aliorum idem expers manet omnium bonorum; eo quod ad eorum quoque acquisitionem vim sibi non inferat, dictum est, nec a Christo ea postulet. Oportet enim non solum ad prædicta urgere se ipsum etiam invitum; et a Deo eadem eo usque, quoad assequamur, petere; sed et dijudicare non utilia aut prorsus otiosa verba; meditari autem semper ore et corde divina oracula; nec porro irasci, et clamore uti. *Omnis enim*, ait, *amaritudo et ira, et clamor tollatur a vobis* [87]. Similiter vitet murmurare de quoquam, vitet judicare temere, vitet inflari despiciendo superbe alios. Sic enim se gerens consequetur, ut Dominus ipsum sibi acriter imperantem cernens, ac trahentem se ad bonum multo nisu, vique adhibita; tribuat illi omnino gratiam facile ac sine labore agendi, quæ prius vix conatu anhelo, ac summa contentione, propter reluctantem innatam corruptionem, poterat exsequi; et tunc redduntur ipsi cuncta hæc officia virtutis, quasi ea, quæ naturaliter operatur, quoniam de cætero Dominus, juxta promissionem, ingressus in ipsum est, et in eo resident, uti vicissim et ipse in Domino; unde in ipso Dominus intime habitans, sua ipse intra eum et per eum mandata multa facilitate implet.

XIX. Qui ad orationem duntaxat vi se adhibita cogit, uti prius exposui; præterea vero ad humilitatem, ad charitatem, ad mansuetudinem, aliarumque virtutum ordinem in se accersendum non elaborat, nec se in id violentia adigit; ad hunc tantummodo profectus terminum potest pertingere, ut interdum ei poscenti divina gratia adveniat; quoniam pro innata sibi bonitate Deus petentibus amanter innuit quæ volunt. Cum autem is non assuefecerit seipsum, nec usu tritum exercitando sese fecerit in cæteris, quas memoravimus, virtutibus, aut excidit gratia quam acceperat; et elatus in superbiam labitur: aut in illo, quem attigit gradu, non proficit, nec crescit. Fere enim sedes ac requies est boni Spiritus humilitas, charitasque ac mansuetudo, et quæ sequuntur sancta Christi mandata. Qui ergo voluerit harum complexu concursuque pariter omnium per assiduum augmentum ad perfectionem tandem pertingere, primum quidem vim inferat sibi, ut dictum est, et contumaciter reluctans cor suum docile et morigerum Deo efficere **216** studeat. Etenim qui sic sibi vim prius intulerit; et quidquid est in anima rebelle, totum id, velut cicuratam belluam, patiens jam imperii, et obediens ad nutum rectæ rationi, ac sanctæ disciplinæ, reddiderit; quique cum adeo jam bene se habente anima, petierit, et Deum oraverit, ut promoveat quod cœpit, obtinebit cumulate quantum postulat; benignissimo Domino large illi conces-

[87] Ephes. IV, 31.

θησιν εἰς τὸν Χριστὸν, ὀλιγώρως ἔχει καὶ ἀμερίμνως· τῷ τοιούτῳ ἐνίοτε μὲν εὐχὴ δίδοται χάριτος ἐκ μέρους ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀναπαύσει, κατ' ἐκείνου ζήτησιν παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος· ἔρημος δὲ τῶν ἄλλων πάντων μένει καλῶν, τῷ μὴ πρὸς τὴν ἐκείνων κτῆσιν ἀποβιάσασθαι ἑαυτὸν, ὥσπερ εἴρηται, μηδὲ δεηθῆναι Χριστόν. Χρὴ γὰρ μὴ πρὸς τὰ εἰρημένα μόνον ἑαυτὸν καὶ ἄκοντα συνωθεῖν, καὶ παρὰ Θεοῦ αἰτεῖν τοῦ λαβεῖν, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὸ τὰ μὴ χρήσιμα τῶν ῥημάτων καὶ ὅλως ἀργὰ, μηδὲ γλώττης ἄξια κρίνειν· διαμελετᾷν δὲ ἀεὶ καὶ στόματι καὶ καρδίᾳ τὰ τοῦ Θεοῦ λόγια· ἔτι πρὸς τὸ μὴ θυμοῦσθαι μηδὲ κραυγῇ χρῆσθαι· *Πᾶσα* γὰρ, φησὶ, *πικρία καὶ ὀργὴ καὶ κραυγὴ ἀρθήτω ἀφ' ὑμῶν*. Πρὸς τὸ μὴ καταλαλεῖν τινος, μὴ κρίνειν, μὴ φυσιοῦσθαι, ἵν' οὕτως ἰδὼν ὁ Κύριος ἑαυτὸν, ὡς εἴρηται, ἄρχοντα καὶ πρὸς βίαν συνέλκοντα, παράσχῃ πάντως τὸ ἀπονητὶ καὶ ῥᾳδίως ποιεῖν ἃ πρότερον οὐδὲ μετὰ βίας, διὰ τὴν σύνοικον πονηρίαν, ἐνεργεῖν ἐνῆν· καὶ τότε γίνεται αὐτῷ πάντα ταῦτα τὰ τῆς ἀρετῆς ἐπιτηδεύματα ὥσπερ φύσις· ἐπεὶ καὶ τὸ λοιπὸν ὁ Κύριος κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν ἐλθὼν καὶ γενόμενος ἐν αὐτῷ, αὐτὸς ὁμοίως ἐν τῷ Κυρίῳ, αὐτὸς ἐν ἐκείνῳ μετὰ πολλῆς εὐπετείας τὰς ἐντολὰς ἐκπληροῖ.

ΙΘ'. Ὁ εἰς εὐχὴν ἀποβιασάμενος ἑαυτὸν, ὡς ὁ λόγος φθάσας ἐδήλωσε, πρὸς ταῦτα δὲ πρὸς ταπεινοφροσύνην, πρὸς ἀγάπην, πρὸς πραότητα καὶ τὸν τῶν ἄλλων ἀρετῶν ὁρμαθὸν μὴ ἐκπονῶν ἑαυτὸν μηδὲ βιαζόμενος, τοιούτῳ πέρατι καταντᾷ· ἐνίοτε γὰρ αὐτῷ δεομένῳ καὶ θεία χάρις ἐπιφοιτᾷ· ἐπεὶ καὶ ἀγαθὸς ὢν ὁ Θεὸς ὁρέγει τοῖς αἰτοῦσι φιλανθρωπότερον τὰ αἰτήματα. Μὴ συνεθίσας δὲ ἑαυτὸν, μηδὲ ἐντριβῆ καὶ γεγυμνασμένον πρὸς τὰς ἀρετὰς, ἃς ἔφημεν, καταστήσας, ἢ ἐκπίπτει τῆς χάριτος ἧς ἔλαβε, καὶ ὑψηλοφρονήσας πίπτει, ἢ ἐν αὐτῇ ταύτῃ οὐκ ἐπιδίδωσιν, οὐδὲ αὔξει. Ὡς γὰρ φάναι, τὸ κατοικητήριόν τε καὶ ἀνάπαυσις τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος, ἡ ταπεινοφροσύνη ἐστὶν, ἡ ἀγάπη τε καὶ πραότης, καὶ ἀκολούθως αἱ ἅγιαι τοῦ Χριστοῦ ἐντολαί. Ὁ τοίνυν βουλόμενος διὰ πασῶν τούτων εἰς αὔξησιν, καὶ τελείωσιν προελθεῖν, τὴν μὲν πρώτην βιαζέσθω ἑαυτὸν, ὥσπερ εἴρηται, καὶ φιλονεικοῦσαν ἑαυτοῦ τὴν καρδίαν καὶ ἀντερίζουσαν ἐνδοτικὴν, καὶ πειθήνιον τῷ Θεῷ ποιεῖν σπουδαζέτω. Τῷ γὰρ οὕτω βιασαμένῳ πρότερον, καὶ τὸ ἀντιτεῖνον τῆς ψυχῆς ὅλον οἱονεὶ χειρόηθες καταστήσαντι ἕθει τῷ χρηστῷ, κατήκοον ἐκείνῳ ποιησαμένῳ, καὶ μεθ' οὕτως ἐχούσης ψυχῆς αἰτοῦντι καὶ δεομένῳ, αὔξει καὶ θάλλει ἐν αὐτῷ τὸ δοθὲν ὑπὸ τοῦ Πνεύματος τῆς εὐχῆς χάρισμα τῷ μετρίῳ τοῦ φρονήματος ἐπαναπαυόμενον· ὃ πρὸς τῇ ἀγάπῃ, καὶ τῇ ἀγαπητικῇ πραότητι ἐπεζήτησε· καὶ τότε χαρίζεται αὐτῷ ταῦτα τὸ Πνεῦμα, καὶ διδάσκει ταπεινοφροσύνην τε ἀληθῆ καὶ

Digitized by Google

ἀγάπην ἀψευδῆ καὶ πραότητα, ἃ καὶ προδιασάμενος ἐπεζήτησε. Οὕτως οὖν αὐξήσας καὶ τελειωθεὶς κατὰ Κύριον τῆς βασιλείας ἄξιος ἀποδείκνυται. Ὁ γὰρ ταπεινὸς οὐδέποτε πίπτει· ποῦ γὰρ καὶ πεσεῖται ὁ ὑποκάτω πάντων τό γε ἑαυτοῦ ὤν; ὥστε μεγάλη γε τοὐναντίον ὕψωσις καὶ ἀσφαλὲς ἄξίωμα ἡ ταπεινοφροσύνη.

A suro, ut crescat et floreat indultum ipsi a Spiritu orationis donum; quod in de se modice sapientibus libenter et permanenter acquiescit. Hoc enim ipsum, cum charitate et charitatis prole mansuetudine expetierat. Et tunc gratificatur hæc illi Spiritus, et docet eum veram humilitatem, charitatemque non fictam, quas illa sibi vi poposcit. Sic igitur de cætero proficiens et perfectus in Domino regno dignus declaratur. Humilis quippe nunquam cadit; quo enim caderet, qui, quantum in ipso est, imo semper loco sub rebus omnibus jacet? quare magna quædam superbia humilitas; magna contra humilitas exaltatio et secura dignitas.

Κ'. Οἱ πρὸς ἀλήθειαν τὸν Θεὸν ἀγαπήσαντες, οὔτε διὰ τὴν βασιλείαν αὐτῷ δουλεύειν προείρηνται, καθάπερ ἐμπορίας χάριν καὶ κέρδους· οὔτε μὴν διὰ τὴν ἀποκειμένην τοῖς ἁμαρτωλοῖς κόλασιν· ἀλλ' ἅτε θέλω μόνον αὐτὸν καὶ δημιουργὸν ἴδιον ἠγαπηκότες, καὶ ἀκολουθίᾳ τάξεως ἐπιγνόντες, ὅτι Δεσπότῃ καὶ Κτίστῃ δούλους εὐαρεστεῖν ὀφειλόμενον· οἱ καὶ πολλῇ τῇ συνέσει πρὸς τὰ παραπίπτοντα χρῶνται. Πολλὰ γὰρ τὰ ἐμπόδια τῆς πρὸς Θεὸν τυγχάνει εὐαρεστήσεως· ἐπεὶ μηδὲ πενία μόνον καὶ ἀδοξία, ἀλλὰ καὶ πλοῦτος καὶ τιμὴ ὁμοίως πειρασμοὶ καθίστανται τῇ ψυχῇ· ἐν μέρει δέ πως καὶ ἡ παράκλησις αὐτὴ καὶ ἡ ἄνεσις ἐκείνη ἡ ὑπὸ τῆς χάριτος καταλαμβάνουσα τὴν ψυχήν, εἰ μὴ αἴσθηται ταύτης ἡ καταξιωθεῖσα, καὶ πολλῷ τῷ μετρίῳ καὶ συνετῷ χρήσηται, πολὺ τὸ εὔκολον ἔχει πρὸς τὸ πειρατήριον αὐτῇ μᾶλλον καὶ κώλυμα καταστῆναι· ἅτε κακίας προφάσει τῆσδε τῆς χάριτος ὑπολύειν αὐτῇ τὸν τόνον, χαύνωσίν τε καὶ ὀλιγωρίαν ἐνιέναι μηχανωμένης. Διὸ καὶ αὐτὴ ἡ χάρις εὐλαβοῦς δεῖται πρὸς μετάληψιν καὶ εὐσυνέτου ψυχῆς· ὥστε καὶ τιμῆσαι ταύτην, καὶ ἀξίους τοὺς καρποὺς ἐπιδείξασθαι. Κινδυνεύει τοίνυν οὐ τὰς θλίψεις μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀνέσεις πειρατήριον γίνεσθαι τῇ ψυχῇ· καὶ δι' ἀμφοτέρων γὰρ αἱ ψυχαὶ τῷ κτίσαντι δοκιμάζονται, ἵνα δῆλοι σαφῶς γένωνται τίνες οἱ μὴ κέρδους αἰτίαν θέμενοι τὴν πρὸς ἐκεῖνον ἀγάπην· ἀλλ' αὐτὸν μόνον τὸν πολλῆς τῷ ὄντι καὶ φιλίας καὶ τιμῆς ἄξιον. Ὥσπερ δὲ τῷ ἀμελεῖ, καὶ περὶ τὴν πίστιν ἐνδεεῖ, καὶ τῷ φρονήματι νηπιάζοντι, ἐμπόδιον πρὸς τὴν αἰωνίαν ζωὴν ταῦτα γίνεται· ἤτοι τὰ λυπηρὰ καὶ ἐπίπονα, νόσοι, πενίαι, καὶ ἀδοξίαι· τἀναντία, πλοῦτος, δόξα, καὶ οἱ ἐξ ἀνθρώπων μακαρισμοί, πρὸς δὲ καὶ ὁ ἐν τῷ ἀφανεῖ πλήττων τοῦ πονηροῦ πόλεμος· οὕτω πάλιν ἀντιστρέφων εὑρήσεις, ὅτι τῷ πιστῷ καὶ συνετῷ καὶ γενναίῳ συνεργὰ μᾶλλον πρὸς τὴν τοῦ Θεοῦ καθίσταται βασιλείαν· *Τοῖς γὰρ τὸν Θεὸν ἀγαπῶσι, κατὰ τὸν θεῖον Ἀπόστολον, πάντα συνεργεῖ εἰς τὸ ἀγαθόν.* Δείκνυται οὖν ἐντεῦθεν, ὅτι τὰ ἐν τῷ κόσμῳ πάντα ἐμπόδιον εἶναι νομιζόμενα διαῤῥήξας, καὶ νικήσας, καὶ ὑπερβὰς ὁ ἀληθῶς φιλόθεος τοῦ θείου μόνου περιέχεται φίλτρου· *Σχοινία γὰρ ἁμαρτωλῶν περιεπλάκησάν μοι*, ὁ θεῖός φησι Προφήτης, *καὶ τοῦ νόμου σου οὐκ ἐπελαθόμην.*

XX. Qui Deum vere amaverunt, neque ob spem regni elegerunt ei servire: quasi mercatores, lucrum; aut operarii, mercedem captantes; sed neque ob metum præparatæ peccatoribus pœnæ; verum in illum uti Deum solum et creatorem proprium affectu inclinati, ex recte conclusa inde ratione consequenter agnoscentes, æquum ac juste debitum esse, ut creaturæ conditori, servi Domino, propter ipsam ejus excellentiam, placere ac gratificari studeant; hoc agunt et conantur sincero piæ voluntatis nisu: cui et parem mentis attentionem merito adjungunt. Etenim ipsis multa est necessaria prudentia, si præcavere velint, ne quotidiana quæ accidunt, impedimenta ipsis sint placendi Deo ista intentionis puritate; siquidem non egestas solum et ignominia, sed et opes et honor tentationes animæ fiunt; quin et ex parte, ipsa consolatio, ipsa illa beata quies ex inhabitantis dono gratiæ complectens animam; nisi se illa tantum boni, mera Dei liberalitate, nullo suo nactam merito, intime sentiat, et multam insuper adhibeat, cum modica sui æstimatione, circumspectionem. Nam sine his, excellens hæc gratia, valde pronum secum affert periculum præbendi ei, quam ornat, animæ occasionem tentationis, et objiciendi profectui ejus obstaculum. Utpote insidiatore malo dæmone, conari solito hujus, qua videt frui animam, prætextu et fiducia nimia gratiæ, sensim relaxare contentionem in ulteriora nitendi, languoremque et neglectum injicere. Atque adeo ipsa gratia, ut secure innoxieque possideatur, exigit in illo qui eam percipit, reverentem quamdam trepidationem, qua in vigiliam acuatur circumspectandi ac disponendi providenter cuncta; ut e. donum tantum quanti valet æstimet; et dignos ejus fructus repræsentare studeat. Igitur, non ab afflictionibus solum, sed et a consolationibus periclitatur anima tentari. Et per ambas istas res a conditore animæ probantur; ut his explorationibus manifesto appareat quales sint? mercenariæ ne nundinatrices charitatis, quæstus sui causa Deum amantes; an solum propter se ipsum eum diligant; quod illum, ut est in sua natura propria, citra respectum ad nos, omni dignum amore honoreque sciat. Ut autem negligenti, modicam habenti fidem, et pueriliter adhuc sapienti, impedimento hæc sunt ad æternam vitam: videlicet tam acerbæ ac laboriosæ res, ut morbi, penuriæ, ignominiæ; quam his contrariæ, divitiæ, gloria, laudes et applausus hominum; prætereaque pungens in occulto Satanæ impugnatio, sic rursus, aliter dispositos, in loco memoratorum modo, ponens, reperies: fervido in fide, prudenti, et generose forti subsidia potius et adjumenta res illas easdem esse ad consecutionem

Digitized by Google

regni Dei : *Diligentibus enim Deum* (ait divinus Apostolus) *omnia cooperantur in bonum* [88]. Ex his igitur apparet, quis demum sit verus Dei amator; is **217** nimirum, qui per cuncta, quæ in hoc mundo putantur obstare, perrupta, victa, calcata, tantum versus Deum amore feruntur, dicentes cum propheta : *Funes peccatorum circumplexi sunt me, et legem tuam non sum oblitus* [89].

XXI. Divinus apostolus Paulus exactius et clarius demonstrare volens, quid vere sit perfectum Christianismi mysterium in unaquaque anima credente, venire talem animam in hujus experimentum docet, per divinam operationem. Quæ scilicet operatio est supercœlestis luminis in revelatione et virtute Spiritus irradiatio. Ne forte quis, in hoc errans, putet nihil aliud esse illuminationem Spiritus, nisi cognitiones vi humani productas intellectus; et propter istam ignorantiam, et desidiam periclitetur, a perfecto gratiæ excidere mysterio. Propterea exemplum circumambientis faciem Mosis Spiritus gloriæ, ad cognitionis repræsentationem haud dubie conformem refert. At igitur : *Quod si ministratio mortis litteris deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita ut non possent intendere filii Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus ejus, quæ evacuatur; quomodo non magis ministratio Spiritus erit in gloria? Nam si ministratio damnationis in gloria est, multo magis abundat ministerium justitiæ in gloria. Nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte propter excellentem gloriam. Si enim quod evacuatur per gloriam est; multo magis quod manet in gloria est* [90]. *Quod evacuatur*, dixit, idcirco quod mortali corpori Mosis circumaffulgeret illa lucis gloria. Subjungit : *Habentes igitur talem spem, multa fiducia utimur* [91]. Et progressus paulum, ostendit immortalem illam Spiritus in apocalypsi gloriam, nunc in immortali, qui latet intus, homine, dignis immortaliter et inevacuabiliter resplendere. Ait ergo : *Nos vero omnes* (hoc est, per fidem perfectam ex Spiritu geniti) *revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur a claritate in claritatem, tanquam a Domini Spiritu* [92]. *Revelata facie*, animæ scilicet; et quando reversus quis fuerit ad Dominum, tolletur velamen. *Dominus autem Spiritus est* [93]. Manifeste igitur per hæc monstravit velamen tenebrarum superinjectum fuisse animæ, quod ab Adami transgressione campum habuit naturam humanam pervadendi. Nunc autem per illustrationem Spiritus id auferri e fidelibus et vere dignis animabus : quæ et causa Christi adventus fuit. Nam Deo complacuit ad talem mensuram sanctitatis pertingere eos, qui vere in ipsum credunt.

XXII. Ea, de qua dictum est, *Spiritus irradiatio*, non solum intellectualium sensuum revelatio est, et illuminatio gratiæ; sed substantialis et subsistentis lucis in animabus emissio. Nam illud : *Qui dixit de tenebris lumen splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei in*

A ΚΑ'. Ὁ θεῖος ἀπόστολος Παῦλος ἀκριβέστερόν τε καὶ τηλαυγέστερον τὸ ἐντελὲς τοῦ Χριστιανισμοῦ μυστήριον ἑκάστῃ πιστευούσῃ ψυχῇ δεδήλωκε, δι' ἐνεργείας θείας εἰς πεῖραν ἰέναι· ὅπερ ἐστὶν, ἡ ἐπουρανίου φωτὸς ἐν ἀποκαλύψει καὶ δυνάμει τοῦ Πνεύματος ἔλλαμψις· ἵνα μή τις τὸν διὰ γνώσεως νοημάτων φωτισμὸν τοῦ Πνεύματος μόνον εἶναι νομίσας, κινδυνεύσῃ δι' ἄγνοιάν τε καὶ ῥᾳθυμίαν τοῦ τελείου τῆς χάριτος ἀποτυχεῖν μυστηρίου. Διὰ τοῦτο καὶ τὸ ὑπόδειγμα τῆς τῷ προσώπῳ Μωσέως περικειμένης τοῦ Πνεύματος δόξης εἰς παράστασιν ὡμολογημένην τῆς γνώσεως ἤνεγκεν· φησὶ γοῦν· *Εἰ δὲ ἡ διακονία τοῦ θανάτου ἐν γράμμασιν ἐντετυπωμένη ἐν λίθοις ἐγενήθη ἐν δόξῃ, ὥστε μὴ* B *δύνασθαι τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἀτενίσαι εἰς πρόσωπον Μωσέως διὰ τὴν δόξαν τοῦ προσώπου αὐτοῦ τὴν καταργουμένην· πόσῳ μᾶλλον ἡ διακονία τοῦ Πνεύματος ἔσται ἐν δοξῃ! Εἰ γὰρ ἡ διακονία τῆς κατακρίσεως δόξα· πολλῷ μᾶλλον περισσεύσει ἡ διακονία τῆς δικαιοσύνης ἐν δόξῃ· καὶ γὰρ οὐ δεδόξασται τὸ δεδοξασμένον ἐν τούτῳ μέρει ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης. Εἰ γὰρ τὸ καταργούμενον διὰ δόξης, πολλῷ μᾶλλον τὸ μένον ἐν δόξῃ. Καταργούμενον* εἴρηκε διὰ τὸ θνητῷ σώματι Μωϋσέως περικεῖσθαι τὴν τοῦ φωτὸς δόξαν. Ἐπάγει· *Ἔχοντες οὖν ἐλπίδα πολλῇ παῤῥησίᾳ χρώμεθα.* Καὶ προβὰς μικρὸν ἔδειξε τὴν ἀθάνατον ἐκείνην τοῦ Πνεύματος ἐν ἀποκαλύψει δόξαν, νῦν ἐν τῷ ἀθανάτῳ τοῦ ἔσω ἀνθρώπου C τοῖς ἀξίοις ἀθανάτως τε καὶ ἀκαταργήτως ἐλλάμπεσθαι. Φησὶ γοῦν· *Ἡμεῖς δὲ πάντες*, τοῦτ' ἔστιν, οἱ κατὰ τελείαν πίστιν ἐκ τοῦ Πνεύματος γενηθέντες, *ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν Κυρίου ἐνοπτριζόμεθα, εἰς τὴν αὐτὴν εἰκόνα μεταμορφούμενοι ἀπὸ δόξας εἰς δόξαν καθάπερ ἀπὸ Κυρίου Πνεύματος.* Ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ, τῷ τῆς ψυχῆς δηλαδή· καὶ ἡνίκα δὲ ἐπιστρέψῃ τις πρὸς Κύριον, περιαιρεῖται τὸ κάλυμμα. *Ὁ δὲ Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστι.* Φανερῶς οὖν διὰ τούτων ἀπέδειξε, κάλυμμα σκότους ἐπιβεβλῆσθαι τῇ ψυχῇ, ὅπερ ἀπὸ τῆς τοῦ Ἀδὰμ παραβάσεως χώραν ἔσχε εἰς τὴν ἀνθρωπότητα παραδῦναι. Νυνὶ δὲ ὑπὸ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐλλάμψεως περιαιρεῖσθαι τοῦτο τῶν πιστῶν καὶ D ἀξίων τῷ ὄντι ψυχῶν· δι' ἣν αἰτίαν καὶ ἡ ἔλευσις ἦν τοῦ Χριστοῦ γεγένηται· εἰς γὰρ τοιαῦτα μέτρα ἁγιότητος φθάσαι τοὺς ἐπ' ἀληθείας πιστεύοντας ηὐδόκησεν ὁ Θεός.

ΚΒ'. Ἡ τοιαύτη, φησι, τοῦ Πνεύματος ἔλλαμψις, οὐχ οἷον νοημάτων μόνον ἀποκάλυψίς ἐστι καὶ φωτισμὸς χάριτος, ὥσπερ εἴρηται, ἀλλ' ὑποστατικοῦ φωτὸς ἐν ταῖς ψυχαῖς βεβαία καὶ διηνεκὴς ἔλλαμψις. Τὸ γὰρ· *Εἰπὼν ἐκ σκότους τὸ φῶς λάμψαι, ὃς ἔλαμψεν ἐν καρδίαις ἡμῶν πρὸς φωτισμὸν τῆς*

[88] Rom. VIII, 28. [89] Psal. CXVIII, 61. [90] II Cor. III, 7. [91] II Cor. V, 12. [92] ibid. 18. [93] II Cor. III, 19.

Digitized by Google

γνώσεως τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ. Καὶ τό· *Φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς μου, μήποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον*· τουτέστιν· ἵνα μὴ λυομένη τῆς σαρκὸς ἡ ψυχὴ, ἀποσκοτῆται τῷ τοῦ θανάτου τῆς κακίας καλύμματι· πρὸς δὲ καὶ τό· *Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου ἔτι, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου*· Καὶ τό· *Ἐξαπόστειλον φῶς σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου· αὐτά με ὁδηγήσουσι καὶ ἄξουσιν εἰς ὄρος ἅγιόν σου, καὶ εἰς τὰ σκηνώματά σου*· ἀλλὰ μὴν καὶ τό· *Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου*; καὶ τὰ λοιπὰ, τὴν αὐτὴν ἀκολουθίαν τοῦ σκοποῦ παρίστησιν.

ΚΓ'. Καὶ τῷ μακαρίῳ δὲ Παύλῳ φησὶ *τὸ ἐλλάμψαν* ἐν τῇ ὁδῷ φῶς, δι' οὗ καὶ εἰς τρίτον οὐρανὸν ἥρται, καὶ μυστήριον ἀλαλήτων ἀκουστὴς γίνεται, οὐ νοημάτων τις καὶ γνώσεως φωτισμὸς ἦν, ἀλλὰ δυνάμεως τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος καθ' ὑπόστασιν ἐν τῇ ψυχῇ ἔλλαμψις, οὗ τὴν ὑπερβολὴν τῆς λαμπρότητος οἱ τῆς σαρκὸς ὀφθαλμοὶ μὴ διενεγκόντες ἀπετυφλώθησαν, δι' οὗ πᾶσά τε γνῶσις ἀποκαλύπτεται, καὶ πρὸς ἀλήθειαν Θεὸς τῇ ἀξίᾳ καὶ φιλουμένῃ ψυχῇ γνωρίζεται.

ΚΔ'. Πᾶσα ψυχὴ διὰ σπουδῆς καὶ πίστεως τέλειον ἐνδύσασθαι τὸν Χριστὸν ἐντεῦθεν κατὰ δύναμίν τε καὶ πληροφορίαν χάριτος καταξιωθεῖσα, καὶ τῷ ἐπουρανίῳ τῆς ἀφθάρτου εἰκόνος φωτὶ ἐνωθεῖσα, καὶ νῦν μὲν μυστηρίων οὐρανίων γνῶσιν ἐν ὑποστάσει μυεῖται πάντων· ἐν δέ γε τῇ μεγάλῃ τῆς ἀναστάσεως ἡμέρᾳ τῇ αὐτῇ ἐπουρανίῳ τῆς δόξης εἰκόνι καὶ τὸ σῶμα ταύτης ἐνδοξασθὲν, καὶ ὑπὸ Πνεύματος, κατὰ τὸ γεγραμμένον εἰς οὐρανοὺς ἁρπαγὲν, καὶ σύμμορφον γενέσθαι τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ καταξιωθὲν καὶ τὴν βασιλείαν αἰώνιόν τε καὶ ἀδιάδοχον καὶ τῷ Χριστῷ σύγκληρον ἕξει.

ΚΕ'. Ὁπόσον τις ἰδίᾳ σπουδῇ καὶ πίστει Πνεύματος ἁγίου δόξης κεκοινώνηκεν οὐρανίου, ἔργοις τε ἀγαθοῖς τὴν ψυχὴν διεκόσμησε, τοσοῦτον ἐκείνης τῆς ἡμέρας ἄξιον αὐτοῦ γενήσεται καὶ τὸ σῶμα συνδοξασθῆναι. Ὃ γάρ τις ἔνδον ἀπεθησαύρισε νῦν, τοῦτο πρόεισιν ἔξω τότε· καθάπερ ὁ εἴσω τῶν ξύλων ἐν χειμῶνι καρπὸς, ἔξω κατὰ τὸν ἔαρος καιρὸν γίνεται· ὥσπερ δὴ καὶ πρότερον ἐδηλώθη. Τῶν μὲν οὖν ἁγίων ἡ θεοειδὴς τοῦ Πνεύματος εἰκὼν ἀπὸ τοῦ νῦν ἔνδον ὥσπερ ἐντυπωθεῖσα, καὶ τὸ σῶμα θεοειδὲς ἔξω καὶ οὐράνιον ἀπεργάσεται· τῶν βεβήλων δὲ καὶ ἁμαρτωλῶν τὸ τοῦ κοσμικοῦ Πνεύματος κάλυμμα περιβαλὸν τὴν ψυχὴν, καὶ τῇ τῶν παθῶν εἰδεχθείᾳ σκοτεινὸν, οἱ μοι, τὸν νοῦν καὶ ἀσχήμονα καταστῆσαν, σκοτεινὸν ἅμα καὶ τὸ σῶμα, καὶ αἰσχύνης ἔμπλεω πάσης ἔξωθεν ἀποδείξεται.

ΚϚ'. Ὥσπερ κατὰ τὴν παράβασιν τοῦ Ἀδὰμ θάνατον αὐτοῦ καταψηφισαμένης τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος, τοῦτο πρῶτον μὲν ὑπέστη κατὰ ψυχὴν, τῶν νοερῶν αὐτῆς αἰσθητηρίων τῇ στερήσει τῆς ἐπουρα-

A *facie Christi Jesu*[64]. Et illud: *Illumina oculos meos; ne unquam obdormiam in morte*[65]. Hoc est, ne cum solvetur carne anima, obtenebretur mortis malitiæ velo. Illud præterea: *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua*[66]. Illud quoque: *Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipsa me deducent et adducent in montem sanctum tuum et in tabernacula tua*[67]. Sed et illud etiam: *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine*[68]. Et reliqua in unam eamdemque quam proposui sententiam conspirant.

218 XXIII. Illa item quæ beato Paulo *circumfulsisse lux*[69] dicitur in via, per quam et in tertium cœlum elevatus est[70], et mysteriorum ineffabilium B auditor factus, non intellectualium sensuum et cognitionis illuminatio erat; sed virtutis boni Spiritus in substantia in anima facta irradiatio: cujus excessum splendoris non ferentes carnis oculi, excæcati sunt; per quam et omnis scientia revelatur, et ad veritatem Deus dignæ et amatæ animæ innotescit.

XXIV. Omnis anima, quæ per studium et fidem perfectam in virtute et plena certitudine gratiæ, digna facta est quæ Christum indueret jam hinc, et supercœlesti incorruptibilis imaginis luci uniretur; ea nunc quidem cognitione cœlestium mysteriorum in substantia, et prout sunt, impertitur; in magna vero resurrectionis die, eadem illa supercœlestis claritatis imagine corpus quoque ipsius C glorificatum, et a Spiritu, sicut scriptum est[71], in cœlos raptum: et tanta dignatione honoratum, ut configuretur corpori claritatis ejus, regnum æternum vicissitudine successionum carens, Christo ipsi collega et consors habebit[72].

XXV. Quantum quis proprio studio et fide de cœlesti claritate Spiritus sancti participaverit, animamque bonis operibus ornaverit; tanto dignius efficiet corpus suum glorificatione, quæ illi in illam resurrectionis diem reservatur. Quod enim quisque intus nunc condidit, tunc prodibit exterius; quemadmodum quæ per hiemem in sinu arborum latet vis generativa fructuum, verna temperie se foras exserit; ut et demonstratum superius est. Impressa ergo mentibus sanctorum dei- D formis imago Spiritus, quæ in occulto nunc latet, corpus quoque divina specie induet, et cœleste efficiet; profanorum vero ac scelestorum, quod nunc mundani spiritus velamen circuminvolvit, deformes stigmatibus criminum, mentesque, heu me! ipsorum, tenebrosas et fœdas reddit, tunc etiam corpora maculosa, in summum palam dedecus omnium oculis ostendet.

XXVI. Quemadmodum post transgressionem Adami, lata in eum sententia mortis justo Dei optimi judicio, primum exsecutioni mandata est in ejus anima, vere per peccatum jam tum mortua, intel-

[64] II Cor. IV, 6. [65] Psal. XII, 4. [66] Psal. CXVIII, 18. [67] Psal. XLIII, 3. [68] Psal. IV, 7. [69] Act IX, 3. [70] II Cor. XII, 2. [71] I Thess. IV, 16. [72] Philipp. III, 21.

Digitized by Google

lectualibus ejus sensibus, per privationem cœlestis et spiritualis gratiæ, exstinctis, et ad mortuorum similitudinem redactis: posterius vero ad corpus quoque mors pervenit, expletis trahendo mortalem vitam annis triginta supra nongentos: sic et nunc per crucem et mortem Salvatoris humano generi reconciliatus Deus, restituit vere credentem animam adhuc carni devinctam in fruitionem spiritualium luminum et mysteriorum, et intellectuales ejus sensus divina luce gratiæ oculatos reddit; denique ipsum etiam corpus immortali et incorruptibili circumvestiet claritate.

XXVII. Qui se ab hoc mundo procul tenent, sancte et ex virtutum præscriptis viventes; adhuc tamen velamento perturbationum inumbrati; cui miseriæ, propter inobedientiam protoplasti obnoxii omnes sumus, carnali, inquam, subjecti sensui, quem Apostolus *mortem* merito appellat[73]; hi similes sunt hominibus noctu iter agentibus, ad lucem astrorum, quæ sunt Dei præcepta. Quandiu enim nondum perfecte liberati a tenebris sunt, clare omnia perspicere non possunt. Quibus et convenit, labore ac fide, virtuti attendendo, orare Christum **219** solem justitiæ, ut illuminet corda ipsorum, quo possint exacte pervidere cuncta, et spiritualium bestiarum incursum in nos varium atque multiplicem; et incorruptibilis mundi pulchritudines arcanas ineffabilis et decoris et voluptatis, quo scilicet modo valde provectis in virtute, et quorum cordibus lumen intellectuale radios immisit, talia omnia manifesta et plane perfecta sunt. *Perfectorum* enim *est*, ut beatus ait Paulus, *solidus cibus, eorum nempe, qui bonis habitibus exercitatos habent sensus, ad discretionem boni et mali*[74]. Sed et divinus Petrus ait: *Et vos habentes propheticum sermonem, cui benefacitis attendentes, sicut lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies elucescat et lucifer oriatur in cordibus vestris*[75]. Vulgus autem nihil plane differt ab illis, qui per noctem, omni carentem lumine, ambulant, nec minimo splendore fruuntur; id quod est Verbum Dei, animas eorum illuminare valens; ut fere non dissimiles cæcis sint. Hujusmodi homines sunt materialibus implicati curis, et sæcularium nexibus negotiorum vincti, et neque divino timore firmati, nec ullum curantes exercere beneficentiæ aut virtutis cujusdam opus. Etenim quotquot sæcularem utcunque degentes vitam, tamen, uti dictum est, a mandatis sanctis, velut a quibusdam illuminantur stellis, fidei et Dei timori attendentes; hi sane non prorsus comprehensi sunt tenebris, unde et spem salutis habere possunt.

XXVIII. Ut multum inter se differentes viæ ac rationes sunt, quibus ab hominibus colliguntur divitiæ; utique cum alii ex functionibus publicorum magistratuum; alii ex mercimoniorum negotiatione,

νίου καὶ πνευματικῆς ἀπολαύσεως ἀπεσβηκότων αὐτῷ, καὶ νεκρῶν ὥσπερ γεγενημένων· ὕστερον δὲ καὶ ὁ τοῦ σώματος θάνατος μετά γε τριάκοντα ἔτη πρὸς τοῖς ἐννεακοσίοις ἐπεγένετο· οὕτω νῦν διὰ σταυροῦ καὶ θανάτου τοῦ Σωτῆρος τῇ ἀνθρωπότητι καταλλαγεὶς ὁ Θεὸς, ἀποκαθίστησι τὴν πιστεύσασαν ἐν ἀληθείᾳ ψυχὴν ἔτι ἐν σαρκὶ οὖσαν εἰς τὴν τῶν οὐρανίων φώτων καὶ μυστηρίων ἀπόλαυσιν, καὶ τὰ νοερὰ αὐτῆς αἰσθητήρια τῷ θείῳ πάλιν φωτὶ τῆς χάριτος ὀμματοῖ· ὕστερον δὲ καὶ αὐτῷ τῷ σώματι ἀθάνατόν τε καὶ ἄφθαρτον περιβαλεῖ δόξαν.

ΚΖ'. Οἱ τοῦ κόσμου τοῦδε μακρὰν γενόμενοι, καὶ σεμνῶς μὲν καὶ φιλαρέτως πολιτευόμενοι· ἔτι δὲ καλύμματι τῶν παθῶν ὑποκείμενοι, ὡς διὰ τῆς τοῦ πρωτοπλάστου παρακοῆς ἔνοχοι κατέστημεν πάντες, τὸ σαρκικόν φημι φρόνημα, ὃ καὶ τῷ Ἀποστόλῳ *θάνατος* οἰκείως ἐκλήθη· οὗτοι παραπλήσιοί εἰσιν ἀνθρώποις νυκτὸς μὲν βαδίζουσιν, ὑπὸ δὲ τῶν ἄστρων, ἅπερ εἰσὶν αἱ τοῦ Θεοῦ ἐντολαὶ, καταυγαζομένοις. Οὔπω γὰρ εἰς τέλος τοῦ σκότους ἀπαλλαγεῖσι, καλῶς ἅπαντα κατοπτεύειν αὐτοῖς ἀδύνατον. Οἷς καὶ προσῆκόν ἐστι, πόνῳ καὶ πίστει πολλῇ τῆς ἀρετῆς ἐπιμελουμένοις δεηθῆναι Χριστὸν τὸν ἥλιον δικαιοσύνης ἐπιλάμψαι ταῖς καρδίαις αὐτῶν, ὥστε δυνηθῆναι πάντα πρὸς ἀκρίβειαν ἐπιδεῖν, τήν τε τῶν νοητῶν θηρίων καθ' ἡμῶν ἐπίθεσιν ποικίλην καὶ παντοδαπὴν οὖσαν, καὶ τὰ τοῦ ἀφθάρτου κόσμου ἄῤῥητα τὴν ὄψιν, καὶ τὴν ἡδονὴν ἀπόῤῥητα κάλλη, ὅν γε δὴ τρόπον καὶ τοῖς ἄκροις τὴν ἀρετὴν, καὶ ὧν ἐνεργοῦν ἐν ταῖς καρδίαις νοερὸν φῶς ἔλαμψεν, ἐπίδηλα ταῦτα καὶ καταφανῆ γίνεται· *Τελείων* γὰρ, ὡς ὁ μακάριός φησι Παῦλος, *ἡ στερεὰ τροφὴ, τῶν διὰ τὴν ἕξιν τὰ αἰσθητήρια γεγυμνασμένων πρὸς τὴν τοῦ καλοῦ καὶ κακοῦ διάκρισιν*· ἀλλὰ καὶ ὁ θεῖος Πέτρος φησὶν· *Καὶ ὑμεῖς ἔχοντες τὸν προφητικὸν λόγον, ᾧ καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες, ὡς λύχνῳ φαίνοντι ἐν αὐχμηρῷ τόπῳ, ἕως οὗ ἡμέρα διαυγάσῃ καὶ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν*. Οἱ δὲ πολλοὶ, οὐδὲν διενηνόχασιν ἐκείνων τῶν ἐν νυκτὶ φωτὸς παντάπασιν ἀπόρων περιπατούντων, καὶ μηδὲ βραχείας ἀπολαυόντων αὐγῆς, ὅπερ ἐστὶ θεῖος λόγος ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν ἐπιλάμπειν δυνάμενος, ὡς σχεδὸν μὴ ἀνομοίους εἶναι τυφλοῖς. Οὗτοί εἰσι οἱ ταῖς ὑλικαῖς τὸ ὅλον περιπλοκαῖς καὶ τοῖς βιωτικοῖς ἅμμασι καταδεδεμένοι, καὶ μήτε θείῳ φόβῳ διακρατούμενοι, μήτε τινὰς τῶν ἀγαθοεργιῶν μετερχόμενοι. Καὶ γὰρ ὅσοι τῶν βιωτικῶν ἀνδρῶν, ὥσπερ λέλεκται, ὑπὸ ἐντολῶν ἁγίων, ὡς ὑπὸ ἄστρων τινῶν διαυγάζονται, πίστει καὶ φόβῳ τῷ τοῦ Θεοῦ προσέχοντες· οὗτοι οὐχὶ καθάπαξ τῷ σκότει περιλαμβάνονται· παρ' ὃ καὶ ἐλπίδα σωτηρίας ἔχειν δύνανται.

ΚΗ'. Ὥσπερ ἐκ διαφόρων ἀφορμῶν τε καὶ ἐπιτηδευμάτων ὁ ἐν τῷ κόσμῳ τοῖς ἀνθρώποις συλλέγεται πλοῦτος· ὁ μὲν ἐξ ἀρχοντικῶν ἀξιωμάτων, ὁ δὲ ἐξ ἐμπορίας, ὁ δὲ ἐκ φιλοπονίας δήπου, καὶ γεωργίας,

[73] Rom. VII, 24. [74] Hebr. V, 14. [75] II Petr. I, 19.

Digitized by Google

καὶ ἄλλος ἄλλως· τὴν αὐτὴν οἶου μοι καὶ τοῖς πνευ- A
ματικοῖς εἶναι διάταξιν. Οἱ μὲν γὰρ ἐκ διαφόρων
χαρισμάτων, ὡς τὸ τοῦ Ἀποστόλου δηλοῖ· *Ἔχοντες*
δὲ χαρίσματα κατὰ τὴν χάριν τοῦ Θεοῦ τὴν δο-
θεῖσαν ἡμῖν διάφορα. Οἱ δὲ ἐκ διαφόρων τε δικαιω-
μάτων καὶ ἀρετῶν διὰ μόνον Θεὸν γενομένων, τὸν
ἐπουράνιον ἀθροίζουσι πλοῦτον· πλὴν ἀλλ' οὐκ
ἄδηλοι καὶ οἱ τὸν χρυσὸν ἀνορύττοντες· οἱ διὰ μα-
κροθυμίας καὶ ὑπομονῆς δηλαδὴ τρέχοντες, καὶ κατὰ
μέρος πλουτοῦν τέως τῆς ἀγαθῆς ἐλπίδος ὑπερηδού-
σης· οὐκ ἄδηλοι δὲ καὶ οἱ καθαπερεὶ μίσθιοι, βλάκες
ὄντες καὶ νωχελεῖς· οἱ εὐθέως τὸ ἐμπίπτον ὥσπερ
ἐσθίοντες, καὶ μὴ μεθ' ὑπομονῆς τὰ μετὰ χεῖρας
ἀνύοντες, ἀεὶ γυμνοί τε καὶ πένητες περιέρχονται.
Καὶ γὰρ οὗτοι πρὸς μὲν τὸ λαβεῖν τὴν χάριν ἑτοί-
μως ἄγαν καὶ θερμῶς ἔχοντες, εὐμετάβλητοι καὶ B
ἅμα τοῦ ἅψασθαι κορεννύμενοι, ἀψίκοροι δὲ ναρ-
κώδεις περὶ τὸ πονεῖν γνωριζόμενοι, καὶ ἧς ἔτυχον
ἀξιωθέντες χάριτος ἀφαιροῦνται. Ἀεί ποτε γὰρ ἡ
νωθεία, καὶ ἀμβλεία, καὶ ἠμελημένη προαίρεσις,
ἀσύμφωνος ἐν χάριτι, ἔρημος δὲ ἀγαθῶν πράξεων.
Ἀδόκιμος δὲ παρὰ Θεῷ καὶ ἄδοξος καὶ νῦν ἔγνω-
σται, καὶ ἐν ἐκείνῳ τῳ αἰωνι εὑρεθήσεται.

alii ex diligenti labore et agricultura rem faciant; alii aliunde: parem mihi tu quoque puta observari posse in rebus spiritualibus rationem et modum. Ex his aliqui locupletantur usu exercitioque charismatum variorum, ut significat Apostolus verbis illis: *Habentes donationes secundum gratiam, quæ data est nobis, differentes*[76]. Alii multiplici exercitatione religiosorum varii generis operum, praxique virtutum ac frequentatione laudabilium in diversa specie officiorum, Dei causa unius obitorum, cœlestes ingenti copia congerunt opes. Ne ii quidem in hac parte non insignes sunt, qui aurum infodiunt; longanimitate videlicet et patientia currentes in singulis lueri particulis captandis, ex quibus magni olim conflandi cumuli spe interim bona gaudent. Neque latent nonnulli quasi mercenarii molles iidem iguavique, qui statim veluti devorant quodcunque bonum ipsis in manus incidit, cum multa exinde deberent in usum secuturi temporis, solerti cum patientia tractatione maturare; hinc sit, ut nudi semper egentesque circumeant. Etenim tales ad capiendam quidem gratiam parati et ardenter sunt cupidi; mox tamen facile mutabiles, et a primo statim gustatu saturi, pigritiæque comperti, ac fugæ laboris, qui debebat adhiberi, exercendo quod acceperunt dono, eo merito privantur, ablata ipsis, qua fuerant beati, gratia. Nunquam enim non socordia, oscitantia, hebes tarditas supine secura propositi; dissonæ res et inconsentaneæ gratiæ fuerunt. Quare qui scatet hisce vitiis, expers operum bonorum, apud Deum reprobus et inglorius, uti jam nunc agnoscitur, sic et in futuro sæculo reperietur.

Ιθ'. Παραβάντι τῷ ἀνθρώπῳ τὴν ἐντολὴν τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς τοῦ παραδείσου διαγωγῆς ἐκπεσόντι, δυοῖν ὥσπερ ἁλύσεσι δεδέσθαι συνηκολούθησε· μιᾷ μὲν τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, καὶ σαρκικῶν ἡδονῶν, πλούτου, δόξης, φιλίας, γυναικὸς, τέκνων, συγ- C
γενείας, πατρίδος, κτημάτων, καὶ ἁπλῶς πάντων τῶν φαινομένων, ἀφ' ὧν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος κατ' οἰκείαν ἡμᾶς προαίρεσιν ἀπολύεσθαι κελεύει. Ἑτέρᾳ δὲ ἀδήλῳ, καὶ γὰρ δέδεταί τινι δεσμῷ σκότου ἡ ψυχὴ πρὸς τῶν τῆς πονηρίας πνευμάτων αὐτῶν, παρ' ὃ μηδὲ δυνατὸν αὐτῇ μήτ' ἀγαπῆσαι Θεὸν, μήτε πιστεῦσαι μήτε προσευχῇ χρήσασθαι καθάπερ ἔχει θελήματος. Πάντων γὰρ ἡ ἐναντιότης ἔν τε τοῖς φανεροῖς ἔν τε τοῖς ἀδήλοις, ἀπὸ τῆς παραβάσεως τοῦ πρώτου ἀνθρώπου πάντας ἡμᾶς μέτεισι. Ἐπειδὰν οὖν τις ὑπήκοον οὖς τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ παρασχόμενος, ἀποστῇ μὲν τῶν βιωτικῶν πραγμάτων, ἀποτάξεται δὲ πάσαις ταῖς σαρκικαῖς ἡδοναῖς· τότε δὴ τῷ Θεῷ προσεδρεύων, καὶ κατὰ σχολὴν αὐτῷ συγγινόμενος, δύναμιν λαμβάνει πρὸς τὸ μαθεῖν· D
ὅτι κέκρυπταί τις ἐν ἀδύτοις καρδίας ἄλλη πάλη, καὶ ἄλλος λογισμῶν πόλεμος· καὶ οὕτω παραμένων καὶ τῶν τοῦ Χριστοῦ δεόμενος οἰκτιρμῶν, πίστεως αὐτῷ πολλῆς μετά γε τοῦ ὑπομένειν συνεπομένης· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ ῥοπῆς συνεφαπτομένης, δύναται τῶν ἔνδον ἀπαλλαγῆναι δεσμῶν τε καὶ φραγμῶν ἐκείνων, καὶ τοῦ σκότους τῶν πνευμάτων τῆς πονηρίας, ἅπερ εἰσὶν αἱ τῶν κεκρυμμένων παθῶν ἐνέργειαι· τοῦτον δὲ τὸν πόλεμον διὰ μὲν χάρι-

XXIX. Transgresso Dei mandatum homini, et ex beata paradisi dejecto statione, duabus ex hoc contigit quasi catenis ligari. Prior est, qua devincitur nexu sensibili cum negotiis sæcularibus, carnalibus voluptatibus, divitiis, existimatione, amicitia, uxore, liberis, cognatione, patria, possessionibus, et ut uno cuncta complectar verbo, cum omnibus quæ **220** hic cernuntur; a quibus Dei sermo nos juxta propriam professionem abjungi præcipit. Altera est catena in arcano astringens. Etenim vinculo quodam tenebrarum anima ligatur ab ipsis spiritibus nequitiæ; quo fit, ut non possit neque amare Deum, nec credere, nec oratione uti, quemadmodum vellet. Omnino enim hæc, quam experimur, adversantium oppositio, tam in palam apparentibus, quam in intus abstrusis, ex transgressione primi hominis in nos omnes transiit. Quando igitur quis obedientem aurem verbo Dei præbens, abjunxerit quidem se a sæcularibus negotiis, renuntiaverit autem cunctis carnalibus voluptatibus; tunc ille Deo adhærens, et per otium cum eo conversans, virtutem accipit ad discendum, latere in adytis cordis aliam luctam, et aliud cogitationum bellum; et sic permanens, ac Christi miserationes implorans, fide ipsum multa, postquam sustinuerit, sequente, quin et Dei impulsu cooperante, potest interioribus liberari vinculis, et maceria illa tenebrarum, quam obmoliuntur ipsi spiritus nequitiæ, qui sunt occulte rebellantium in nobis appetituum

[76] Rom. XII, 6.

Digitized by Google

motus et conatus. Hoc autem bellum, per gratiam Christi et virtutem, possumus vincendo finire. Sine Deo vero adjuvante, et per se ipsum, liberare se quemquam, quoad lucta, quæ ipsi est cum cogitationibus expeditus fuerit, est impossibile; renuere tamen et non condelectari, possibile.

XXX. Si quis rebus mundi hujus et variis teneatur vinculis, idemque feratur motibus appetituum inordinatorum, procul is sane aberit, ut cognoscat quod diximus, esse quamdam occultam aliam luctam, et bellum in arcano aliud. Sat enim et abunde gratulandum fuerit, si quis se abjunxerit ab apparentibus cunctis, et carnales prorsus voluptates abdicaverit, Dominoque adhærere cœperit, ac intelligere queat penitus intra nos habitantem perturbationum ex pravis affectibus luctam, et occultum in nobis bellum. Nisi enim in eum, quem diximus modum, cuncta comparata sint, haud utique ex omnibus animæ viribus, et totus ex toto quis adhærere Deo, sincero affectu decernet. Neque cognoscet arcanos istos in prava tendentium appetituum insultus, et vincula quæ intra sunt; sed periclitatur eo erroris labore, ut vulneribus transfixus, et morbis affectus, quos ultro fovet, perfecte tamen putet se valere. Ei autem qui concupiscentias et gloriam contempserit, primum quidem posse datur ea quæ diximus cognoscere; deinde precato Christum cum fide, et arma Spiritus e cœlis adepto, loricam scilicet justitiæ, galeam salutis, illas adversas debellare acies.

XXXI. Innumerabiles hosti nostro insunt nocendi artes, avellere nos a charitate in Christum conanti. Aut enim intus afflictiones, per Spiritus nequitiæ in animam immittit; aut cogitationes obscœnas et nefandas producit, patratorum olim flagitiorum memoriam refricans; interdum etsatagens injicere tædium, suggestionesque desperationis inserens, salute eam potiri non posse; ita quidem ut cogitationes istas ex anima per se ipsa ultro enatæ videantur; non autem ab alieno spiritu maligne subseminatæ, utpote qui cupit latere. Aut igitur hæc agit, aut labores corporeos immittit; aut variis excogitatis modis procurat, contumeliis bonos affici ab hominibus. At quanto acerbius malignus hostis hæc in nos ignea jaculatur tela; tanto nos instantius convenit spei suspensas ex Deo magis magisque habere rationes; certo utique persuasos, divina nobis talia permitti voluntate, quæ unum id spectat, ut amantes Dei animæ tot exploratæ probationibus, manifesto monstrent se eum in veritate diligere.

221 XXXII. Anni mille hujus ævi, mundo incorruptibili et æternitati comparati, ea illi fere proportione respondent, qua ut si quis ex universa arena unum granum accipiat. Considerationem et hanc institue; concessum tibi esse supremum in omnes terras imperium cum plena et secura possessione omnium thesaurorum. Faciamus præterea tuum illud regnum incœpisse statim a primo rerum

τος Χριστοῦ καὶ δυνάμεως δυνατοὶ γινόμεθα καταργεῖν. Ἀθεεὶ δὲ καὶ δι' ἑαυτοῦ ῥύσασθαί τινα ἑαυτὸν μέχρι τοῦ καὶ τῶν ἐκ τῶν λογισμῶν ἀπηλλάχθαι πάλης, ἀδύνατον· τὸ δὲ ἀντιλέγειν καὶ μὴ συνήδεσθαι, δυνατόν.

Δ'. Εἴ τις τοῖς πράγμασι τοῦ κόσμου τούτου, καὶ τοῖς ποικίλοις ἐνέχοιτο δεσμοῖς, τοῖς τῆς κακίας τε συναπάγοιτο πάθεσι, πολλοῦ γε καὶ δεῖ γινώσκειν, ὡς φθάσαντες ἔφημεν, εἶναί τινα πάλην ἄλλην καὶ πόλεμον ἐν τῷ ἀφανεῖ ἕτερον. Ἀγαπητὸν γὰρ ἵνα λύσας τις ἑαυτὸν πάντων φαινομένων, καὶ τῶν σαρκικῶν ἡδονῶν ἀποστήσας, τῷ Κυρίῳ τε προσεδρεύειν ἀρξάμενος, ἐπιγνῶναι δυνηθῇ, τὴν ἔνδον οἰκουροῦσαν τῶν παθῶν πάλην, καὶ τὸν ἐν ἡμῖν κρυπτὸν πόλεμον. Εἰ γὰρ μή, ὡς ἔφημεν, ταῦτα γένηται, οὐ παρ' ὅλης ἡμῶν τῆς ψυχῆς καὶ ὅλος ἐξ ὅλου τις προσεδρεύειν τῷ Θεῷ στέρξειεν, οὐδ' ἐπιγνώσκει τὰ ἀπόῤῥητα ταῦτα τῆς κακίας πάθη, καὶ τοὺς ἔσω δεσμούς· ἀλλὰ κινδυνεύει τραύματα ἔχων καὶ ἀφανῆ πάθη περιθάλπων, ὑγιαίνειν οἴεσθαι, καὶ νοεῖν· τῷ δέ γε ἐπιθυμίας καὶ δόξης ὑπεριδόντι, πρῶτον μὲν ἐπιγνῶναι ταῦτα δυνατὸν γίνεται, ἔπειτα δὲ δεηθέντι Χριστοῦ μετὰ πίστεως, καὶ ὅπλα λάβοντι ἐξ οὐρανοῦ τὰ τοῦ Πνεύματος, τὸν θώρακα τῆς δικαιοσύνης, τὴν περικεφαλαίαν τοῦ σωτηρίου, τὸν θυρεὸν τῆς πίστεως, καὶ τὴν Πνεύματος μάχαιραν, ταῦτα καταπαλαῖσαι.

scutum fidei, et gladium Spiritus, facile fit, totas

ΛΛ'. Μυρίαι τῷ ἀντικειμένῳ αἱ μηχαναὶ καθ' ἡμῶν, τῆς εἰς τὸν Χριστὸν ἀγάπης ἀποσπᾶν πειρωμένῳ. Ἢ γὰρ ἔνδον θλίψεις διὰ τῶν τῆς πονηρίας πνευμάτων τῇ ψυχῇ ἐπάγει, ἢ λογισμοὺς μιαροὺς τε καὶ ἀθεμίτους ταύτης κατασκευάζει, τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων τὴν μνήμην ἀνασκαλεύων, ἅτε χαύνωσιν αὐτῇ ἐνθεῖναι βουλόμενος, καὶ λογισμοὺς ἀπογνώσεως ἐμβάλλειν, ὅτι δὲ οὐ δυνατὸν αὐτῇ σωτηρίας τυχεῖν· καὶ ὡς τοὺς λογισμοὺς τούτους παρ' ἑαυτῆς ὅλως τῆς ψυχῆς γεννώσης, καὶ οὐχὶ πνεύματος ἀλλοτρίου κακῶς αὐτοὺς ὑποσπείραντος, καὶ βουλομένου λανθάνειν. Ἢ τοίνυν ἐκεῖνα ποιεῖ, ἢ πόνους σωματικοὺς ἐπάγει. Ἢ ὀνειδισμοὺς καὶ θλίψεις τὰς ἐξ ἀνθρώπων ἐπινοεῖ· ἀλλ' ὅσον ὁ πονηρὸς τὰ πεπυρωμένα ταῦτα βέλη καθ' ἡμῶν ἀφίησι, τοσοῦτον ἡμᾶς προσήκει τῆς πρὸς Θεὸν ἐλπίδος μᾶλλον ἐξῆφθαι, ἀκριβῶς εἰδότας, ὅτι τοῦτο αὐτῷ θέλημα· τὸ τὰς ἐρωτικῶς ἐχούσας αὐτοῦ εἰς δοκίμιον δοῦναι ψυχὰς, εἰ ἐξ ἀληθείας αὐτὸν ἠγαπήκασι.

ΛΒ'. Χίλια ἔτη τοῦ αἰῶνος τούτου, ἀφθάρτῳ κόσμῳ καὶ αἰῶνι παραβαλλόμενα τοιοῦτό τί εἰσιν, ὡς εἴ τις ψάμμον μίαν τῆς ὅλης ψάμμου τῆς θαλάσσης λάβοι. Σκέψαι δέ μοι καὶ τὸν τρόπον τοῦτον· ἔστω γὰρ ἐξεῖναί σοι μόνῳ μὲν γενέσθαι βασιλεῖ πάσης τῆς γῆς· μόνῳ τῶν θησαυρῶν ἁπάντων δεσπόσαι τῆς οἰκουμένης. Θῶμεν δὲ τὴν ἀρχὴν τῆς τῶν ἀνθρώπων εἰς τὸ εἶναι παραγωγῆς, ἀρχὴν καί σοι γε-

Digitized by Google

νέσθαι τῆς βασιλείας· ὅρον δὲ ταύτης εἶναι τὴν τῶν φαινομένων τούτων καὶ τοῦ κόσμου παντὸς ἀλλοίωσίν τε καὶ μεταποίησιν. Τί οὖν; αἱρέσεώς σοι δοθείσης, ἡμείψας αὐτὴν τῆς ἀληθινῆς καὶ βεβαίας, καὶ οὐδὲν οὐδόλως ἐχούσης παροδικὸν καὶ λυόμενον; Οὐκ ἂν ἔγωγε φαίην, εἰ σοι τὸ κρίνον εἶχε, καὶ καλῶς ἐσκέπτου περὶ τῶν σῶν· *Τί γὰρ κέρδος*, φησὶ, *τῷ ἀνθρώπῳ, εἰ τὸν κόσμον ὅλον κερδήσας, ζημιωθῇ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ*, ἧς οὐδ' εἶναί τι ἀντάλλαγμα μεμαθήκαμεν; ἐπεὶ καὶ παντὸς τοῦ κόσμου καὶ τῆς κατὰ κόσμον βασιλείας αὐτὴ μόνη καθ' ἑαυτὴν ἡ ψυχὴ τιμιωτέρα πολλῷ, μήτοι γε ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία· τιμιωτέραν δὲ κατὰ τοῦτο τὴν ψυχὴν εἶναι, φαμὲν, καθ' ὃ μὴ ἐπ' οὐδὲν ἄλλο τῶν ὄντων ηὐδόκησεν ὁ Θεὸς τοῦ Πνεύματος τῆς ἰδίας φύσεως ἕνωσιν θέσθαι καὶ κοινωνίαν· οὐκ οὐρανῷ, οὐχ ἡλίῳ, οὐκ ἄστροις, οὐ θαλάττῃ, οὐ γῇ, οὐχ ἑτέρᾳ τινὶ κτίσει τῶν ὁρωμένων, ὅτι μὴ τῷ ἀνθρώπῳ μόνῳ· ᾧ καὶ τῶν κτισμάτων αὐτὸς ἠγάπησε τῶν οἰκείων. Εἰ οὖν τὰ μεγάλα ταυτὶ τοῦ κόσμου, πλοῦτόν φημι τοσόνδε καὶ βασίλειαν τῆς γῆς ἁπάσης ὑφ' ἑνὶ μόνῳ κειμένην, οὐκ ἂν ὀρθῶς κρίναντες τῆς αἰωνίου ἠλλάξαμεν βασιλείας, τί παθόντες οἱ πλείους φαύλων αὐτὴν καὶ τῶν τυχόντων τιμῶνται πραγμάτων· οἷον ἐπιθυμίας τινὸς, δόξης ὀλίγης, κέρδους μετρίου, καὶ τῶν τοιούτων; ὅπερ γάρ τις τοῦ αἰῶνος τούτου φιλεῖ, καὶ ᾧ δέδεται, ἐκεῖνο πάντως καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν ἀλλάττεται βασιλείας· καὶ τὸ χαλεπώτατον, ὅτι καὶ Θεὸν ἡγεῖται τοῦτο· καθώς που λέλεκται, ὅτι *ᾧ τις ἥττηται, τούτῳ καὶ δεδούλωται*. Χρὴ οὖν ὅλον ὅλῳ δι' ὅλου τῷ Θεῷ προσδραμεῖν, ἀναρτῆσαί τε ἑαυτὸν καὶ σταυρῶσαι ψυχῇ καὶ σώματι διὰ πασῶν πορευόμενον τῶν ἐντολῶν αὐτοῦ τῶν ἁγίων.

ΛΓ'. Εἶεν· ἆρα δέ σοι καὶ δίκαιον εἶναι δοκεῖ, τὴν μὲν φθαρτὴν αὐτὴν δόξαν, καὶ τὴν ἐφήμερον βασιλείαν, καὶ ἄλλα ὅσα τοιαῦτα τῶν ἐπικαίρων, πόνων καὶ ἱδρώτων πολλῶν, τοῖς ὀρεγομένοις αὐτῶν περιγίνεσθαι· τὸ δὲ σὺν Χριστῷ ἀπέραντα βασιλεύειν, καὶ τὸ τῶν ἀνεκλαλήτων ἐκείνων ἐπιτυχεῖν ἀγαθῶν, τοῦτο δὲ οὕτως καὶ ῥᾴδιον εἶναι, ὡς πόνων ἐκτὸς καὶ καμάτων κατορθοῦσθαι τῷ βουλομένῳ;

ΛΔ'. Τίς ἡ οἰκονομία τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, ἢ τίς ἡμῶν φύσεως πρὸς ἑαυτὴν ἐπάνοδος καὶ ἀποκατάστασις; Ἀπέδωκε γὰρ τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει τὸ τοῦ πρωτοπλάστου Ἀδὰμ ἀξίωμα, πρὸς δὲ καὶ κληρονομίαν αὐτῷ οὐρανίαν, ὦ θείας καὶ μεγάλης τῷ ὄντι χάριτος τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος, ἐδωρήσατο· ἐξαγαγών τε αὐτὴν ἐκ τῆς φυλακῆς τοῦ σκότους, δι' ἧς ἐλθόντι, καὶ ἐν ᾗ κρούσαντι δυνατὸν ἐντὸς γενέσθαι τῆς βασιλείας· *Αἰτεῖτε*, γάρ φησι, *καὶ δοθή-*

ortu, ac terminum ejus fore consummationem ultimam sæculi, et rerum modo apparentium exspectatam aliquando mutationem. Quid ergo? num opinione tibi data eligendi, utrum malles ex istis duobus regnis, præoptares hoc terrenum in mundi fine desiturum, præferens id illi cœlesti alteri, vero, solido et permanenti regno? Haud equidem crediderim, si utique sapias, et æquo rectoque judicio de re tua tanta statuas. *Quid enim* (ait Veritas) *prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ autem suæ detrimentum patiatur*[77]. Pro qua nihil par in commutationem dari posse didicimus, quandoquidem et mundo ipso toto, et qualicunque mundano regno, sola per se ipsam anima pretiosior multo est; nedum ut comparari cum iis possit cœlorum regnum. Inde autem pretiosiorem cunctis dicimus animam, quod solam illam inter omnes inferiores creaturas dignam Deus judicavit, cui suum propriæ naturæ Spiritum intime unitum penitus inderet et communicaret; quod non cœlo, non soli, non astris, non mari, non terræ concessit; non alii denique visibilium creaturæ ulli præterquam uni homini; quem vice omnium a se conditorum in partem quasi propriam sibi seposuit, sibique applicuit, eo contentus. Si ergo hæc quæ maximi fiunt in mundo, divitiæ, dico, amplæ, et terræ totius imperium in monarchæ unius pleno arbitrio positum haudquaquam, recte judicantes, cum æterno commutaremus regno; quæ dementia plurimorum est, quos quotidie videmus vilibus illud et mediocris, etiam vulgari æstimatione, pretii rebus posthabere, puta, cupiditati cupiam, exiguæ laudi, lucro non magno, et similibus? Enimvero quod quis in hoc mundo diligit, cuique deligitur, id omnino, quantum in ipso est, cum cœlorum regno commutat; quin, quod longe est capitalius, et id Deum suum facit. Sicut alicubi scriptum est: *A quo quis victus est, ei mancipatur*[78]. Oportet igitur totum ex toto hominem ad Deum totum confugere, illum amplecti, ex eo pendere, ipsi animam et corpus, quasi clavis cruci configere, incedentem per omnia sancta ejus mandata.

XXXIII. Hæc sint ita. Cæterum idem utique justum arbitraris, corruptibilem istam gloriam, et desiturum regnum, aliaque, quotquot sunt ejus generis caducarum rerum, illa concupiscentibus contingere multis empta laboribus et sudoribus; æquumne tamen censes, æternum consortium regni Christi, et inenarrabilium illorum adeptionem bonorum, gratis quiddam esse parabile; ac facilitate summa, citra laborem contentionemve ullam cuivis volenti evenire?

XXXIV. Quod consilium quæve ratio est adventus Christi: quisve naturæ nostræ ad se ipsam reditus, et in integrum restitutio? Reddidit enim Christus humanæ naturæ ablatam ipsi prius dignitatem Adami protoplasti; prætereaque donavit hæreditatem ipsi cœlestem: o vere divinam et magnam boni Spiritus gratiam! Educens vero ipsam ex carcere tenebrarum viam etiam vitæ et januam monstravit, per quam cum transit, et ad quam cum

[77] Matth. xvi, 26. [78] II Petr. II, 19.

Digitized by Google

pulsat, potest in interiora regni penetrare : *Petite* enim, ait, *et dabitur vobis; pulsate et aperietur vobis* [79]. Per illam portam nemini eorum, qui volunt, impossibile est, suæ ipsius animæ invenire libertatem, **222** nec eam convenientes ipsi recipere cogitationes, et cum Christum secum possidet habitantem, locupletem esse, eoque veluti sponso frui per communicationem boni Spiritus. Vide ineffabilem charitatem Domini adversus hominem, ad sui ipsius imaginem conditum.

[79] Matth. vii, 7.

σεται ὑμῖν· κρούετε, καὶ ἀνοιγήσεται. Διὰ ταύτης τῆς θύρας οὐδενὶ τῶν βουλομένων ἄπορον τὴν ἐλευθερίαν τὴν ἑαυτοῦ ψυχῆς ἐφευρεῖν, ἐκείνην τε τοὺς ἰδίους ἀπολαβεῖν λογισμούς, καὶ πλουτῆσαι Χριστὸν σύνοικον, καὶ ὡς νυμφίῳ αὐτῷ κατὰ τὴν κοινωνίαν τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος χρήσασθαι. Ἴδε ἀγάπην ἄῤῥητον Δεσπότου πρὸς τὸν ὑπ' αὐτοῦ γενόμενον κατὰ τὴν εἰκόνα τὴν ἑαυτοῦ ἄνθρωπον.

S. MACARII ALEXANDRINI

ABBATIS NITRIENSIS

REGULA AD MONAÇHOS [1]

I. Milites ergo Christi sic taliter suos debent componere gressus, charitatem in se perfectissimam continentes : *Deum ex tota anima diligere, et ex toto corde, et ex tota virtute sua* [1].

II. Invicem inter se perfectissimam sectantes obedientiam, pacifici, mites, moderati, non superbi, non injuriosi, non susurrones, non irrisores, non verbosi, non præsumptuosi, non sibi placentes, sed Deo cui militant Christo : non blasphemiam sectantes, nec dicentes quidquam præter quod bonum est : ad obsequium non pigri, ad orationem parati, in humilitate perfecti, in obedientia præcincti, in vigiliis instantes, in jejunio hilares.

III. Nullus se alio justiorem arbitretur ; sed unusquisque omnibus se inferiorem contemnat : *Quia qui se exaltat, humiliabitur; et qui se humiliat, exaltabitur* [2].

IV. Præceptum senioris ut salutem suscipias : non murmurando ullam operam facias : non responsionem contra præceptum usurpes.

V. Non te extollas, aut magnifices aliquam utilem operam fecisse : non in acquirendo aliquid lucri congaudeas, aut in damno contristeris.

VI. Non te familiaritas ulla sæcularis trahat ; sed tota delectatio tua in cellula demoretur. Cellam ut paradisum habeas ; fratres tuos spirituales ut æternos confidas habere parentes.

VII. Præpositum monasterii timeas ut dominum, diligas ut parentem. Similiter quoque omnes oportet diligere fratres, cum quibus etiam te confidis videre gloriam Christi.

VIII. *Non oderis laboriosam operam* [3] : otium quoque ne sectatus fueris. In vigiliis confectus, in opere justo affectus, ambulans quasi dormitans lassus ad stratum tuum venias, et cum Christo requiescere te credas.

IX. Cursumque monasterii super omnia diligas. Qui vero sæpius orare voluerit, uberiorem inveniet misericordiam Christi.

X. Matutinoque dicto ita meditationem habeant fratres usque ad horam secundam : si tamen nulla causa exstiterit, qua necesse sit etiam prætermissa meditatione aliquid fieri in commune.

XI. Post horam vero secundam unusquisque ad opus suum paratus sit usque ad horam nonam, ut quidquid injunctum fuerit, *sine murmuratione perficiat* [4], sicut dicit sanctus Apostolus.

XII. Si quis autem murmuraverit, vel contentiosus exstiterit, aut referens in aliquo contrariam voluntatem præceptis; digne correptus secundum arbitrium senioris vel modum culpæ, tandiu obstineat, quandiu vel culpæ qualitas poposcerit, vel se pœnitendo humiliaverit, vel emendaverit; ita ut correptus non audeat usquam recidere.

XIII. Si quis frater, vel qui in oratorio sunt, vel qui per cellulas consistunt, quicunque ejus errori consenserit, culpabilis erit.

XIV. Ad horam vero orationis dato signo non statim prætermisso omni opere quod agit, paratus fuerit, foras excludatur, ut erubescat; quia nihil orationi præponendum est.

XV. Operam Deo dabunt singuli fratres tempore quo Missæ in vigiliis observandis fiunt, quando

[1] Marc. xii, 30. [2] Luc. xiv, 11. [3] Eccli. vii, 16. [4] Philipp. ii, 14.

(1) Post hanc inscriptionem sequitur altera in edito Holsteniano, ex ms. codice, ut videtur, desumpta, quæ sic se habet : *Incipit regula S. Macarii, qui habuit sub ordinatione sua quinque millia monachorum.*

Digitized by Google

omnes conveniunt, ne deficiant. Quicunque gravatur somno, exeat foras : non se fabulis occupet, sed statim redeat ad opus, quo convenitur. In congregatione autem ipsa ubi legitur, aures semper ad Scripturas habeant, et silentium observent.

XVI. Hoc etiam attendendum fuit, ut frater qui pro qualibet culpa arguitur vel increpatur, patientiam habeat, et non respondeat arguenti se, sed humiliet se in omnibus, secundum præceptum Domini dicentis : *Quia Deus humilibus dat gratiam, superbis autem resistit* [5]. Et : *Qui se humiliat, exaltabitur* [6].

XVII. Qui vero sæpius corripitur, et non se emendaverit, novissimus in ordine stare jubeatur. Qui si nec sic quidem se emendaverit, extraneus habeatur, sicut Dominus dixit : *Sit tibi sicut ethnicus et publicanus* [7].

XVIII. Ad mensam autem specialiter nullus loquatur, nisi qui præest vel qui interrogatus fuerit.

XIX. Nullus se in sua peritia neque in voce exaltet, sed per humilitatem et obedientiam lætetur in Domino.

XX. *Hospitalitatem sectantes* per omnia [8], et ne avertas oculum, aut inanem dimittas pauperem ; ne forte Dominus in hospite aut in paupere ad te veniat, et videat te hæsitantem : et contemnaris ; sed omnibus hilarem te ostende, et fideliter age.

XXI. Passus injuriam taceas. Injuriam facere non nosse, factam posse tolerare. Non te inania seducant consilia, sed magis te specialiter in Christo confirma. Non tibi æstimes ullos proximiores parentes, quam qui tecum sunt in cellula fratres.

XXII. Si ad necessaria requirenda e monasterio bini egrediantur vel terni fratres, tales fiant quibus creditur, qui timorem Dei in se habere videntur, non qui verbositatem aut gulam sectantur.

XXIII. Ergo si quis de sæculo ad monasterium converti voluerit, regula ei introeunti legatur, et omnes actus monasterii illi patefiant. Qui si omnia apte sustinuerit, sic digne a fratribus suscipiatur in monasterio.

XXIV. Nam si aliquam in cellula voluerit inferre substantiam, in mensa ponatur coram omnibus fratribus, velut regula continet. Qui susceptus fuerit, non solum de substantia quam intulit, sed etiam nec de se ipso ab illa judicabit hora. Nam si aliquid prius erogavit pauperibus, aut veniens in cellulam aliquid intulit fratribus, ipsi tamen non est licitum, ut aliquid habeat in sua potestate.

XXV. Et si ex qualibet causa scandali post tertium diem inde exire voluerit, nihil penitus accipiat, nisi in veste qua venit. Quod si casu transierit, nullus hæredium (2) ejus adire debeat. Quod si impulsare (3) voluerit, regula ei legatur, et confundatur turpiter, et discedat confusus : quia et illi a quo repetit, fuerat recitata.

XXVI. Ergo ex qualibet causa quis peccaverit frater, ab oratione suspendatur, et jejuniis distringatur. Quod si coram omnibus fratribus prostratus veniam postulaverit, dimittatur illi.

XXVII. Nam si in sua voluerit perseverare nequitia et superbia, et dicat : Hic ego durare non possum, sed accipiam casulam meam, et eam ubi voluerit Dominus : quisquis de fratribus eum hoc dixisse prius audierit, referat præposito, et præpositus abbati. Abbas coram omnibus fratribus resideat, et eum exhiberi jubeat, et virgis purgetur : et oratio fiat, et sic ad communionem recipiatur. Ut si quis sane non emendatur doctrina, virgis purgetur.

XXVIII. Quod si casu quis frater de monasterio exire voluerit, nihil penitus accipiat, nisi in notatissimo (4) vestimento, et extra communionem infidelis discedat. Nam quieti et pacifici excelsum diripiunt regnum [9], et filii computantur Altissimi, et pretiosas splendidasque accipient coronas ; filii autem tenebrarum in exteriora ibunt tormenta. *Super quem requiescam, dicit Dominus, nisi super humilem, et quietum, et trementem sermones meos* [10] ?

XXIX. Quarta et sexta feria qui infrangunt jejunium, Judæ æstimantur participes qui Christum tradidit.

XXX. Illud etiam attendendum fuit, ut intra monasterium artificium non faciat ullus, nisi ille cujus fides probata fuerit, qui ad utilitatem et necessitatem monasterii faciat quod poterit facere.

[5] Jac. IV, 6. [6] Matth. XXIII, 12. [7] Matth. XVIII, 17. [8] Rom. XII, 13. [9] Matth. V, 4, 9. [10] Isa. LVI, 2.

(2) *Hæredium.* Idem ac *prædium.* Vide Cangium in *Glossar*, v. *Hæredium.*

(3) *Impulsare. Excitare.* Apud Marculfum lib. II *Form.* 52, ex epistola Henrici V, abbatis Fuldensis ad alios abbates Ordinis S. Benedicti : *Abbates quidam ordinis nostri nos..... multipliciter impulsarunt, quatenus... assumere curaremus*, etc. Vid. Cangium in *Glossar.* v. *Impulsare.*

(4) *Notatissimo vest.* Vide infra quæ adnotavimus ad cap. 10, regulæ III Patrum ad monachos.

—

Sancti Macarii Apophthegmata, *necnon* excerpta varia *e sancto Macario, sermonem* de Excessu Justorum, *etc. et* Epistolas *quæ sequuntur in editione Gallandiana, jam dedimus supra col.* 235-265, 385-392, 406-447.

—

Digitized by Google

S. SERAPIONIS, MACARII,

PAPHNUTII ET ALTERIUS MACARII (1)

REGULA AD MONACHOS.

CAPUT I.

Præfatio.

223-243 Sedentibus (2) nobis in unum consilio saluberrimo, cum prece Dominum nostrum rogavimus, ut nobis distribueret Spiritum sanctum, qui nos instrueret, qualiter fratrum conversationem vel regulam vitæ ordinare possimus.

CAPUT II.

De prima conjugatione cœnobitarum. Serapion dixit.

Quoniam *misericordia Domini plena est terra*[1] et multorum (3) agmina ad vitæ fastigium tendunt, et quia eremi vastitas et diversorum monstrorum terror singillatim habitare fratres non permittit: optimum videtur Spiritus sancti præceptis obedire. Nec (4) nostra propria verba possunt firma perseverare, nisi firmitas Scripturarum e centesimo tricesimo secundo psalmo nostrum ordinem firmet, quo dicit: *Ecce quam bonum et quam jucundum, habitare fratres in unum*[2]. Et iterum: *Qui habitare facit unanimes in domo*[3]; firmam jam nunc regulam pietatis per Spiritus sancti ostensionem fratribus ordinare, prosequamur.

CAPUT III,

Idem ipse, De unanimitate et jucunditate fratrum.

Volumus ergo fratres unanimes in domo cum jucunditate habitare: sed qualiter unanimitas ipsa vel jucunditas recto ordine teneatur, Deo adjuvante mandamus.

CAPUT IV.

Qui supra, De abbate, et quomodo ei obediant monachi.

Volumus ergo unum præesse seniorem super omnes fratres, nec ab ejus consilio vel imperio quemquam sinistrum declinare. sed sicut imperio Domini cum omni lætitia obedire; dicente Apostolo ad Hebræos: *Obedite præpositis vestris, quia ipsi vigilant pro vobis*[4]. Et Dominus dixit: *Nolo sacrificium, sed obedientiam*[5]. Considerandum est A quoque ab his qui se tali opere unanimes esse cupiunt, quia per obedientiam Abraham placuit Deo, *et amicus Dei appellatus est*[6]. Per obedientiam ipsi apostoli meruerunt testes Domino in tribubus et populis esse. Ipse quoque Dominus noster de supernis ad inferiora descendens ait: *Non veni facere voluntatem meam, sed ejus qui me misit*[7]. His ergo tantis virtutibus firmata obedientia magnopere magnoque studio teneatur.

CAPUT V.

Macarius dixit: Qualiter spirituale exercitium ab his qui præsunt Patribus teneatur.

Quoniam fratrum insignia virtutum, habitationes quoque, vel obedientia superius conscripta sunt (5), nunc qualiter spirituale exercitium ab his qui præ- B sunt Patribus teneatur, Deo juvante ostendamus. Debetis, qui præestis Patres, tales vos exhibere, ut Apostolus ait: *Estote forma credentibus*[8], hoc est, ut per qualitatem mysticæ pietatis et severitatis, fratrum animos ad cœlestia de terrenis erigatis, dicente Apostolo: *Argue, obsecra, increpa, cum omni patientia et doctrina*[9]. Et alio loco inquit: *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in spiritu mansuetudinis*[10]? Decernendum est ab illo qui præest, qualiter circa singulos debeat pietatis affectum monstrare; et qualiter tenere debeat disciplinam, non immemor Domini dicentis: *In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis*[11].

CAPUT VI.

Idem ipse, Ut in oratione astantibus nullus sine præcepto abbatis psalmum imponat. C

Astantibus ergo ad orationem nullus præsumat sine præcepto qui præest Patris, psalmi laudem emittere. Ordo iste teneatur, ut nullus priorem in monasterio ad standum vel psallendum ordine præsumat præcedere, dicente Salomone: *Fili, primatum concupiscere noli*[12], — *neque accubueris prior in convivio; ne* (6) *veniat melior te, et dicat tibi: Surge, et confusionem patiaris in die illa*[13]. Et iterum dicitur: *Noli altum sapere, sed time*[14]. Quod si tardat

[1] Psal. xxxii, 5. [2] Psal. cxxxii, 1. [3] Psal. lxvii, 7. [4] Hebr. xiii, 13. [5] Matth. ix, 13. [6] Jac. ii, 23. [7] Joan. iv, 38. [8] I Thess. i, 7. [9] II Tim. iv, 2. [10] I Cor. iv, 21. [11] Matth. vii, 2. [12] Eccli. vii, 4. [13] Luc. xiv, 8. [14] Rom. xi, 20.

(1) Holstenius ad calcem *Cod. Regul.* ex antiquissimo exemplari cod. Vat. 3542. aliquot varias lectiones profert hujusce *Regulæ sanctorum*, etc., prout sequuntur. Hic autem post nomina quatuor Patrum additur in laudato codice, *abbatum*.

(2) *Sedentibus.* Id. cod. *residentibus.* Et mox, *ut nobis tribueret.* Rectius, ut videtur.

(3) *Multorum.* Id. cod. addit *hominum.*

(4) *Nec.* Ms. *Nec tamen.* Idemque caput secundum cum tertio in unum conjungit.

(5) *Conscripta sunt.* Ms. *Conscripta placuerunt.*

(6) *Ne.* Ms. *Ne forte.*

Digitized by Google

is qui præest, oportet primum in notitiam ejus differre, et secundum ejus imperium obedire convenit fratres.

CAPUT VII.

Idem ipse, Quomodo examinentur, qui ex sæculo convertuntur.

Qualiter vero examinatio erga eos qui de sæculo convertuntur teneri debeat, ostendamus vobis. Amputandæ sunt primo ab hujusmodi divitiæ sæculi. Et si quis pauper converti videatur, habet et ipse divitias quas amputare debeat, quas Spiritus sanctus ostendit per Salomonem dicens : *Odit anima mea pauperem superbum et divitem mendacem* [15]. Et alio loco dicit : *Sicut vulneratum superbum* [16]. Debet ergo is qui præest Pater, magno studio hanc regulam tenere ; ut si pauper convertitur, primo exponat sarcinam superbiæ : et sic examinatus suscipiatur. Debet ante omnia humiliter (7) imbui, ut quod magnum et Deo acceptum sacrificium est, suam voluntatem non faciat unusquisque vestrum, fratres ; sed *ad omne opus bonum parati estote* [17] Quidquid acciderit, aut justum quid fuerit, memores esse debetis : *In tribulatione patientes* [18] ; in operibus honesti. *Nolite vos invicem ad iracundiam provocare* [19]. *Sed semper bona sectamini* [20]. Ii qui tales sunt, cum de sæculi hujus illecebris liberari voluerint, appropiantes monasterio, hebdomada (8) pro foribus jaceant : nulli cum eis de fratribus jungantur, et semper dura et laboriosa eis proponantur. Si vero perseveraverint pulsantes, eis non negetur ingressus ; sed is qui præest Pater hujusmodi homines introire permittat, et qualiter vitam fratrum, vel regulam tenere possint, ostendat. Quod si dives est, et habens multas divitias in sæculo et converti voluerit, debet primo (9) Dei voluntatem implere, et consequi præceptum illud præcipuum, quod adolescenti diviti dicitur : *Vende omnia bona tua, et da pauperibus, et tolle crucem tuam, et sequere me* [21]. Deinde instruendus est ab eo qui præest Patre, ut nihil sibi relinquat, nisi crucem Christi quam tenet, et sequatur Dominum. Crucis vero fastigia quæ tenenda sunt ; primo omni obedientia non suam voluntatem facere, sed alterius. Quod si voluerit monasterio partem conferre, noverit quo ordine sive ipse, sive ejus oblatio suscipiatur. Et si voluerit de suis servis secum in monasterio conducere, noverit (10) jam non eum servum habere, sed fratrem ; ut in omnibus perfectus inveniatur homo ille.

CAPUT VIII.

Idemque, Qualiter peregrini hospites suspiciantur.

Venientibus eis nullus nisi unus, cui cura circa hospitale fuerit injuncta occurrat, et responsum (11) det venientibus. Orare, vel pacem offerre non liceat ulli, nisi primo videatur ab eo qui præest Patre ; et oratione simul peracta, sequatur ordine suo pacis officium reddere. Nec licebit alicui fratri cum superveniente sermocinari ; non sit ulli cura interrogandi, unde venerit, quid venerit, vel quando ambulaturus sit, nisi soli qui præest Patri, aut quibus ipse jusserit. Venientibus vero fratribus ad horam refectionis, non licebit peregrino fratri cum fratribus manducare, nisi cum eo qui præst Patre, ut possit ædificari. Nullo licebit cum eo loqui ; nec alicujus (12) audiatur sermo, nisi divinus, qui ex pagina proferatur, et ejus qui præest Patris, vel quibus ipse jusserit loqui, ut aliquid de Deo conveniat.

244 CAPUT IX.

Qualiter jejuniorum ordo teneatur. Paphnutius dixit:

Magna et utilia ad animæ salutem dicta sunt, fratres : nec hoc tacendum est, qualiter jejuniorum ordo tenendus sit. Nec aliud huic firmitati testimonium convenit, dulcissimi fratres, nisi illud quod dicit : *Petrus autem et Joannes ascendebant in templum circa horam orationis nonam* [22]. Debet ergo iste ordo teneri, fratres, ut nullo die nisi hora nona reficiantur fratres in monasterio, excepta Dominica die et Quinquagesima Pentecostes. Die autem Dominica nihil aliud agant, nisi Deo vacent, ne pro aliqua occasione se velint aut alios excusare. Tamen contestor fratres, quod nulla operatio in die illa sancta comperiatur, nisi tantum hymnis et psalmis, et canticis spiritualibus dies illa transigatur.

CAPUT X.

Idem ipse, Qualiter fratres debent operari.

Idemque (13) præcipimus. Debent ergo fratres istum ordinem tenere. A prima hora usque ad horam tertiam Deo vacent fratres ; a tertia vero usque ad nonam, quidquid injunctum fuerit a Patre, sine aliqua murmuratione faciant. Meminisse debent hi quibus injungitur, dictum Apostoli : *Omnia quæ facitis, sine murmuratione facite* [23]. Timere debent illud dictum terribile : *Nolite murmurare, sicut quidam eorum murmuraverunt, et ab exterminatore perierunt* [24]. Debet etiam qui præest Pater, opus

[15] Eccli. XXIV, 4. [16] Psal. LXXXVIII, 11. [17] II Tim. II, 21. [18] Rom. XII, 12. [19] Ephes. VI, 4. [20] I Thess. V, 15. [21] Marc. X, 21. [22] Act. III, 1. [23] Philip. II, 14. [24] I Cor. X, 10.

(7) *Humiliter.* Ms. *Humilitate.* Et paulo post *paratus sit* pro *parati estote.* Recte.

(8) *Hebdomada.* Ms. *heb. continua.*

(9) *Primo.* Addit. ms. *ante omnia.* Ex mox, *quam teneat.*

(10) *Noverit.* Idem cod. *noverit se.*

(11) *Et resp.* Ms. *ut resp.* Mox idem ms. post *venientibus* addit, *nec ipse audeat cum venientibus.*

(12) *Alicujus.* Addit. ms. *ibi.* Paulo post *recitetur,* loco *proferatur.*

(13) *Idemque.* An *Itemque?*

Digitized by Google

quod faciendum est uni injungere, ut cæteri ejus præcepto cui injunctum fuerit, fratres obediant sine querela.

CAPUT XI.

Qualiter infirmitas vel passibilitas corporum ab eo qui præest Patre cognoscenda sit.

Si quis ex fratribus pro jejunio, vel operibus manuum suarum, quæ Apostolus præcepit (14) : *Operantes manibus nostris, ne quem vestrum gravaremus*[25] ; si is qui talis est fuerit infirmitate obsessus, providendum est ab eo qui præest, qualiter ipsa infirmitas sustentetur. Quod si infirmus est animo (15) hujusmodi frater, oportet eum frequentius operari, considerando Apostolum [26], qualiter corpus suum servituti redigit. Hoc autem observandum est, ut in nullo voluntatem suam faciat ille.

CAP. XII.

Qualiter officiis mutuis se fratres præveniant (16).

Si congregatio multa est, debet is qui præest Pater, disponere hebdomadarios, et ordinem officii, quo sibi invicem succedant ad ministrandum : et decernere debet ille (17), quomodo debeat esse, qui cellarium fratrum contineat. Debet talis tantummodo eligi, qui possit in omnibus gulæ suæ suggestionibus dominari, et evangelico ordine fratribus suis victum gubernare : qui timeat Judæ sententiam, qui ab initio fur fuit [27]. Studere debet qui huic officio deputatur, ut audiat : *Quia qui bene ministraverit, bonum gradum* (18) *acquirit* [28] ; et animæ suæ lucrum facit. Nosse debent etiam fratres, quia quidquid in monasterio tractatur, sive in vasis, sive in ferramentis, vel cætera omnia, esse sanctificata. Si quis de fratribus aliquid negligenter tractaverit, partem se habere noverit cum illo rege, qui in vasis domus Dei sanctificatis cum suis bibebat concubinis, et qualem meruit vindictam (19). Custodienda sunt ista præcepta, et per singulos dies in aures fratrum recitanda sunt, ut non condemnentur in peccatis suis.

CAP. XIII.

Qualiter inter se monasteria pacem firmam obtineant.

Alius (20) *Macarius dixit :*

Quoniam veritas protestatur, quæ dicit : *In ore duorum vel trium testium stabit omne verbum* [29], firmanda ergo est regula pietatis ; nec (21) tacendum est, qualiter inter se monasteria pacem firmam obtineant. Non licebit de alio monasterio, sine voluntate ejus qui præest Patris, fratres recipere (22), sed nec videre oportet, dicente Apostolo : *Quia qui primam fidem irritam fecit, est infideli deterior* [30]. Quod si precatus fuerit ab eo qui præest Patre, ut in alio monasterio ingrediatur, commendetur ab eo ei qui præest, ubi esse desiderat ; et sic suscipiatur. Nam sine voluntate (23) qui præesse debet in monasterio Patris, nullatenus alibi recipiatur frater. Quod si præsumpserit talia facere, noverit se in synodo episcoporum, aut in conventu fratrum suorum in audientiam venire : et tunc recedet tanquam junior suus, donec ab eo cui injuriam fecit veniam petat ; ut non per ipsius vitium alii despiciantur Patres. Ille vero monachus quantos fratres in alio monasterio invenerit, tantos se noverit habere priores. Nec attendendum est, qui fuit antea ; sed probandum est, qualis esse cœperit. Susceptus **245** vero si habere videtur aliquid, sive in rebus, sive in codicibus, ultra ei possidere non licebit, ut possit esse perfectus, quod alibi non potuit. Residentibus vero fratribus, si fuerit aliqua de Scripturis collatio, et fuerit ex his (24) talis scitus, non ei licebit aliquid dicere, nisi præceptum ei fuerit a Patre (25).

CAP. XIV.

Idemque : Qualiter clerici hospites suscipiendi sunt in monasterio.

Cum omni reverentia ut ministri altaris : non licebit nisi ipsis orationem complere, sive ostiarius, sive minister est templi Dei. Quod si aliquo casu lapsus est, et in eo quod dicitur probatus crimine, non liceat ei ante eum qui præest Patrem, vel secundum complere. Nulli permittatur clerico in monasterio habitare, nisi ei tantummodo quem lapsus peccati ad humilitatem deduxit, et est vulneratus ; ut in monasterio humilitatis medicina sanetur. Hæc vobis tenenda sufficiant, fratres, custodienda conveniant, et eritis irreprehensibiles in populo Dei.

CAP. XV.

Qualiter culpæ singulorum emendentur.

Nec hoc tacendum est, qualiter culpæ singulorum emendentur : pro qualitate culpæ erit excommunicatio. Ergo iste ordo teneatur. Si quis ex fratribus sermonem otiosum emiserit, ne reus sit concilii, præcipimus eum triduo a fratrum congre-

[25] I Cor. IV, 12. [26] I Cor. IX, 27. [27] Joan. XII, 6. [28] I. Tim. III, 13. [29] Matth. XVIII, 16. [30] I Tim. V, 12.

(14) *Præcepit.* Ms. *Præcepit dicens.*

(15) *Quod si infirmus est animo.* Ms. *Quod si firmus est corpore.*

(16) *Præveniant.* Post hanc vocem addit ms. *iste ordo teneatur.*

(17) *Et decernere debet ille.* Hæc desunt in ms. Et statim idem cod. *qualis* habet pro *quomodo.*

(18) *Gradum.* Ms. *gradum sibi acq.*

(19) *Meruit.* Ms. *meruerit.*

(20) *Alius.* Ms. *Item alius.*

(21) *Nec.* Ms. *Nec hoc tac.*

(22) *Recipere.* Post verbum hujusmodi addit ms. *et non solum non recipere :* quæ quidem ob ejusdem verbi repetitionem librario exciderint, ut ex contextu liquet.

(23) *Nam sine voluntate cæt.* Hæc et sequentia usque ad ea, *Ille vero monachus,* desunt in ms.

(24) *Ex his*]. Deest præpositio in ms. et quidem rectius.

(25) *A Patre*], Ms. *ab eo qui præest.* Hic vero desinit codex. Vat. neque tria ultima capita agnoscit.

Digitized by Google

gatione vel colloquio esse alienum, ut nullus cum A eo jungatur. Si vero aliquis deprehensus fuerit in risu, vel *in scurrilitate* sermonis, sicut ait Apostolus, *quæ ad rem non pertinet* [31], jubemus hujusmodi duarum hebdomadarum spatio in nomine Domini omni flagello humilitatis coerceri, dicente Apostolo : *Si quis frater nominatur iracundus, aut superbus, aut maledicus, hunc notate* [32]. Et : *Non odite ut inimicum, sed corripite ut fratrem* [33]. Et in alio loco : *Si quis frater fuerit præventus in aliquo delicto, vos qui spiritales estis, instruite hujusmodi* [34], et corripite fratrem ; ita ut per humilitatis frequentiam non reprobus, sed probatus in congregatione perseveret.

CAP. XVI.

Ut sine personarum acceptione æqualiter judicetur.

Hoc ante omnia præcipimus vobis qui huic officio præestis, ut personæ a vobis non accipiantur, sed æquali affectu omnes diligantur, et per correptionem omnes sanentur : quia æqualitas placet apud Deum, dicente Propheta : *Si vere utique* **246** *justitiam loquimini, juste judicate, filii hominum* [35]. Nec latere vos volumus, quia qui non corripit errantem, noverit se pro eo rationem redditurum. Estote fideles et boni doctores ad omnes : corripite inquietos : suscipite infirmos : patientes estote ad omnes : et quantos fueritis lucrati, pro tantis mercedem accipietis, in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti.

[31] Ephes. v, 4. [32] I Cor. v, 11. [33] II Thess. III, 15. [34] Gal. VI, 1. [35] Psalm. LVII, 2.

REGULA ALIA AD MONACHOS.

PRÆFATIO.

Cum resideremus in unum in nomine Domini nostri Jesu Christi, secundum traditionem Patrum sanctorum virorum, visum est nobis conscribere vel regulam ordinare, quæ in monasterio teneatur ad profectum fratrum ; ut neque nos laboremus, neque sanctus præpositus qui constitutus est in loco, dubitationem aliquam pati possit : ut omnes *unanimes*, sicut scriptum est, *et unum sentientes* [36], invicem honorantes, ea quæ statuta sunt a Domino jugi observatione custodiant.

CAP. I.— *De unanimitate charitatis, et de diligendo ac obtemperando abbati.*

Ante omnia habentes charitatem, humilitatem, patientiam, mansuetudinem, vel cætera quæ docet sanctus Apostolus [37] ; ita ut nemo quidquam suum C vindicet, sed, sicut scriptum est in Actibus apostolorum, habeant omnia communia [38]. Ille vero qui præpositus est, Dei judicium et ordinationem sacerdotis in omnibus timere, diligere et obaudire debet secundum veritatem : quia si quis illum putat se spernere, Deum spernit, sicut scriptum est : *Qui vos audit, me audit : et qui vos spernit, me spernit : et qui me spernit, spernit eum qui me misit* [39]. Ita ut sine ipsius voluntate nullus frater quidquam agat, neque accipiat ab aliquo aliquid, neque det, nec usquam prorsus recedat sine verbo.

CAP. II. — *Ut non se fabellis vanis destruant, et ut in conventu nisi interrogatus quis loquatur.*

Observantes etiam hoc, ut non se invicem fabulis vanis destruant, sed unusquisque opus suum meditetur et custodiat, et cogitationes habeat apud B Deum. In conventu omnium nullus junior quidquam nisi interrogatus loquatur. Cæterum si quis vult consolationem accipere vel verbum audire, secretum et opportunum tempus requirat.

CAP. III. — *Ut advenienti peregrino, nihil plus exhibeat quis, quam occursum humilem et pacem.*

Advenienti peregrino nihil plus exhibeat quam pacem : reliquum non sit illi cura unde venerit, pro quo venerit, vel quando ambulaturus sit, nec se jungat ad fabulas cum illo.

CAP. IV.— *Ut præsente seniore psallendi loquendive non habeat facultatem.*

Illud quoque observandum est, ut præsente seniore quocunque, vel præcedente in ordine psallendi, sequens non habeat facultatem loquendi vel C aliquid præsumendi, nisi tantum is qui in ordine, ut dictum est, præcedere videtur. Hoc usque ad imum ante omnia in oratione, seu in opere, sive in responso dando erit servandum. Si vero simplicior fuerit, vel impeditior sermone, et dederit locum, ita demum sequens loquatur. *Omnia* tamen *in charitate fiant* [40], non per contentionem vel aliquam præsumptionem.

CAP. V. — *De cursu orationis, et horis operandi, ac de correctione delinquentium.*

Cursus vero orationum vel psalmorum, sicut dudum statutum est, ultra tempus istud meditandi D operandique servabitur. Ita meditationem habeant fratres, ut usque ad horam secundam legant ; si tamen nulla causa exstiterit, qua necesse sit etiam **247** prætermissa meditatione aliquid fieri in commune. Post horam vero secundam unusquisque ad

[36] Philipp. II, 2. [37] Coloss. III, 12-14. [38] Act. IV, 32. [39] Luc. X, 16. [40] I Cor. XVI, 14.

Digitized by Google

opus suum paratus sit : et usque ad horam nonam quidquid injunctum fuerit, *sine murmuratione vel hæsitatione* [41] perficiat, sicut docet sanctus Apostolus. Si quis autem murmuraverit, vel contentiosus exstiterit, aut opponens in aliquo contrariam voluntatem præceptis, digne correctus tam diu abstineat, quam diu vel culpæ qualitas poposcerit, vel se pœnitendo humiliaverit atque emendaverit. Correctus autem non audeat usquam recedere. Si quis vero de fratribus, vel qui in oratorio sunt, vel qui in cellis consistunt, ejus errori consenserit, culpabilis erit, atque excommunicatione dignissimus.

CAP. VI. — *De his qui ad opus Dei tarde occurrunt.*

Ad horam vero orationis dato signo si quis non statim prætermisso omni opere quod agit (quia nihil orationi præponendum est) paratus fuerit, foras excludatur confundendus. Operam vero dabunt singuli fratres, ut tempore quo missæ (26) fiunt, sive die, sive nocte, quando diutius ad orationem standum est non deficiant, vel superfluo foras recedant ; quia scriptum est in Evangelio : *Oportet autem semper orare, et non deficere* [42]. Et alio loco : *Non impediaris orare semper* [43]. Si quis autem non necessitate, sed magis vitio procedendum putaverit, sciat se, cum deprehensus fuerit, culpabilem judicandum, quia per suam negligentiam et alios in vitium mittit. In vigiliis observandum est, quando omnes conveniunt, quicunque gravatur somno, et exit foras, non se fabulis occupet, sed statim redeat ad opus ad quod convenitur. In congregatione autem ipsa ubi legitur, aurem semper ad Scripturas habeant, et silentium observent omnes.

CAP. VII. — *Ut frater qui pro qualibet culpa arguitur, patientiam habeat ; et ut ad mensam nemo loquatur.*

Hoc etiam addendum fuit, ut frater qui pro qualibet culpa arguitur vel increpatur, patientiam habeat, et non respondeat arguenti ; sed humiliat se in omnibus secundum præceptum Domini dicentis : *Quia Deus humilibus dat gratiam, superbis autem resistit* [44]. Et, *Qui se humiliat exaltabitur* [45]. Qui vero sæpius correptus non se emendaverit, novissimus in ordine stare jubeatur ; sicut Dominus dixit : *Sit tibi sicut ethnicus et publicanus* [46]. Ad mensam autem specialiter nullus loquatur, nisi qui præest, vel qui interrogatus fuerit.

[41] Philipp. II, 14. [42] Luc. XVIII, 1. [43] Eccli. XVIII, 22. [44] I Petr. V, 5. [45] Luc. XIV, 11. [46] Matth. XVIII, 27.

(26) *Missæ*. Orationes et collectæ quæ in fine versus a sacerdote dicebantur dictæ *Missæ*, eo quod Deo missæ sint. Aliquando accipiuntur pro horis canonicis et cursibus nocturnis, prout hic. Vide Menardum ad Concord. *regul.*, pag. 331, 376, 377, qui alias declarationes affert. HOLSTEN., in *Indict. declar.* v. MISSÆ.

REGULA TERTIA AD MONACHOS.

CAPUT I. — *De conversis.*

Cum in nomine Domini una cum fratribus nostris convenissemus, imprimis placuit ut regula et instituta Patrum per ordinem legerentur : quibus lectis placuit, si de sæculo quis in monasterio converti voluerit, regula ei introeunti legatur, et omnes actus monasterii illi pateſiant. Quod si omnia apte susceperit, sic digne a fratribus in cellula suscipiatur : tum si aliquam in cellulam voluerit inferre substantiam, in mensa ponatur coram omnibus fratribus, velut regula continet. Quod si susceptus fuerit, non solum de substantia quam intulit, sed etiam nec de se ipso ab illa judicabit hora.

CAP. II. — *Ut abbas nihil sibi proprium vindicet.*

Abbati vero nulli liceat sibi quidquam proprie vindicare, cum omnia Deo propitio in illius maneant potestate. Si quis vero, quod in regula junioribus prohibetur, sibi aliquid ex successione parentum, seu quolibet donato retinere præsumpserit, et non omnia in commune posuerit, a fratribus arguatur. Si in vitio perstiterit, in notitiam episcopi deferatur : qui si ab episcopo correptus nec sic emendaverit, deponatur.

CAP. III. — *De vestimentis monachorum.*

Vestimenta vero fratribus necessaria ita abbas omnibus ordinare debet, quæ monachis deceant ; non diversis coloribus tincta, exceptis cucullis quæ comparantur, si fuerint nigræ, uti eas debere censemus.

CAP. IV. — *Ut nulla mulier ad monasterium vel agrum monachorum accedat.*

Familiaritatem mulierum, tam parentum, quam extranearum pro custodienda vita, 248 vel cavendis laqueis diaboli, ab omnibus monasteriis vel culturis monachorum ; seu frequentationem monachorum a monasteriis puellarum, sicut regula docet, prohibere, censemus. Neque ulla mulier interius atrium monasterii ingredi audeat. Quod si cum consilio vel voluntate abbatis monasterium vel cellulas monachorum quædam fuerit ingressa, merito ipsis abbas et nomen abbatis reponat, et inferiorem se omnibus presbyteris recognoscat : quia talis sancto gregi præponi debet, qui eos immaculatos Deo offerre procuret ; non per quaslibet familiaritates diabolo sociare festinet.

CAP. V. — *De lectione et operatione monachorum.*

Matutino dicto fratres lectioni vacent usque

Digitized by Google

ad horam secundam : si tamen nulla causa exstiterit, qua necesse sit etiam prætermissa lectione aliquid fieri in commune. Post horam secundam unusquisque ad opus suum paratus sit usque ad horam nonam : quod injunctum fuerit, *Sine murmuratione* perficiet [47].

CAP. VI. — *De his qui ad opus Dei tarde occurrunt.*

Ad horam vere orationis dato signo, qui non statim prætermisso omni opere quod agit (quia nihil orationi præponendum est) paratus fuerit, ab abbate vel præposito corripiatur : et nisi prostratus veniam petierit, excommunicetur.

CAP. VII. — *De silentio ad mensam.*

Ad mensam autem specialiter nullus loquatur, nisi qui præest, vel qui interrogatus fuerit.

CAP. VIII. — *Ut ad necessaria quærenda bini vel terni mittantur.*

Ad necessaria quærenda in cellula, bini egrediantur vel terni fratres : et ita illi, quibus creditur, non qui verbositatem aut gulam sectantur.

CAP. IX. — *Ut nusquam sine præcepto senioris egrediantur.*

Si quis vero extra conscientiam abbatis vel præpositi, qualemcunque locum ingressus, gulæ vel ebrietati se sociaverit; aut si in proximo transmissus, pro sua levitate vel gula, non statim expedita necessitate ad cellam redierit; cum in id facinus fuerit detectus, ut canones docent, aut triginta diebus a communione separetur, aut virgis cæsus emendetur.

CAP. X. — *De his qui de monasterio exire voluerint.*

Quod si casu quis frater de cellula ex qualibet scandali causa exire voluerit, nihil penitus nisi nugalissimo (27) induatur vestimento, et extra communionem infidelis discedat.

[47] Philipp. II, 14.

CAP. XI. — *Ut abbas cum fratribus reficiat omni tempore.*

Illud quoque statuimus, ut abbates omni tempore cum fratribus reficiant : quia eo tempore, quo fratres aut pro negligentia arguere, aut spirituali debent sermone imbuere, absque certa necessitate se removere non debent.

CAP. XII. — *Ut nullus monachus in infirmitate positus parentum studio commendetur.*

Id etiam pro custodienda fama specialiter statuimus, ut nullus monachus in infirmitate positus relicto monasterio parentum suorum studio commendetur : quia magis eum sæcularium spectaculorum visu aut auditu pollui censemus, quam ab ægritudine posse purgari.

CAP. XIII. — *De his qui furtum faciunt.*

Si quis vero monachus furtum fecerit, quod potius sacrilegium dici potest, id censuimus ordinandum; ut junior virgis cæsus tanti criminis reus nunquam officium clericatus excipiat; si vero jam clericus in id facinus fuerit deprehensus, nominis ipsius dignitate privetur : cui sufficere potest pro actus sui levitate, impleta pœnitentiæ satisfactione, communio.

CAP. XIV. — *Ut nullus alterius monasterii monachum sine permissu abbatis suscipiat.*

Monachum nisi abbatis sui aut permissu aut voluntate ad aliud monasterium commigrantem, nullus abbas aut suscipere aut retinere præsumat. Quod si ad districtiorem regulam non pro actus sui levitate tendentem abbas suus ipsum ad alterum monasterium transire permiserit, ut inde postea sub aliqua occasione aggredi præsumat, nulla ratione permittimus. Sane si quis post hanc diligentissimam sanctionem non observare quæ sunt superius comprehensa præsumpserit, reum se divinitatis pariter et fraternitatis judicio futurum esse cognoscat.

(27) *Nugalissimo.* Id est, quod risum moveat occurrentibus, interprete Cangio, qui hunc ipsum recitat in *Glossar.* v. Nugalissimus. Eodem sensu accipiendum *notatissimum vestimentum*, cujus mentio in superiore regula S. Macarii cap. 28, quod Holstenius interpretatur, *parvi momenti ac nullius valoris.*

Digitized by Google

REGULA ORIENTALIS

EX PATRUM ORIENTALUM REGULIS COLLECTA

A VIGILIO DIACONO.

249 I. Ut neque seniores in regendis fratribus A inaniter laborent, neque disciplina juniorum vacillet, quæ abbatis conversatione stabilita firma sit, oportet abbatem irreprehensibilem esse, severum, patientem, jejunum, pium, humilem : ut doctoris et patris locum impleat, se ipsum formam præbens bonorum operum [48]. Ad cujus ordinationem omnes fratres respiciant, nihil sine consilio et auctoritate ipsius facientes. Qui sustinens monasterii necessitates, de omnibus quæ in monasterio sunt libere judicabit ; nullius personam accipiens, nec ulli gratiam præstans ; sed unumquemque secundum merita quotidianæ conversationis in veritate judicans, admoneat, hortetur, castiget, condemnet : vel suscipiat, si ita utile videtur, venientes ad monasterium ; vel ejiciat, si ita necessitas fuerit, male habitantes.

II. In monasterio seniores sint duo, ad quos vel præsente abbate vel absente omnium fratrum disciplina, et omnis cura monasterii pertineat : dantes sibi vices per dies, et dividentes inter se pondus ac necessitatem monasterii ; ex quibus unus tempore suo præsens in monasterio semper erit, ad præstandum abbati solatium, vel obsequium advenientibus fratribus ; et ad procedendum ubi necessitas communis exegerit, atque diligentiam circa omnia quæ ad quotidianam custodiam et conversationem monasterii pertinent adhibendam : ut quæcunque ad obsequium usumque monasterii facienda C sunt, sine negligentia et querela faciant. Alius cum fratribus erit, tempore suo exiturus cum ipsis ad omnia opera et omnem necessitatem, providens ne quid contra disciplinam faciant. Qui considerans omnes actus singulorum, si qua contra rationem facta viderit, vel per se emendet, vel abbati indicet.

III. Ille vero qui secundum ordinem disciplinæ ordinatione abbatis ex consilio et voluntate omnium fratrum fratribus præpositus est, omnem ad se curam de disciplina fratrum et diligentiam monasterii revocabit ; habens potestatem abbate absente faciendi omnia quæ abbas præsens facit. Ille autem patientiam, mansuetudinem, humilitatem, charitatem, æquitatem, sine personarum acceptione servabit ; ita agens, ut nec abbati tædium generet, nec

[48] Tit. II, 7.

fratres intemperantia illius laborent. Hæc observabit senior monasterii qui fratribus præpositus est, referens ad abbatem omnia, vel præcipue illa quæ per se non valuerit explicare.

IV. Commendatum aliquod etiam a germano fratre nullus accipiat : nihil in cella sua absque præpositi jussione quispiam habeat, ne poma quidem vilissima, et cætera hujuscemodi.

V. Operantes vero fratres nihil loquantur sæculare : sed aut meditentur ea quæ sancta sunt, aut certe silebunt.

VI. Qui autem coquinat, antequam fratres reficiant, non gustabit quidquam.

VII. Nemo in cella aut in domo sua habeat quidB quam præter ea quæ in communi monasterii lege præcepta sunt.

VIII. Cumque ad dormiendum se collocaverint, alter alteri non loquatur. Cellam alterius, nisi prius ad ostium percutiat, introire non audeat.

IX. Mutare de his quæ a præposito acceperit cum altero non audebit. Nec accipiat melius, et dabit deterius ; aut e contrario dans melius et deterius accipiens. Nemo ab altero accipiat quidpiam, nisi præpositus jusserit.

X. Clausa cella nullus dormiat ; nec habeat cubiculum quod claudi possit : nisi forte ætati alicuC jus vel infirmitati Pater monasterii concesserit.

XI. Nemo a terra solvat funiculum absque jussione patris. Qui in monasterio fratrum invenerit quidpiam, suspendat, ut tollat qui cognoverit.

XII. Ad collectam et ad psallendum nullus sibi occasionem inveniat, quibus se dicat occupatum quasi ire non possit. Et si in monasterio, vel in agro, aut in itinere, aut in quolibet ministerio fuerit, orandi et psallendi tempus non prætermittat.

XIII. Qui minister est, habeat studium ne quid operis pereat in monasterio. In qualicunque omnino arte quæ exercetur a fratribus, si quid perierit, D et per negligentiam fuerit dissipatum, increpetur a Patre minister operum : et ipse iterum increpet alium, qui opus perdiderit ; duntaxat juxta volun-

Digitized by Google

tatem et præscientiam principis, absque quo nullus increpandi fratrem habebit potestatem.

XIV. Si inventus fuerit unus e fratribus aliquid per contentionem agens, vel contradicens majoris imperio, increpabitur juxta mensuram peccati sui.

XV. Qui mentitur, aut odio quemquam habere fuerit deprehensus, aut inobediens, aut plus joco quam honestum est deditus, aut otiosus, aut dure respondens, aut habens consuetudinem fratribus detrahendi, vel his qui foris sunt; et omnino quidquid contra regulam Scripturarum est et monasterii disciplinam, et audierit Pater monasterii, vindicabit juxta mensuram opusque peccati.

250 XVI. Si omnes fratres viderint præpositum nimium negligentem, aut dure increpantem fratres, et mensuram monasterii excedentem, referant hoc Patri, et ab eo increpetur. Ipse autem præpositus nihil faciat, nisi quod Pater jusserit; maxime in re nova. Quæ ex more descendit, servabit regulam monasterii.

XVII. Præpositus vero non inebrietur, nec sedeat in humilioribus locis. Ne rumpat vincula quæ Deus in cœlo condidit, ut observentur in terris. Ne lugeat in die festo Domini Salvatoris : dominetur carni suæ, juxta mensuram sanctorum. Non inveniatur in excelsis cubilibus, imitans morem gentilium. Non sit duplicis fidei. Non sequatur cordis sui cogitationes, sed legem Dei. Non resistat sublimioribus tumenti animo potestatibus. Ne fremat, nec hirriat iratus super humiliores : nec transferat terminos regulæ. Non sit fraudulentus, neque in cogitationibus versetur dolos; nec negligat peccatum animæ suæ; nec vincatur carnis luxuria. Non ambulet negligenter. Non loquatur verbum otiosum. Non ponat scandalum ante pedes cæci. Non doceat voluntatem animam suam. Non resolvatur risu stultorum ac joco Non capiatur cor ejus ab his qui inepta loquuntur et dulcia. Non vincatur muneribus : non parvulorum sermone ducatur. Non deficiat in tribulatione. Non mortem timeat, sed Deum: non prævaricator sit propter imminentem timorem. Non relinquat verum lumen propter modicos cibos. Non nutet ac fluctuet in operibus suis. Non mutet sententiam, sed firmus sit solidique decreti : justus, cuncta considerans: judicans in veritate absque appetitu gloriæ; manifestus Deo et hominibus, et a fraude procul. Nec ignoret conversationem suorum, nec ad eorum scientiam cæcus exsistat. Nulli noceat per superbiam; nec sequatur concupiscentias oculorum. Veritatem nunquam prætereat : oderit injustitiam. Secundum personam nunquam judicet pro muneribus, nec condemnet animam innocentem per superbiam. Non rideat inter pueros : non deserat veritatem timore separatus. Non despiciat eos qui indigent misericordia. Non deserat justitiam propter lassitudinem; ne perdat animam suam propter verecundiam : ne respiciat dapes lautioris mensæ : nec pulchra vestimenta desideret; nec se negligat, sed semper dijudicet cogitationes suas. Non inebrietur vino; sed humilitati junctam habeat veritatem. Quando judicat, sequatur præcepta majorum et legem Dei, quæ in toto orbe prædicata est.

XVIII. Si deprehensus fuerit aliquis e fratribus libenter cum pueris ridere et ludere, et habere amicitias ætatis infirmæ, tertio commoneatur, ut recedat ab eorum necessitudine, et memor sit honestatis, et timoris Dei : si non cessaverit, corripiatur ut dignus est correptione severissima.

XIX. Qui contemnunt præcepta majorum et regulas monasterii quæ Dei præcepto constitutæ sunt, et parvipendunt seniorum consilia, corripiantur juxta ordinem constitutum, donec corrigantur.

XX. Majores qui cum fratribus mittuntur foras, quandiu ibi fuerint, habebunt jus præpositorum et eorum cuncta regentur arbitrio. Docebunt fratres per constitutos dies; et si forte inter eos ortum fuerit aliquid simultatis, audient ipsi majores, et dijudicabunt causam, et dignum culpa increpabunt; ut ad imperium eorum statim pacem pleno corde consocient.

XXI. Si quis frater contra præpositum suum habuerit tristitiam, aut ipse præpositus contra fratrem aliquam querimoniam; probatæ fratres conversationis et fidei eos audire debent, et dijudicabunt inter eos. Si tamen absens est Pater monasterii vel alicubi profectus, primum quidem exspectabunt eum : sin autem diutius vident foris demorari, tunc audient inter præpositum et fratrem; ne diu suspenso judicio tristitia major oriatur; ut et ille qui præpositus est, et ille qui subjectus est, et illi qui audiunt, juxta timorem Dei cuncta faciant, et non dent in ullo occasionem discordiæ.

XXII. Nullus mittatur foras ad aliquod negotium solus. Missi vero non singuli, sed bini vel terni ambulent : ut dum se invicem custodiunt et consolantur, et seniores eorum de honesta eorum conversatione securi sint, et illi non periclitentur. Observantes tamen hoc, ut non se invicem fabulis inanibus destruant, neque negligentiæ dent locum destructionis; sed unusquisque in actu suo attentus sit, prout tempus fuerit.

XXIII. Quando autem reversi fuerint in monasterium, si ante ostium viderint aliquem quærentem suorum affinium, de his qui in monasterio commorantur, non valebunt ire ad eum, et nuntiare, vel evocare. Et omnino quidquid foris gesserint, in monasterio narrare non præsumant.

XXIV. Omnibus erit potestas legendi usque ad horam tertiam : si tamen nulla causa exstiterit, qua necesse sit etiam aliquid fieri. Post horam vero tertiam si quæ statuta sunt, sicut scriptum est,

Digitized by Google

per superbiam, vel negligentiam, vel desidiam, intercedentem non custodierit, sciat se cum in hoc errore deprehensus fuerit, culpabilem judicandum; quia per suum errorem et alios in vitium mittit.

XXV. Cellarii vero cura sit, ut abstinentiam et sobrietatem studens, illata in monasterio ad sumptus fratrum diligenter et fideliter servet : nihil suscipiens, nec quidquam tradens sine auctoritate vel seniorum consilio. Qui etiam omnia utensilia quæ in monasterio sunt, id est, vestem, vas, ferramentum, et quidquid usibus quotidianis necessarium est, custodiat; et unamquamque rem proferens, cum fuerit necessarium, ab eo iterum ad reponendum cui utendo consignaverit recepturus. Ad victum vero fratrum proferat ac tradat septimahariis; ad condiendos cibos det necessaria secundum quotidianæ expensæ consuetudinem, neque profuse neque avare; ne vitio ipsius vel monasterii substantia gravetur, vel fratres patiantur injuriam. Sed et necessitatem infirmorum fratrum ac laborem considerans, nihil ægrotantium desideriis neget ex his quæ habuerit, quantum illis necesse fuerit. Advenientibus diversis fratribus escas parabit. Hæc erit cura custodis cellarii, recurrens semper ad seniorum consilium, et requirens de omnibus, vel præcipue de his quæ proprio suo intellectu non potuerit adimplere.

XXVI. Ostiarii cura sit, ut omnes advenientes intra januas recipiat; dans eis responsum honestum **251** cum humilitate et reverentia, ac statim nuntians vel abbati vel senioribus, quis venerit et quid petierit. Nec ullus extraneorum patiatur injuriam : neque habeat cum aliquo de fratribus necessitatem ac facultatem loquendi, absque conscientia abbatis vel seniorum præsentia. Si quid vero cuicunque de fratribus missum mandatumque fuerit, nihil ad ipsum perveniat priusquam abbati vel senioribus indicetur. Ante omnia ostiarius monasterii hæc observabit, ne quemquam de fratribus foris januam exire permittat.

XXVII. Si quis accesserit ad ostium volens sæculo renuntiare, et fratrum aggregari numero, non habeat libertatem intrandi : sed prius nuntietur Patri monasterii, et manebit paucis diebus foris ante januam, ac docebitur orationem Dominicam, et psalmos, quantos potuerit discere; et diligenter sui experimentum dabit, ne forte mali quidpiam fecerit, ut turbatus ad horam timore discesserit, aut sub aliqua potestate sit; et utrum possit renuntiare parentibus suis, et propriam contemnere facultatem. Si eum viderint aptum ad omnia, tunc docebitur et reliquas monasterii disciplinas; quæ facere debeat, quibusque servire, sive in collecta omnium fratrum, sive in domo cui tradendus est, sive in vescendi ordine : ut instructus atque perfectus in omni opere bono fratribus copuletur. Hæc observabit custos januæ, referens omnia, sicut superius scriptum est, et annuntians senioribus.

XXVIII. Septimanarii ad cibos parandos, vel ad luminaria concinnanda, vel ad nitores faciendos, et quæ ad obsequium ususque monasterii pertinent, semper parati sint. Hos nulla alia necessitas occupet, sed in hoc studium impendant, ut rem susceptam utiliter et diligenter impleant. Et si quid forte nesciunt de his quæ agere debent, sine dissimulatione seniores suos semper interrogent.

XXIX. Hi itaque quibus disciplina, vel utilitas, vel opinio, vel obsequium monasterii creditur, officia sibi injuncta fideliter custodiant et impleant. Hos enim errare non decet, qui ad omnes errores emendandos præpositi sunt. Qui si vel superbia, vel negligentia, vel desidia aliqua ex his prætermiserint quæ in regula continentur, per ipsosque destructio esse cœperit per quos debet ædificatio crescere, omnibus condemnationibus quas regula continet, subjacebunt.

XXX. Inter omnes fratres hoc observabitur, ut obedientes senioribus suis, et deferentes sibi invicem, habeant patientiam, moderationem, humilitatem, charitatem, pacem sine figmento et mendacio, et maledictione, et verbositate, et jurandi consuetudine : ita ut nemo suum quidquam vindicet, neque ullus aliquid peculiariter usurpet; sed habeant omnia communia.

XXXI. Sine seniorum verbo et auctoritate nullus fratrum quidquam agat : neque accipiat aliquid, neque det; neque usquam prorsus procedat.

XXXII. Cum vero inventa fuerit culpa, ille qui culpabilis invenitur, corripiatur ab abbate secretius. Quod si non sufficit ad emendationem, corripiatur a paucis senioribus. Quod si nec sic emendaverit, excommunicetur; et non manducet quidquam. Cui si ne hoc quidem profuerit, in quolibet loco fuerit, postremus inter omnes in psallendi ordine ponatur. Quod si in pravitate perseverat, etiam psallendi ei facultas auferatur. Quem si vel hæc confusio non commoverit, abstineatur a conventu fratrum; ita ut nec mensæ, nec Missæ intersit, neque cum eo ullus frater de junioribus colloquatur. Abstinebitur autem tam diu, quam diu vel qualitas culpæ poposcerit, secundum abbatis ac seniorum arbitrium; vel se ex corde pro culpa pœnitens humiliaverit, et veniam erroris sui omnibus præsentibus petierit. Quod si in fratrem peccavit, etiam ab eo fratre veniam petat, cui injuriam fecit.

XXXIII. Si quis errori ejus consenserit, et secundum duritiam illius magis consilium dederit, ut se tardius humiliet, sciat se cum in hoc errore fuerit deprehensus, simili modo culpabilem judicandum.

XXXIV. Hoc etiam addendum fuit; ut frater qui

Digitized by Google

pro qualibet culpa arguitur vel increpatur, patientiam habeat, et non respondeat arguenti se : sed humiliet se in omnibus, et emendet.

XXXV. Si vero fuerit aliquis tam durus et tam alienus a timore Domini, ut tot castigationibus et tot remissionibus non emendet, projiciatur de monasterio, et velut extraneus habeatur : ne vitio ipsius alii periclitentur.

XXXVI. Quod si aliquis locutus fuerit, vel riserit in vescendo, increpetur, et agat pœnitentiam.

XXXVII. Si quis ad manducandum tardius venerit absque majoris imperio, similiter agat pœnitentiam, aut ad cellam suam jejunus revertatur.

XXXVIII. Si aliquid necessarium fuerit in mensa, nemo audebit loqui, sed ministrantibus signum soni dabit. Ministri vero absque his quæ in commune fratribus præparata sunt, nihil aliud comedant, nec mutatos cibos sibi audeant præparare.

XXXIX. Nemo plus alteri dabit quam alter accepit : quod si obtenditur infirmitas, præpositus domus perget ad ministros ægrotantium, et ab his quæ necessaria sunt accipiet.

XL. Quando ad ostium monasterii aliqui venerint, si clerici fuerint aut monachi, majori honore suscipientur : lavabuntque pedes eorum, juxta A Evangelii præceptum, et præbebunt eis omnia quæ apta sunt usui monachorum.

XLI. Si quis ad ostium monasterii venerit, dicens velle se videre fratrem suum vel propinquum, janitor nuntiabit abbati, et permittente eo accipiet comitem cujus fides probata est ; et sic mittetur ad fratrem videndum vel proximum.

XLII. Si propinquus alicujus mortuus fuerit, prosequendi funus non habebit licentiam, nisi Pater monasterii præceperit.

XLIII. Nullus de horto tollat olera, nisi ab hortulano acceperit.

XLIV. Nemo alteri loquatur in tenebris : nullus B in psiatho (28) cum altero dormiat : manum alterius nemo teneat : sed sive steterit, sive ambulaverit, sive sederit, uno cubito distet ab altero.

XLV. Si quis tulerit rem non suam, ponetur super humeros ejus; et sic agat pœnitentiam publice in collecta.

XLVI. Si præpositus injuste judicaverit, injustitiæ ab aliis condemnabitur.

XLVII. Qui consentit peccatis, et defendit alium delinquentem, maledictus erit apud Deum et homines, et corripietur increpatione severissima.

(28) *Psiatho. Psiatnum* sive *Psathium*, est teges sive storea, ex junco sive papyro confecta, qua pro lecto et stragulo utebantur monachi. Vid. Roswcydum in *Onomast.* ad Vit. PP. 1035, et Menardum ad *Concordiam Regul.*, pag. 758. HOLSTEN. — Videsis Cangium in *Glossario*, v. Psiatium.

Digitized by Google

PALLADII

HELENOPOLITANI EPISCOPI

HISTORIA LAUSIACA.

—

PRÆFATIO GENTIANI HERVETI.

—

De monachorum vita, moribus et institutis, cum multi multa sparsim scripserint. Lausus præpositus utilem historiam : Cassianus collationes : Sophronius Hierosolymitanus paratum et novum paradisum titulo ediderit : Hieronymus aliquorum vitas : Basilius in ascetico regulas : Damianus et Odo res gestas : duo tamen celeberrimi et magni nominis auctores, Palladius et Theodoretus, ea litterarum monimentis mandaverunt, quæ (cum ii de quibus scribunt, Sytiotæ et Tabensiotæ videlicet, vel illorum temporibus, vel paulo ante eorum tempora vixerint) aut a viris fide dignis qui ea viderant, accepere, aut ipsi suis oculis præsentes perspexere. Quorum alter quidem, nempe Palladius, antea Latine versus, sub Heraclidis nomine in lucem exiit, sed non integer, cum in eo plus quam triginta vitæ desiderentur. Itaque non satis habui id quod ei deerat, supplere, nisi eum denuo a capite verterem. Hoc autem esse opus Palladii, nemo dubitaverit qui legerit caput 44, lib. II *ecclesiasticæ Historiæ* Nicephori : *Palladius*, inquit, *Evagrii discipulus, vitas sanctorum optime exposuit.* Non dubitaverit etiam qui legerit cap. libri VIII. *Hist. Trip.* Cass. et 23 Socratis scholastici : qui loquens de sanctis de quibus paulo ante scripserat, hæc dicit : *Si quis autem velit scire ea quæ ipsi egerint et fecerint, et quæ ad eorum qui audierunt, locuti sint utilitatem, et quemadmodum eis obedirent bestiæ; a Palladio monacho scriptus est liber unus, qui Evagrii quidem erat discipulus : de iis autem omnia accurate pertractavit : in quo etiam meminit mulierum quæ par vitæ institutum cum viris prius dictis susceperunt.* Quod autem hic liber scriptus sit ad Lausum, probatur testimonio Joannis Damasceni in libro qui inscribitur : *De iis qui in fide dormierunt.* Quod si quis dixerit, id quod Macario ab eo ascribitur, non inveniri in hoc nostro Opere : duorum alterum necesse est, vel id fuisse in hoc opere tempore Damasceni, et fuisse postea ab hæretico aliquo malitiose sublatum : vel eum librum qui inscribitur : *De doctrina Patrum*, fuisse etiam Palladio conscriptum : quem constat fuisse e Græco conversum; cum, de capite mortui, miraculum quod Macario ascribit Damascenus, iisdem verbis in eo opere referatur, libro quarto, capite de exemplis et doctrinis vitæ spiritualis. Non est autem quod a Palladio nostro Ciceroniana exspectetur eloquentia. Nam cum ipse nullo adhibito orationis ornamento, humilique ac plane plebeio stylo; visus sum mihi fidelis interpretis non functurus officio, si aliter vertissem quam scripsisset. Lege ergo non ut ex ejus lectione sis eloquentior, sed ut melior, et in iis quæ ad pietatem et pulcherrimæ historiæ cognitionem pertinent, eruditior, imitatus videlicet vitam angelicam eorum virorum, qui in carne minus carnalem vitam, sed angelicam degerunt : juxta exemplum quod et tibi proposuit Theodosius princeps optimus, qui quarto cujusvis hebdomadis die jejunabat, hymnos Deo cum sororibus alternis canebat, et ne ab asceterio monachorum aula

Digitized by Google

sua differret, spiritus verba semper in ore habuit, cum episcopis et sacerdotibus congressus, obscuros locos, τρίφα, et nodos Scripturarum, haud aliter quam si sacris ipse initiatus esset, explicuit, noctu libris legendis αὐτόματον lucernam excogitavit, ἀοργησίαν, id est, injuriarum remissionem, invexit. Sacerdotes adeo dilexit, ut episcopi Chebronensis defuncti sagulum sub imperiali chlamyde gestaverit : tanti fecit monachos, ut a quodam excommunicatus, cui quidpiam denegaverat, non prius cibum sumpserit quam ab eodem diu multumque quæsito, vinculis solutus esset. Vixit autem Palladius imperante Theodosio. Vale.

Ut probe noscas, lector, quisnam Palladius fuerit, accipe judicia Patrum de ipso. Sanctus Hieronymus, cujus in hac re judicium probat sanctus Gelasius I, præfatione in libro adversus Pelagianos, ait : *Palladius servilis nequitiæ hæresim Pelagianam instaurare conatus est.* Sanctus Epiphanius epist. ad Joannem Hierosolymitan. sic inquit : *Palladium vero Galatam, qui quondam nobis charus fuit, et nunc misericordia Dei indiget, cave, quia Origenis hæresim prædicat et docet, ne forte aliquos de populo tibi credito ad perversitatem sui inducat erroris.* Hæc sanctus Epiphanius. At res Palladii gestas, vafritiem et odium in sanctum Hieronymum pluribus exponunt Annal. Ecclesiastici tom. V. Ex quibus omnibus disces, quæ fides adhibenda sit hæretico homini Origenistæ et Pelagiano, in his præsertim quæ de quibusdam sui similibus monachis eadem fuligine tinctis in hoc opere prodit : ac maxime verendum ne aliquos pro sanctis venditet, qui fuerunt Origenistæ, vel Pelagiani. Sagaci conjectura suis locis in opere quosdam istius furfuris indicabimus. Ut magis autem faciem et intima Palladii introspicias, scito ipsum fuisse discipulum Evagrii Pontici, Origenistæ hæretici toties ab Ecclesia damnati, de quo plura annotavimus tomo V, initio libri Evagrii. Hoc de se testatur Palladius in hac Lausiaca, cum ait : Respondi me esse peregrinum, et de Galatiæ partibus venire, et unum ex Evagrii fratribus esse confessus sum. Idem affirmarunt Socrates lib. IV, cap. 18, et Nicephorus lib. II, cap. 44, ut nihil mirum sit, si eodem luto errorum, quo magister, tinctus Palladius fuerit. Quorcirca ut hoc opus laudant Socrates et Nicephorus, ut non imus inficias multa illi inesse utilia et recta, ita certum est illos, qualis Palladius fuerit, non penitus perspectum habuisse.

Digitized by Google

ΠΑΛΛΑΔΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΕΛΕΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

Η ΠΡΟΣ ΛΑΥΣΟΝ ΙΣΤΟΡΙΑ

ΠΕΡΙΕΧΟΥΣΑ ΒΙΟΥΣ ΟΣΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ.

—

Gentiano Herveto interprete.

Ducæus, *Supplementum Biblioth. Patrum* ed. Paris. 1624, fol. t. II, p. 893.

—

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Ἐν ταύτῃ τῇ βίβλῳ ἀναγέγραπται ἐνάρετος ἄσκησις, καὶ θαυμαστὴ βίου διαγωγὴ, τῶν μακαρίων καὶ ἁγίων Πατέρων μοναχῶν, καὶ ἀναχωρητῶν τῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, πρὸς ζῆλον καὶ μίμησιν τῶν τὴν οὐρανίων πολιτείαν ἐθελόντων κατορθοῦν, καὶ τὴν εἰς βασιλείαν οὐρανῶν ἄγουσαν βουλομένων ὁδεύειν ὁδόν· καὶ γυναικῶν πρεσβυτίδων καὶ ἀοιδίμων θεοπνεύστων μητέρων μνῆμαι, τῶν ἀνδρείῳ καὶ τελείῳ φρονήματι τοὺς τῆς ἐναρέτου ἀσκήσεως ἄθλους ἐξανυσασῶν, πρὸς ὑπογραμμὸν καὶ ἔρωτα θεῖον, τῶν ἐθελουσῶν τὸν τῆς ἐγκρατείας καὶ ἁγνείας ἀναδήσασθαι στέφανον· διὰ τὸ ὑπὸ ἀνδρός τινος παγκρατίστου, καὶ τῇ γνώμῃ πολυμαθοῦς, καὶ τῷ ἤθει εἰρηνικοῦ, καὶ τῇ καρδίᾳ εὐσεβοῦς, καὶ τῇ διανοίᾳ θεοφιλοῦς, καὶ τοῦ πρὸς δεομένους τῶν χρειῶν κοινωνικοῦ, καὶ αὐτῇ κορυφῇ τῶν ἀξιωμάτων διὰ χρηστότητα τρόπων πολλῶν λογάδων ἀνδρῶν προτετιμημένου, καὶ τὸ ὅλον τῇ δυνάμει τοῦ θείου Πνεύματος φρουρουμένου, ἐπιτάξαντος ἡμῖν, μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ τὸ ἀληθὲς εἰπεῖν, πρὸς τὴν τῆς τῶν κρειττόνων θεωρίας τὸν νωθρὸν ἡμῶν νοῦν διεγείραντος πρὸς μίμησιν καὶ ἅμιλλαν τῶν ἀρετῶν τῆς ἀσκήσεως τῶν ὁσίων καὶ ἀθανάτων πνευματικῶν ἡμῶν Πατέρων, τῶν ἐν ἀρεσκείᾳ Θεοῦ, ἐν σκληραγωγίᾳ πολλῇ τοῦ σώματος βεβιωκότων· ὡς ἀναγραψαμένους ἡμᾶς τοὺς τῶν ἀνικήτων ἀθλητῶν βίους διαπέμψασθαι τούτῳ, ἀνακηρύττοντας ἑνὸς ἑκάστου τῶν μεγάλων τὰς ἐνεργεῖς ἀρετάς. Ἔστι δὲ ὁ τοῦ θείου τούτου καὶ πνευματικοῦ πόθου ἐραστὴς ὁ ἄριστος τῶν ἀνδρῶν Λαῦσος ὁ μετὰ τὴν τοῦ Θεοῦ ῥοπὴν φύλαξ τεταγμένος τῆς ἐνθέου καὶ εὐσεβοῦς βασιλείας.

Ἐγὼ τοίνυν ὁ καὶ τῇ γλώττῃ ἀπαίδευτος, καὶ πνευματικῆς γνώσεως ἀκροθιγῶς πως γευσάμενος, καὶ τοῦ καταλόγου τῶν ἁγίων Πατέρων πνευματικοῦ βίου ἀνάξιος, δεδοικὼς τὸ ὑπὲρ ἐμὲ ἄμετρον τῆς ἐπιταγῆς μέγεθος, δυσανηνσχέτουν ἐγχειρῆσαι τούτῳ τῷ ἐπιτάγματι πολλῆς δεομένῳ καὶ σοφίας τῆς ἔξωθεν, καὶ πνευματικῆς συνέσεως. Ὅμως καταιδεσθεὶς πρῶτον τὸ σπουδαῖον τῆς ἀρετῆς τοῦ εἰς ταύτην τὴν σπουδὴν ἡμᾶς διεγείραντος, ἀναλογισάμενος δὲ καὶ τῶν ἐντυγχανόντων τὴν ὠφέλειαν, δεδιὼς δὲ καὶ τὸν ἐπὶ τῇ εὐλόγῳ παρακοῇ κίνδυνον, Θεοῦ προνοίᾳ πρῶτον ἀνατεθεικὼς τὸ γενναῖον ἐπίταγμα, καὶ πολλῇ προσεχείᾳ χρησάμενος τῇ τῶν ἁγίων Πατέρων πρεσβείᾳ, πτερούμενος ἀνέβην εἰς τοὺς ἀγῶνας τοῦ σκάμματος, καὶ ὡς ἐν ἐπιτομῇ τῶν γενναίων ἀθλητῶν καὶ μεγάλων ἀνδρῶν τὰ ἔπακρα μόνον καὶ σημεῖα ἀναγραψάμενος.

Οὐ μόνον ἀνδρῶν ἀοιδίμων κατορθωκότων πολιτείαν ἀρίστην, ἀλλὰ καὶ γυναικῶν μακαρίων καὶ εὐσχημόνων ἄκραν πολιτείαν ἐξασκησασῶν. Καὶ τῶν μὲν τὰ ἱεροπρεπῆ πρόσωπα αὐτοπροσώπῳ θέᾳ ἰδεῖν κατηξιώθην· τῶν δὲ ἤδη τελειωθέντων ἐν τῷ σκάμματι τῆς εὐσεβείας παρὰ θεοφόρων ἀθλητῶν τοῦ Χριστοῦ τὴν οὐράνιον τούτων ζωὴν ἐκμεμάθηκα. Πολλὰς δὲ πόλεις, καὶ πλείστας κώμας, σπήλαιά τε ἅμα καὶ πάσας σκηνὰς τῆς ἐρήμου τῶν μοναχῶν πολλῇ τῇ πορείᾳ περινοστήσας θεοσεβείας σκοπῷ, μετὰ πάσης ἀκριβείας, ἃ μὲν αὐτὸς ἱστορήσας ἀνεγραψάμην, ἃ δὲ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἀκήκοα, ἄθλους μεγάλων ἀνδρῶν καὶ ἀνδρειοτέρων τῆς φύσεως γυναικῶν διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἐλπίδα, ἐνσημήνας ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ ἀπέσταλκα τῇ τῶν θείων λογίων φίλῃ ἀκοῇ σου, ἀνδρῶν ἀρίστων καὶ θεοφιλῶν ἐγκαλλώπισμα, καὶ τῆς πιστοτάτης καὶ θεοφιλοῦς βασιλείας ἀγλάϊσμα, γνήσιε καὶ φιλόχριστε δοῦλε Θεοῦ Λαῦσε, ἐγχαράξας κατὰ τὴν προσοῦσαν ἐμοὶ βραχύτητα ἑκάστου τῶν τοῦ Χριστοῦ ἀθλητῶν ἀρρένων τε καὶ θηλειῶν τὸ ἀοίδιμον ὄνομα· ἐξηγησάμενός τε ἀπὸ πολλῶν καὶ πάνυ μεγάλων ἄθλων ἑκάστου ὀλίγους καὶ σφόδρα βραχεῖς, προστεθεικὼς τῶν πλείστων καὶ τὸ γένος, καὶ τὴν πόλιν, καὶ τὸν τρόπον τῆς μονῆς.

Ἐμνημονεύσαμεν δὲ ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν κατωρθωκότων μὲν εἰς ἄκρον τὴν ἀρετὴν, διὰ δὲ τὴν μητέρα τῆς ὑπερηφανίας, τὴν καλουμένην κενοδοξίαν, εἰς ἔσχατον βάραθρον καὶ πυθμένα ᾅδου κατενεχθέντων, καὶ τὰ ἐκ μακρῶν χρόνων καὶ πολλῶν κόπων κτηθέντα αὐτοῖς ἐπέραστα καὶ περιμάχητα τῆς ἀσκήσεως κατορθώματα, ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ ὑπὸ τοῦ τύφου καὶ τῆς οἰήσεως διαῤῥυέντα· χάριτι δὲ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, καὶ προνοίᾳ τῶν ἁγίων Πατέρων, καὶ συμπαθείᾳ σπλάγχνων πνευματικῶν, ἐξαρπασθέντων τῶν τοῦ διαβόλου δικτύων, καὶ ταῖς εὐχαῖς τῶν ἁγίων τῶν πρότερον ἀναχτησαμένων ἐνάρετον βίον.

Digitized by Google

PALLADII EPISCOPI HELENOPOLEOS

HISTORIA AD LAUSUM

CONTINENS VITAS SANCTORUM PATRUM.

PROŒMIUM.

In hoc libro scripta est, qua in virtute utebantur, exercitatio et admirabilis vitæ agendæ ratio beatorum et sanctorum Patrum qui degebant in solitudine; ut eos æmulentur ac imitentur qui cœlestem volunt vitam agere, et quæ ad regnum cœlorum deducit, viam ingredi; annumque mulierum memoria, et inclytarum matrum a Deo inspiratarum, quæ magno et forti animo virtutis exercitationis peregere certamina, ut exemplar proponatur, et amor excitetur iis quæ continentiæ ac castitatis volunt corona redimiri, ex sententia et voluntate viri, qui est varia ac multiplici doctrina præditus, moribus pacificus, et corde pius, menteque religiosus, et in iis quæ sunt opus egentibus communicandis liberalis, et propter morum bonitatem multis viris eximiis est in summis honoribus præpositus, et omnino custoditur virtute divini Spiritus. Qui quidem nobis jussit, vel, si verum potius dicere oporteat, ad eorum quæ sunt meliora contemplationem hebes nostrum et obtusum excitavit ingenium, ut ad proponendam ad imitandum virtutum exercitationis decertationem sanctorum et immortalium et spiritalium patrum nostrorum, qui, ut Deo placerent, in dura et aspera tractatione corporis vitam egerunt, præclarorum athletarum vitam a nobis descriptam ad eum mitteremus, uniuscujusque ex magnis strenuas prædicando virtutes. Divini autem hujus et spiritalis desiderii amator est Lausus, cui post divinum auxilium mandata est custodia divinitus afflati et religiosi imperii.

Ego igitur qui et lingua sum ineruditus, et spiritalem cognitionem summis quodammodo labris attigi, et indignus sum qui recenseam catalogum spiritalem vitam agentium sanctorum Patrum, et si reformidem præcepti magnitudinem quod meas vires superat, et jussum ægre feram, quod et magnam externam sapientiam, et spiritalem requirit intelligentiam; reveritus tamen primum et ejus qui ad hoc exsequendum nos excitavit virtutem, et reputans eorum qui hæc legent utilitatem, et extimescens periculum quod essem aditurus, etsi jure parere recusarem, cum egregium primum jussum divinæ ascripsissem Providentiæ, magnaque usus essem diligentia, sanctorum Patrum intercessione erectus, ad ea sum aggressus, veluti quodam compendio præclarorum athletarum et magnorum virorum summa solum certamina et signa describens.

Nec solummodo clarorum virorum, qui optimam ac præstantissimam ex virtute vitam egere, sed etiam beatarum mulierum quæ in excellentissimæ vitæ genere se honeste exercuere. Et aliquorum quidem ex iis sacros vultus ut ipse coram viderem sum dignatus, qui jam ante sunt consummati in certamine pietatis; aliquorum autem cœlestem vitæ institutionem didici a divinis athletis. Multas autem urbes, et multos vicos, et speluncas, et omnia tabernacula deserti monachorum pedestri itinere obiens, diligentissime consideravi eorum pietatem ac religionem. Atque cum quæ partim quidem ipse vidi scripsissem, partim autem quæ a sanctis Patribus audivi, magnorum virorum certamina, et mulierum, quæ propter spem in Christum erant fortiores quam earum ferebat natura, hujus libri scriptis mandassem, misi ad tuas aures amicas divinorum eloquiorum, optimorum virorum et religiosorum decus, fidelissimique et religiosi imperii splendor, germane et Christi amice serve Dei Lause, pro ea quæ mihi inest exiguitate, uniuscujusque ex Christi athletis tam masculis quam feminis insigne nomen, exprimens, et ex multis et magnis uniuscujusque certaminibus pauca breviter exponens; plurimorum quoque genus etiam adjiciens, et urbem, et locum mansionis.

Meminimus autem virorum et mulierum, qui ex virtute quidem vitam perfecte instituerunt, propter arrogantiæ autem matrem inanem quæ vocatur gloriam, in infimum inferorum barathrum, et fundum præcipitati fuerant, et quæ longo tempore et plurimo labore sibi pepererant, amplectenda, et acerrimo studio comparanda exercitationis benefacta, uno temporis momento arrogantia et vana de se persuasione amiserant. Gratia autem nostri Servatoris, et sanctorum Patrum providentia, et viscerum miseratione, erepti sunt a spiritalibus diaboli laqueis, et sanctorum precibus recuperaverunt priorem vitam quam agebant ex virtute.

Digitized by Google

EXEMPLAR EPISTOLÆ SCRIPTÆ AD LAUSUM PRÆPOSITUM,

AB HERACLIDE EPISCOPO [a] CAPPADOCIÆ.

Laudo magnopere tuum institutum. Par est enim ut incipiat epistola a laudatione : quod cum omnes vanis rebus inhient, et lapides ædificent, ex quibus nullam capient utilitatem, libros ædifices, et velis doceri. Solus enim est universorum Deus qui nequit doceri, quandoquidem et ipse per se est, et ante se non habet alium. Alia autem omnia doceri possunt, quoniam sunt et facta et creata. Atque primi quidem ordines magistram habent summam Trinitatem, secundi autem discunt a primis, tertii autem a secundis; et sic deinceps, et per ordinem, usque ad extremos. Qui enim sunt præstantiores honore et virtute, docent eos qui sunt inferiores cognitione. Qui ergo existimant se non egere magistris, aut non parent iis qui docent in charitate, laborant morbo ignorationis, quæ est mater arrogantiæ. Inter quos primas partes tenent ad interitum, qui eodem vitio exciderunt a cœlesti habitatione in aere volantes dæmones, ut qui aufugerint ab iis qui erant in cœlo magistris. Non enim dictiones aut syllabæ sunt doctrinæ, quas nonnunquam habent etiam qui sunt pessimi; sed mores recte compositi, et molestiæ et terroris, metus et iræ vacuitas, et in rebus omnibus fiducia ac dicendi libertas, et quæ sermones non secus gignit quam ignis flammam, mansuetudo. Nam si ita non esset, non diceret magnus magister suis discipulis : Discite a me, quoniam mitis sum et humilis corde (*Matth.* xi), non verborum ornatu instituens et dirigens apostolos, sed morum bonitate neminem molestia afficiens, præter eos qui verbum habent odio, et oderunt magistros. Oportet enim animam, quæ Christo convenienter exercetur, vel fideliter discere ea quæ non novit, vel aperte docere ea quæ scit. Si enim alterutrum horum nolit, laborat insania. Defectionis enim principium est doctrinæ satietas, et verbi fastidium, quod semper esurit anima ejus qui Deum diligit. Vale ergo, et sis sanus et fortis, et (quod magnum est) tibi Deus concedat cognitionem Christi.

EXEMPLAR EPISTOLÆ SCRIPTÆ AD LAUSUM PRÆPOSITUM,

A PALLADIO EPISCOPO CAPPADOCIÆ

Cum multi multa et varia diversis temporibus scripta huic sæculo reliquerint, quorum alia quidem, ex Dei supernæ gratiæ inspiratione, sunt ad ædificationem et securitatem eorum qui fideli proposito sequuntur dogmata Servatoris; alia autem, ex corrupto et quod hominibus placere cupit proposito, luxuriant ad eorum consolationem qui inanis gloriæ morbo laborant; alia autem, ex importuna quadam insania, et dæmonis, qui quæ sunt honesta habet odio, impulsione, ad levium hominum perniciem, et intemeratæ catholicæ Ecclesiæ labem, ira et arrogantia irruperunt in mentes stultorum, ut vitam honestam et puram obscurarent; visum et mihi quoque humili propter spem in Christum, et magnificentiæ tuæ jussum reverenti, vir studiosissime, primum omnium narrare ea omnia quæ ad me pertinent, et ætatem et mentis meæ ad virtutem in Deum profectum, incipiendo a juvenili ætate.

Cum trigesimum quidem et tertium annum agerem in conversatione cum fratribus et vita solitaria, vigesimum autem episcopatus, totius autem vitæ meæ quinquagesimum tertium, necessarium existimavi, spiritalis utilitatis gratia, tibi cupienti in scriptis narrare quæ a sanctis Patribus recte et ex virtute gesta sunt, tam masculis quam feminis, quos et ipse vidi, et de quibus audivi ab animis fidelissimis, cum quibus versatus sum in Ægypti solitudine, et in Libya, et Thebaide, et Syene, sub qua sunt etiam qui dicuntur Tabennesiotæ; deinde in Mesopotamia, Palæstina, et Syria, et in partibus Occidentis, et Romæ, et in Campania, et in iis quæ sunt circa eas partibus; ut tibi ab initio accurratissime in hoc libro exponam instar narrationis; ut cum habeas honestum et animæ utile monumentum, perpetuum et non intermittendum pietatis et religionis medicamentum, omnem quidem oblivionis dormitationem, quæ ex cupiditate rationis experte in anima ingeneratur, omnem autem in fide dubitationem, omnesque in rerum usu sordes et parcitatem, omnemque dubitationem pusillique et abjecti animi vitium, et nimiam ad iram propensionem, perturbationemque, et ægritudinem rationis expertem, et intempestivum timorem per id expellas; et ne a corrupti mundi vana spe pendeas, effugias; perpetuo autem desiderio in spe ad Deum proficias, et in proposito pietatis; sis et in via dux tuus, et eorum qui tecum sunt, et eorum qui tibi subjiciuntur, et maxime piorum imperatorum. Per quæ quidem bene facta omnes qui Christum diligunt, Deo uniri properant, exspectantes scilicet quotidie resolutionem animæ a corpore, prout scriptum est : Coarctor, cupiens dissolvi et esse cum Christo; est enim multo melius (*Philip.* i). Et illud : Para in exitum opera tua, et præpara te in agrum (*Prov.* xxiv). Qui enim semper mortis memini.it, quæ necessario omnino veniet, et non tardabit, in magnis non offendet, sicut scriptum est : In omnibus operibus tuis memento novissima, et in æternum non peccabis (*Eccles.* vii). Neque vero præter alia omnia hæc te fallat brevis admonitio narrationum; neque respuas rudem et inornatam dictionem. Non est enim divinæ doctrinæ, ornata et ad ostendendam sapientiam composita uti oratione, sed menti persuadere per intelligentiam veritatis, ut scriptum est : Aperi os tuum verbo Dei, et judica omnia sane (*Prov.* xxxi). Et rursus : Ne declines a narratione senum; ipsi enim didicerunt a patribus eorum (*Eccles.* viii).

[a] Græce est, παρὰ Παλλαδίου ἐπισκόπου, a Palladio episcopo.

Digitized by Google

ΑΝΤΙΓΡΑΦΟΝ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΓΡΑΦΕΙΣΗΣ ΛΑΥΣΩ ΠΡΑΙΠΟΣΙΤΩ ΠΑΡΑ ΠΑΛΛΑΔΙΟΥ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ.

Μακαρίζω σου τὴν προαίρεσιν· ἄξιος γὰρ ἀπὸ μακαρισμοῦ ἄρξασθαι τῆς ἐπιστολῆς· ἔχει πάντων εἰς τὰ μάταια κεχηνότων, ἐξ ὧν οὐκ ὠφεληθήσονται, αὐτὸς λόγους οἰκοδομεῖς, καὶ διδάσκεσθαι θέλεις. Ἀδίδακτος γὰρ μόνος ἐστὶν ὁ τῶν ὅλων Θεός· ἐπειδὴ καὶ αὐτοφυής, καὶ πρὸ αὐτοῦ ἄλλον οὐκ ἔχων· τὰ δ' ἄλλα πάντα ἐστὶν διδακτά· ἐπειδὴ ποιητὰ καὶ κτιστά· καὶ τὰ μὲν πρῶτα τάγματα διδάσκαλον ἔχει τὴν ἀνωτάτω Τριάδα· τὰ δὲ δεύτερα, παρὰ τῶν πρώτων μανθάνει· τὰ δὲ τρίτα, παρὰ τῶν δευτέρων· καὶ οὕτω καθ' ἑξῆς κατὰ τάξιν, μέχρι καὶ τῶν ἐσχάτων. Οἱ γὰρ κρείττους ἐν γνώμῃ καὶ ἀρετῇ τοὺς ἠλαττωμένους ἐν γνώσει διδάσκουσιν. Οἱ τοίνυν οἰόμενοι διδασκάλων μὴ χρῄζειν, ἄγνοιαν νοσοῦσιν, τὴν μητέρα τῆς ὑπερηφανείας, οἱ μὴ πειθόμενοι τοῖς ἐν ἀγάπῃ διδάσκουσιν. Ὧν πρωτεύουσιν εἰς ἀπώλειαν, οἱ τῷ αὐτῷ πάθει τῆς οὐρανίου διαγωγῆς ἐκπεσόντες, οἱ ἐν ἀέρι πετόμενοι δαίμονες, τῶν ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀποδράσαντες διδασκάλων. Οὐ γὰρ αἱ λέξεις ἢ αἱ συλλαβαί εἰσιν διδασκαλίαι, ἃς ἔχουσιν ἐνίοτε καὶ οἱ ἐπὶ πλεῖστον φαῦλοι· ἀλλὰ τοῦ ἤθους τὰ κατορθώματα, ἥ τε ἀλυπία, καὶ ἀπτοησία, καὶ ἡ ἀδειλία, καὶ τὸ ἀόργητον, καὶ ἡ ἐπὶ πάντων παῤῥησία, καὶ τοὺς λόγους ὡς πυρὸς φλόγα γεννῶσα. Εἰ γὰρ μὴ ἦν τοῦτο, οὐκ ἂν ἔλεγεν ὁ μέγας διδάσκαλος τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς· Μάθετε ἀπ' ἐμοῦ ὅτι πρᾶός εἰμι καὶ ταπεινὸς τῇ καρδίᾳ· οὐ τῇ εὐλεξίᾳ ῥυθμίζων τοὺς ἀποστόλους, ἀλλὰ τῇ εὐσεβείᾳ τοῦ ἤθους, μηδένα λυπῶν πλὴν τῶν μισολόγων καὶ διδασκάλων μισούντων. Δεῖ τοίνυν τὴν κατὰ Χριστὸν ἀσκουμένην ψυχὴν, ἢ μανθάνειν πιστῶς ἃ οὐκ οἶδεν, ἢ διδάσκειν σαφῶς ἃ ἐπέγνω. Εἰ γὰρ ὁπότερον μὴ βούληται, μανίαν νοσεῖ. Ἀρχὴ γὰρ ἀποστασίας, διδασκαλίας κόρος καὶ ἀνορεξία λόγου, ὃν ἀεὶ πεινᾷ ἡ ψυχὴ τοῦ φιλοθέου. Ἴσχυε οὖν, καὶ ὑγίαινε, καὶ τὸ μέγα χαρίσηταί σοι ὁ Θεὸς, τὴν γνῶσιν τοῦ Χριστοῦ.

ΔΙΗΓΗΣΙΣ ΤΟΥ ΒΙΟΥ ΤΩΝ ΑΓΙΩΝ ΠΑΤΕΡΩΝ.

Πολλῶν πολλὰ καὶ ποικίλα κατὰ διαφόρους καιροὺς συγγράμματα τῷ βίῳ καταλελοιπότων, τῶν μὲν ἐξ ἐπινοίας τῆς ἄνωθεν καὶ χάριτος θεοδότου εἰς οἰκοδομὴν καὶ ἀσφάλειαν τῶν πιστῇ προθέσει ἑπομένων τοῖς δόγμασι τοῦ Σωτῆρος· τῶν δὲ ἐξ ἀνθρωπαρέσκου καὶ διεφθαρμένης προθέσεως ὑλομανησάντων εἰς παραμυθίαν τῶν κενοδοξίαν κισσώντων· ἑτέρων δὲ ἔκ τινος μανίας ἀκαίρου καὶ ἐνεργείας τοῦ μισοκάλου δαίμονος τύφῳ καὶ μήνιδι ἐπὶ λύμῃ τῶν εὐξαπατήτων ἀνθρώπων, καὶ σπίλῳ τῆς ἀχράντου καὶ καθολικῆς Ἐκκλησίας, ἐπεισφρησάντων ταῖς διανοίαις τῶν ἀνοήτων ἐπὶ ἐγκότῳ τῆς σεμνῆς καὶ καθαρᾶς πολιτείας· ἔδοξε κἀμοὶ τῷ ταπεινῷ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν ἐλπίδα αἰδεσθέντα με τὴν ἐπιταγὴν τῆς σῆς μεγαλονοίας, φιλομαθέστατε τῶν ἀνδρῶν, πρῶτον πάντα τὰ κατ' ἐμαυτὸν διηγήσασθαι· τά τε τῆς ἡλικίας, καὶ τὰ ἐπὶ τῇ προκοπῇ τῆς διανοίας τῆς εἰς Θεὸν ἀρετῆς ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας ἀρξάμενον.

Is cupiit aliquando, ut ipse nobis narravit, quod in hortis erat, ingredi monimentum, quod dicitur ὑποστάριον Janne et Mambre, magorum qui erant tempore Pharaonis, ut id videret, vel etiam ut conveniret eos qui illic sunt dæmones. Dicebatur enim plurimos, eosque ferocissimos, in eo loco ab illis collocatos esse dæmones per infamis artis eorum excellentiam. Hoc autem monimentum factum est a Janne et Mambre fratribus, qui propter magicæ artis excellentiam primas partes habebant illo tempore apud Pharaonem. Ut qui ergo illo vitæ suæ tempore maximam in Ægypto haberent potestatem, construxerunt illud opus ex lapidibus quadratis (50), et suum illic fecerunt monimentum; et cum multis illic auri deposuissent, et omne genus arbores plantassent, maximum quoque puteum aquæ foderunt; est enim locus humidus (51). Hæc autem omnia fecerunt, sperantes post suum hinc discessum frui deliciis in illo paradiso. Tandem ergo quoniam nesciebat viam quæ ad eum ducit hortum, Dei servus Macarius, conjectura quadam sequebatur astra, et sicut nautæ qui transmittunt maria, totam pervasit sanctus solitudinem; et cum aliquot etiam accepisset arundines, unam statuit in unoquoque milliari, ut per ea signa remearet. Cum ergo intra novem dies totam illam pervasisset solitudinem, et esset prope illum hortum, succedente nocte parum dormiit. Immanis vero dæmon qui semper adversatur Christi athletis, cum collegisset omnes illas arundines, dormiente Macario, et circiter ad unum lapidem a monimento ad ejus caput posuisset, recessit; postquam ergo surrexit, invenit colligatas arundines quas ipse fixerat signi causa. Fortasse autem hoc quoque fuit Dei permissio ad majorem ejus exercitationem, ut non speraret in arundinibus, sed in Dei gratia, quæ per columnam nubis deduxit Israel quadraginta annis in terribili illa solitudine. Dicebat autem Macarius: Cum propius accessi ad illud monimentum, ex eo egressi mihi occurrerunt ad septuaginta dæmones variis formis præditi; alii quidem clamantes, alii vero exsilientes, alii vero cum magno fremitu in me stridentes dentibus, alii vero tanquam corvi volantes, audebant meo vultui insultare, dicentes: Quid vis, Macari, tentatio monachorum? quid ad nos accessisti? an non nos quoque aliquem ex monachis vexavimus? Quæ nostra sunt, tu cum tuis similibus illic habes, nempe solitudinem, et illinc nostros cognatos fugavistis. Nihil est nobis tecum commune. Quid loca nostra invadis? Tanquam anachoreta, contentus esto solitudine. Qui hunc locum ædificarunt, eum nobis assignarunt; non potes hic manere. Quid quæris ingredi in hanc possessionem, in quam nullus ex vivis hominibus est ingressus, ex quo fratribus qui hoc condiderunt sunt a nobis hic factæ exsequiæ. Et cum multa adhuc turbarent et insultarent dæmones, dixit eis sanctus Macarius: Ingrediar tantum, et videbo, et hinc recedam. Dixerunt autem dæmones: Hoc nobis promitte in tua conscientia. Dicit autem Christi servus, Hoc faciam. Dæmones autem evanuerunt. Ingrediente autem eo in paradisum, ei occurrit diabolus cum stricta rhomphæa, ei minitans. Ad quem hanc vocem respondit sanctus Macarius: Tu venis ad me in stricta rhomphæa; et ego contra te ingrediar in nomine Domini sabaoth, in acie Dei Israel. Ingressus autem, contemplatus sum omnia, in quibus inveni etiam cadum æneum catena ferrea pendentem ex puteo, jam tempore consumptum, et fructum malorum punicorum quæ nihil intus habe-

[1] Hic paragraphus variat in Græco. Est ut in Heraclide, cap. 6.

Digitized by Google

bant, fuerant enim arefacta a sole, et plurima aurea donaria. Cum sanctus ergo illinc recessisset absque tumultu et citra ullam perturbationem, reversus est per viginti dies in suam cellam.

Cum autem defecissent panes et aqua quam portabat, in magna erat afflictione. Viginti enim diebus ingrediens per solitudinem, ut existimo, nihil omnino gustavit, ut etiam res ostendit. Fortasse autem tentabatur quoque intolerantia. Et cum jam parum abesset quin collaberetur, visa est ei quædam puellæ speciem præ se ferens, ut ipse narrabat, munda linea veste induta et tenens urnam aqua stillantem : quam dicebat Macarius abfuisse ab eo circiter unum stadium. Qui tres dies ingressus est eam videns cum urna tanquam stantem, et eum provocantem, non valentem eam assequi : spe autem bibendi, trium dierum laborem fortiter sustinuit. Postquam apparuit multitudo bubalarum, ex quibus una stetit ex adverso ejus habens vitulum ; sunt enim multæ in illis locis. Et ut dicebat nobis Macarius, uber ejus lacte fluebat, et desuper sonuit vox ei dicens : Macari, accede ad bubalam, et lactare. Cum ergo, inquit, ad eam accessissem et lactatus essem, mihi suffecit. Ut autem majorem gratiam ostenderet Dominus, docens meam parvitatem, jubet bubalam me sequi usque ad cellam. Illa vero parens jussui secuta est, me quidem lactans, suum autem non admittens vitulum.

Aliquando rursus cum puteum foderet hic vir virtute præditus, ad recreandos monachos (is autem erat prope folia et sarmenta illic posita) morsus est ab aspide (est autem venenatum et exitiosum animal), ambas fauces aspidis apprehendens sanctus ambabus manibus, eam discerpsit, dicens : Cum te non misisset Dominus meus, quomodo ad me ausus es accedere?

Cum ipse rursus magnus audiisset Macarius quod haberent præclarum vitæ institutum Tabennesiotæ, veste mutata, et assumpto mundano habitu operarii, spatio quindecim dierum pervenit Thebaidem, ingressus per solitudinem. Et cum venisset in monasterium Tabennesiotarum, quæsiit eorum archimandritam, nomine Pachomium, virum probatissimum, qui et gratiam habebat propheticam (*De eo infra, cap.* 38), cui quidem sancto tunc revelatus non fuerat magnus Macarius. Cum ergo eum convenisset, dicit ei Macarius : Oro te, suscipe me, quæso, in tuum monasterium, ut fiam monachus. Dicit ei magnus Pachomius : Non potes deinceps fieri monachus qui sis tam provectus ætate, non potes te exercere : sunt fratres qui se exercent a juventute, et laborem tolerant. Tu autem in hac ætate non potes ferre tentationes exercitationis. Offenderis, et exibis, et nobis maledices. Neque eum accepit nec primo die, nec secundo usque ad septem dies. Ille vero fuit constans, manens jejunus. Postea autem dicit ei senex Macarius : Suscipe me, abba, et nisi jejunavero et fecero ea quæ ipsi opera, jube me ejici ex monasterio. Persuadet fratribus magnus Pachomius ut eum admittant. Est autem unius monasterii conventus, mille quadringenti viri usque in hodiernum diem. Ingressus est ergo. Cum autem præteriisset aliquantum temporis, advenit quadragesima; et vidit senex Macarius unumquemque suscepisse diversas vivendi rationes : alium quidem comedere vespere, alium vero post duos dies, alium post quinque ; alium stare per totam noctem, interdiu vero sedere ad opus. Ipse autem cum aliquot palmæ ramos sibi madefecisset, stetit in uno angulo, et donec quadraginta dies impleti essent, et advenisset Pascha, non sumpsit panem, non aquam, non genu flexit, non sedit, non accubuit, nihil aliud gustavit præter pauca cruda crambes folia, quæ sumebat die Dominico, ut videretur comedere, et non incideret in arrogantem de se persuasionem ; et si quando egrediebatur ad aliquid necessarium, cito rursus ingrediens, stabat ad opus, os non aperiens, sed stans silentio, nihil aliud faciens præterquam silentium in corde exercens, et faciens orationem, et ramos palmæ operans quos habebat in manibus. Cum autem hæc vidissent omnes exercitatores illius monasterii, seditionem excitarunt adversus suum præfectum : Undenam nobis adduxisti hunc hominem sine carne ad nostri condemnationem? Aut eum hinc ejice, aut, ut scias, nos omnes hinc recedimus. Cum hæc autem a fratribus audiisset magnus Pachomius, de eo est sciscitatus. Et cum didicisset ejus vitæ agendæ rationem, Deum rogavit ut ei revelaretur quisnam sit. Revelatum est autem ei eum esse Macarium monachum. Tunc ejus manum prehendit magnus Pachomius, et eum foras educit ; et cum deduxisset in domum oratorii ubi est ara, et esset amplexus, ei dicit : Adesdum, venerande senex. Tu es Macarius, et me id celasti. Multis abhinc annis cupii te videre cum de te audirem. Ago tibi gratias, quod filios meos subegeris, ne se jactent et magnifice circumspiciant propter suam exercitationem. Rogo ergo te, recede in locum tuum, nos enim satis ædificasti, et ora pro nobis. Tunc ab ipso rogatus, et eum omnibus fratribus orantibus, sic recessit.

Aliquando rursus narravit nobis hic vir impatibilis : Quando recte gessissem omnem vitæ monasticæ agendæ rationem, tunc veni ad aliud spirituale desiderium. Statui enim quinque dies solum mentem meam ita componere, ut a Deo avelli non posset, et nihil aliud omnino cogitaret. Et cum id apud me statuissem, clausi meam cellam et aulam extrinsecus, ut nulli darem responsum. Et steti incipiens a secunda, et menti meæ præcipiens, et ei dicens : Vide ne descendas de cœlis. Habes angelos, archangelos, omnes supernas potestates, cherubim et seraphim, Deum horum omnium effectorem. Illic versare, ne sub cœlos descenderis, ne incideris in mundanas cogitationes. Cum duos autem, inquit, dies et duas noctes perseverassem, ita irritavi dæmonem, ut ipse fieret flamma ignis, et combureret omnia quæ habebam in cella, adeo ut etiam storea, supra quam stabam, igne arderet, et sic me quoque existimarem totum conflagrare. Tandem timore affectus tertio die destiti ab hoc proposito, cum non possem am-

Digitized by Google

καρπὸν ῥοῶν οὐκ ἐχουσῶν ἔνδον οὐδέν· ἐξήραντο γὰρ ὑπὸ τοῦ ἡλίου. Ἀταράχως οὖν ἐκεῖθεν ἀναχωρήσας ὁ ἅγιος διὰ εἴκοσι ἡμερῶν ὑπέστρεψεν εἰς τὴν ἑαυτοῦ κέλλαν.

Ἐκλελοιπότων δὲ τῶν ἄρτων καὶ τοῦ ὕδατος οὗ ἐπεφέρετο, ἐν πολλῇ περιστάσει ἐγένετο. Ἐν γὰρ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ὁδεύων τὴν ἔρημον, σχεδὸν οὐδ' ὅλως ἐγεύσατο. Ὡς δὲ τὸ πρᾶγμα ἔδειξεν, τάχα καὶ εἰς ὑπομονὴν ἐπειράζετο. Καὶ ὡς ἐγγὺς ἐγένετο τοῦ ὀκλάσαι, ὤφθη αὐτῷ τις ἐν σχήματι κόρης, ὡς αὐτὸς διηγήσατο, καθαρὰν ὀθόνην φέρουσα, καὶ κατέχουσα καυκάλιον ὕδατος στάζον. Ἣν ἔλεγεν ὁ Μακάριος μακρόθεν αὐτοῦ εἶναι, ὡς ἀπὸ σταδίου· καὶ ἐπὶ ἡμέρας τρεῖς ὧδευεν βλέπων αὐτὴν μετὰ τοῦ καυκαλίου ὡς ἑστῶσαν, καὶ τοῦτον προσκαλουμένην· καταλαβεῖν δὲ τοῦτον ταύτην μὴ δυνάμενον· Ὡς ἐπὶ τῶν ἱερέων καὶ τῶν μυστηρίων ἔστιν ἰδεῖν· τῇ δὲ ἐλπίδι τοῦ πιεῖν τὸν κάματον τῶν τριῶν ἡμερῶν ὑπομείναντος τῇ εὐτονίᾳ. Μεθ' ἣν ἀνεφάνη πλῆθος βουβάλων· ἐξ ὧν μία ἔχουσα μόσχον ἔστη κατέναντι τοῦ μοναχοῦ (εἰσὶ γὰρ πολλαὶ ἐν τοῖς τόποις ἐκείνοις). Καὶ ὡς ἔλεγεν ὁ Μακάριος, ὅτι ἔῤῥει αὐτῆς τὸ οὖθαρ τοῦ γάλακτος. *** Ὑπεισελθὼν οὖν ἐγὼ, φησὶν, καὶ θηλάσας, ἠρκέσθην. Ἵνα δὲ ἐπὶ πλεῖον δείξῃ τὴν ἑαυτοῦ χάριν ὁ Κύριος, παιδεύων τὴν ἐμὴν ὀλιγότητα, κελεύει τὴν βούβαλον ἕως τῆς κέλλης ἀκολουθῆσαί μοι. Ἡ δὲ τῷ προστάγματι πειθαρχήσασα ἠκολούθει ἐμὲ μὲν θηλάζουσα, τὸν δὲ μόσχον αὐτῆς μὴ δεχομένη.

Ἄλλοτε πάλιν ὁρύσσων φρέαρ ὁ ἐνάρετος οὗτος εἰς ἀνάπαυσιν μοναχῶν (τοῦτο δὲ ἦν πλησίον θρύων καὶ φρυγάνων ἐκεῖ κειμένων), ὑπὸ ἀσπίδος ἐδήχθη. Ἀναιρετικὸν δὲ ἔχει ἰὸν τοῦτο τὸ ζῶον. Δραξάμενος οὖν τῆς ἀσπίδος ὁ ἅγιος ταῖς ἀμφοτέραις χερσὶν ἀπὸ τῶν δύο αὐτῆς χελυνίων ταύτην διέῤῥηξεν, εἰπὼν πρὸς αὐτήν· Μὴ ἀποστελλάντος σε τοῦ Κυρίου μου, πῶς ἐτόλμησας ἐλθεῖν πρὸς ἐμέ;

Αὐτος οὗτος ἀκούσας ὁ μέγας Μακάριος ὅτι μεγάλην ἔχουσι πολιτείαν οἱ Ταβεννησιῶται, μεταμφιεσάμενος καὶ ἀναλαβὼν κοσμικὸν σχῆμα ἐργάτου, δι' ἡμερῶν δεκαπέντε ἀνῆλθεν εἰς τὴν Θηβαΐδα διὰ τῆς ἐρήμου ὁδεύσας. Καὶ εἰσελθὼν ἐν τῷ ἀσκητηρίῳ τῶν Ταβεννησιωτῶν, ἐπεζήτησεν τὸν ἀρχιμανδρίτην τούτων Παχώμιον, ὀνόματι ἄνδρα δοκιμώτατον, καὶ χάρισμα ἔχοντα προφητικόν· ᾧ ἀπεκρύβη τότε τῷ ἁγίῳ ἐκείνῳ τὰ κατὰ τὸν μέγαν Μακάριον. Περιτυχὼν οὖν αὐτῷ ὁ Μακάριος εἶπεν· Δέομαί σου, κύριε, δέξαι με εἰς τὴν μονήν σου, ἵνα γένωμαι μοναχός. Λέγει αὐτῷ ὁ μέγας Παχώμιος· Λοιπὸν εἰς γῆρας ἦλασας, ἀσκεῖν σὺ πῶς δύνασαι; Ἀδελφοί εἰσιν ἀπὸ νεότητος ἀσκήσαντες, καὶ τοῖς πόνοις συντραφέντες φέρουσι τὸν κάματον· σὺ δὲ ἐν ταύτῃ τῇ ἡλικίᾳ οὐ δύνασαι ἐνεγκεῖν τοὺς τῆς ἀσκήσεως πειρασμούς, καὶ σκανδαλίζῃ, καὶ ἐξέρχῃ, καὶ κακολογεῖς ἡμᾶς. Καὶ οὐκ ἐδέξατο αὐτὸν, οὔτε τὴν δευτέραν, μέχρις ἡμερῶν ἑπτά. Ὁ δὲ ἠὐτόνησεν παραμείνας νῆστις. Ὕστερον δὲ λέγει αὐτῷ ὁ γέρων Μακάριος· Δέξαι με, ἀββᾶ, καὶ ἐὰν μὴ νηστεύσω κατ' αὐτοὺς, καὶ ἐργάζωμαι ἃ ἐργάζονται, τότε κέλευσόν με ἐκριφῆναι τῆς μονῆς. Πείθει τοὺς ἀδελφοὺς ὁ μέγας Παχώμιος εἰσδέξασθαι αὐτόν. Ἔστι δὲ τὸ σύστημα τῆς μιᾶς μονῆς ἐκείνης χίλιοι τετρακόσιοι ἄνδρες μέχρι τῆς σήμερον. Εἰσῆλθεν οὖν εἰς ταύτην ὁ μέγας Μακάριος. Περελθόντος δὲ χρόνου ὀλίγου ἐπέστη ἡ Τεσσαρακοστή. Καὶ ἴδεν ὁ γέρων Μακάριος ἕκαστον διαφόρους πολιτείας ἀναλαβόντα, τὸν μὲν ἐσθίοντα ἐν ἑσπέρᾳ, τὸν δὲ διὰ πέντε. Ἄλλον πάλιν ἑστῶτα διὰ πάσης νυκτός· τὴν δὲ ἡμέραν καθεζόμενον εἰς ἔργον. Οὗτος βρέξας θαλλοὺς τοὺς ἐκ φοινίκων εἰς πλῆθος, ἔστη ἐν γωνίᾳ μιᾷ καὶ μέχρις οὗ αἱ τεσσαράκοντα ἡμέραι ἐπληρώθησαν, καὶ τὸ Πάσχα παραγέγονεν, οὐκ ἄρτου ἔλαβεν, οὔτε ὕδατος ἥψατο, οὐ γόνυ ἔκαμψεν, οὐκ ἐκαθέσθη, οὐκ ἀνέπεσεν, οὐδενὸς ἄλλου ἐγεύσατο, παρεκτὸς φύλλων κράμβης ὀλίγων ὠμῶν, ὧν ἐλάμβανεν κατὰ Κυριακήν, ἵνα δόξῃ ἐσθίειν, καὶ μὴ εἰς οἴησιν ἐμπέσῃ. Καὶ εἴ ποτε ἐξέβαινεν εἰς τὴν χρείαν ἑαυτοῦ, θᾶττον εἰσιὼν ἵστατο εἰς ἔργον, μὴ ἀνοίγων στόμα, μὴ λαλήσας· μὴ μικρὸν μὴ μέγα, ἀλλ' ἑστὼς ἐσιώπα, μηδὲν ἄλλο ποιῶν παρεκτὸς τῆς ἐν καρδίᾳ προσευχῆς, καὶ τῶν θαλλῶν ὧν εἶχεν ἐν ταῖς χερσίν. Θεασάμενοι δὲ τοῦτον πάντες οἱ ἀσκηταὶ τῆς μονῆς ἐκείνης, ἐστασίασαν κατὰ τοῦ ἡγουμένου αὐτῶν, λέγοντες· Πόθεν ἡμῖν ἤγαγες τοῦτον τὸν ἄσαρκον ἄνθρωπον εἰς ἡμετέραν κατάκρισιν; ἢ ἔκβαλε τοῦτον ἐντεῦθεν, ἢ ἵνα εἰδέναι ἔχοις, ὅτι πάντες ἡμεῖς ἀναχωροῦμέν σου σήμερον. Ἀκούσας δὲ ταῦτα παρὰ τῶν ἀδελφῶν ὁ μέγας Παχώμιος, ἠρώτησεν τὰ κατ' αὐτόν· καὶ μαθὼν τὰ περὶ τῆς αὐτοῦ πολιτείας, προσηύξατο τῷ Θεῷ ἵνα αὐτῷ ἀποκαλύψῃ τὸ τίς ἐστιν οὗτος. Ἀπεκαλύφθη δὲ αὐτῷ ὅτι οὗτός ἐστι Μακάριος ὁ μοναχός. Τότε κρατεῖ αὐτοῦ τὴν χεῖρα ὁ κύριος Παχώμιος, καὶ ἐξάγει αὐτὸν ἔξω. Καὶ εἰσαγαγὼν αὐτὸν εἰς τὸν εὐκτήριον οἶκον, ἔνθα ἀνέκειτο αὐτῶν τὸ θυσιαστήριον, καὶ ἀσπασάμενος αὐτὸν, λέγει αὐτῷ· Δεῦρο, καλόγηρε· σὺ εἶ Μακάριος, καὶ ἀπέκρυψας ἀπ' ἐμοῦ. Ἐκ πολλῶν σε ἐτῶν ἐπεπόθουν ἰδεῖν, ἀκούων τὰ περὶ σοῦ. Χάριν σοι ἔχω ὅτι ἐκονδύλισας τὰ παιδία μου, ἵνα μὴ μέγα φρονῶσιν ἐπὶ τῇ ἑαυτῶν ἀσκήσει. Παρακαλῶ σε, ἄπελθε εἰς τὸν τόπον σου. Αὐτάρκως γὰρ ᾠκοδόμησας ἡμᾶς, καὶ εὔχου ὑπὲρ ἡμῶν. Τότε ἀξιωθεὶς ὑπ' αὐτοῦ, δεηθέντων αὐτοῦ πάντων τῶν ἀδελφῶν, ἀνεχώρησεν οὕτως.

Ἄλλοτε πάλιν διηγεῖτο ἡμῖν οὗτος ὁ ἀπαθής· Ὅτε πᾶσαν πολιτείαν ἀσκητικὴν ἦν ἐπεθύμησα κατωρθώσας, τότε εἰς ἄλλην ἦλθον ἐπιθυμίαν πνευματικήν. Ἐν οἷς ἔκρινά ποτε εἰς ταύτην τῶν ἔργων ἐπιθυμίαν ἐλθεῖν. Καὶ ἠθέλησα, φησὶ, πέντε ἡμερῶν μόνον τὸν νοῦν μου ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀπερίσπαστον ποιῆσαι, καὶ μηδὲν ὅλως ἐννοῆσαι, ἀλλὰ ἐκείνῳ μόνῳ προσανασχεῖν. Καὶ τοῦτο κρίνας ἐν ἐμαυτῷ, ἀπέκλεισά μου τὴν κέλλαν καὶ ἔξωθεν τὴν αὐλήν, ὥστε μὴ δοῦναι ἀνθρώπῳ ἐλθόντι ἀπόκρισιν. Καὶ ἔστην ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς δευτέρας, παραγγείλας μου τῷ νῷ, εἰπὼν αὐτῷ, Βλέπε μὴ κατέλθῃς ἐκ τῶν οὐρανῶν. Ἔχεις ἐκεῖ ἀγγέλους ἀρχαγγέλους, τὰς ἄνω πάσας δυνάμεις, τὰ Χερουβὶμ, τὰ Σεραφὶμ, τὸν Θεὸν τῶν πάντων ποιητήν· ἐκεῖ διάτριψον· μὴ κατέλθῃς ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ· μὴ ἐμπέσῃς εἰς λογισμοὺς ψυχικούς. Καὶ διαρκέσας, φησὶν, ἡμέρας δύο καὶ δύο νύκτας οὕτως παρώξυνα τὸν δαίμονα, ὡς φλόγα πυρὸς γενέσθαι τοῦτον, καὶ κατακαῦσαί μου πάντα τὰ ἐν τῷ κελλίῳ, ὡς καὶ τὸν ψιάθον ἐφ' ὃν εἱστήκειν πυρὶ καταφλεγῆναι. Καὶ οὕτως νομίσαι με ὅτι ἐγὼ ὅλος ἐμπίπραμαι. Τέλος, πληγεὶς ἐγὼ φόβῳ ἀπέστην τῆς προθέσεως ταύτης τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, μὴ δυνηθεὶς λοιπὸν ἀπερίσπαστόν μου ποιῆσαι τὸν νοῦν, ἀλλὰ κατῆλθον εἰς θεωρίαν τοῦ κόσμου

Digitized by Google

τούτου, ἵνα μὴ εἴη μοι τοῦτο λογισθῆναι εἰς τύφον.

Τούτῳ τῷ πνευματικῷ λοιπὸν μοναχῷ τῷ μεγάλῳ Μακαρίῳ παρέβαλον ἐγὼ, καὶ εὗρον ἔξω τῆς κέλλης αὐτοῦ πρεσβύτερον κώμης τινὰ κατακείμενον, οὗ ἡ κεφαλὴ πᾶσα ἐδέδρωτο ὑπὸ τοῦ πάθους τοῦ λεγομένου καρκίνου, ὡς καὶ αὐτὸ τὸ ὀστοῦν ἀπὸ τῆς κορυφῆς φαίνεσθαι ἅπαν. Οὗτος παρεγένετο πρὸς αὐτὸν ἰαθῆναι, καὶ οὐκ ἐδέχετο τοῦτον ἐν συντυχίᾳ. Παρακαλέσας τοίνυν αὐτὸν, λέγω· Δέομαί σου, κατοίκτειρον τοῦτον τὸν ἄθλιον, καὶ δὸς αὐτῷ κἂν ἀπόκρισιν. Καὶ αὐτὸς ἀποκρίνεται, λέγων μοι, ὅτι Ἀνάξιός ἐστι τοῦ ἰαθῆναι. Παιδεία γὰρ Κυρίου αὐτῷ αὕτη ἀπεστάλη. Εἰ δὲ θέλεις αὐτὸν ἰαθῆναι, πεῖσον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ νῦν ἀποστῆναι τῆς λειτουργίας τῶν μυστηρίων. Ἐγὼ δὲ λέγω αὐτῷ· Διὰ τί; δέομαί σου. Λέγει μοι· Πορνεύων ἐλειτούργει, καὶ διὰ τοῦτο παιδεύεται νῦν. Ἐὰν οὖν ἀποστῇ φόβῳ ὧν καταφρονῶν κατετόλμησεν, ὁ Θεὸς αὐτὸν ἰᾶται. Εἶπον οὖν ἐγὼ ταῦτα τῷ κακομένῳ. Ὁ δὲ συνέθετο ὁμόσας ἐπὶ Θεοῦ μηκέτι ἱερατεῦσαι, καὶ τότε τοῦτον ἐδέξατο. Καὶ λέγει αὐτῷ· Πιστεύεις ὅτι ἔστιν Θεὸς ὃν οὐδὲν λανθάνει; Ἀποκρίνεται ἐκεῖνος· Ναὶ, δέομαί σου. Εἶτα λέγει αὐτῷ ὁ Μακάριος· Μὴ ἠδυνήθης διαπαῖξαι τὸν Θεόν; Λέγει ἐκεῖνος· Οὐκ ἠδυνήθην, κύριέ μου. Λέγει αὐτῷ ὁ μέγας Μακάριος· Εἰ γνωρίζεις σὺ τὴν ἁμαρτίαν σου, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ παιδείαν, δι' ἣν ταῦθ' ὑπέστης, διόρθωσαι εἰς τὸ ἑξῆς. Καὶ ἐξομολογήσατο τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἔδωκε λόγον τοῦ μηκέτι ἁμαρτῆσαι, μήτε λειτουργῆσαι τῷ θυσιαστηρίῳ, ἀλλὰ τὸν λαϊκὸν ἀσπάσασθαι κλῆρον. Εἶθ' οὕτως ἐπέθηκεν αὐτῷ χεῖρας ὁ ἅγιος. Καὶ ἐν ὀλίγαις ἡμέραις καὶ ἰάθη καὶ ἐτρίχωσεν, καὶ ἀπῆλθεν ὑγιὴς εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, δοξάζων τὸν Θεὸν, εὐχαριστῶν δὲ καὶ τῷ μεγάλῳ.

Οὗτος εἶχεν διαφόρους κέλλας ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐν αἷς τοὺς ἄθλους τῆς ἀρετῆς ἐξειργάζετο· μίαν ἐν τῇ Σκήτει ἐν τῇ πανερήμῳ τῇ ἐνδοτέρᾳ· μίαν εἰς Λιβύην εἰς τὰ λεγόμενα Κελλία· μίαν εἰς τὸ ὄρος τῆς Νιτρίας. Καὶ αἱ μέν εἰσιν ἀθυρίδωτοι, εἰς ἃς ἐλέγετο ὁ Μακάριος καθέζεσθαι ἐν τῇ Τεσσαρακοστῇ ἐν σκοτίᾳ· ἡ δὲ ἄλλη κέλλα στενωτάτη πάνυ ὑπῆρχεν, εἰς ἣν ἐκτεῖναι πόδας οὐκ ἦν· ἡ δὲ τρίτη κέλλα ἦν πλατυτέρα, ἐν ᾗ καὶ συνετύγχανε τοῖς πρὸς αὐτὸν φοιτῶσιν.

Ὁ φιλόθεος οὗτος τοσοῦτον πλῆθος ἐθεράπευσε δαιμονιζομένων, ὡς μὴ ῥᾳδίως ἀριθμῷ ὑποβάλλεσθαι τούτους. Παρόντων δὲ ἡμῶν πρὸς τοῦτον τὸν ὅσιον ἄνδρα παρθένος τις φοράδην ἐκομίσθη ἀπὸ Θεσσαλονίκης ἐνορίας τῆς Ἀχαΐας, εὐγενὴς τῷ γένει, πλουσία ἐν βίῳ, πολυετίαν ἔχουσα ἐν παραλύσει. Καὶ τούτῳ προσενεχθεῖσα ἐρρίφη πλησίον τῆς αὐτοῦ κέλλης. Εἰς ἣν σπλαγχνισθεὶς καὶ ἐπευξάμενος, ἐλαίῳ τε ἁγίῳ ἀλείφων αὐτὴν ταῖς ἑαυτοῦ χερσὶν, καὶ συνεχῶς μᾶλλον δὲ νουνεχῶς ὑπὲρ αὐτῆς προσευχόμενος· ἐν εἴκοσι ὅλαις ἡμέραις, ταύτην ὑγιῆ εἰς τὴν ἑαυτῆς ἐξαπέστειλεν πόλιν. Ἧτις τοῖς ἰδίοις ποσὶν ἀπελθοῦσα πολλὴν καρποφορίαν ἀπέστειλε τοῖς ἁγίοις.

Ὑπ' ὄψεσιν πάλιν ἐμαῖς προσηνέχθη τῷ πνευματικῷ πάντων τῶν ἀλόγων παθῶν ἰατρῷ τῷ ἁγίῳ Μακαρίῳ παιδαρίσκος ἐνεργούμενος ὑπὸ πνεύματος χαλεποῦ. Ἐπιθεὶς δὲ αὐτῷ τὴν δεξιὰν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν, καὶ τὴν εὐώνυμον ἐπὶ τὴν καρδίαν, ἐπὶ τοσοῦτον ὁ ἅγιος τούτῳ ἐπηύξατο, ἕως οὗ αὐτὸν ἐπὶ ἀέρος ἐποίησεν κρεμασθῆναι. Οἰδήσας οὖν ὁ παῖς ὡς ἀσκὸς ὅλῳ τῷ σώματι τοσοῦτον ἐφλέγμαινεν, ὡς γενέσθαι πολυτάλαντον τῷ σηκώματι. Καὶ αἰφνίδιον ἀναχράξας διὰ πασῶν τῶν αἰσθήσεων ὕδωρ ἤνεγκεν· καὶ λωφήσας, γέγονεν εἰς τὸ μέτρον ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς. Παραδίδωσιν οὖν αὐτὸν τῷ πατρὶ αὐτοῦ ἀλείψας αὐτὸν ἐλαίῳ ἁγίῳ, ἐπιχέων αὐτῷ ὕδωρ ηὐλογημένον, παραγγείλας τοῖς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ μὴ κρέως αὐτὸν ἅψασθαι, μὴ οἴνου ἐπὶ ἡμέρας τεσσαράκοντα. Καὶ οὕτως αὐτὸν ἀπέλυσεν ἰασάμενος.

Ὤχλησάν ποτε τούτῳ τῷ μεγάλῳ Μακαρίῳ λογισμοὶ κενοδοξίας, πειρώμενοι τοῦτον ἐκκαλεῖν τῆς κέλλης. Καὶ ὑποτιθέμενοι οἰκονομίας χάριν καταλαμβάνειν τὴν Ῥώμην, ὡς ἐπὶ προφάσει δῆθεν εὐεργεσίας τῶν ἐκεῖ ἀρρωστούντων. Ἄκρως γὰρ κατὰ τῶν πνευμάτων εἰς αὐτὸν ἐνήργει ἡ χάρις τοῦ Κυρίου. Καὶ ὡς ἐπὶ πολὺ ὀχλοῦντες οὐχ ὑπηκούοντο, σφοδρότερος δὲ αὐτῷ προσπαλαίσαντες, τοῦτον ἐξήλαυνον. Πεσὼν οὖν ἐπὶ τῆς φλιᾶς τῆς ἑαυτοῦ κέλλης ὁ ἅγιος τοὺς πόδας ἐκτείνας ἀφῆκεν ἐπὶ τὰ ἔξω, λέγων τοῖς τῆς κενοδοξίας δαίμοσιν, Ἕλκετέ με σύροντες, δαίμονες, ἐὰν δύνασθε. Ἐγὼ γὰρ τοῖς ἐμοῖς ποσὶν ἀλλαχοῦ οὐκ ἀπέρχομαι. Εἰ οὖν δύνασθέ με οὕτως ἀπενεγκεῖν, ὅπου λέγετε ἀπελεύσομαι· διομνύμενός αὐτοῖς καὶ λέγων, ὅτι Οὕτως ἔσομαι κείμενος ἕως ἑσπέρας, ἐὰν μὴ σαλεύσητέ με, οὐ μὴ ὑμῶν ὑπακούσω. Ἐπὶ πολὺ οὖν πεσὼν, καὶ μείνας ἀσάλευτος, ἀνέστη λοιπὸν ἑσπέρας οὔσης βαθείας. Ἐπιγενομένης δὲ τῆς νυκτὸς, πάλιν τούτῳ διὰ πυρὸς ἐνόχλησαν. Ἀναστὰς οὖν ὁ ἅγιος λαβὼν σπυρίδα ὡς δύο μοδίων ψάμμου ταύτην ἐπλήρωσεν, καὶ τεθεικὼς αὐτὴν ἐπὶ τῶν ἑαυτοῦ ὤμων διεκίνει ἀνὰ τὴν ἔρημον οὕτως. Τούτῳ συνήντησεν Θεοσέβιος ὁ κοσμήτωρ, Ἀντιοχεὺς τῷ γένει, καὶ λέγει αὐτῷ· Τί βαστάζεις, ἀββᾶ; παραχώρησον ἐμοὶ τὸ φορτίον, καὶ μὴ σκύλλου αὐτός. Ὁ δὲ λέγει· Σκύλλω τὸν σκύλλοντά με. Ἄνετος γὰρ ὢν ἀποδημίας μοι ὑποβάλλει. Καὶ ἐπὶ πολὺ διακινήσας οὕτως εἰς τὴν κέλλαν εἰσῆλθεν συντρίψας τὸ σῶμα.

Διηγεῖτο δὲ ἡμῖν καὶ ὁ δοῦλος τοῦ Χριστοῦ Παφνούτιος, ὁ τοῦ γενναίου τούτου τοῦ ἀθλητοῦ μαθητὴς, ὅτι μιᾷ τῶν ἡμερῶν καθεζομένου τοῦ μακαρίου καὶ ἀθανάτου Μακαρίου ἐν τῇ αὐλῇ, καὶ τῷ Θεῷ προσομιλοῦντος, ὕαινα λαβοῦσα αὐτῆς τὸν σκύμνον τυφλὸν ὄντα ἤνεγκεν· καὶ τῇ κεφαλῇ κρούσασα τὸ θυρίδιον τῆς αὐλῆς, εἰσῆλθεν ἔτι αὐτοῦ ἐκεῖ καθεζομένου· καὶ ῥίπτει αὐτὸν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ. Τοῦτον τὸν σκύμνον λαβὼν ὁ ἅγιος Μακάριος, καὶ ἐπιπτύσας τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ ἐπηύξατο· καὶ παραχρῆμα ἀνέβλεψεν. Καὶ θηλάσαντα αὐτὸν λαβοῦσα ἡ μήτηρ οὕτως ἀπῆλθεν. Καὶ τῇ ἑξῆς, ἡμέρᾳ κώδιον μεγάλου προβάτου ἤνεγκεν τῷ ἁγίῳ Μακαρίῳ, καὶ θεασάμενος ὁ ἅγιος τὸ κώδιον, ταῦτα ἔλεγεν τῇ ὑαίνῃ· Πόθεν σοι τοῦτο, εἰ μὴ βεβρώκεις πρόβατόν τινος; Τὸ οὖν ἐξ ἀδικίας ὄν, ἐγὼ οὐ δέχομαι παρὰ σοῦ. Ἡ δὲ ὕαινα κλίνασα τὴν κεφαλὴν εἰς τὸ ἔδαφος, ἐγονυπέτει πρὸς τοῖς ποσὶν τοῦ ἁγίου, καὶ ἐτίθει τὸ κώδιον. Αὐτὸς δὲ ἔλεγεν αὐτῇ· Εἰρηκά σοι ὅτι οὐ λαμβάνω, ἐὰν μή μοι ὁμόσεις μηκέτι λυπεῖν πένητας κατεσθίουσα αὐτῶν τὰ πρόβατα. Ἡ δὲ καὶ ἐπὶ τοῦτο διένευσεν τῇ κεφαλῇ αὐτῆς, ὡς συντιθεμένη τῷ ἁγίῳ Μακαρίῳ. Τότε ἐδέξατο τὸ κώδιον παρὰ τῆς ὑαίνης. Ὅπερ κώδιον οὗτος ὁ τοῦ Χριστοῦ δοῦλος καταλέλοιπεν τῷ ἁγίῳ καὶ μακαρίῳ Ἀθανασίῳ τῷ μεγάλῳ. Ὡς δὲ καὶ ἡ μακαρία δούλη τοῦ Χριστοῦ Μελάνη μοι εἶπεν· ὅτι Παρὰ τοῦ ἁγίου καὶ θαυμασίου ἀνδρὸς Μακαρίου ἐγὼ ἔλαβον τὸ κώδιον ἐκεῖνο, ξένιον τῆς ὑαίνης ἐπιλεγόμενον. Καὶ τί τοῦτο θαυμαστὸν παρὰ ἀνδράσι τῷ κόσμῳ ἐσταυρωμένοις ὕαιναν εὐεργετηθεῖσαν, εἰς δόξαν τοῦ Θεοῦ καὶ τιμὴν τῶν δούλων αὐτοῦ εὐαισθητήσασαν ξένια τούτοις κομίσαι; Ὁ γὰρ τοὺς λέοντας ἐπὶ τοῦ προφήτου Δανιὴλ ἡμερώσας, καὶ ταύτῃ τῇ ὑαίνῃ σύνεσιν ἐχαρίσατο.

Ἐλέγετο δὲ περὶ τούτου τοῦ ἁγίου Μακαρίου, ὅτι ἀφ' οὗ ἐβαπτίσθη, οὐκ ἔπτυσεν χαμαὶ· ἐξηκοστὸν

Digitized by Google

plius mentem meam tenere indivulsam, sed descendi ad hujus mundi contemplationem ; Deo fortasse permittente, ne hoc mihi reputaretur in superbiam.

Ego ad eum accessi aliquando, et inveni extra ejus cellam jacentem quemdam cujusdam vici presbyterum, cujus caput ita erat exesum a morbo qui dicitur cancer, ut etiam ipsum os totum appareret in vertice. Is accessit ad ipsum ut curaretur, nec eum admittebat ad colloquium. Rogavi autem eum, dicens : Miserere hujus miseri, et saltem da ei responsum. Is vero mihi respondit, dicens : Est indignus qui curetur, missa est enim ad eum hæc a Domino disciplina. Quod si velis eum curari, persuade ei ut deinceps abstineat a ministerio sanctorum sacramentorum. Ego autem ei dico : Quamobrem, quæso? Is vero dicit : Fornicans sacrum peregit ministerium, et ideo castigatur. Nunc ergo si metu desistat ab eo quod ausus est facere per contemptum, Deus ipsum curabit. Postquam ergo dixi ei qui affligebatur, jurejurando est pollicitus se non amplius sacerdotis partes obiturum. Tunc eum accepit, et dixit ei : Credisne esse Deum quem nihil latet? Respondet ille : Maxime, rogo te. Deinde ei dicit Macarius : Non potuisti Deo illudere? Dicit ille : Non potui, domine mi. Dicit ei Macarius : Si agnoscis tuum peccatum, et Dei disciplinam propter quam hæc subiisti, corrigitor in posterum. Qui confessus est peccatum, et spopondit se non amplius peccaturum, neque altari ministraturum, sed sortem laicam amplexurum. Deinde sic sanctus ei manus imposuit, et paucis diebus fuit curatus, capillique ei creverunt et sanus domum rediit Deum glorificans ; egit autem magno quoque Macario gratias.

Hic sanctus habebat diversas cellas ; unam quidem in Scete, quæ est interior in solitudine, et unam in Libya, et unam in Celliis, et unam in monte Nitriæ. Et aliæ quidem carebant ostio, in quibus dicebatur sedere in quadragesima in tenebris, alia autem erat angustior, in qua non poterat pedem extendere ; alia autem latior, in qua conveniebat eos qui ad ipsum ventitabant.

Hic curavit tantam multitudinem eorum qui vexabantur a dæmonibus, ut ea non cadat in numerum. Cum nos autem illic essemus, virgo nobilis et dives deducta est ad eum e Thessalonica in finibus Achaiæ, quæ multis annis laborarat paralysi. Hanc ante cellam suam projectam, misericordia commotus, viginti diebus ungens oleo sancto suis manibus, et orans, sanam remisit in suam civitatem. Quæ cum pedibus suis recessisset, ad sanctos copiosam misit oblationem.

Me autem præsente adductus est ad eum puer qui vexabatur a spiritu. Ei autem manum imponens in capite, et sinistram supra cor, tandiu oravit donec fecisset ipsum pendere in aere. Tanquam uter ergo puer inflatus, adeo intumuit, ut esset maximi ponderis. Et cum repente exclamasset, per omnes sensus aquam emisit ; et cum rursus desiisset, rediit ad eam in qua prius erat mensuram. Et tradidit eum patri, eum unxisset oleo sancto, et cum aquam infudisset præcepit ne quadraginta diebus carnes gustaret, nec vinum ; et sic eum curavit.

Eum aliquando subierunt cogitationes vanæ gloriæ, quæ eum e cella ejiciebant, et suggerebant ut honesto consilio et justa de causa Romam pergeret, pro beneficio eorum qui ægrotabant ; valde enim in eum operabatur gratia adversus spiritus. Postquam autem longo tempore non obediit, valde agitabatur. Cadens vero in limine cellæ, foras pedes emisit, et dicit : Trahite et vellite, o dæmones, si potestis. Ego enim non abeo meis pedibus, jurans fore ut jaceat usque ad vesperam, et nisi eum excutiant, non esse auditurum. Cum autem diu procubuisset, surrexit ; cum nox autem adventasset, ei rursus exhibuere negotium. Et cum duorum modiorum sportam implesset arena, et imposuisset humeris, pervadebat totam solitudinem. Huic occurrit Theosebius Cosmetor, genere Antiochenus, et ei dicit : Quid portas, abba? Cede mihi onus, et ne vexeris. Ille autem dixit : Vexo eum qui me vexat ; nam cum sim remissus et ignavus, suggerit mihi peregrinationes. Cum autem diu promovisset, ingressus est cellam contrito corpore.

[1] Narravit autem nobis (52) Dei quoque servus Paphnutius, præclari hujus sancti discipulus, quod cum quodam die sederet in aula sanctus Macarius, et Deum alloqueretur, hyæna acceptum suum catulum, qui erat cæcus, attulit ad sanctum Macarium ; et cum capite pulsasset ostium aulæ, ingressa est, eo adhuc sedente, et projecit catulum ad ejus pedes. Cum autem accepisset catulum sanctus Macarius, et spuisset in ejus oculos, oravit, et statim vidit. Et cum mater cum lactasset et accepisset, ita exiit. Die autem sequenti pellem magnæ ovis attulit ad sanctum Macarium ; et cum sanctus vidisset pellem, hæc dixit hyænæ : Undenam hanc habuisses, nisi ovem alicujus devorasses? Quod ergo proficiscitur ab injuria, ego a te non accipio. Hyæna autem humi inclinato capite, genu flectebat ad pedes sancti, et ponebat pellem. Ipse autem ei dicebat : Dixi me non accepturum, nisi juraveris te non amplius offensuram pauperes, comedendo eorum oves. Illa vero ad hoc quoque capite suo annuit, ut quæ sancto assentiretur Macario. Tunc accepit pellem ab hyæna. Beata autem Christi ancilla Melania dixit mihi, se illam pellem accepisse a Macario illo, quod appellabatur munus hyænæ. Quid vero mirum est apud viros mundo crucifixos, si hyæna beneficio affecta, ad Dei gloriam, et honorem servorum ejus, id sentiens ad eum munera attulerit? nam qui in Daniele propheta mansuefecit leones, huic quoque hyænæ largitus est intelligentiam.

De eo autem dictum est quod ex quo fuit baptizatus, humi non spuerit, cum essent sexaginta anni ex quo fuerat baptizatus. Annos enim natus quadraginta baptismum susceperat.

Forma autem ejus erat hujusmodi : oportet enim me quoque tibi hoc significare, Christi serve, ut qui

[1] Heraclides hæc de Marco.

Digitized by Google

hoc sciam optime, cum mea parvitas ei fuerit tempore æqualis. Erat autem ejus forma satis minuta ac mutila et rara, pilos solum habens in labro. Quinetiam in suprema parte habebat paucos. Nam propter ingentes labores exercitationis, ne pili quidem menti barbæ ei enati sunt.

Ad hunc sanctum Macarium cum quodam die venissem, et essem animo valde anxius, dico illi : Abba Macari, quid faciam, quoniam me affligunt cogitationes, mihi dicentes : Nihil facis, recede hinc. Respondet mihi dicens sanctus Pater Macarius : Dic tu tuis cogitationibus : Propter Christum custodio parietes.

Hæc, o studiose et amantissime Christi serve, ex multis et magnis signis et certaminibus inclyti et virtute præditi Macarii significavi.

Hic Macarius nobis narravit (erat enim presbyter) se observasse tempore communionis Christi sacramentorum, se Marco exercitatori nunquam dedisse oblationem, sed ei angelum dedisse ex ara ; solum autem se vidisse digitum manus ejus qui dabat.

CAPUT XXI.

Vita abbatis Marci (53).

Cum esset autem hic Marcus junior, dicebat memoriter Vetus et Novum Testamentum, eratque insigniter mitis, et summe temperans. Quodam ergo die cum satis otii haberem in cella mea, in extrema jam ejus senectute ad eum venio, et ostio ejus cellæ assideo. Quem ego, utpote qui essem adhuc rudis, existimabam esse supra hominem, sicut erat ; et auscultabam quidnam diceret vel faceret. Is autem intus solus, cum jam centum annos transegisset, et dentes amisisset, secum pugnabat et cum diabolo, et dicebat : Quid vis deinceps, κακόγηρε, id est, male senex ? Ecce jam et vinum bibisti, et oleum tetigisti. Quid vis deinceps πολιόφαγε, id est, vorax in canitie, et κοιλιόδουλε, id est, ventri serviens, probro et contumelia te ipsum afficiens ? Et diabolo dicens : Recede a me, diabole, consenuisti mecum in dissensionibus, injecisti mihi imbecillitatem corporis, fecisti me bibere vinum, et sumere oleum, me reddens voluptarium. Adhucne tibi aliquid debeo ? Apud me nihil invenis quod velis diripere. Recede a me deinceps, inimice hominum. Ac veluti se provocans et irritans, secum loquebatur, dicendo : Abesdum, o nugator, in canitie vorator, et belluo in senectute. Quandiu ero tecum ?

CAPUT XXII.

Vita abbatis Moysis (54), *qui fuit ex latronibus.*

Fuit quidam Moyses nomine, Æthiops genere, niger, servus cujusdam qui gerebat rempublicam ; quem propter morum improbitatem et latrocinii crimen projecit ejus dominus. Dicebatur enim etiam usque ad cædes progredi ; cogor enim dicere facta ejus improbitatis, ut postea ostendam virtutem ejus pœnitentiæ. Narrarunt ergo aliqui eum fuisse præfectum magnæ catervæ latronum. Cujus inter cætera latrocinandi opera hoc quoque fertur, quod insesto et vindictæ cupido animo erat in pastorem, qui ad rem aliquam patrandam eunti sibi fuerat cum canibus suis impedimento. Quem cum vellet occidere, obibat locum in quo ejus oves habebant stationem, ei autem significatum est ipsum esse trans Nilum. Et cum fluvius illo tempore inundaret, et ad mille passus pateret latitudine, ensem tenens mordicus, et tunicam qua erat indutus imponens suo capiti, natando sic transmisit fluvium. Dum autem transnataret, potuit pastor se abscondere alicubi infodiens. Cum ergo Moysi cœptum non successisset, occisis quatuor egregiis arietibus, et fune colligatis, Nilum rursus tranavit ; et cum in parvam quamdam villam venisset, excoriavit arietes ; et cum quæ erant carnis optima comedisset, et pelles pro vino vendidisset, cum saltem Italicorum circiter octodecim (55) ebibisset, illinc ad quinquaginta milliaria est profectus, ubi habebat collegium.

Hic princeps latronum sero tandem casu aliquo qui ei acciderat compunctus, tradidit seipsum monasterio ; et ad tantam processit pœnitentiam, quantam res ipsæ indicarunt. Inter cætera autem dicitur, quod cum quatuor latrones in eum in cella sedentem irruissent, ignorantes eum esse Moysem, beatus Moyses eos tanquam saccum paleæ ligatos, et humeris imposuit, et ad fratrum portavit ecclesiam, dicens : Quoniam non licet mihi alicui facere injuriam, inveni autem eos me aggressos, quid de iis jubetis fieri ? Hoc modo autem comprehensi a sancto Moyse, Deo confessi sunt. Et cum cognovissent eum esse Moysem qui fuit aliquando insignis princeps latronum, Christum eo nomine glorificantes, illi quoque mundo renuntiarunt propter ejus pœnitentiam, et evaserunt monachi probatissimi, sic cogitantes : Si hic qui tantum valebat viribus latrocinia parvi faciens, sic Deum timet ; quid nos adhuc nostram salutem differimus ?

Beatum autem Moysem (sic enim oportet eum vocare) deinceps adorti sunt dæmones, ad fornicatoriæ intemperantiæ impellentes eum consuetudinem ; qui usque adeo ab ipsis fuit tentatus, sicut ipse narravit, ut parum abfuerit quin eum ab instituto dimoverent. Cum autem accessisset ad magnum Isidorum, qui sedebat in Scete, tertio ad eum retulit de bello fornicationis. Cui respondit sanctus : Ne conturberis, o frater ; sunt principia, et ideo te vehementius invaserunt, priorem requirentes consuetudinem. Sicut enim canis cum assueverit in macello pernas rodere, non recedit a consuetudine ; sed si fuerit clausum macellum, et nemo ei dederit, fame enectus non amplius accedit ; sic tu quoque, si permanseris in tuæ continentiæ exercitatione, mortificans membra tua quæ sunt supra terram (*Coloss.* III), et excludens ab ingressu ingluviem quæ parit intemperantiam, ægre ferens dæmon, ut qui cibos non habeat qui accendant, a te recedet. Cum ergo secessisset Christi servus Moyses, et ab illa hora seipsum inclusisset in cella, maxima in omnibus exercebatur tolerantia, maxime autem in abstinentia a cibis,

Digitized by Google

ἔτος ἔχων ἀφ' οὗ ἐβαπτίσθη. Τεσσαράκοντα γὰρ ἐτῶν ἐτύγχανεν, ὅτε ἐβαπτίσθη ὁ γνήσιος τοῦ Χριστοῦ δοῦλος, καὶ ἀθάνατος Μακάριος.

Ἦν δὲ τὸ εἶδος ἀηττήτου ἀθλητοῦ τοῦ Χριστοῦ Μακαρίου τοιοῦτον τῆς ἡλικίας. Δεῖ με γὰρ καὶ περὶ τούτου σημᾶναί σοι, δοῦλε τοῦ Χριστοῦ, ἀκριβῶς ἐμοῦ τοῦτον γινώσκοντος, ὡς ἅτε καὶ μετ' αὐτοῦ τὴν ἐμὴν βραχύτητα συγχρονίσασαν. Ἦν οὖν τὸ εἶδος τῆς ἡλικίας αὐτοῦ ὑποκολοβόν, σπανὸν, ἐπὶ τοῦ χείλους μόνον ἔχον τρίχας· καὶ εἰς τὸ ἄκρον δὲ τοῦ γενείου εἶχεν ὀλίγας. Ὑπερβολῇ γὰρ πόνων ἀσκήσεως οὐδὲ αἱ τρίχες τῆς γενειάδος αὐτοῦ ἐξέφυσαν.

Τούτῳ τῷ ἁγίῳ ἐγὼ προσῆλθον μιᾷ τῶν ἡμερῶν, λέγων αὐτῷ, ἐν ἀκηδίᾳ μου σφόδρα διάγοντος· Ἀββᾶ Μακάριε, τί ποιήσω, ὅτι θλίβουσί με οἱ λογισμοὶ λέγοντές μοι, ὅτι Οὐδὲν ποιεῖς, ἄπελθε ἐντεῦθεν; Ἀποκρίνεταί μοι λέγων ὁ ἅγιος Πατὴρ Μακάριος· Εἰπόν σου τοῖς λογισμοῖς, ὅτι Διὰ τὸν Χριστὸν τοὺς τοίχους τηρῶ.

Ταῦτά σοι, φιλόχριστε καὶ φιλομαθὴς δοῦλε Θεοῦ, ἐκ πολλῶν καὶ μεγάλων σημείων καὶ ἄθλων τοῦ ἀοιδίμου καὶ ἐναρέτου ἀνδρὸς Μακαρίου ἐσήμανα.

Τοῦτο τὸ παράδοξον ὁ θαυμάσιος οὗτος ἀνὴρ Μακάριος ἡμῖν διηγήσατο (ἦν γὰρ τῇ χειροτονίᾳ τῶν ἐπισκόπων πρεσβύτερος), λέγων· Ἐπεσημηνάμην ἐγὼ κατὰ τὸν καιρὸν τῆς διαδόσεως τῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων ὅτι Μακαρίῳ τῷ ἀσκητῇ οὐδέποτε ἔδωκα ἐγὼ προσφοράν, ἀλλ' ἄγγελος αὐτῷ ἐπεδίδου ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου λαμβάνων. Μόνον δὲ τὸν ἀστράγαλον τῆς χειρὸς ἐθεώρουν τοῦ ἐπιδιδόντος τούτῳ τὴν κοινωνίαν.

ΚΕΦΑΛ. ΚΑ'.

Περὶ Μάρκου.

Μάρκος δὲ οὗτος νεώτερος ὢν Παλαιὰν καὶ Καινὴν Γραφὴν ἀπεστήθισεν· πρᾶος ὢν καθ' ὑπερβολήν, σώφρων εἰ καί τις ἄλλος. Μιᾷ τῶν ἡμερῶν εὐκαιρούμενος ἐγὼ εἰς τὸ ἔσχατον αὐτοῦ γῆρας λοιπὸν ἀπέρχομαι πρὸς αὐτὸν, καὶ παρακαθέζομαι τῇ θύρᾳ τῆς κέλλης αὐτοῦ, ὡς ἅτε ἐγὼ ὁ ἀρχάριος ὢν νομίζων αὐτὸν ὑπὲρ ἄνθρωπον, ὥσπερ καὶ ἦν. Καὶ ἠκροώμην, τί ἄρα λαλεῖ, ἢ τί διαπράττεται. Καὶ μονώτατος ὢν ἔνδον περὶ τὰ ἑκατὸν ἔτη ἐλάσας ἤδη, καὶ τοὺς ὀδόντας ἀπολέσας, ἑαυτῷ διεμάχετο καὶ τῷ διαβόλῳ, καὶ ἔλεγεν· Τί θέλεις λοιπὸν κακόγηρε; Ἰδοὺ καὶ οἶνου ἔλαβες, καὶ ἐλαίου ἥψω. Λοιπὸν τί θέλεις ποιήσω σοι; πολιοφάγε, κοιλιόδουλε, ἑαυτὸν ἐξυβρίζων; Εἶτα καὶ τῷ διαβόλῳ· Ἄπελθε, λέγων, λοιπὸν ἀπ' ἐμοῦ, διάβολε, συγγεγήρακάς μοι ἐν ἀδιαφορίαις. Ἀσθένειάν μοι τοῦ σώματος ἐπιγράψας, οἴνου ἐποίησας μεταλαβεῖν καὶ ἐλαίου, φιλήδονόν με ἀπεργασάμενος. Μὴ ἀκμήν σοί τι χρεωστῶ; οὐδὲν εὑρίσκεις ἐν ἐμοὶ ὃ θέλεις συλῆσαι. Ἄπελθε λοιπὸν ἀπ' ἐμοῦ, μισάνθρωπε. Καὶ ὡς τερετίζων ἑαυτῷ ἔλεγεν διαλεγόμενος· Δεῦρο λοιπὸν, λῆρε, πολιοφάγε, φαγόγηρε, ἕως πότε ἔσομαι μετὰ σοῦ;

ΚΕΦΑΛ. ΚΒ'.

Περὶ Μωϋσέως τοῦ Αἰθίοπος.

Μωϋσῆς οὕτω καλούμενός τις, Αἰθίοψ τῷ γένει, μέλας, οἰκέτης ὑπῆρχεν πολιτευομένου τινός· ὃν διὰ πολλὴν δυστροπίαν καὶ ληστρικὴν αἰτίαν ἔῤῥιψεν ὁ ἴδιος δεσπότης. Ἐλέγετο γὰρ καὶ μέχρι φόνων φθάνειν αὐτόν. Ἀναγκάζομαι γὰρ λέγειν αὐτοῦ τὰ ἔργα τῆς πονηρίας, ἵνα δείξω αὐτοῦ τὴν μετὰ ταῦτα ἀρετὴν ἐκ μετανοίας. Διηγοῦντο γοῦν τινες ὅτι καὶ ἀφηγούμενος ἦν λῃστηρίου μεγίστου· οὗ καὶ τοῦτο φέρεται ἐν τοῖς ἔργοις λῃστρικοῖς, ὅτι ποιμένι τινὶ ἐμνησικάκησεν παρεμπεδίσαντι αὐτὸν εἰς πρᾶγμά τι ἀπιόντα, μετὰ τῶν τῆς ποίμνης κυνῶν ἐν νυκτί· ὃν ἀποκτεῖναι θελήσας περιενόστει τὸν τόπον ἔνθα τὴν στάσιν εἶχεν τὴν τῶν προβάτων. Ἐμηνύθη οὖν αὐτῷ ὅτι πέραν τοῦ Νείλου ἐστίν· καὶ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον πλημμυροῦντος τοῦ ποταμοῦ, καὶ κρατοῦντος ἐπὶ ἓν σημεῖον τῷ πλάτει, δακὼν τὴν μάχαιραν αὐτοῦ ἐν τῷ στόματι, καὶ τὸν χιτωνίσκον, ὃν ἐνεδέδυτο, ἐπιθεὶς τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ, διεπέρασεν οὕτως κολυμβήσας τὸν ποταμόν. Ἐν τῷ τοῦτον οὖν διακολυμβᾶν ἠδυνήθη λαθεῖν ὁ ποιμὴν, εἰς κρύφιον ἑαυτὸν καταχώσας. Ἀποτυχὼν οὕτως Μωϋσῆς τοῦ ἐγχειρήματος, τοὺς ἐξ ἐπιλογῆς τέσσαρας κριοὺς σφάξας, καὶ δήσας σειρᾷσὴν, ἐκολύμβησεν αὖθις τὸν Νεῖλον. Καὶ ἐλθὼν εἰς μικρὸν ἐναύλιον, ἀπέδειρε τοὺς κριούς. Καὶ φαγὼν τὰ κάλλιστα τῶν κρεῶν, καὶ εἰς οἶνον διαπωλήσας τὰ κώδια, σαΐτην πιὼν ὡς Ἰταλικῶν δεκαοκτὼ, πεντήκοντα σημεῖα ἀπῆλθεν, ὅπου τὸ κολλήγιον εἶχεν.

Οὗτος ὁψέ ποτε τοῦ καιροῦ ὁ τοιοῦτος λῃσταρχος κατανυχθεὶς ἐκ περιστάσεώς τινος ἐπιδέδωκεν ἑαυτὸν μοναστηρίῳ· καὶ οὕτω προσῆλθεν τῷ πράγματι τῆς μετανοίας, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν συμπράκτην αὐτοῦ καὶ ὑποβολέα τῶν κακῶν ἐκ νεότητος, δαίμονα, τὸν εἰς πάντα αὐτῷ συναμαρτόντα, ἀντικρυς εἰς ἐπίγνωσιν ἀγαγεῖν τοῦ Χριστοῦ. Ἐν οἷς λέγεται, ὅτι ποτὲ τούτῳ ἐπέῤῥιψαν λῃσταὶ τέσσαρες καθεζομένῳ ἐν τῷ κελλίῳ, ἀγνοήσαντες ὅτι Μωϋσῆς ἦν οὗτος. Οὓς δήσας ὁ μακάριος ἅπαντας, καθάπερ σάκκον πλήρη ἀχύρων, τοῖς ὤμοις ἑαυτοῦ ἐπιθεὶς, ἤνεγκεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῶν ἀδελφῶν, εἰπὼν, ὅτι Ἐπειδὴ οὐκέτι ἔξεστί μοι ἀδικεῖν οὐδένα, εὗρον δὲ αὐτοὺς ἐπελθόντας μοι, τί κελεύετε περὶ τούτων; Συλληφθέντες οὖν οὗτοι τούτῳ τῷ τρόπῳ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Μωϋσέως ἐξομολογήσαντο τῷ Θεῷ. Καὶ γνωρίσαντες τοῦτον ὅτι Μωϋσῆς ἐστιν ὁ ποτὲ ὀνομαστὸς καὶ περιβόητος λῃστάρχος, δοξάσαντες ἐπ' αὐτῷ τὸν Χριστὸν, κἀκεῖνοι ἀπετάξαντο διὰ τὴν τούτου μεταβολὴν, καὶ γεγόνασι μοναχοὶ δοκιμώτατοι· λογισάμενοι τοῦτο, ὅτι εἰ οὗτος ἱκανὸς ἐνδυνάμει, καὶ κατ' ἄκραν πεποιημένος τῷ ἔργῳ τῷ λῃστρικῷ, οὕτως κομψῶς πεφόβηται τὸν Θεὸν, τί ἡμεῖς ἀναβαλλόμεθα τὴν σωτηρίαν τῶν ἡμετέρων ψυχῶν,

Τούτῳ τῷ μακαρίῳ Μωϋσεῖ (δεῖ γὰρ αὐτὸν λοιπὸν οὕτω προσαγορεύεσθαι) ἐπέθεντο οἱ τῆς ἀσωτείας δαίμονες, εἰς τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν τῆς ἀκολασίας τῆς πορνικῆς αὐτὸν κατελαύνοντες. Ὃς ἐπὶ τοσοῦτον ὑπ' αὐτῶν ἐπειράσθη, ὡς αὐτὸς διηγήσατο, ὡς μικροῦ δεῖν τῆς προθέσεως αὐτὸν ἐξοκεῖλαι. Παραγενόμενος οὖν οὗτος πρὸς τὸν μέγαν Ἰσίδωρον τὸν ἐν τῇ Σκήτει καθήμενον, ἀνήνεγκεν τούτῳ τὰ περὶ τοῦ τῆς πορνείας πολέμου. Πρὸς ὃν ἀπεκρίθη ὁ ἅγιος· Μηδὲν θροηθῇς, ἀδελφέ· ἀρχαὶ γάρ εἰσιν. Διὰ τοῦτο σφοδρότερόν σοι ἐπέθεντο, τὴν προτέραν ἐπιζητοῦντες συνήθειαν. Ὥσπερ γὰρ ὅταν κύων ἐν μακέλλῃ ἐθίσῃ κωλέας περιτρύχειν, τῆς συνηθείας οὐκ ἀναχωρεῖ· ἐὰν δέ τις κλείσῃ τὸ μακελλεῖον, καὶ μηδεὶς αὐτῷ μηδὲν ἐπιδῷ, ἢ λιμαγχονηθεὶς, οὐκ ἔτι ἐγγίζει ἐκεῖ μηδεμίαν ἔχων βοράν· οὕτω καὶ σὺ, ἐὰν ἐπιμείνῃς τῇ σου ἀσκήσει τῆς ἐγκρατείας, νεκρώσας σου τὰ μέλη τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, ἀποκλείσας τὴν εἴσοδον τῇ γαστριμαργίᾳ τῇ τικτούσῃ τὴν ἀκολασίαν, ἀκηδιάσας ὁ τῆς πορνείας δαίμων, μὴ ἔχων τὰ βρώματα τοῦτον ἐξάπτοντα, οὕτως σου ἀποστήσεται. Ἀναχωρήσας οὖν ὁ τοῦ Χριστοῦ δοῦλος Μωϋσῆς ἀπὸ τῆς ὥρας ἐκείνης, καὶ κατακλείσας ἑαυτὸν ἐν τῇ ἑαυτοῦ κέλλῃ, ὑπομονῇ σφοδροτάτῃ ἠσκεῖτο ἐν πᾶσι μάλιστα

Digitized by Google

ἀπὸ βρωμάτων, οὐδενὸς ἄλλου μεταλαμβάνων πλὴν ἄρτου ξηροῦ ἐν οὐγκίαις δέκα δύο· πλεῖστον ἐργαζόμενος ἔργον, καὶ πεντήκοντα ἐκτελῶν προσευχὰς τὴν ἡμέραν.

Κατατήξας οὖν ἑαυτοῦ τὸ σωμάτιον ἔμενεν ἔτι πυρούμενος, καὶ ἀδιαφόρως ἐνυπνιαζόμενος. Πάλιν οὗτος παρέβαλεν ἄλλῳ τινὶ μοναχῷ τῶν ἁγίων πάνυ δοκίμῳ, καὶ λέγει αὐτῷ· Τί ποιήσω, ἀββᾶ, ὅτι σκοτίζουσί μου τὸν λογισμὸν τὰ ἐνύπνια τῆς ψυχῆς κατὰ τὴν ἀρχαίαν συνήθειαν συνηδομένης αὐτοῖς; Λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος ὁ ἅγιος, ὅτι Ἐπειδὴ τὸν νοῦν σου οὐκ ἀπέστησας τῶν περὶ ταῦτα φαντασιῶν, τούτου χάριν τὴν μυσαρὰν ταύτην ὑφίστασαι ἐπιθυμίαν. Ποίησον οὖν ὅ σοι λέγω· δὸς σεαυτὸν εἰς ἀγρυπνίαν κατὰ μικρὸν, καὶ πρόσεύχου νηφόντως, καὶ ἐλευθερωθήσῃ ἀπὸ τούτων ταχέως. Ἀκούσας δὲ ὁ γενναῖος καὶ ταύτης τῆς ὑποθήκης ὡς παρὰ τεχνίτου τῇ πεῖρᾳ, ἀπελθὼν ἐν τῇ κέλλῃ, ἔδωκεν λόγον τῷ ἑαυτοῦ συνειδότι μὴ κοιμηθῆναι διὰ πάσης τῆς νυκτὸς, μὴ κλῖναι γόνυ ὡς ἐπὶ προφάσει προσευχῆς, ἐπὶ τῷ φυγεῖν τὴν τυραννίδα τοῦ ὕπνου.

Μείνας οὖν ἐπὶ τῷ κελλίῳ ἔτη ἕξ, τὰς νύκτας πάσας μέσον τῆς κέλλης ἱστάμενος, καὶ ἀδιαλείπτως τῷ Θεῷ προσευχόμενος, καὶ μὴ ἐπικαμμύων τοὺς ὀφθαλμούς· καὶ ταῦτα ποιῶν τοῦ πράγματος τῆς ἀκολάστου ἐπιθυμίας περιγενέσθαι οὐκ ἠδυνήθη. Τῷ ὄντι γὰρ ἀληθῶς ἀκόλαστος ἐπιθυμία. Ἑαυτὸν γὰρ ἐκτήξας τοῖς πόνοις ἐκεῖνο τὸ αἰσχρὸν πάθος ὑποτάξαι οὐκ ἴσχυσεν.

Μετὰ ταῦτα πάντα ἑαυτῷ πάλιν ἄλλην πολιτείαν σκληραγωγίας ὑπέθετο. Ἐξερχόμενος οὗτος ὁ πύκτης τοῦ Σατανᾶ (διαφόρως γὰρ τούτῳ ἐπύκτευσεν) τὰς νύκτας ἀπῄει εἰς τὰς κέλλας τῶν τοῖς πόνοις συγγεγηρακότων τῇ ἀσκήσει μοναχῶν, καὶ λοιπὸν μὴ δυναμένων τὴν τοῦ ὕδατος χρείαν δι' ἑαυτῶν κομίζειν· καὶ λαμβάνων τὰς ὑδρίας αὐτῶν, ἀγνοούντων ἐκείνων ἐπλήρου τοῦ ὕδατος. Ἀπὸ μήκους γὰρ ἔχουσιν ἐν ἐκείνοις τοῖς τόποις τὸ ὕδωρ, οἱ μὲν ἀπὸ δύο, οἱ δὲ ἀπὸ πέντε σημείων, οἱ δὲ ἀπὸ ἡμίσεως. Μιᾶς οὖν τῶν νυκτῶν ἐν ᾧ τοῦτο ἐποίει, ἐπιτηρήσας ὁ δαίμων, καὶ μηκέτι φέρων τοῦ ἀθλητοῦ τὴν καρτερίαν, ἐγκύψαντι αὐτῷ εἰς τὸ φρέαρ ἐπὶ τῷ τὴν ὑδρίαν πληρῶσαί τινος μοναχοῦ, δέδωκεν αὐτῷ κατὰ τῶν ψυῶν βοπάλῳ τινὶ, καὶ ἀφῆκεν αὐτὸν τῷ τόπῳ κεῖσθαι νεκρὸν, μηδ' ὅλως αἰσθανόμενον μήτε ὃ πέπονθεν, μήτε παρὰ τίνος τοῦτο ὑπέστη. Τὴν οὖν ἄλλην ἡμέραν ἐλθών τις τῶν μοναχῶν ἀντλῆσαι, εὗρεν αὐτὸν ἐκεῖ κείμενον καὶ ψυχορραγοῦντα. Καὶ ἐλθὼν ἀνήγγειλεν τῷ μεγάλῳ Ἰσιδώρῳ τῷ πρεσβυτέρῳ τῆς Σκήτεως, Ἀπελθὼν δὲ μετά τινων λαῶν αὐτὸν ἤνεγκεν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ ἐπὶ ἐνιαυτὸν πλήρη οὗτος ἐνόσησεν, ὡς μόλις γενέσθαι τὸ σῶμα αὐτοῦ καὶ τὴν ψυχὴν ἐν ἰσχύϊ. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ μέγας ἱερεὺς τοῦ Χριστοῦ Ἰσίδωρος· Παῦσαι λοιπὸν τοῖς δαίμοσι φιλονεικῶν, ἀδελφὲ, καὶ μὴ αὐτοῖς ἐπέμβαινε. Μέτρα γάρ εἰσι καὶ τῆς ἀσκήσεως τῆς πρὸς τοὺς δαίμονας ἐν τῇ ἀσκήσει. Ὁ δὲ ἀδάμαστος τοῦ Χριστοῦ Μωϋσῆς λέγει τῷ μεγάλῳ· Οὐ μὴ παύσωμαι τοῦ μάχεσθαι μετ' αὐτῶν, ἕως ἂν παύσηταί μου ἡ φαντασία τῶν ἐνυπνίων. Τότε λέγει αὐτῷ ὁ τοῦ Χριστοῦ δοῦλος Ἰσίδωρος ὁ πρεσβύτερος· Ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἀπὸ τοῦ νῦν πέπαυταί σου τὰ ἀπρεπῆ ἐνύπνια. Λοιπὸν μετὰ παῤῥησίας τοῖς μυστηρίοις κοινώνησον. Ἵνα γὰρ μὴ καυχήσῃ, ὡς τῇ σῇ ἀσκήσει περιγενόμενος τούτου τοῦ πάθους, διὰ τοῦτο σφοδρῶς ὑπ' αὐτοῦ κατεδυναστεύθης πρὸς τό σοι συμφέρον, ἵνα μὴ ὑπὸ ἐπάρσεως καταπέσῃς. Ταῦτα ἀκούσας ἀπῆλθεν πάλιν εἰς τὴν κέλλαν, λοιπὸν προσέχων μεθ' ἡσυχίας τῇ τῆς ἀσκήσεως πολιτείᾳ ἐν μέτρῳ. Μετὰ δὲ μῆνας δύο ἢ τρεῖς ἐρωτηθεὶς παρὰ τοῦ μακαρίου Ἰσιδώρου τοῦ πρεσβυτέρου ὁ ἀσκητὴς Μωϋσῆς, μὴ ἔτι αὐτῷ ὤχλησεν ἐκεῖνο τὸ πνεῦμα, εἶπεν, ὅτι Ἀπ' ἐκείνης τῆς ὥρας, ἧς ἐπηύξω μοι, ὁ τοῦ Θεοῦ δοῦλος, οὐκ ἔτι οὐδέν μοι τοιοῦτον συμβέβηκεν. Κατηξιώθη δὲ οὗτος ὁ ἅγιος χαρίσματος κατὰ δαιμόνων· οὕτως, ὡς ἡμεῖς τῶν μυιῶν ἐν τῷ χειμῶνι καταφρονοῦμεν, τοσοῦτον καὶ μᾶλλον οὗτος ὁ μέγας Μωϋσῆς παλαιστὴς τῶν δαιμόνων. Αὕτη ἡ ἔνθεος τῆς ἀσκήσεως πολιτεία τοῦ ἀκαταγωνίστου ἀθλητοῦ Μωϋσέως τοῦ τῷ γένει Αἰθίοπος, τὴν δὲ ψυχὴν ἐθίσαντος θείᾳ χάριτι. Ὡς καὶ αὐτὸς ἦν ἐν τοῖς μεγάλοις τῶν Πατέρων κατορθώμασιν ἀριθμούμενος. Τελευτᾷ δὲ οὗτος ἐτῶν ἑβδομήκοντα πέντε ἐν τῇ Σκήτει, γενόμενος πρεσβύτερος, καταλιπὼν μαθητὰς ἑβδομήκοντα.

ΚΕΦΑΛ. ΚΓ'.

Περὶ Παύλου τοῦ ἐν τῇ Φέρμῃ.

Ὄρος ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἐστὶν ἀπάγον ἐπὶ τὴν Σκῆτιν τὴν ἔρημον, ὃ καλεῖται Φέρμη. Ἐν τούτῳ τῷ ὄρει καθέζονται ὡς πεντακόσιοι ἄνδρες ἀσκούμενοι. Ἐν οἷς καὶ Παῦλός τις μοναχὸς οὕτω καλούμενος ἅριστος, ὃς ἐν παντὶ τῷ χρόνῳ αὐτοῦ ταύτην εἶχεν τὴν πολιτείαν. Οὐκ ἔργου ἥψατό ποτε, οὐ πραγματείας τινὸς, οὐκ ἔλαβέν τι παρά τινος παρεκτὸς οὗ ἔμελλεν ἐν αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ ἐσθίειν. Ἔργον δὲ αὐτῷ τῆς ἀσκήσεως γέγονεν, τὸ ἀδιαλείπτως προσεύχεσθαι. Οὗτος τετυπωμένας εἶχεν τὰς εὐχὰς τριακοσίας, τοσαύτας ψήφους συνάγων, καὶ ἐν τῷ κόλπῳ κατέχων, καὶ ῥίπτων καθ' ἑκάστην εὐχὴν ἐκ τοῦ κόλπου ψῆφον μίαν. Οὗτος ὁ ἔνθεος ἄνθρωπος παραβαλὼν συντυχίας ἕνεκεν καὶ ὠφελείας πνευματικῆς τῷ ἁγίῳ Μακαρίῳ τῷ λεγομένῳ πολιτικῷ, λέγει αὐτῷ· Ἀββᾶ Μακάριε, θλίβομαι σφόδρα. Ἠνάγκασεν οὖν αὐτὸν ὁ τοῦ Χριστοῦ δοῦλος εἰπεῖν τὴν αἰτίαν δι' ἣν λυπεῖται· ὁ δὲ λέγει αὐτῷ·

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ'.

Περὶ παρθένου ἑπτακοσίας εὐχὰς ποιησάσης.

Ἐν κώμῃ τινὶ παρθένος τις κατοικεῖ τριακοστὸν ἔτος ἤδη ἔχουσα ἀσκουμένη· περὶ ἧς πολλοί μοι διηγήσαντο, ὅτι παρεκτὸς Σαββάτου ἢ Κυριακῆς οὐδέποτε γεύεται ἄλλην ἡμέραν, ἀλλὰ τὸν σύμπαντα χρόνον ἔλκουσα τὰς ἑβδομάδας, καὶ δι' ἡμερῶν πέντε ἐσθίουσα, ποιεῖ εὐχὰς ἑπτακοσίας. Καὶ ἀπευδόκησα ἐγὼ ἐμαυτοῦ, τοῦτο μαθὼν, καὶ λογισάμενος, ὅτι ἀνὴρ κατ' ἐκείνην τῇ ῥώμῃ τοῦ σώματος δημιουργηθεὶς ὑπὲρ τὰς τριακοσίας εὐχὰς ποιῆσαι οὐκ ἠδυνήθην. Ἀποκρίνεται αὐτῷ ὁ ἅγιος Μακάριος, λέγων· Ἐγὼ ἑξηκοστὸν ἔτος ἔχω ἀφ' οὗ ἑκατὸν τεταγμένας εὐχὰς ποιῶ καὶ τὰ πρὸς τροφὴν ἐργαζόμενος ταῖς χερσὶν, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς τὴν ὀφειλὴν τῆς συντυχίας ἀποδιδούς· καὶ οὐ κρίνει με ὁ λογισμὸς ὡς ἀμελήσαντα. Εἰ δὲ σὺ τριακοσίας εὐχὰς ποιῶν κρίνῃ ὑπὸ τοῦ συνειδότος, δῆλος εἶ καθαρῶς αὐτὰς μὴ εὐχόμενος, ἢ δυνάμενος πλείονας εὔχεσθαι καὶ μὴ εὐχόμενος.

ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

Περὶ Εὐλογίου καὶ τοῦ λελωβημένου.

Κρόνιός μοι διηγήσατο ὁ πρεσβύτερος τῆς Νιτρίας, ὅτι νεώτερος ὢν τὸ κατ' ἀρχὰς, καὶ ἀκηδίας χάριν φυγὼν ἐκ τῆς μονῆς τοῦ ἀρχιμανδρίτου μου ἀλώμενος ἔφθασα ἕως τοῦ ὄρους τοῦ ἁγίου Ἀντωνίου. Ἐκαθ-

Digitized by Google

ut qui nihil aliud sumeret præter panis sicci uncias duodecim, plurimum operans, et quinquaginta orationes quotidie peragens.

Porro autem quamvis suum macerasset corpusculum, permansit tamen inflammatus, et præcipue in somnis. Cum autem surrexisset, convenit quemdam alium monachum sanctum probatissimum, et ei dicit: Quid faciam, abba? Rationi meæ tenebras offundunt somnia animi, ut qui eis ex veteri consuetudine delecter. Dicit ei ille sanctus: Non cohibuisti mentem tuam a visis quæ in eis versantur, ea de causa hæc sustines. Fac ergo quod dico. Dede te paulatim vigiliæ, et ora sobrius; et ab his cito liberaberis. Cum hoc autem monitum audiisset vir præclarus, tanquam ab eo qui erat artifex experientia, in cellam reversus, dixit ei, quod quidem sua sciat conscientia, tota nocte non dormiisse; non orationis prætextu genuflexisse, ut somni fugeret tyrannidem.

Cum annis ergo sex mansisset in cella, totas noctes stans in medio cellæ, et Deum orans assidue, et non claudens oculos, non potuit intemperantem vincere cupiditatem. Revera enim non potest vere castigari cupiditas. Cum enim scipsum tabefecisset laboribus, turpem illam affectionem non potuit subigere.

Post hæc aliam sibi suggessit rationem asperæ vitæ agendæ. Egrediens hic pugil Satanæ (varie enim cum eo decertavit) noctibus abibat ad cellas monachorum, qui se exercendo consenuerant in laboribus, et per se aquam non poterant amplius importare: et accipiens hydrias eis nescientibus, illas aqua implebat. Habent enim in illis locis aquam certa distantem longinquitate, alii quidem ad duos lapides, alii vero ad quinque, alii vero ad dimidium. Una ergo nocte qua hoc faciebat, dæmon qui eum observaverat, non amplius ferens athletæ fortitudinem, cum ipse se inclinasset in puteum, ut unius monachi impleret hydriam, clavam quamdam ei impegit in lumbos, et eum in eo loco reliquit jacentem mortuum, nihil omnino sentientem, neque quid, neque a quo id passus sit. Cum ergo alio die venisset quidam monachus ad aquam hauriendam, eum illic invenit jacentem linqui animo. Is autem id renuntiavit magno Isidoro presbytero Scetis. Qui abiens cum aliquot aliis, eum accepit, et tulit in ecclesiam. Ille vero anno toto ægrotavit, ut vix corpus ejus et anima convaluerit. Tunc dicit illi magnus Christi sacerdos Isidorus: Cessa deinceps, frater Moyses, contendere cum dæmonibus, et ne sic eis insultaveris, est enim modus quoque fortitudinis in exercitatione. Is autem illi dicit: Non cessabo cum eis pugnare, donec mihi cessaverit phantasia somniorum. Tunc ei dicit Christi servus Isidorus presbyter: In nomine Domini nostri Jesu Christi ab hoc temporis articulo cessabunt turpia tua somnia: bono deinceps et fidenti animo communica sacramentis (56). Ne enim gloriareris, ut qui tua exercitatione vicisses affectionem, ideo vehementer in te suam exercuit potestatem, ad tuam utilitatem, ne incideres in animi elationem. His audiis reversus est in cellam, quiete deinceps attendens moderato instituto exercitationis. Post duos autem vel tres menses rogatus a beato Isidoro presbytero exercitator Moyses nunquid amplius ei molestiam exhibuisset spiritus, respondit: Ab illa hora qua mihi precatus est Christi servus, nihil mihi accidit ejusmodi. Dignatus est autem hic sanctus gratia adversus dæmones, adeo ut sicut nos muscas hieme contemnimus; ita, atque adeo amplius, hic magnus Moyses contemneret dæmones. Hæc est religiosa et sancta vita quam egit invictus athleta Moyses Æthiops, qui ipse quoque numerabatur inter magnos. Obiit ante [*F. leg.* autem] septuaginta quinque annos natus in Scete, cum factus esset presbyter, relictis septuagintaquinque discipulis.

CAPUT XXIII.

Vita abbatis Pauli (57).

fore ut devorarer, a me recesserunt. Cum ergo illic tota nocte jaculissem, non fui devoratus. Existimans ergo Deum omnino mihi pepercisse, surrexi. Rursus vero in cellam redii. Cum autem se paucis diebus continuisset dæmon, me est adortus vehementius quam antea, ut parum abfuerit quin blasphemarem. Transformatus enim cum esset in puellam Æthiopissam, quam in mea juventute videram æstate spicas legentem, ea mihi visa est meis insidere genibus; meque usque adeo commovit ut putarem me cum ea coivisse. Furore ergo percitus impegi ei colaphum; eaque sic evanuit. Hoc autem mihi crede dicenti: biennio non poteram ferre manus meæ fetorem. Cum ergo hac de causa pusilli et abjecti animi evasissem, et de me omnem spem abjecissem, egressus sum pererrans vastam solitudinem, et inveni parvam aspidem. Quam cum accepissem, eam admoveo meis genitalibus, ut vel sic morsus morerer; et cum eis caput virilibus applicassem, ut quæ mihi fuissent causa tentationis, ne sic quidem morsus sum gratiæ providentia. Post hæc autem audivi vocem dicentem mihi in mea cogitatione: Abi, Pachon, decerta; ideo enim permisi in te tantam exerceri potestatem, ne tibi esset elatior et arrogantior spiritus, perinde ac ipse posses hanc superare affectionem: sed tuam agnosceres imbecillitatem, et in tuæ vitæ instituto nunquam haberes fiduciam, sed recurreres ad Dei auxilium. Sic autem admonitus et confirmatus, ad cellam sum reversus, et deinceps sedens cum fiducia, et nullam belli curam gerens, reliquos dies egi in pace. Dæmon autem cum cognovisset meam ejus despicientiam, pudore deinceps affectus, ad me non accessit amplius. His verbis cum ad luctam adversus Satanam me confirmasset, et ad bellum instruxisset, et adversum dæmonem fornicationis me parasset ac docuisset, dimisit, jubens ut forti animo me gererem in omnibus.

CAPUT XXX.

Vita Abbatis Stephani (71).

Stephanus quidam Libs genere, sedit sexaginta annos ex latere (72) Marmaricæ et Mareotæ. Is cum fuisset summe versatus in exercitatione, et esset discernendi potestate præditus, hanc gratiam est consecutus, ut quicunque eum conveniret, a quacunque cruciaretur molestia, is molestia vacuus ab eo recederet. Fuit autem is quoque notus beato Antonio. Pervenit autem etiam ad nostra usque tempora; atque ego quidem cum eo non sum versatus propter viæ longitudinem: sanctus autem Ammonius et Evagrius, qui eum convenerunt, narraverunt se eum invenisse in talem prolapsum ægritudinem in ipsis locis testiculorum, et penis summum ulcerasse cancrum, qui φαγέδαινα dicitur. Eum, aiebant, invenimus dum a quodam medico curaretur. Et manibus quidem operabatur; et palmæ ramos contexebat, et nobiscum etiam loquebatur: reliquo autem corpori manum adhibebat chirurgus. Erat autem Dei gratia, ea præditus patientia, ut perinde affectus videretur, ac si corpus alterius secaretur; et cum ejus membra rescinderentur, non secus ac si essent pili insensiles, ita mansit immutabilis, tam insigniter et admirabiliter erat a Deo instructus. Cum nos autem, inquit, partim angeremur, partim vero terreremur, quod tanti viri talis vita in tantum morbum incidisset, et tales medicorum exsectiones, nostras autem cogitationes sensisset beatus Stephanus dicebat nobis: Ne ex hac re offendamini, o filii; nihil enim quod Deus facit, ad malum unquam facit, sed ad bonum finem. Fortasse enim membra merebantur supplicium, et melius est ea hic dare pœnas, quam post excessum ex hoc stadio. Cum nos ergo sic est hortatus, et verbis confirmavit ad tolerantiam, ædificavit ad fortiter ferendas afflictiones. Hæc autem narravi, ne videatur nobis alienum, quando viderimus aliquos sanctos incidisse in tales calamitates.

CAPUT XXXI.

De Valente (73) *qui excidit.*

Fuit quidam Valens, genere quidem Palæstinus, mente autem Corinthius; Corinthiis enim vitium inflationis tribuit sanctus Paulus, dicens: Et vos inflati estis (*I Cor.* v). Qui cum venisset in solitudinem, ipse quoque plures annos habitavit nobiscum. Eo autem processit superbiæ, ut deceptus sit a dæmonibus. Ecce enim quod ipse paulatim deciperetur, fecit ut ipse de se magnifice ac præclare sentiret, tanquam cum eo versarentur angeli, eique in singulis ministeriis inservirent. Quodam certe die, ut narrabant, cum operaretur in tenebris, acum dimisit qua consuebat sportam. Quam cum ipse non invenisset; dæmon ei fecit lampadem, et invenit acum. Hoc nomine rursus inflatus, magnificam de se induit opinionem, et usque adeo elatus est, ut etiam contemneret ipsam Sacramentorum communionem. Cum autem Christus Dominus ejus esset misertus, sic providit ut ejus detrimentum cito fieret manifestum universæ fraternitati. Accidit ut quidam venientes hospites afferrent ad fraternitatem bellaria in ecclesiam. Porro autem cum eas accepisset sanctus Macarius presbyter noster, misit ad unumquemque in cellam circiter pugillum, inter quos etiam ad Valentem. Cum autem accepisset Valens, eum qui attulerat contumelia affecit, et verberavit, et ei dicit: Abi, et dic Macario: Non sum te deterior, ut tu ad me mittas benedictiones. Cum cognovisset ergo sanctus Macarius eum esse seductum, accessit uno die postea ad eum exhortandum. Et ei dicit: Valens, illusus es, desine, Deumque deprecare. Postquam autem non audivit ejus admonitiones, recessit admodum afflictus et mœrens ob Valentis ruinam. Cum ergo certo sibi persuasisset dæmon, eum ejus deceptioni maxime fidem habuisse, abit, et figuram Servatoris induit, et noctu accedit in phantasmate, mille angelis lampadas tenentibus, et rotam igneam, in qua visus est figuram exprimere Servatoris. Unusque eum præcedit et dicit: Christus dilexit tuum institutum, tuamque vivendi libertatem et confidentiam, et venit ut te videat; egredere ergo e cella, et nihil aliud feceris, nisi cum procul eum videris, procumbens eum adora, et

Digitized by Google

ρησαν ἀπ' ἐμοῦ. Πεσὼν οὖν ἐκεῖ διὰ πάσης νυκτὸς οὐκ ἐβρώσθην, λογισάμενος ὅτι πάντως ἐφείσατό μου ὁ Θεός. Αὖθις οὖν ὑπέστρεψα εἰς τὴν κέλλαν. Καρτερήσας οὖν ὁ δαίμων ὀλίγας ἡμέρας, πάλιν μοι ἐπέθετο τοῦ προτέρου σφοδρότερον, ὡς παρὰ μικρόν με καὶ βλασφημῆσαι. Μετασχηματισθεὶς γὰρ εἰς Αἰθιόπισσαν κόρην ἣν ἐωράκειν ποτὲ ἐν νεότητί μου ἐν τῷ θέρει καλαμωμένην, ταύτην ἔδοξα ἐπικαθεσθῆναί μου τοῖς γόνασιν. Καὶ ἐπὶ τοσοῦτόν με κεκίνηκεν, ὡς νομίσαι με συγγενέσθαι αὐτῇ. Ἀπομανεὶς οὖν ἐγὼ, ἔδωκα κόσσον· καὶ οὕτως γέγονεν ἄφαντος. Καὶ πίστευέ μοι λέγοντι, ὅτι τῆς δυσωδίας τῆς χειρός μου ἐπὶ διετίαν ἀνασχέσθαι οὐκ ἠδυνάμην. Μικροψυχήσας οὖν καὶ ἐπὶ τούτῳ μειζόνως, καὶ ἀπευδοκήσας ἐμαυτοῦ, εἰς τέλος ἐξῆλθον εἰς τὴν πανέρημον ἀλώμενος, εὗρον ἀσπίδα μικρὰν, καὶ λαβὼν αὐτὴν προσφέρω τοῖς γεννητικοῖς μου μορίοις, ἵνα κἂν οὕτω δηχθεὶς ὑπ' αὐτῆς ἀποθάνω. Καὶ προστρίψας τὴν κεφαλὴν τοῦ θηρίου τοῖς μορίοις, ὡς αἰτίοις μου τοῦ πειρασμοῦ γενομένοις, οὐδὲ οὕτως ἐδήχθην, προνοίᾳ τῆς χάριτος. Μετὰ δὲ ταῦτα ἤκουσα φωνῆς ἐλθούσης ἐν τῇ διανοίᾳ μου, ὅτι Ἄπελθε, Παχὼν, ἀγωνίζου. Διὰ γὰρ τοῦτο ἀφῆκά σε ἐπὶ τοσοῦτον καταδυναστευθῆναι, ἵνα μὴ μεγαφρονήσῃς ὡς αὐτὸς δυνάμενος τοῦ δαίμονος τούτου περιγενέσθαι, ἀλλ' ἐγνωκώς σου τὴν ἀσθένειαν, μηδέποτε θαρσήσῃς σου τῇ πολιτείᾳ· ἀλλ' ἀεὶ προσδράμῃς τῇ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ. Οὕτως πληροφορηθεὶς ἀνέκαμψα εἰς τὴν κέλλαν, καὶ μετὰ θάρσους λοιπὸν καθίσας, καὶ μηκέτι φροντίσας τοῦ κατὰ τὴν γυναικομανίαν πολέμου, εἰρήνευσα ἐκ τῆς μάχης ἐκείνης τὰς λοιπὰς ἡμέρας. Ὁ δὲ δαίμων ἐγνωκώς μου τὴν εἰς αὐτὸν καταφρόνησιν, λοιπὸν αἰσχυνθεὶς οὐκ ἔτι μοι ἤγγισεν. Τούτοις τοῖς λόγοις τῶν πρὸς τὸν Σατανᾶν παλαισμάτων ὁ ἅγιος Παχὼν στηρίξας με, καὶ γενναιότερον πρὸς τοὺς πόνους ἀλείψας με, φέρειν ῥᾳδίως τὸν πόλεμον τοῦ τῆς πορνείας δαίμονος ἐκδιδάξας, ἀπέπεμψεν, ἐν πᾶσιν ἀνδρίζεσθαί με παρακελευσάμενος.

ΚΕΦΑΛ. Λ'.

Περὶ Στεφάνου.

Στέφανός τις Λίβυς τῷ γένει, ἐκ πλαγίου τῆς Μαρμαρικῆς καὶ τοῦ Μαρεώτου, ἐκαθέσθη ἐπὶ ἐξήκοντα ἔτη. Οὗτος εἰς ἄκρον γενόμενος ἀσκητὴς καὶ διακριτικὸς κατηξιώθη χαρίσματος, ὡς πάντα τὸν λυπούμενον οἱανδήποτε λύπην, συντυχόντα αὐτῷ ἄλυπον ἀναχωρεῖν ἀπ' αὐτοῦ. Γνώριμος δὲ οὗτος ἦν τῷ μακαρίῳ Ἀντωνίῳ. Ἔφθασεν δὲ καὶ μέχρι τῶν ἡμετέρων καιρῶν. Ὧ ἐγὼ μὲν οὐ συνέτυχον διὰ τὸ μῆκος τῆς ὁδοῦ. Οἱ δὲ περὶ τὸν ἅγιον Ἀμμώνιον καὶ Εὐάγριον συντυχόντες αὐτῷ, αὐτοί μοι διηγήσαντο, ὅτι Κατελάβομεν αὐτὸν ἀῤῥωστίᾳ τοιαύτῃ περιπεσόντα κατ' αὐτοὺς τοὺς τόπους, φησὶ, τῶν διδύμων καὶ τῆς βαλάνου, ἕλκος ποιήσαντα τὴν λεγομένην παρὰ πᾶσι φαγέδαιναν. Ὃν εὕρομεν ἐπιμελούμενον παρά τινος ἰατροῦ· καὶ ταῖς μὲν χερσὶν ἐργαζόμενον, καὶ πλέκοντα θαλλοὺς τὸν ἅγιον, λαλοῦντα δὲ καὶ ἡμῖν, τὸ δὲ λοιπὸν σῶμα χαριζόμενον. Ὃς οὕτως ἦν διακείμενος τῇ χάριτι τῆς ὑπομονῆς, ὡς ἑτέρου τινὸς σώματος διατεμνομένου. Ἀποκοπέντων δὲ τῶν τούτου μελῶν καθάπερ τριχῶν ἀνεπαισθήτως οὗτος ἔμενεν ἄτρεπτος ὑπερβολῇ παρασκευῆς θεϊκῆς. Ἡμῶν δὲ, φησὶ, τοῦτο μὲν ὑπολυπουμένων, τοῦτο δὲ καὶ οἰομένων ὅτι ὁ τοιοῦτος βίος τοῦ τοσούτου ἀνδρὸς τηλικούτῳ περιπέπτωκε πάθει, καὶ ἰατρῶν χειρουργίαις τοιαύταις. Αἰσθανόμενος οὖν ὁ μακάριος Στέφανος τοὺς λογισμοὺς ἡμῶν, λέγει ἡμῖν· Μὴ βλαβῆτε, τέκνα, ἐκ τοῦ πράγματος τούτου. Οὐδὲν γὰρ ὧν ποιεῖ ὁ Θεὸς κακίᾳ ποτὲ, ἀλλὰ τέλει χρηστῷ. Ἴσως γὰρ ὑπεύθυνα ἦν Κυρίῳ τὰ μέλη κολάσεως, καὶ συμφέρον ἐστὶν αὐτὰ ὧδε δοῦναι τὴν δίκην, ἢ μετὰ τὴν ἔξοδον τοῦ ἐνθάδε σταδίου. Οὕτως οὖν ἡμᾶς παρακαλέσας, καὶ τοῖς τοιούτοις λόγοις τῆς ὑπομονῆς στηρίξας, ᾠκοδόμησεν ἐγκαρτερεῖν τοῖς θλιβεροῖς. Ταῦτα δὲ διηγησάμην, ἵνα μὴ ξενιζώμεθα, ὅταν ἁγίους τινὰς ἴδωμεν τοιούτοις περιπεσόντας δεινοῖς πάθεσιν.

ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

Περὶ Οὐάλεντος.

Οὐάλης τις γέγονεν τῷ γένει Παλαιστῖνος, τῇ γνώμῃ Κορίνθιος, πεφυσιωμένος τὸ φρόνημα. Ὁ γὰρ μακάριος Παῦλος ὁ ἀπόστολος Κορινθίοις γράφων, τούτοις τὸ πάθος περιῆψεν τῆς φυσιώσεως, εἰπών· Καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστέ. Οὗτος αὐτὸς ὁ Οὐάλης τὴν ἔρημον καταλαβὼν, ᾤκησεν μεθ' ἡμῶν ἐπὶ πλείονα ἔτη· ὅστις μεγάλῃ βιοὺς σκληραγωγίᾳ τὸν ἄκρον βίον τῆς ἀσκήσεως κατορθώσας, ὑπὸ τοῦ τῆς οἰήσεως καὶ τοῦ τύφου δαίμονος δελεασθείς, εἰς ἄκρον κορυφῆς ἐξεπήδησεν ὑπερηφανίας, ὡς ὑπὸ δαιμόνων τοῦτον ἀπατηθῆναι. Ἐκ γὰρ τοῦ ὀλεθρίου πάθους τῆς οἰήσεως ἐπαρθεὶς κατὰ μικρὸν ἑαυτὸν ἀπατῶν τὴν διάνοιαν ἑαυτοῦ παρεσκεύασεν μέγα φρονῆσαι, ὡς ἀγγέλων αὐτῷ συντυγχανόντων, καὶ τὰ πρὸς ἑκάστην διακονίαν αὐτῷ εὐτρεπιζόντων. Μιᾷ γοῦν τῶν ἡμερῶν ὡς διηγοῦντο οἱ τούτῳ συνήθειες, ὅτι ἐργαζόμενος τὰς σπυρίδας ἐν ἑσπέρᾳ βαθείᾳ οὔσης σκοτίας τὴν βελόνην ἀφῆκεν, ῥίψας ἐν τῷ ἐδάφει ἐν ᾧ κατέῤῥαπτεν τὰς σπυρίδας. Καὶ μὴ εὑρίσκοντος ταύτην αὐτοῦ, λαμπάδα φανῆναι ὁ δαίμων τούτῳ ἐποίησεν, καὶ οὕτως ἦν ἀπώλεσεν εὗρεν βελόνην. Καὶ πάλιν φυσηθεὶς ὄγκῳ κενῷ, καὶ ἐπὶ τούτῳ μειζόνως πρισθεὶς τῷ τύφῳ μέγα φρονεῖ. Καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἐφυσιώθη ὁ ἄθλιος, ὡς καὶ αὐτῶν καταφρονῆσαι τῶν μυστηρίων τοῦ Χριστοῦ. Συνέβη δὲ ἐλθόντας τινὰς ξένους τραγήματα ἐνεγκεῖν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ ἀδελφότητι. Λαβὼν οὖν ὁ κύριος Μακάριος ὁ πρεσβύτερος ἡμῶν ἀπήγγειλεν ἑκάστῳ εἰς τὴν κέλλαν πρὸς δράκα, ἐν οἷς καὶ τούτῳ τῷ Οὐάλεντι ἀπέστειλεν. Λαβὼν οὖν ὁ Οὐάλης, τὸν ἀπενέγκαντα καὶ ὕβρισεν καὶ ἐτύπτησεν· καὶ λέγει αὐτῷ· Ἄπελθε, καὶ εἶπε Μακαρίῳ· Οὐκ εἰμί σου χείρων, ἵνα σύ μοι εὐλογίας πέμψῃς. Ἐγνωκὼς οὖν ὁ ἅγιος Μακάριος ὅτι ἐπλανήθη, μετὰ μίαν ἡμέραν ἀπῆλθεν αὐτὸν παρακαλέσαι, καὶ λέγει αὐτῷ· Ἀδελφὲ Οὐάλη, ἐνεπαίχθης. Παῦσαι, καὶ δεήθητι τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ Οὐάλης οὐ προσέσχε ταῖς παραινέσεσι τοῦ Πατρὸς Μακαρίου. Ὡς δὲ οὐκ ἤκουσεν αὐτοῦ τῆς παρακλήσεως, ἀνεχώρησεν τούτου σφόδρα θλιβόμενος ἐπὶ τῇ τοῦ Οὐάλεντος ἥττῃ. Πληροφορηθεὶς οὖν ὁ δαίμων ὅτι ἐπ' ἄκρον αὐτοῦ ἐπείσθη τῇ πλάνῃ, ἀπέρχεται, καὶ σχηματίζει ἑαυτὸν εἰς τὸν Σωτῆρα ὁ διάβολος, καὶ παραγίνεται ἐν νυκτὶ πρὸς αὐτὸν μετὰ τῶν ἑαυτοῦ δαιμόνων ἐν φαντασίᾳ ὡς ἀγγέλων χιλίων λαμπαδηφορούντων. Καὶ δείκνυσιν αὐτῷ δῆθεν τροχὸν πύρινον, ἐν ᾧ ἔδοξεν μέσον τὸν Σωτῆρα σχηματίζειν· καὶ ἕνα προλαμβάνοντα τῶν δαιμόνων ὡς ἄγγελον λέγοντα αὐτῷ, Ἠρέσθη σου ὁ Χριστὸς τῇ πολιτείᾳ, καὶ τῇ παῤῥησίᾳ τοῦ βίου, καὶ παρεγένετο πρὸς σὲ τοῦ ἰδεῖν σε. Ἔξελθε οὖν τῆς κέλλης σου, καὶ μηδὲν ἄλλο ποιήσῃς, ἀλλὰ πόῤῥωθεν ἐστὼς, καὶ τοῦτον ἰδὼν, τὸν ἐν μέσῳ πάντων ἑστῶτα κύψας προσκύνησον, καὶ εἰσελθέ σου εἰς τὴν κέλλαν. Ἐξελθὼν οὖν ὁ Οὐάλης, καὶ θεασάμενος τὴν παράταξιν τῶν λαμπαδηφόρων, ὡς ἀπὸ σταδίου δὲ τὸν Ἀντίχριστον πεσὼν προσεκύνησεν. Ἐπὶ τοσοῦτον οὖν ἐφρενοβλάβησεν ὁ ἠπατημένος, ὡς πάλιν τὴν ἄλλην ἡμέραν ἐλθεῖν εἰς τὴν

Digitized by Google

ἐκκλησίαν, καὶ συνηγμένης πάσης τῆς ἀδελφότητος, εἶπεῖν· Ἐγὼ κοινωνίας χρείαν οὐκ ἔχω. Τὸν Χριστὸν ἐώρακα σήμερον. Τότε δήσαντες αὐτὸν οἱ ἅγιοι Πατέρες σιδήροις ἐπὶ ἔτος ἓν ἀπεθεράπευσαν, εὐχαῖς καὶ ποικίλῃ ἀδιαφορήσει καὶ ἀπραγοτέρῳ βίῳ τὸ οἴημα αὐτοῦ καθελόντες, καθὼς λέγεται, τὰ ἐναντία τοῖς ἐναντίοις ἰάματα.

Ἀναγκαῖον δ' ἐστὶν καὶ τοὺς τῶν ἡπατημένων βίους ἐνθεῖναι τῷ βιβλιδαρίῳ τούτῳ πρὸς ἀσφάλειαν τῶν ἐντυγχανόντων, καθάπερ καὶ τοῖς ἁγίοις τοῦ παραδείσου φυτοῖς συμφυὲς ἐστι τὸ ξύλον τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν· ἵν' εἴ ποτέ τινι συμβαίη κατόρθωμά τι, μὴ μέγα φρονήσῃ ἐπὶ τῇ ἀρετῇ. Πολλάκις γὰρ καὶ αἱ ἀρεταὶ ὑποθέσεις γίνονται πτώσεως, ὅταν μὴ μετὰ πνευματικῆς σοφίας ταύτας τις κατορθοῖ τῷ τῆς εὐσεβείας σκοπῷ, κατὰ τὸ γεγραμμένον· Ἴδον δίκαιον ἀπολλύμενον ἐν δικαίῳ αὐτοῦ· καί γε τοῦτο ματαιότης.

ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

Περὶ Ἥρωος.

Ἥρων γέγονεν γειτνιῶν μοι, Ἀλεξανδρεὺς τῷ γένει, ἀστεῖος, νεώτερος, εὐφυὴς τὴν διάνοιαν, καθαρὸς τὸν βίον, ὃς καὶ αὐτὸς μετὰ πόνους μεγάλους, καὶ ἱδρῶτας γενναίους, καὶ βίον εἰς ἄκρον ἐνάρετον, τῷ τύφῳ τῆς ἀπονοίας ἀρθεὶς εἰς ὕψος μετέωρον κἀκεῖθεν ἐλεεινὸν πᾶσι πτῶμα κατενεχθείς, ἐξετραχηλίσθη. Καὶ κατὰ τῶν ἁγίων Πατέρων οἰήσει ματαίᾳ κινούμενος ἐφρόνησεν μέγα, τοὺς πάντας ὑβρίσας, καὶ μετ' αὐτῶν τὸν μακάριον Εὐάγριον, λέγων, ὅτι Οἱ πειθόμενοί σου τῇ διδασκαλίᾳ ἀπατῶνται. Οὐ γὰρ χρὴ, φησὶν, διδασκάλοις ἑτέροις χρῆσθαι, παρεκτὸς τοῦ Χριστοῦ μόνου. Ἀπεχρήσατο δὲ καὶ τὴν μαρτυρίαν πρὸς τὸν κατεστραμμένον σκοπὸν τῆς ἑαυτοῦ μωρίας, καὶ ἔλεγεν, ὅτι Αὐτὸς ὁ Σωτὴρ λέγει· Μὴ καλέσητε διδάσκαλον ἐπὶ τῆς γῆς. Ὃς ἐπὶ τοσοῦτον καὶ αὐτὸς ἐσκοτώθη τὸν λογισμὸν τῇ κενῇ δόξῃ τῆς οἰήσεως ἄνωθεν κάτω ἐλθών, ὡς καὶ αὐτὸν ὕστερον σιδηρωθῆναι, μὴ θέλοντα τῇ οἰήσει μηδὲ τοῖς μυστηρίοις αὐτοῖς προσέρχεσθαι. Φίλη δὲ ἡ ἀλήθεια. Καθ' ὑπερβολὴν λεπτὸς ἦν τῇ πολιτείᾳ, ὡς πολλοὺς διηγεῖσθαι τοὺς ἐν συνηθείᾳ τούτῳ τὴν ἄκραν αὐτοῦ τῆς ἀσκήσεως πολιτείαν, λεγόντων τινῶν, ὅτι πολλάκις διὰ τριῶν μηνῶν ἤσθιε, ἀρκούμενος μόνῃ τῇ κοινωνίᾳ τῶν μυστηρίων, καὶ εἴ που ἂν παραφανείη ἄγρια λάχανα. Πεῖραν δὲ τούτου εἴληφα κἀγὼ μετὰ τοῦ μακαρίου Ἀλβινίου ἀπιὼν ἐπὶ τὴν Σκῆτιν. Ἀπεῖχεν δὲ ἡμῶν ἡ Σκῆτις τεσσαράκοντα σημείοις. Ἡμεῖς δεύτερον βεβρώκαμεν, καὶ τρίτον ἐπίομεν ὕδωρ. Ἐκεῖνος δὲ μηδ' ὅλως γευσάμενος πεζὸς βαδίζων ἀπεστήθιζεν ψαλμοὺς δεκαπέντε, ἔπειτα τὸν μέγαν, εἶτα τὴν πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολὴν, εἶτα Ἡσαΐαν καὶ μέρος Ἱερεμίου τῶν προφητῶν, εἶτα Λουκᾶν τὸν εὐαγγελιστὴν, ἔπειτα τὰς Παροιμίας. Καὶ τούτων οὕτως ἐχόντων, καταλαμβάνειν αὐτὸν οὐκ ἠδυνάμεθα βαδίζοντα. Οὗτος τελευταῖον τῇ τοῦ πονηροῦ δαίμονος ἐνεργείᾳ ληφθεὶς, ὡς ὑπὸ σφοδροτάτου πυρὸς ἐλαυνόμενος, ἐν τῇ κέλλῃ μὲν αὐτοῦ καθεσθῆναι οὐκ ἠδυνήθη. Ἀπελθὼν δὲ εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν, τάχα καὶ τοῦτο κατὰ θείαν οἰκονομίαν, τὸ δὴ λεγόμενον, ἦλῳ τὸν ἦλον ἐξέκρουσεν. Περιέπεσεν γὰρ ἑκουσίως τῇ ἀδιαφορίᾳ, εἰς ὕστερον ἀκούσιον εὑράμενος σωτηρίαν. Παρέβαλεν γὰρ καὶ θεάτροις, καὶ ἱπποδρομίαις, καὶ τοῖς διατριβαῖς εἶχεν ἐν καπηλείοις. Οὕτως δὲ γαστριμαργῶν καὶ οἰνοφλυγῶν ἐνέπεσεν καὶ εἰς τὸν βόρβορον τῆς γυναικείας ἐπιθυμίας. Καὶ ὡς ἐσκέπτετο ἁμαρτῆσαι, μιμάδι τινὶ προσομιλῶν συνεχῶς, τὰ πρὸς τὸ ἦλιξ ἑαυτοῦ διελέγετο. Τούτων οὕτως ὑπ' αὐτοῦ διαπραττομένων γέγονεν αὐτῷ κατά τινα οἰκονομίαν ἄνθραξ κατὰ τῆς βαλάνου. Καὶ ἐπὶ τοσοῦτον ἐνόσησεν ἐξαμηνιαῖον χρόνον, ὡς κατασαπῆναι αὐτοῦ τὰ μόρια, καὶ αὐτομάτως ἀποπεσεῖν. Ὕστερον δὲ ὑγιάνας καὶ ἐπανελθὼν ἄνευ τούτων τῶν μελῶν, καὶ εἰς φρόνημα θεῖκὸν ἐλθὼν, καὶ εἰς μνήμην τῆς οὐρανίου πολιτείας, καὶ ἐξομολογησάμενος πάντα τὰ συμβεβηκότα αὐτῷ τοῖς ἁγίοις Πατράσιν, ἐνεργῆσαι μὴ φθάσας ἐκοιμήθη μετ' ὀλίγας ἡμέρας.

ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'.

Περὶ Πτολεμαίου.

Ἄλλος τις πάλιν Πτολεμαῖος ὀνόματι, δυσδιήγητον, μᾶλλον δὲ ἀνεκδιήγητον ἀρετῆς βίον ζήσας, τοχαταρχὰς οἴκησεν ἐπέκεινα τῆς Σκήτεως τὴν καλουμένην Κλίμακα. Τόπος δέ ἐστιν οὕτω καλούμενος, εἰς ὃν οὐδεὶς ἠδυνήθη οἰκῆσαί ποτε τῶν μοναχῶν, τοῦ ἀπὸ δεκαοκτὼ σημείων εἶναι τὸ φρέαρ τοῦ ὕδατος. Βαστάσας οὖν ἐκεῖνος κεράμια Κιλικίσια πλείονα ἐκεῖσε ἀπήνεγκεν. Καὶ τῷ Δεκεμβρίῳ καὶ Ἰανουαρίῳ μηνὶ συναγαγὼν τὴν δρόσον ἐκ τῶν πετρῶν (δροσίζει γὰρ ἐν ἐκείνοις τοῖς μέρεσι τότε πολλὰ) καὶ τὰ κεράμια πληρώσας τῆς δρόσου διήρκεσεν ἑαυτῷ ἐπὶ δεκαπέντε ἔτη οἰκήσας ἐκεῖ, πλείονα χρόνον μηδενὶ συντυγχάνων. Θὸς ἀποξενωθεὶς διδασκαλίας πνευματικῆς, καὶ συντυχίας ἀνδρῶν ὁσίων, καὶ ὠφελείας ἁγίων Πατέρων, καὶ συνεχοῦς κοινωνίας τῶν μυστηρίων τοῦ Χριστοῦ, ἐπὶ τοσοῦτον ἐμάνη, ἐκτραπεὶς τῆς εὐθείας ὁδοῦ, ὡς τὸ παρά τισι τῶν ἀσεβῶν λεγόμενον, αὐτοματισμὸν καὶ τοῦτον τὸν ἄθλιον ὁμολογεῖν, τοῦ τῆς πλάνης δαίμονος αὐτὸν στρατηγοῦντος λοιπόν. Οὗτος γὰρ ὁ δυσμενὴς τὸ καινὸν τοῦτο ὑπέθετο λέγειν, μηδεμίαν οὐσίαν ἔχειν τὰ πράγματα, ἀλλ' ἁπλῶς εἶναι τὰ πάντα ἐκ τοῦ τὸν κόσμον αὐτομάτως φέρεσθαι. Ὑπέβαλεν οὖν αὐτῷ πολέμιος τῆς πάντων ζωῆς, ἐνσκήψας ὅλος εἰς τὴν τούτου ψυχὴν, λέγων· Τούτων οὕτως ἐχόντων τί μάτην οὕτως σαυτὸν καταδαμάζεις; ἵνα εἰς ποῦ σοι ὀνήσῃ, Πτολεμαῖε, μὴ οὖσης ἀντιμισθίας; ποῖος δέ σοι μισθὸς ἂν ἐξήρκεσεν τούτων τῶν πόνων, εἰ καί τις ἦν ὁ ἀποδιδούς σοι; ποία δὲ καὶ κρίσις ἐστὶν ἣν ἀπειλοῦσιν αἱ Γραφαὶ ἀπρονοήτων ὑπαρχόντων ἁπάντων; Τούτοις τοῖς σατανικοῖς λόγοις κατακλασθεὶς ὁ πανάθλιος Πτολεμαῖος λέγεται φέρεσθαι μετέωρος ἐξεστηκὼς τῶν κατὰ φύσιν φρενῶν μέχρι τῆς δευρὸ ἁλώμενος ἐν Αἰγύπτῳ, ἔκδοτον ἑαυτὸν δεδωκὼς γαστριμαργίᾳ, καὶ οἰνοφλυγίᾳ, μηδενὶ μηδὲν ὁμιλῶν, ἀλλὰ ἐνὸς ἀνακάμπτων τὴν ἀγοράν, ἐλεεινὸν θέαμα καὶ πλῆρες δακρύων προκείμενος Χριστιανῶν ὀφθαλμοῖς, παίγνιον δὲ καὶ χλεύη τοῖς ἀγνοοῦσι τὸν ἡμέτερον βίον. Καὶ αὐτὴ δὲ ἀνίατος συμφορὰ κατειλήφει τὸν ἐλεεινὸν Πτολεμαῖον ἐκ τῆς ἀλόγου οἰήσεως, τῷ νομίζειν αὐτὸν ἐμπαιζόμενον ὑπὸ τοῦ πλάνου ὅτι γνῶσιν ἔχει ὑπὲρ πάντας τοὺς ἁγίους Πατέρας· δι' ἧς φυσιωθεὶς ὁ ἑαυτοῦ πολέμιος εἰς τὸν βυθὸν τοῦτον κατεποντίσθη τῆς ἀπωλείας, μηδέποτε μηδενὶ συντυχὼν τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν σοφῶς κυβερνησάντων, καὶ τῇ τούτων πνευματικῇ διδασκαλίᾳ τημελητθεὶς, ἀλλ' ἀκυβέρνητος εὑρεθεὶς, καὶ ὑπὸ τῆς σκοτεινῆς λαίλαπος χειμασθεὶς, εἰς ἔσχατον θανάτου πυθμένα ἐξώκειλεν. Ἢ ὥσπερ δένδρον γενναῖον καὶ

Digitized by Google

ingredere in tuam cellam. Egressus ergo cum vidisset apparatum lampadum, circiter a stadio procul Antichristum adoravit. Alio itaque die adeo fuit emotæ mentis, ut ingrederetur ecclesiam, et fraternitate congregata diceret : Ego non habeo opus communione; Christum enim vidi hodie. Tunc Patres eum anno uno vinxerunt, et in ferreos compedes conjecerunt, et curarunt; precibus, ejusque contemptione, vitaque austeriore detrahentes ejus persuasionem; nam, ut dicitur, contraria contrariis medicamentis curantur.

Necesse est autem eorum quoque qui sunt tales vitam in hoc libro inserere, ad securitatem eorum qui legunt : sicut etiam sanctis plantis accessit lignum paradisi, nempe cognitio boni et mali (*Gen.* II); ut si quando contigerit eos in aliqua re se recte gerere, non se efferant et se jactent de virtute. Nam sæpe quoque virtus efficitur occasio prolapsionis, quando non recto scopo facta fuerit. Scriptum est enim : Vidi justum pereuntem in sua justitia (*Eccle.* VII). Id quoque est vanitas.

CAPUT XXXII.

De Erone (74).

Fuit quidam, Ero nomine, mihi vicinus, Alexandrinus genere, urbanus adolescens, bono ingenio, vita mundus. Qui ipse quoque post magnos labores et præclaros sudores, ab arrogantia arreptus et elatione, præceps ruit, et adversus patres superbus evasit et insolens, et cum illis beatum etiam Evagrium [*Al.* Macarium quoque presbyterum] affecit contumelia, dicens : Qui tuæ doctrinæ parent, decipiuntur; non oportet enim alios magistros attendere præter Christum. Abusus est autem testimonio quoque ad perversum scopum suæ stultitiæ, dicens : Ne vocaveritis magistrum super terram (*Matth.* XXV). Qui ipse quoque mentem adeo habuit obtenebratam vana persuasione suæ opinionis, ut fuerit etiam ferro vinctus cum nollet convenire ad sacramenta. Amica autem veritas. Fuit is vitæ instituto admodum subtili et accurato, adeo ut multi dicant, quibus cum eo intercesserit consuetudo, quod sæpe non nisi post tres menses comedebat, contentus communione sacramentorum, et sicubi ei apparuisset olus agreste. Accepi autem ego quoque ejus experientiam cum beato Albino, cum irem in Scetem : aberat autem Scete a nobis quadraginta milliaribus. In his quadraginta milliaribus nos bis comedimus, et ter aquam bibimus; ille vero cum nihil gustasset pedes ingrediens, pronuntiavit memoriter quindecim psalmos, deinde magnum psalmum, deinde epistolam ad Hebræos, deinde Isaiam, et partem propheticorum Jeremiæ, deinde Lucam Evangelistam, deinde Proverbia. Eum autem ambulantem non poteramus consequi. Is postremo arreptus a mali dæmonis operatione, ut qui ageretur ab igne vehementissimo, in sua quidem cella sedere non poterat : profectus autem Alexandriam, divino quodam consilio clavum clavo extrusit. Sua sponte enim incidit in promiscuum et indifferentem rerum usum, inventa postea salute involuntaria. Accessit enim ad theatra et equestria certamina, et versabatur in cauponis; is autem cum gulæ esset deditus et ebrietati, incidit in cœnum femineæ cupiditatis; et cum peccare constituisset, cum quadam mima assidue collocutus, ulcus suum aperuit. Cum hæc sic fierent, divino quodam consilio enatus est ei anthrax in glande; et tempore semestri usque adeo ægrotavit, ut ejus virilia membra computruerint, et sua sponte ceciderint. Cum postea autem convaluisset, reversus est ad hoc ut ea sentiret quæ Dei sunt, et venit in solitudinem, hæc omnia confitens patribus; et cum non pervenisset ad operationem, paucis post diebus obdormiit.

CAPUT XXXIII

De Ptolemæo qui excidit.

Alius quidam rursus, nomine Ptolemæus, cum narratu difficilem, vel potius quæ narrari non potest vitam transegisset, habitavit initio ultra Scetem in ea quæ dicitur κλίμαξ, id est scala. Est autem locus qui sic dicitur in quo nemo potest habitare, propterea quod puteus aquarum distet decem et octo milliaribus. Cum is ergo multa vasa fictilia portasset, et Decembri et Januario mense rorem collegisset (est enim permultum roris in illis partibus) et spongia ex lapidibus expressisset, perstitit illic habitans annos quindecim. Qui abalienatus a doctrina et congressione virorum sanctorum et utilitate et continua sacramentorum communione, a recta via usque adeo recessit, ut quod nonnulli dicunt impii, casu omnia fieri, is quoque infelix id fateretur, dæmone erroris deinceps in eum obtinente imperium. Hic enim inimicus vano huic homini suggessit, ut diceret res nullam habere essentiam; sed omnino esse omnia ex eo quod mundus ferretur sua sponte. In hujus ergo animam hæc immisit omnium vitæ hostis, dicendo : Cum res ita se habeant, quid frustra teipsum foris domas? Quidnam te juvabit, Ptolemæe, si non sit remuneratio? Quænam autem tibi sufficeret merces tot et tantorum laborum, etiamsi esset qui redderet? Quodnam autem est judicium quod minantur Scripturæ, si nulla sit providentia? His satanicis circumseptus cogitationibus miserrimus Ptolemæus, dicitur esse emotæ mentis, et hucusque errare in Ægypto, et seipsum dedidisse gulæ et ebrietati, cum nemine conversans, sed mutus forum obiens, miserabile et lacrymabile spectaculum Christianorum oculis, ludibrium autem iis qui vitam nostram nesciunt. Hæc autem calamitas immedicabilis miserum invasit Ptolemæum, ex rationis experte quadam arrogantia, quod a seductore dæmone illusus, existimaret se scientia pollere super omnes sanctos Patres : per quam inflatus, sui ipsius hostis, præceps datus est in profundum interitus, cum nullum unquam convenisset ex sanctis Patribus qui sapienter gubernaverant, nec eorum fuerit fundatus spiritali doctrina; sed inventus absque gubernatore, in extremum mortis profundum cecidit, et sicut arbor viridibus foliis comata, et fructibus ornata, quæ uno temporis mo-

Digitized by Google

mento omnibus simul est nudata, reddita est arida. Nam ut scriptum est : Quibus non est gubernatio, ii cadunt ut folia (*Prov.* XI).

CAPUT XXXV.

De virgine lapsa.

Novi rursus quamdam virginem Jerosolymis, quæ saccum gestavit sexennio, et fuit inclusa ; nec aliquid accepit ex iis quæ tendunt ad voluptatem, sed summam continentiam exercuit inter feminas. Postea autem a divino deserta auxilio propter summam superbiam quæ malorum omnium est nutrix, lapsa est, et aperta fenestra admisit eum qui ei inserviebat, et cum eo fuit commixta ; eo quod non divino proposito et ex charitate se exercuerat, sed ut humanæ scenæ servire', quod quidem est vanæ gloriæ et pravi instituti. Nam cum ejus piæ cogitationes occupatæ essent in damnandis aliis, incitaretur autem furore a dæmone superbiæ, eoque valde delectaretur, ab ea recessit sanctus angelus custos temperantiæ.

Ideo autem scripsimus, o virorum fidelissime, et vitam eorum qui se recte et ex virtute gesserunt, et eorum qui post multos labores per otium et socordiam a summo et perfectissimo vitæ instituto exciderunt, capti a diabolo omne genus laqueis, ut unusquisque ex suæ vitæ instituto intelligens occulta retia hostis bonorum, fugiat ejus laqueos. Cum sint ergo multi, iique magni viri et mulieres, qui ab initio se recte gesserunt in honesto instituto exercitationis, tandem autem fuerunt eversi radicitus ab omnium hominum adversario ; ex multis facta mentione paucorum, plurimos præteribo silentio, ut qui neque ipsos erigam, neque mihi prosim, dum in iis multum immoror, et eximios Christi athletas negligo, non narrans virtutes divinæ eorum exercitationis.

CAPUT XXXV.

Vita abbatis Eliæ.

Elias quidam optimus exercitator, fuit virginum amantissimus, curam gerens partis imbecillioris. Sunt enim tales animæ, quibus fert finis testimonium, quod id faciant ex virtute. Is cum misertus esset ordinis feminarum quæ se exercent, haberet autem facultates in Athribe [*Al.*, Athlebe] civitate, ædificavit magnum monasterium, et illic congregavit omnes quæ errabant virgines, consequenter earum in omnibus curam gerens, suppeditans eis omnia quæ ad usum pertinent necessarium : hortos, et ad eorum culturam instrumenta (75), atque ut semel dicam, omnia quæ postulat vita exercitationis. Eæ autem ex diversis vitæ institutis et privata deductæ consuetudine, inter se depugnabant assidue. Cum ergo oporteret hunc sanctum et eas audire, et efficere ut pacem inter se servarent, collegerat enim ad trecentas, et necesse ei fuerat esse earum intercessor biennio, licet ætate juveni ; erat enim circiter triginta aut quadraginta annos natus, is tentatus fuit a voluptate. A monasterio autem recedens jejunus, errabat per solitudinem duos dies, hoc rogans, et dicens : Aut occide me, ne ipsas videam afflictus ; aut meam auA fer affectionem, ut earum curam geram ut postulat ratio. Cum fuisset ergo vespera, eum somnus oppressit in solitudine. Venientes autem ad eum tres angeli, ut ipse mihi narravit, eum retinentes, ei dicunt : Cur exiisti ex monasterio feminarum ? Rem itaque eis narravit, dicens : Timui ne et illas læderem et meipsum. Dicunt ei angeli : Si te ergo liberaverimus ab hac affectione, redibis, et earum curam geres? His assensus est. Ab eo autem jusjurandum exigunt : narrabat autem jusjurandum. Jura nobis tale jusjurandum : Per eum qui mei curam gerit, earum curam geram. Hoc eis juravit. Tunc angeli eum tenuerunt : unus manus, et alter pedes, tertius autem accepta novacula excidit ejus testiculos tanquam in exstasi, non vere, sed quadam visione. B Visus est ergo in illa exstasi veluti excisus fuisse et curatus. Post hoc interrogant ipsum angeli, dicentes : Sensisti utilitatem aliquam? Et is dicit ille : Valde magnam accepi utilitatem ; valde enim levatus sum, et persuasum habeo me esse liberatum a labore et affectione. Tunc angeli ei dicunt : Abi ergo ad tuum monasterium. Reversus est autem post quinque dies, eum lugente toto monasterio, et intus ingressus est ; atque ex eo tempore mansit in cella ad lactus (*sic*) monasterii, quandoquidem cum esset prope, eas corrigebat assidue, quantum in illo erat. Cum autem postea vixisset alios quadraginta annos, affirmabat Patribus, quod ab eo tempore non ascenderat in cor ejus affectio cupiditatis feminiæ. Hæc est gratia sancti viri Eliæ, et hæc exercitatio, et quemadmodum curam C gessit monasterii virginum.

CAPUT XXXVI.

Vita abbatis Dorothei.

Cui successit Dorotheus vir probatissimus, qui in bona vita, et quæ in agendo versatur, consenuit. Qui cum non posset quidem sic curam gerere monasterii ut hic beatus, neque mansisset in illa cella, in ipso monasterio in superiori cœnaculo seipsum inclusit, et fecit fenestram quæ spectabat ad monasterium feminarum, quam claudebat et aperiebat. Perpetuo ergo assidebat fenestræ, procurans ut inter eas pugnæ cessarent. Sicque in superiori cœnaculo consenuit, cum nec ullus seorsum ascendere, neque ille posset descendere, non enim stabant scalæ. Hæc est beati Dorothei religiosa et virtutibus ornata vita. D Hic ejusdem vitæ finis.

CAPUT XXXVII.

De Amma Piamun.

Fuit quædam virgo Piamun, quæ annos vitæ suæ vixit cum matre propria, sola cum sola vespere comedens, et linum nens. Hæc dignata est gratia prædictionis futurorum inter homines. Accidit aliquando in Ægypto, cum Nilus ascenderet, ut vicus vicum invaderet ; pugnant enim pro aquarum divisione, adeo ut sequantur cædes et sauciationes. Potentior ergo vicus ejus vicum invasit, et venit virorum multitudo cum lanceis et clavis, ut ejus vicum exscinderet Astitit autem huic beatæ angelus revelans eorum invasionem ; et accersitis vici presbyteris, eis dicit :

Digitized by Google

εὐθαλὲς κομῶν τοῖς φύλλοις καὶ τοῖς καρποῖς ἐν μιᾷ καιροῦ ῥοπῇ πάντων ἀθρόον γυμνωθὲν ἐδείχθη ξηρὸν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, τούτῳ δὲ ἐφαρμόζον· Οἷς μὴ ὑπάρχει κυβέρνησις, οὗτοι πίπτουσιν ὥσπερ φύλλα.

ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'.

Περὶ τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις παρθένου.

Παρθένον οἶδα ἐγὼ πάλιν ἐν Ἱεροσολύμοις σακκοφοροῦσαν ἐπὶ ἐξαετίαν, καὶ κέλλῃ ἐγκεκλεισμένην, μηδενός ποτε τῶν εἰς ἡδονὴν συντεινόντων λαβοῦσαν, ἀλλ' ἄκραν πολιτείαν ἐγκρατείας ἀσκοῦσαν ἐν γυναιξίν· ἥτις εἰς ὕστερον καταλειφθεῖσα ὑπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας δι' ὑπερβολὴν τῆς ὑπερηφανίας τῆς τιθηνοῦ τῶν πάντων κακῶν ἐξαισίῳ πτώματι περιέπεσεν. Ἀνοίξασα γὰρ τὴν θυρίδα τῇ κέλλῃ εἰσεδέξατο τὸν ὑπηρετούμενον αὐτῇ, καὶ τούτῳ συνεφύρη. Τοῦτο δὲ ταύτῃ συνέβη, τῷ μὴ κατὰ πνευματικὴν πρόθεσιν καὶ ἀγάπην Θεοῦ ἐσχηκέναι τὴν ἄσκησιν, ἀλλὰ κατὰ σκηνὴν ἀνθρωπίνην, τουτέστι κενοδοξίαν, σαθρᾶς προαιρέσεως εὕρεμα. Τῶν γὰρ εὐσεβῶν λογισμῶν αὐτῆς ἀπασχοληθέντων ὑπὸ τοῦ δαίμονος τῆς κενοδοξίας, ἐνήσκησεν ταύτην εἰς τὸ καταγινώσκειν τῶν ἄλλων. Ἐκβακχευομένης δὲ ταύτης ὑπὸ τοῦ δαίμονος τῆς ὑπερηφανίας, καὶ τούτῳ μᾶλλον ταύτης συνηδομένης, ἀπέστη ἀπ' αὐτῆς ὁ ἅγιος ἄγγελος, ὁ φύλαξ τῆς σωφροσύνης.

Διὰ δὲ τοῦτο γεγράφαμεν, πιστότατε τῶν ἀνδρῶν, καὶ τῶν ἐξ ἀρετῆς κατωρθωκότων τὸν βίον, καὶ τῶν ἀπὸ ῥαθυμίας ἐξ ἄκρας πολιτείας μετὰ πόνους πολλοὺς χειρωθέντων ὑπὸ τοῦ διαβόλου ταῖς παντοίαις τούτου σαγήναις, ἵν' ἕκαστος ἐκ τῆς ἑαυτοῦ πολιτείας τοῦ μισοκάλου καταμανθάνων τὰ κεκρυμμένα δίκτυα, φεύγῃ τὰς τούτου παγίδας. Πολλῶν τοίνυν ὄντων καὶ μεγάλων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν τῶν κατ' ἀρχὰς τὴν ἐνάρετον τῆς ἀσκήσεως πολιτείαν κατορθωσάντων, τελευταῖον δὲ ὑπὸ τοῦ ἀντιπάλου πάντων ἀνθρώπων ἐκριζωθέντων, ἀπὸ τῶν πολλῶν μνημονεύσας ὀλίγων, ἀποσιωπήσω τοὺς πλείστους, μήτε αὐτοὺς ἀνιστῶν, μήτε ἐμαυτὸν ὠφελῶν ἐπὶ πολὺ τούτοις προσδιατρίβων, καὶ τῶν ἐξόχων τοῦ Χριστοῦ ἀμελῶν ἀθλητῶν, τοῦ μὴ διηγεῖσθαί με μᾶλλον τὰς τούτων ἀρετὰς τῆς ἐνθέου αὐτῶν ἀσκήσεως.

ΚΕΦΑΛ. ΛΕ'.

Περὶ Ἠλία.

Ἠλίας τις τῷ ὀνόματι ἄριστος ἀσκητὴς, σφόδρα γέγονεν φιλοπάρθενος, τοῦ ἀσθενεστέρου μέλους ποιούμενος πρόνοιαν. Εἰσὶ γὰρ τοιαῦται ψυχαὶ, αἷς μαρτυρεῖ τὸ τέλος ὅτι κατ' ἀρετὴν τοῦτο ποιοῦσιν. Οὗτος κατοικτειρήσας τὸ πρᾶγμα τῶν ἀσκητριῶν, ἐν Ἀθρίβῃ τῇ πόλει ἔχων ἀναλώματα, ᾠκοδόμησεν μεγάλην μονὴν, καὶ συνήγαγεν πάσας τὰς ἀλωμένας ἐν τῷ μοναστηρίῳ, ἀκολούθως αὐτῶν φροντίζων εἰς πάντα, ποιήσας αὐταῖς πᾶσαν ἀνάπαυσιν τῶν εἰς τὴν χρείαν, κήπους, καὶ τὰ τούτων χρηστήρια· καὶ ἁπαξαπλῶς ἅπαντα ὅσα ἀπαιτεῖ ὁ τῆς ἀσκήσεως βίος. Αὗται δὲ ἐκ διαφόρων βίων καὶ συνηθείας ἰδίας ἡγμέναι συνεχεῖς μάχας ἐποίουν μετ' ἀλλήλων. Ἐχρῆν δὲ τοῦτον τὸν ἅγιον καὶ διακούειν τούτων καὶ εἰρηνεύειν αὐτάς. Συνήγαγεν γὰρ ὡς τριακοσίας, καὶ ἀνάγκην ἔσχεν μεσιτεύειν αὐταῖς ἐπὶ δύο ἔτη νέαν ἄγων τὴν ἡλικίαν. Ἦν γὰρ ὡς τριάκοντα ἐτῶν, ἢ τεσσαράκοντα. Οὗτος ἐπειράσθη καθ' ἡδονήν. Καὶ ἀ ἀχωρήσας τοῦ μοναστηρίου, νῆστις ἐπλανᾶτο ἀνὰ τὴν ἔρημον ἐπὶ ἡμέρας δύο, τοῦτο δεόμενος, καὶ λέγων, ὅτι Κύριε, ἀπόκτεινόν με, ἵνα μὴ ἴδω αὐτὰς θλιβομένας, ἢ τὸ πάθος μου λάβε, ἵνα αὐτῶν φροντίζω κατὰ λόγον. Ἐσπέρας τοίνυν γενομένης ὕπνωσεν ἐν τῇ ἐρήμῳ. Ἐλθόντες δὲ πρὸς αὐτὸν ἄγγελοι τρεῖς, ὡς αὐτὸς διηγεῖτο, λοιπὸν κατέσχον αὐτὸν, καὶ λέγουσι τούτῳ· Τί ἐξῆλθες ἀπὸ τοῦ μοναστηρίου τῶν γυναικῶν; Διηγήσατο δὲ τούτοις τὸ πρᾶγμα εἰπών· Ὅτι ἐφοβήθην μήποτε κἀκείνας βλάψω καὶ ἐμαυτόν. Λέγουσιν αὐτῷ οἱ ἄγγελοι· Ἐὰν τοίνυν σε τοῦ πάθους τούτου ἀπαλλάξωμεν, ἀπέρχῃ καὶ φροντίζεις αὐτῶν; Ἐπὶ τούτοις συνέθετο. Εἰσπράττονται αὐτὸν ὅρκον. Τὸν δὲ ὅρκον διηγεῖτο εἶναι τοιοῦτον· Ὄμοσον ἡμῖν, φησὶν, ὅτι Μὰ τὸν φροντίζοντά μου, φροντίζω αὐτῶν. Ἐπὶ τούτῳ ὤμοσεν αὐτοῖς. Τότε οἱ ἄγγελοι κατέσχον αὐτὸν ὁ εἷς τοὺς πόδας, καὶ ὁ ἕτερος τὰς χεῖρας, ὁ δὲ τρίτος λαβὼν ξυρὸν ἐξέτεμεν αὐτοῦ τοὺς διδύμους, ὡς ἐν ἐκστάσει, ἀλλ' οὐ κατὰ ἀλήθειαν, κατὰ δὲ φαντασίαν τινά. Ἔδοξεν οὖν ἐν τῇ ἐκστάσει ἐκείνῃ, ὡς ἂν εἴποι τις, καὶ ἀποτμηθῆναι καὶ ἀποθεραπεύεσθαι. Μετὰ τοῦτο ἐπερωτῶσιν αὐτὸν οἱ ἄγγελοι λέγοντες· Ἠσθήθης ὠφελείας τινός; Λέγει αὐτοῖς ἐκεῖνος· Σφόδρα ὠφέλημαι. Ἐκουφίσθην γὰρ πάνυ, καὶ πέπεισμαι ἀπηλλάχθαι καὶ τοῦ πόνου καὶ τοῦ πάθους. Τότε οἱ ἄγγελοι λέγουσιν αὐτῷ· Ἄπελθε οὖν εἰς τὸ ἀσκητήριόν σου. Ὑπέστρεψεν δὲ οὗτος μετὰ πέντε ἡμέρας. Πενθοῦντος οὖν περὶ αὐτοῦ παντὸς τοῦ μοναστηρίου εἰσέρχεται ἔνδον, καὶ ἔκτοτε ἔμεινεν ἐν κελλίῳ ἐκ πλαγίων τοῦ μοναστηρίου· ἐξ οὗ ἐγγύτερος ὢν συνεχῶς αὐτὰς διωρθοῦτο, ὅσον ἐπ' ἐκείνῳ· ἐπιζήσας αὐταῖς ἄλλα τεσσαράκοντα ἔτη, διαβεβαιούμενος τοῖς Πατράσιν, ὅτι Οὐκέτι ἀνέβη εἰς τὴν καρδίαν μου πάθος γυναικὸς ἐπιθυμίας. Τοῦτο τὸ χάρισμα τοῦ ἁγίου ἀνδρὸς Ἠλία, καὶ αὕτη ἡ ἄσκησις· καὶ οὕτως ἐφρόντισεν τοῦ μοναστηρίου ὁ μακάριος οὗτος.

ΚΕΦΑΛ. ΛϚ'.

Περὶ Δωροθέου.

Ὃν διεδέξατο Δωρόθεός τις, ἀνὴρ δοκιμώτατος, γηράσας ἐν βίῳ χρηστῷ καὶ ἐμπράκτῳ· μὴ δυνηθεὶς μὲν οὕτω φροντίσαι ὡς ὁ μακάριος οὗτος τοῦ μοναστηρίου, μήτε μεῖναι ἐν τῇ κέλλῃ ἐκείνῃ. Ἐν ἀναγαίῳ δὲ κελλίῳ ἀποκλειόμενος θυρίδα ἐποίησεν ἀφορῶσαν ἐπὶ τὸ τῶν γυναικῶν μοναστήριον. Καὶ ταύτην ἔκλειεν καὶ ἤνοιγεν. Ἀδιαλείπτως δὲ παρακαθεζόμενος τῇ θυρίδι, τὴν ἀμαχίαν ταύταις ἐπραγματεύσατο. Οὕτως ἀπροσκόπως ἐπιγηράσας ἐν ἐκείνῳ τῷ ἀναγαίῳ, μηδ' ὅλως ποτέ τινος ἀνελθόντος ἐκεῖ, οὔτε δὲ ἐκείνου κάτω ποτὲ κατελθεῖν δυναμένου, διὰ τὸ κλίμακα μὴ ἑστᾶναι. Αὕτη ἡ ἀρετὴ τῆς ἀσκήσεως τοῦ μακαρίου Δωροθέου, καὶ ἐν ταύτῃ τὸ τέλος.

ΚΕΦΑΛ. ΛΖ'.

Περὶ Πιαμοῦν παρθένου.

Πιαμοῦν τὸ ὄνομα γέγονεν παρθένος, ἥτις πάντα τὰ ἔτη τῆς ζωῆς αὐτῆς ἔζησεν μετὰ τῆς μητρὸς ἑαυτῆς μία παρὰ μίαν ἐσθίουσα ἀεὶ ἐν ἑσπέρᾳ, καὶ νήθουσα λίνον. Αὕτη κατηξιώθη χαρίσματος προῤῥήσεως. Ἐν οἷς συνέβη ἐν Αἰγύπτῳ ποτὲ τῆς ἀναβάσεως οὔσης τοῦ Νείλου κώμην κώμῃ ἐπιθέσθαι. Μάχονται γὰρ εἰς τὰς ὑδρημερίας, ὡς καὶ φόνους παρακολουθεῖν πολλάκις, καὶ κατακοπάς. Δυνατωτέρα οὖν κώμη ἐπέθετο τῇ αὐτῆς κώμῃ. Καὶ ἤρχοντο ἐπ' αὐτὴν ἄνδρες ἐν πλήθει μετὰ δοράτων καὶ ῥοπάλων, ὥστε συγκόψαι τὴν κώμην αὐτῆς. Παρέστη δὲ ταύτῃ τῇ μακαρίᾳ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ ἀποκαλύπτων αὐτῇ τὴν ἐπίθεσιν τούτων. Μεταστειλαμένη δὲ αὕτη τοὺς πρεσβυτέρους τῆς κώμης αὐτῆς, λέγει αὐτοῖς, Ἐξέλ-

Digitized by Google

θετε εἰς συνάντησιν τοῖς ἐρχομένοις ἐφ' ὑμᾶς ἐκ τῆσδε τῆς κώμης, ἵνα μὴ πάντες ὑφ' ἓν συναπολώμεθα οἱ ταύτης τῆς κώμης. Καὶ παρακαλέσατε αὐτοὺς λωφῆσαι τῆς καθ' ὑμῶν ἐπιβουλῆς. Φοβηθέντες δὲ οἱ πρεσβύτεροι σφόδρα πίπτουσιν αὐτῆς εἰς τοὺς πόδας, δεόμενοι καὶ παρακαλοῦντες αὐτὴν καὶ λέγοντες ὅτι Ἡμεῖς οὐ τολμῶμεν αὐτοῖς συναντῆσαι. Οἴδαμεν γὰρ αὐτῶν τὴν μέθην, καὶ τὴν ἀπόνοιαν. Ἀλλ' εἰ ποιεῖς ἔλεος καὶ ἐφ' ἡμᾶς, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν κώμην, καὶ ἐπὶ τὸν οἶκον τὸν σὸν, ἐξελθοῦσα αὐτὴ αὐτοῖς συνάντησον, καὶ εἰρηνεύσασα τούτους ἀπόστρεψον. Ἡ δὲ ἁγία ἐκείνη τοῦτο μὲν οὐ συνέθετο· ἀνελθοῦσα δὲ εἰς τὸ δωμάτιον τὸ ἑαυτῆς ἔστη δι' ὅλης νυκτὸς εὐχομένη, καὶ μὴ κλίνασα γόνυ, ἀλλὰ δεομένη τοῦ Θεοῦ, καὶ λέγουσα, ὅτι Κύριε, ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν γῆν, ᾧ οὐδὲν τῶν ἀδίκων ἀρέσκει ποτὲ, τῆς προσευχῆς ταύτης ἐλθούσης πρὸς σὲ, ἡ ἁγία δύναμις στηλωσάτω αὐτοὺς εἰς τὸν τόπον ὅπου ἂν αὐτοὺς καταλάβῃ. Προσευξαμένης δὲ ταύτης τῆς ἁγίας παρθένου γίνεταί τι τοιοῦτον· Περὶ ὥραν πρώτην εὑρέθησαν οἱ πολέμιοι ἀπὸ τριῶν σημείων τῆς κώμης, καὶ ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ ἐστηλώθησαν καθὼς ἠτήσατο ἡ ἁγία, μηδ' ὅλως δυνάμενοι σαλευθῆναι. Ἀπεκαλύφθη δὲ κἀκείνοις τοῖς μαγίμοις, ὅτι πρεσβείᾳ τῆς δούλης Χριστοῦ Πιαμοῦν τοῦτο τούτοις συμβέβηκεν. Ἀποστείλαντες οὖν εἰς τὴν κώμην αὐτῆς ἠτήσαντο εἰς εἰρήνην, δηλώσαντες τοῖς κατοίκοις, ὅτι Εὐχαριστήσατε τῷ Θεῷ καὶ ταῖς καθαραῖς προσευχαῖς Πιαμοῦν τῆς δικαίας, αἵτινες καὶ ὑμᾶς διεφύλαξαν, καὶ ἡμᾶς συνεπόδισαν εἰς ἀνατροπὴν μεγάλου κακοῦ.

ΚΕΦΑΛ. ΛΗ'.

Περὶ τῶν Ταβεννη[σιω]τῶν.

Ταβεννήσιός ἐστι τόπος ἐν τῇ Θηβαΐδι οὕτω καλούμενος, ἐν ᾧ Παχώμιος γέγονέ τις μοναχὸς, ἀνὴρ τῶν εἰς ἄκραν πολιτείαν βεβιωκότων, ὡς καταξιωθῆναι τοῦτον καὶ προῤῥήσεων, καὶ ὁπτασιῶν ἀγγελικῶν. Οὗτος εἰς ἄγαν ἐγένετο φιλόπτωχος, καὶ φιλάνθρωπος. Καθεζομένῳ οὖν αὐτῷ ἐν τῷ σπηλαίῳ ὥρθη αὐτῷ ἄγγελος Κυρίου, καὶ λέγει αὐτῷ· Παχώμιε, τὰ κατὰ σαυτὸν κατώρθωσας· περιττῶς οὖν καθέζῃ ἐν τῷ σπηλαίῳ τούτῳ. Δεῦρο τοίνυν, ἐξελθὼν συνάγαγε πάντας τοὺς νεωτέρους μονάζοντας, καὶ οἴκησον μετ' αὐτῶν, καὶ κατὰ τὸν τύπον ὃν δίδωμί σοι οὕτως αὐτοῖς νομοθέτησον. Καὶ ἐπιδέδωκεν αὐτῷ δέλτον χαλκῆν ἐν ᾗ ἐγέγραπτο ταῦτα· Συγχωρήσεις ἑκάστῳ κατὰ τὴν δυνάμιν φαγεῖν καὶ πιεῖν. Καὶ πρὸς τὰς δυνάμεις τῶν ἐσθιόντων ἀνάλογα καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν ἐγχείρισον, καὶ μήτε νηστεῦσαι κωλύσῃς, μήτε φαγεῖν. Οὕτω μέντοι τὰ ἰσχυρὰ τοῖς ἰσχυροτέροις καὶ ἐσθίουσιν ἐγχείριζε ἔργα, τὰ ἄτονα δὲ καὶ ἐλαφρὰ τοῖς ἀνασκητικωτέροις καὶ ἀσθενεστέροις. Ποίησον δὲ κέλλας διαφόρους ἐν τῇ αὐτῇ· καὶ τρεῖς κατὰ κέλλαν μενέτωσαν. Ἡ δὲ τροφὴ πάντων ὑπὸ ἕνα οἶκον ἐξεταζέσθω· καθευδέτωσαν δὲ μὴ ἀνακρινόμενοι, ἀλλὰ θρόνους οἰκοδομητοὺς ὑπτιωτέρους πεποιηκότες, καὶ ἐνθέντες ἐκεῖ τὰ στρώματα ἑαυτῶν καθευδέτωσαν καθήμενοι. Φορείτωσαν δὲ ἐν ταῖς νυξὶ λεβιτῶνας λινοῦς ἐζωσμένοι. Ἕκαστος αὐτῶν ἐχέτω μηλωτὴν αἰγείαν εἰργασμένην λευκήν. Ἧς ἄνευ ταύτης μήτε ἐσθιέτωσαν, μήτε καθευδέτωσαν. Εἰσιόντες δὲ εἰς τὴν κοινωνίαν τῶν μυστηρίων τοῦ Χριστοῦ κατὰ Σάββατον καὶ Κυριακὴν τὰς ζώνας λυέτωσαν, καὶ τὴν μηλωτὴν ἀποτιθέσθωσαν, καὶ μετὰ κουκουλλίου μόνου εἰσίτωσαν. Κουκούλλια δὲ αὐτοῖς ἐτύπωσεν ἄμαλλα ὡς παιδίοις· ἐν οἷς καὶ καυστῆρά τινας σταυροῦ διαπορφυρίου ἐκέλευσε τούτοις ἐντίθεσθαι. Ἐκέλευσεν δὲ εἰκοσιτέσσαρα τάγματα εἶναι τῶν ἀδελφῶν, κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν εἰκοσιτεσσάρων γραμμάτων. Καὶ προσέταξεν ἑκάστῳ τάγματι τὸ ὄνομα τεθῆναι στοιχεῖον Ἑλληνικὸν, ἀπὸ τοῦ ἄλφα καὶ βῆτα καὶ τῶν καθεξῆς ἕως τοῦ ω μεγάλου· ἵνα ἐν τῷ ἐρωτᾶν καὶ φιλοπραγμονεῖν τὸν ἀρχιμανδρίτην περί τινος εἰς τοσοῦτον πλῆθος, ἐρωτᾷ τὸν δεύτερον ἑαυτοῦ πῶς ἔχει τοῦ *ἄλφα* τὸ τάγμα, ἢ πῶς ἔχει τὸ *βῆτα*· πάλιν ἄσπασαι τὸ *ῥῶ*· ἰδίῳ τινὶ σημείῳ ὀνόματος γραμμάτων ἀκολουθοῦντος. Καὶ τοῖς μὲν ἁπλουστέροις καὶ ἀκεραιοτέροις ἐπιθήσεις τὸ *ἰῶτα*· τοῖς δὲ δυσχερεστέροις καὶ σκολιωτέροις πρατάξεις τὸ ξ. Καὶ οὕτως κατ' ἀναλογίαν τῆς καταστάσεως τῶν προαιρέσεων καὶ τῶν τρόπων καὶ τῶν βίων ἑκάστῳ τάγματι τὸ στοιχεῖον τοῦ γράμματος ἐφαρμόσεις, μόνων τῶν πνευματικῶν εἰδότων τὰ σημαινόμενα. Ἐγέγραπτο δὲ ἐν τῇ δέλτῳ ὅτι ξένος ἄλλου μοναστηρίου ἐὰν ἔλθῃ, ἄλλον ἔχοντος τύπον, τούτοις μὴ συμφάγῃ, μὴ συμπίῃ, μὴ συνεισέλθῃ εἰς τὴν μονὴν, ἐκτὸς ἂν εἰ μὴ εἰς ὁδὸν εὑρεθῇ. Τὸν μέντοι εἰσελθόντα εἰσάπαξ συμμεῖναι αὐτοῖς. Ἐπὶ τριετίαν εἰς ἀγῶνα ἀδύτων αὐτὸν οὐ δέξῃ· ἀλλ' ἐργατικώτερα ἔργα ποιήσας, οὕτως εἰς τὸ στάδιον ἐμβαινέτω μετὰ τὴν τριετίαν. Ἐσθίοντες τὰς κεφαλὰς καλυπτέσθωσαν τοῖς κουκουλλίοις· ἵνα μὴ ἀδελφὸς ἀδελφὸν μασσώμενον ἴδῃ. Οὐκ ἔστι λαλῆσαι ἐσθίοντα, οὐδὲ ἐκτὸς τοῦ πίνακος ἢ τῆς τραπέζης ἀλλαχοῦ προσέχειν τῷ ὀφθαλμῷ. Ἐτύπωσε δὲ διὰ πάσης τῆς ἡμέρας ποιεῖν αὐτοὺς εὐχὰς δώδεκα, καὶ ἐν τῷ λυχνικῷ δώδεκα, καὶ ἐν ταῖς παννυχίσι δώδεκα, καὶ ἐννάτην ὥραν τρεῖς. Ὅτε δὲ δοκεῖ τὸ πλῆθος ἐσθίειν, ἑκάστῳ τάγματι καθ' ἑκάστην εὐχὴν ψαλμὸν προάδεσθαι ἐτύπωσεν, Προσαντιλέγοντος δὲ τοῦ μεγάλου Παχωμίου τῷ ἀγγέλῳ ὅτι ὀλίγαι εἰσὶν αἱ εὐχαὶ, λέγει αὐτῷ ὁ ἄγγελος, ὅτι Ταύτας διετύπωσα, ὡς ὀφείλειν φθάνειν καὶ τοὺς μικροὺς ἐπιτελεῖν τὸν κανόνα, καὶ μὴ λυπεῖσθαι· οἱ δὲ τέλειοι, νομοθεσίας χρείαν οὐκ ἔχουσιν. Καθ' ἑαυτοὺς γὰρ ἐν ταῖς κέλλαις ὄντες ὅλον τὸ ζῆν αὐτῶν τῇ τοῦ Θεοῦ θεωρίᾳ παρεχώρησαν. Τούτοις δὲ ἐνομοθέτησα ὅσοι οὐκ ἔχουσι νοῦν ἐπιγνώμονα· ἵνα κἂν ὡς οἰκέται καταφρονηταὶ, τῷ φόβῳ τοῦ Δεσπότου, τὴν σύνταξιν πληροῦντες τῆς πολιτείας διατεθῶσιν ἐν προῤῥήσει. Ταῦτα διαταξάμενος ὁ ἄγγελος, καὶ πληρώσας τὴν διακονίαν, ἀνῆλθεν ἀπὸ τοῦ μεγάλου Παχωμίου. Ἔστιν οὖν ταῦτα τὰ μοναστήρια πλείονα κρατήσαντα τοῦτον τὸν τύπον, συντείνοντα εἰς ἑπτακισχιλίους ἄνδρας. Ἔστι δὲ τὸ πρῶτον καὶ μέγα μοναστήριον ἔνθα αὐτὸς ὁ μακάριος Παχώμιος ᾤκει, τὸ καὶ τὰ ἄλλα ἀποκυῆσαν ἀσκητήρια, ἔχον ἀνδρῶν ἀριθμὸν χιλίων τριακοσίων.

ΚΕΦΑΛ. ΛΘ'.

Βίος τοῦ ἁββᾶ Ἀφθονίου.

Ἐν οἷς καὶ ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ καλούμενος Ἀφθόνιος, φίλος μου γενόμενος γνήσιος, νῦν δευτερεύων ἐστὶν ἐν τῷ μοναστηρίῳ ἐκείνῳ. Ὃν ὡς ἀσκανδάλιστον ἀποστέλλουσιν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπὶ τὰς χρείας, διαπωλῆσαι μὲν αὐτῶν τὰ ἔργα, συνωνήσασθαι δὲ τὰς χρείας. Ἔστι καὶ ἄλλα μοναστήρια ἀπὸ διακοσίων καὶ τριακοσίων ψυχῶν, ἐν οἷς καὶ εἰς Πανὼ τὴν πόλιν, εἰς ὃ εἰσῆλθεν ἀνδρῶν τριακοσίων σύστημα. Ἐν τούτῳ τῷ μοναστηρίῳ ἑώρακα ῥάπτας δεκαπέντε, χαλκεῖς ἑπτὰ, τέκτονας τέσσαρας, καμη-

Digitized by Google

Exite, et ex hoc vico occurrite eis qui veniunt contra vos, ne vos quoque una cum vico pereatis, et rogate eos ut desistant ab insidiis adversus vos paratis. Territi autem presbyteri ei ad pedes procumbunt, eam rogantes et dicentes : Nos non audemus eis ire obviam; scimus enim eorum temulentiam et petulantiam; sed si facis misericordiam in nos et in totum vicum, et in domum tuam, ipsa eis egredere obviam, illosque peccatos averte. Illa autem cum non assensa esset, veniens in suam domunculam, stetit tota nocte orans et genu minime flectens, sed rogans, dicendo : Domine qui judicas terram, cui nihil placet quod est injustum, cum hæc ad te venerit oratio, virtus tua eos sistat immobiles tanquam columnam, ubicunque eos deprehenderit. Cum hæc sancta virgo sic orasset, tale quid accidit. Hostes circa horam primam, a tribus milliaribus, in loco fixi tanquam columna, labefactari non poterant. Illis quoque revelatum est quod servæ Christi Piamun intercessionibus factum est eis impedimentum; iique ad vicum raktentes pacem petierunt, dicentes : Agite Deo gratias et precibus Piamun quæ nos impedierunt, ne magnum vobis malum inferremus.

A

B

CAPUT XXXVIII.

Vita abbatis Pachomii (76), *et eorum qui cum ipso erant.*

Tabennesis (77) est locus sic appellatus in Thebaide, in quo fuit Pachomius monachus, vir ex iis qui vixerunt in summo et perfecto vitæ instituto (*Vita ejus supra, l.* i), adeo ut is fuerit dignatus et futurorum prædictionibus et angelicis visionibus. Is fuit valde amans pauperum, et magna charitate in homines. Eo ergo sedente in hac spelunca, visus est ei angelus Domini, qui ei dicit : Pachomi, ea quidem quæ ad te pertinent, recte et ex virtute gessisti; supervacanee ergo sedes in hoc loco; age ergo, egredere, et congrega omnes juniores monachos, et habita cum eis, et sequens formam quam dabo tibi, eis leges constitue. Elque dedit tabulam æneam, in qua hæc scripta fuerant : Concede unicuique ut comedat et bibat pro viribus comedentium; eis quoque manda opera quæ proportione conveniant ac respondeant, et neque jejunare prohibe nec comedere. Sic quidem fortibus fortia manda opera, imbecilla autem et levia iis qui se magis exercent, et sunt imbecilliores. Fac autem diversas cellas in eadem aula, et tres in cella maneant. Omnibus autem cibus in una domo paretur. Dormiant autem non recumbentes, sed exstructis sibi sedibus paulo supinioribus, et illic suis impositis stragulis dormiant sedentes. Noctu autem gestent lebitones lineos, succincti. Habeat unusquisque ex his pellem ovillam albam laboratam, absque ea neque comedant, neque dormiant. Ingredientes autem ad Christi communionem Sabbato et Dominica, zonas solvant, et pellem ovillam deponant, et cum sola cucuHa ingrediantur. Fecit autem eis cucullas sine villis (78) tanquam pueris, in quibus etiam jussit imponi figuram crucis purpureæ. Jussit autem esse viginti quatuor ordines fratrum, ex numero viginti quatuor litterarum; præcepitque unicuique ordini imponere nomen elementum Græcum, ab α, β, et quæ deinceps sequuntur, usque ad ω, ut dum interrogat archimandrita de aliquo in tanta multitudine, sciscitetur eum qui est ab eo secundus, quomodo se habet ordo α, aut quomodo se habet ordo β. Rursus saluta ρ, sequendo quoddam proprium nomen litterarum : et simplicioribus quidem et sincerioribus impones nomen ε; difficilioribus autem ξ : et sic convenienter institutis eorum et vitæ et moribus, unicuique ordini elementum litteræ accommodabis; solis spiritalibus intelligentibus ea quæ significantur. Scriptum autem erat in tabula : Si venerit hospes alterius monasterii, quod habet aliam formam, cum eis nec comedat nec bibat, et nec ingrediatur in monasterium, nisi fuerit inventus in via. Porro eum qui semel ingreditur, nec potest cum eis ad triennium sustinere certamen, non admittes; sed cum opera fecerit difficiliora, sic prodeat in stadium post triennium. Comedentes autem velent capita cucullis, ne frater fratrem videat mandentem. Comedenti non licet loqui, nec extra quadram et mensam usquam alio oculos convertere. Constituit autem ut per totum diem facerent duodecim orationes, et cum ad vespertinum lumen (79) venirent, et in nocturnis vigiliis duodecim, et hora nona tres. Quando autem videretur comedendum esse multitudini, constituit ut unusquisque ordo in unaquaque oratione psalmum prius caneret. Cum autem magnus Pachomius contra angelum diceret esse paucas orationes, ei dicit angelus : Has constitui, ut parvi quoque possint procedere ad perficiendam regulam, nec eis sit molestum; qui autem sunt perfecti, non opus habent ut leges eis ferantur; nam cum per se sunt in cellis, totam suam vitam attribuunt contemplationi. Iis autem legem tuli, qui mentem minime habent intelligentem, ut sicut servi contumaces, metu domini totum vitæ institutum implentes, secure et libere degant. Cum hæc ordinasset angelus, et impleset ministerium, recessit a magno Pachomio. Sunt autem hæc monasteria quæ formam hanc obtinuerunt, habentia virorum circiter septem millia. Est autem primum et magnum monasterium, in quo ipse habitat beatus Pachomius, quod alia peperit monasteria, continens numerum circiter mille quadringentorum virorum.

C

D

CAPUT XXXIX.

Vita abbatis Aphthonii (80).

Inter quos est etiam servus Dei qui vocatur Aphthonius, qui est mihi germanus ac sincerus amicus, qui nunc obtinet secundum locum in illo monasterio. Quem ut qui sit potens in Christo, firmusque ac stabilis, nec facile offendi possit, mittunt ad suos usus Alexandriam, ut vendat quidem eorum opera, emat autem quæ sunt eis necessaria. Sunt autem alia quoque monasteria quæ constant ex ducentis et trecentis animabus [1]. Atque in Panis quidem ingressus sum civitatem (81), in qua monasterium constat ex viris

[1] Hic quædam in Græco, quæ habet Heraclides cap. 19.

Digitized by Google

trecentis. Fiebant autem omnem artem, et ex iis quæ supersunt, ædificant (82) etiam mulierum monasteria, et custodias. Mane ergo surgentes ii quibus una vice hoc munus obtingit, alii quidem sunt occupati in culina, alii vero versantur in mensis parandis, mensæ imponentes panes et olera agrestia, olivas, caseos, et extremas carnium partes, et comminuta olera. Atque ingrediuntur quidem, qui minus sunt robusti, hora septima, et comedunt, ut qui sint imbecilliores; alii nona, alii decima, alii sero vespere, alii post biduum, alii post triduum, alii post quatriduum, alii post quinque dies, adeo ut unumquodque elementum horam propriam significet. Sic autem erant eorum quoque opera : alius quidem laborat in agro colendo, alius in horto, alius in pistrino, alius in æris officina, alius in fabricando, alius in arte fullonia, alius in parandis coriis (83), alius in consuendis calceis, alius in pulchre scribendo, alius contexebat magnas sportas, alius canistros et sportulas. Memoriter autem omnes expromunt Scripturas.

Horum est mulierum quoque monasterium circiter quadringentarum, quod habet eamdem vivendi formam et idem institutum, præter pellem ovillam. Et sunt quidem mulieres trans fluvium Nilum; viri autem ex adverso earum. Si virgo autem obierit, reliquæ virgines cum eam ad sepulturam concinnaverint, efferunt, et eam ponunt ad ripam fluvii. Trajicientes autem fratres cum palmis et ramis olivæ et psalmodia, eam transmittunt, et in suis monimentis sepeliunt. Præter presbyterum autem et diaconum nullus transit ad monasterium feminarum, idque die Dominico.

CAPUT XL.

De Virgine (84), *de qua fuerat dictum falsum testimonium.*

Erat enim, inquit, quidam monachus qui in propinqua solitudine degebat in spelunca, et omnem ostenderat exercitationem, et propriis manibus panem sibi quærebat (*Ruff., lib.* II, *cap.* 1). Postquam autem permansit in orationibus, et profecit virtutibus, in seipso deinceps habuit fiduciam, fretus pulchro suæ vitæ instituto. Qui autem tentat, eum quoque, sicut Job, expetiit ad tentandum, et ei vespere præbet phantasiam formosæ mulieris errantis per solitudinem. Quæ cum ostium invenisset apertum, ingressa est speluncam; et procumbens ad viri genua, petiit ut sibi illic liceret quiescere, utpote quod nox eam apprehendisset. Ille autem cum ejus esset misertus, quod quidem non debuit, eam admisit in speluncam, et de errore illam est percontatus. Illa vero et narravit, et blanda ac fallacia verba inspersit, et sermonem diu cum eo protraxit. Eum autem sensim nescio quomodo pelliciebat ad amorem; pluraque deinceps verba inter se conserunt, ridentque ac subridient, eumque ipsa multo sermone seduxit, et deinde contrectatione manus et barbæ et cervicis; et tandem exercitatorem redegit in servitutem. Cum autem ille internis versaretur cogitationibus, deinde ut qui jam rem haberet in manibus, reputans opportunitatem et voluptatis explendæ securitatem, cogitationi assentitur, et tentat cum ea habere consuetudinem, ut qui jam evasisset insipiens et equus in feminas insaniens. Illa vero cum repente magna voce exclamasset, evasit evanescens ex ejus manibus non secus ac umbra aliqua. Risus autem in aere auditur multorum dæmonum qui ipsum increpabant, et in fraudem induxerant, et magna voce ad ipsum clamabant: Qui se exaltat, humiliabitur (*Lucæ* XIV). Tu autem usque ad cœlos quidem es exaltatus, humiliatus vero es usque ad abyssos. Exinde surgit mane nocturnum luctum attrahens; et cum totum diem transegisset in lamentatione, sua desperata salute, quod non debuit, in mundum reversus est. Hoc est enim maligni studium, ut quando quempiam inviserit, eum redigat ad insipientiam, ut non possit deinceps surgere. Unde, o filii, non est nobis conducibilis propinqua vicis habitatio, neque mulierum collocutio, ut ex quibus oriatur memoria, quæ non potest deleri, quam ex visu attrahimus et collocutione. Sed neque debemus animum despondere, et nos ipsos detrudere ad desperationem. Jam enim ii quoque qui non spem abjecerunt, non fuerunt privati Dei misericordis clementia.

CAPUT XLV.

De fratre qui ductus fuit pœnitentia, ejusdem abbatis Joannis narratio.

Erat enim, inquit, alius adolescens in civitate, qui multa mala fecerat, et graviter peccaverat (*Ruff., lib.* II, *cap.* 1). Qui Dei nutu, propter multa peccata compunctus, veniens ad sepulcra, priorem suam vitam deflevit; pronus cadens in faciem, et non audens vocem emittere, nec Deum nominare, neque supplicare, ipsa quoque vita seipsum indignum existimans. Et cum ante mortem se inclusisset in sepulcris mortuorum, et suam vitam diceret, gemebat ex profundo cordis. Cum jam autem ab eo tempore præteriisset hebdomada, noctu ei assistunt dæmones, qui ejus vitæ prius damnum attulerant, clamantes et dicentes: Ubi est ille scelestus et profanus, qui libidinibus et lasciviis exsatiatus, nunc nobis intempestivus, temperans et honestus repente apparuit; et quando non potest amplius, tunc vult esse Christianus, et probis compositisque moribus? Ecquidnam tibi boni amplius futurum exspectas, cum sis nostris malis impletus? Non hinc cito exsurges? Non venies ad ea quæ sunt nobiscum consueta? te manent scorta et caupones. Non venies, et frueris cupidinibus, cum sit cuncta alia tibi spes exstincta? Velox ad te omnino veniet judicium, qui sic teipsum perimis. Et cur miser festinas ad supplicium? cur autem contendis tibi pœnas citius infligere? Multaque alia dicentes: Noster es, in nostrum ordinem es relatus, exercuisti omnem iniquitatem. Tu es nobis omnibus obnoxius, et audes fugere? non assentieris? non respondebis? non simul egredieris? Postquam autem ille constans

Digitized by Google

οἱ ἅγιοι· καὶ δυνάμεις ἐπιτελεῖ, καὶ φίλος γίνεται Θεοῦ, καὶ πᾶν αἴτημα παρὰ Θεοῦ κομίζεται.

Εἶπέ τε ἄλλα πολλὰ καὶ περὶ ἀσκήσεως, καὶ ὅτι δεῖ τὸν θάνατον ὥσπερ ἀγαθῆς ζωῆς μετάθεσιν περιμένειν, καὶ μὴ προορᾷν ἀσθένειαν σωματικὴν, καὶ μὴ ἐμπιπλᾷν κἂν τῶν τυχόντων γοῦν τὴν γαστέρα. Κορεσάμενος γάρ τις, φησὶν, τὰ αὐτὰ τοῖς τρυφῶσι πάσχει βουλεύματα, ἀλλὰ πειρᾶσθαι δεῖ ἀσκήσεως, καὶ τὴν τῶν ὀρέξεων ἀπάθειαν κτήσασθαι. Καὶ μηδεὶς τὰ ἕτοιμα καὶ τὴν ἄνεσιν ἐπιζητήτω, ἀλλὰ στενούσθω νῦν καὶ θλιβέσθω, ἵνα τὴν εὐρυχωρίαν τῆς τοῦ Θεοῦ βασιλείας κληρονομήσῃ. Δεῖ γὰρ ἡμᾶς, φησὶ, διὰ πολλῶν θλίψεων εἰς τὴν βασιλείαν εἰσελθεῖν. Τί; στενὴ γὰρ, φησὶν, ἡ πύλη καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν· καὶ ὀλίγοι εἰσὶν οἱ εὑρίσκοντες αὐτήν. Τί; πλατεῖα ἡ πύλη, καὶ εὐρύχωρος ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ἀπώλειαν· καὶ πολλοί εἰσιν οἱ πορευόμενοι δι' αὐτῆς. Καὶ τί; δεῖ, φησὶν, ὀλιγωρεῖν ἐνταῦθα ὀλίγον ὕστερον εἰς αἰωνίαν ἀνάπαυσιν ἀπιόντας. Καὶ ὅτι οὐ δεῖ ἐπαίρεσθαί τινα ἐπὶ τοῖς αὐτοῦ κατορθώμασιν, ἀλλὰ ταπεινοῦσθαι πάντοτε, καὶ τὰς μακροτέρους ἐρήμους μεταδιώκειν, ἡνίκα τις αἰσθάνηται ἑαυτὸν ὑπεραιρόμενον. Ἡ γὰρ πλησίον τῶν χωρῶν διαγωγὴ πολλάκις καὶ τοὺς τελείους ἔβλαψε. Διόπερ καὶ ὁ Δαβὶδ ψάλλει τοιοῦτόν τι πεπονθώς· Ἰδοὺ ἐμάκρυνα φυγαδεύων, καὶ ηὐλίσθην ἐν τῇ ἐρήμῳ. Προσεδεχόμην τὸν Θεὸν τὸν σώζοντά με ἀπὸ ὀλιγοψυχίας καὶ καταιγίδος. Πολλοὶ δὲ καὶ τῶν ἡμετέρων ἀδελφῶν πεπόνθασι τοιοῦτο, καὶ δι' ἀλαζονείαν τοῦ σκοποῦ ἐκπεπτώκασιν.

ΚΕΦΑΛ. ΜΔ'.

Περὶ Ἰωάννου τοῦ ἀββᾶ.

Ἦν γάρ τις τῶν μοναχῶν, φησὶν, ἐν τῇ πλησίον ἐρήμῳ, ἐν τῷ σπηλαίῳ διάγων, πᾶσαν ἄσκησιν ἐνδεικνύμενος, καὶ χερσὶν οἰκείαις τὸν ἑαυτοῦ ἄρτον ποριζόμενος. Ὡς δὲ προσέμενε ταῖς δεήσεσι, καὶ προσέκοπτε ταῖς ἀρεταῖς, ἐφ' ἑαυτῷ λοιπὸν ἐπεποιήθη θαρσῶν ἐπὶ τῇ καλῇ πολιτείᾳ. Ὁ δὲ πειράζων αὐτὸν, ὡς τὸν Ἰὼβ ἐξητήσατο. Καὶ δὴ φαντασίαν αὐτῷ παρέσχε πρὸς ἑσπέραν γυναικὸς εὐμόρφου πλανωμένης κατὰ τὴν ἔρημον, ἥτις εὑροῦσα τὴν θύραν ἀνεῳγμένην εἰσεπήδησεν εἰς τὸ σπήλαιον, καὶ προσπεσοῦσα τοῖς γόνασι τοῦ ἀνδρὸς ᾔτει παρ' αὐτοῦ τὴν ἀνάπαυσιν, ὡς ἑσπέρας αὐτὴν καταλαβούσης. Ὁ δὲ ὡς ἠλέησεν αὐτὴν, ὅπερ οὐκ ὤφειλεν, καὶ ἐδέξατο αὐτὴν ἐν τῷ σπηλαίῳ, καί τοι ἐπυνθάνετο αὐτῆς τὴν πλάνην· ἡ δὲ ὡς ἀπήγειλλε, καὶ λόγους αὐτῷ κολακίας καὶ ἀπάτης ὑπέσπειρε, καὶ παρέτεινεν ἐπὶ πολὺ αὐτῶν τὴν ὁμιλίαν, ἠρέμα δέ πως αὐτὸν καὶ ἐπὶ ἔρωτα προεκαλεῖτο· καὶ λόγοι πλείους λοιπὸν πρὸς ἀλλήλους αὐτοῖς γίνονται, καὶ γέλως, καὶ μειδίαμα. Ἀπεπλάνησε δὲ αὐτὸν πολλὴ ὁμιλία, καὶ τὸ ἐντεῦθεν λοιπὸν, ἀφῇ χειρὸς καὶ γενείου, καὶ αὐχένος, καὶ ἡχμαλώτευσε τέως τὸν ἀσκητήν. Ὡς δὲ ἐστρέφετο μὲν ἐκεῖνος ἔνδοθεν τοῖς λογισμοῖς, ἄτε δὴ ἐν χερσὶν ἔχων τὸ πρᾶγμα, τὴν εὐκαιρίαν καὶ τὴν ἄδειαν τοῦ ἐκτελεῖν, τὴν ἡδονὴν λογιζόμενος, συνεκατέθετο λοιπὸν τῇ διανοίᾳ, καὶ συνελθεῖν αὐτῇ ἐπειρᾶτο, ἄφρων ἤδη καὶ θηλυμανὴς καὶ ἵππος γενόμενος. Ἡ δὲ ἐξαίφνης μέγα ἀναβοήσασα, ἄφαντος ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ γέγονεν, ὥσπερ σκιά τις ἀποδραμοῦσα. Γέλως δὲ αὐτῷ ἀέρι πολλῶν ἀκούεται δαιμόνων ἐλεγχόντων αὐτὸν, καὶ τῇ ἀπάτῃ παραγόντων καὶ μεγάλῃ φωνῇ πρὸς αὐτὸν βοώντων· Πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν ταπεινωθήσεται. Σὺ δὲ ὑψώθης ἕως τῶν οὐρανῶν, ἐταπεινώθης δὲ ἕως τῶν ἀβύσσων. Ἐντεῦθεν ἀνίσταται τὸ πρωῒ τὸ νυκτερινὸν πένθος ἐπισυρόμενος, καὶ διημερεύσας ἐν τοῖς θρήνοις, ἀπογνοὺς ἑαυτοῦ τῆς σωτηρίας, ὅπερ οὐκ ὤφειλεν, εἰς τὸν κόσμον πάλιν ὑπέστρεψεν. Τοῦτο γάρ ἐστι τοῦ πονηροῦ τὸ ἐπιτήδευμα, ὅταν τινὰ καταπαλαίσῃ, εἰς ἀφροσύνην αὐτὸν καθίστησιν, ἵνα τοῦ λοιποῦ μηκέτι δύνηται ἀναστῆναι. Ὅθεν, ὦ τέκνα, οὐ συμβάλλεται ἡμῖν ἡ πλησίον τῶν χωρῶν οἴκησις, οὐδὲ τῶν γυναικῶν συντυχία ἀνεξάλειπτον ὀχλοῦσα μνήμην, ἣν ἐκ τῆς ὄψεως καὶ ὁμιλίας ἐπισπώμεθα. Οὔτε δὲ ὀφείλομεν ἑαυτῶν ἀπογνῶναι, καὶ εἰς ἀνελπιστίαν ἑαυτοὺς καταγαγεῖν. Ἤδη γὰρ πολλοὶ καὶ τῶν μὴ ἀπογνόντων παρὰ τοῦ ἐλεήμονος Θεοῦ φιλανθρωπίας οὐκ ἐστερήθησαν.

ΚΕΦΑΛ. ΜΕ'.

Περὶ τοῦ ἀδελφοῦ κινηθέντος μεταγοίᾳ τοῦ αὐτοῦ ἀββᾶ Ἰωάννου διήγησις.

Ἦν γάρ τις ἕτερος, φησὶ, νεανίας ἐν τῇ πόλει πάνυ πάμπολλα ἐργασάμενος, καὶ χαλεπῶς ἡμαρτηκώς, ὃς νεύματι τοῦ Θεοῦ κατανυγεὶς ἐπὶ ταῖς πολλαῖς ἁμαρτίαις, καὶ τοὺς τάφους καταλαβών, τὴν προτέραν ἑαυτοῦ ζωὴν ἀπωδύρετο, ἐπὶ πρόσωπον ἑαυτὸν καταβαλών, μὴ καὶ τολμῶν ἀφιέναι φωνήν, μηδ' ὀνομάζειν Θεὸν, μηδὲ ἱκετεύειν, ἀνάξιον ἑαυτὸν ἡγούμενος καὶ αὐτῆς τῆς ζωῆς, καὶ πρὸ θανάτου ἐν τοῖς νεκροτάφοις ἑαυτὸν κατακλείσας· καὶ ἀπειπὼν ἑαυτοῦ τὴν ζωὴν, ἔστενε μόνον κάτωθεν ἐκ τοῦ βάθους τῆς καρδίας. Ἑβδομάδος δὲ ἐπ' αὐτῷ παρελθούσης, νύκτωρ αὐτῷ ἐφίστανται οἱ δαίμονες οἱ τὸ πρὶν αὐτοῦ τὴν ζωὴν καταβλάψαντες· κεκραγότες καὶ λέγοντες· Ποῦ ὁ μιαρός ἐστιν ἐκεῖνος, ὁ ταῖς λαγνείαις ἱκανῶς κορεσθείς, νῦν ἡμῖν ἄκυρος σώφρων καὶ καλὸς ἀνεφάνη, καὶ ὅτε οὐκέτι δύναται, τότε Χριστιανὸς καὶ εὔτακτος εἶναι βούλεται; καὶ τί καλὸν ἔτι ἔσεσθαι σεαυτῷ προσδοκᾷς ἐμφορηθεὶς τῶν ἡμετέρων κακῶν; οὐκ ἀναστήσῃ ταχὺ ἐκεῖθεν, οὐκ ἐπὶ τὰ συνήθη μεθ' ἡμῶν ἥξεις; μένουσί σε πόρναι καὶ κάπηλος· οὐκ ἐλεύσῃ καὶ τῶν ἐπιθυμιῶν ἀπολαύσεις, πάσης σου τῆς ἄλλης ἐλπίδος κατασβεσθείσης; ἥξει σοι πάντως ταχεῖα ἡ κρίσις οὕτως ἑαυτὸν ἀναιροῦντι. Καὶ τί σπεύδεις πρὸς τὴν τιμωρίαν, ὦ ἄθλιε; τί δὲ φιλονεικεῖς, θᾶττον ἐπελθεῖν σοι τὴν δίκην; ἄλλα τε πολλὰ λέγοντες, Ἡμέτερος εἶ, ἡμῖν συνετάξω· ἀνομίαν ἠσκησας πᾶσαν, πάντων ἡμῖν ὑπεύθυνος; γέγονας, καὶ δραπετεύειν τολμᾷς; Οὐκ ἀποκρίνῃ; οὐ συντάσσῃ; οὐ συνεξελεύσῃ; Ὡς δὲ ἐκεῖνος πρὸς ταῖς οἰμωγαῖς καρτερῶν οὐδὲ τὴν ἀκοὴν ὑπεῖχεν αὐτοῖς, οὐδὲ ἀπεκρίνατο αὐτοῖς λόγον,

Digitized by Google

ἐπὶ πολὺ ἐπιμενόντων αὐτῷ τῶν δαιμόνων· ὡς δὲ A οὐδὲν ἤνυσαν πολλάκις ταῦτα λέγοντες, διαλαβόντες αὐτὸν οἱ πονηροὶ καὶ αἰσχροὶ δαίμονες, ἤκιζον χαλεπῶς ἄγαν, ἅπαν τὸ σῶμα αὐτοῦ καταξαίνοντες, καὶ βασανίσαντες αὐτὸν χαλεπῶς, ἡμιθανῆ καταλιπόντες ᾤχοντο. Ὁ δὲ οὐδὲν ἧττον ἀκίνητος ἔνθαπερ αὐτὸν κατέλιπον, ἔκειτο στένων αὖθις, ἐπειδὴ τῇ ψυχῇ συνελέξατο. Τῶν δὲ οἰκείων αὐτοῦ κατ' ἴχνος ἀναζητούντων αὐτὸν, καὶ εὑρόντων, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς τοῦ σώματος συμφορᾶς μαθόντων, ἠξίουν αὐτὸν ἀγαγεῖν οἴκαδε. Ὁ δὲ ἐπεὶ πολλάκις βιασαμένων ἀντέσχε· καὶ πάλιν αὐτὸν τὴν ἐπιοῦσαν νύκτα χείρω τῶν ἔμπροσθεν οἱ δαίμονες ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς διατίθενται. Καὶ οὐδὲ οὕτως πάλιν αὐτὸν οἱ προσήκοντες πείθουσι μεταστῆναι τοῦ τόπου, κρεῖττον εἶναι τεθνάναι λέγοντα ἢ ἐν τοιαύταις τοῦ βίου κηλῖσι ζῆν. B Ἡ τρίτη νὺξ τῶν δαιμόνων μικροῦ πάντη τὸν ἄνθρωπον τῆς ζωῆς ἀπήλλαξεν ἀνηλεῶς ἐπιπεσόντων αὐτῷ ταῖς βασάνοις. Ὡς δὲ οὐκ εἶδον ἐνδόντα, ᾤχοντο, ἅπνουν μὲν καταλιπόντες τὸν ἄνθρωπον. Ἀπερχόμενοι γοῦν ἐκεκράγασι λέγοντες· Ἐνίκησας, ἐνίκησας. Καὶ οὐκέτι αὐτῷ συνήντησεν οὐδὲν δεινὸν, ἀλλ' ἀφόβως τὸν τάφον ᾤκησεν ἕως ἔζη, ἀσκήσας καθαρὰν τὴν ἀρετήν· οὕτως καὶ Θεῷ τίμιος γενόμενος ἐν δυνάμεσι καὶ θαυμάτων ἐπιδείξεσιν, ὥστε πολλοῖς καὶ θαῦμα καὶ ζῆλον καλῶν ἐπιτηδευμάτων παρασχεῖν. Ἐν τούτοις πλεῖστοι καὶ τῶν σφόδρα ἀπεγνωκότων ἑαυτῶν μετῆλθον τὰς καλὰς πράξεις καὶ κατορθώσεις. Καὶ γέγονεν αὐτοῖς τὸ τῆς Γραφῆς λεγούσης, Πᾶς ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται. Προηγουμένως οὖν, τέκνα, ταπεινοφροσύνην ἀσκήσωμεν, κρηπῖδα πάσων οὖσαν τῶν ἀρετῶν. Πάνυ δὲ συμβάλλεται ἡμῖν καὶ ἡ μακροτέρα ἔρημος πρὸς τὴν ἄσκησιν.

ΚΕΦΑΛ. ΜΖ'.

Διήγησις τοῦ ἁββᾶ Ἰωάννου περὶ ἐκπεσόντος καὶ μετανοήσαντος.

Γέγονε γάρ τις καὶ ἕτερος μοναχὸς τὴν πόρρω ἔρημον κατειληφὼς, καὶ ἐν πολλοῖς ἔτεσι τὰς ἀρετὰς κατορθώσας. Ἐν γήρει λοιπὸν τυγχάνων τῆς τῶν δαιμόνων ἐπιβουλῆς ἐπειρᾶτο. Ἦν γὰρ πάνυ ἀσκητὴς τὴν ἡσυχίαν ἀσπαζόμενος, καὶ ἐν εὐχαῖς καὶ ἐν ὕμνοις καὶ θεωρίαις πολλαῖς διημερεύων, καὶ ὁράσεις θειοτέρας τινὰς ἐναργῆς ἐθεώρει. Τοῦτο μὲν ἐγρηγόρως, τοῦτο δὲ καθ' ὕπνους, καὶ σχεδὸν ἴχνος ἐπείληπτο τῆς ἀσωμάτου ζωῆς, οὐ γῆν φυτεύων, οὐδὲ φροντίζων διαίτης, οὐδὲ ἐν τοῖς φυτοῖς ζητῶν, ὅ τι παρέχοι τῷ σώματι δεομένῳ, ἀλλ' οὐδὲ ἐκ τῆς χλόης D οὐδὲ ἄγραν ὀρνίθων οὐδὲ ἄλλου τινὸς μετήρχετο ζώου. Ἀλλὰ πεποιθήσεως γέμων εἰς Θεὸν ἐξότου ἐκ τῆς οἰκουμένης μετῆλθεν ἐκεῖ, καὶ λόγον οὐδενὸς εἶχεν ὅπως αὐτῷ τρεφόμενον διαμένοι τὸ σῶμα. Ἀλλ' ἐν λήθῃ πάντων ἐκὼν ἀνεῖχεν ἑαυτὸν, τελείῳ πόθῳ πρὸς Θεὸν παραμένων καὶ περιμένων τὴν κλῆσιν, καὶ τὴν ἐκ τοῦ κόσμου μετάθεσιν, καὶ τῷ πλείστῳ γε, τῇ τέρψει τῶν φαινομένων καὶ ἐλπιζομένων ἐτρέφετο, καὶ οὔτε τὸ σῶμα κατετήκατο αὐτῷ τῇ παρατάσει, οὔτε ἄθυμος ἦν ἡ ψυχὴ, ἀλλ' ἐν σεμνῇ τινι καταστάσει τὴν καλὴν ἕξιν ἔσχε· πλὴν ἀλλὰ τιμῶν αὐτὸν ὁ Θεὸς διά τινος τεταγμένου χρόνου, δύο ἢ τριῶν ἡμερῶν ἄρτον ἐπὶ τῆς τραπέζης ἐδίδου, φαίνεσθαί τε καὶ εἶναι, καὶ χρῆσθαι· καὶ εἰσιὼν ἐν τῷ σπηλαίῳ ἠνίκα ἠσθάνετο δεομένου τοῦ σώματος, εὑρισκέ τε τὴν τροφὴν, καὶ προσκυνήσας, καὶ εὐωχηθεὶς πάλιν, τῶν ὕμνων ἀπήλαυεν, ἐπιμόνως τῆς εὐχῆς καὶ τῆς θεωρίας ἐχόμενος, θάλλων ὁσημέραι, καὶ ἐπιδιδοὺς τῷ παρόντι, καὶ τῷ μέλλοντι τῆς ἐλπίδος ἐπὶ τὸ μεῖζον προβαίνων ἀεὶ, καὶ σχεδὸν ἐθάρσει περὶ τῆς ἀμείνονος αὐτοῦ λέξεως, ὡς ἔχων αὐτὴν ἐν χερσὶν ἤδη, ὃ καὶ γέγονεν αὐτῷ, μικροῦ δεῖν ἀποπεσόντος ἐκ τοῦ μετὰ ταῦτα αὐτῷ πειρασμοῦ. Τί γὰρ οὐ λέγομεν αὐτοῦ τὴν παρ' ὀλίγα πτῶσιν; ὡς γὰρ εἰς τὸ φρόνημα τοῦτο προῆλθεν, ἔλαθεν ἑαυτὸν οἰόμενος πλέον εἶναί τι τῶν πολλῶν, καὶ ὡς ἤδει τι παρὰ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους μεῖζόν τι κεκτημένος· καὶ τοιοῦτος ὢν λοιπὸν ἑαυτῷ ἐπεποίθει. Γεννᾶται οὖν οὐκ εἰς μακρὰν αὐτῷ πρῶτόν τις μικρὰ ῥᾳθυμία, ὅσον μηδὲ εἶναι ῥᾳθυμίαν δοκεῖν· εἶτα φύεται μείζων ἀμέλεια, εἶτα ὅσον καὶ αἴσθησιν εἶναι. Καὶ γὰρ καὶ ἐκ τῶν ὕπνων ὀκνηρότερον διανίστατο πρὸς τοὺς ὕμνους, καὶ τὸ τῶν εὐχῶν ἤδη ἀργότερον, καὶ ὁ ὕμνος οὐχ οὕτως ἐκτεταμένος· καὶ ἡ ψυχὴ βουλομένη, φησὶν, ἀναπαύεσθαι, καὶ ὁ νοῦς ἔπεσε κάτω, καὶ οἱ λογισμοὶ ῥεμβασμούς τινας ἔπασχον· καὶ πού τις ἐν τοῖς κρυφίοις καὶ ἀμέλειᾳ ἐμελετᾶτο, πλὴν ἀλλ' ὁ ἐθισμὸς ἐκ τῶν ἔμπροσθεν ἀπῆγέν πως ἐπὶ τὸν ἀσκητὴν, ὥσπερ ῥύμη τις ἐκ τῆς ὁρμῆς ἐκείνης· καὶ διέσωζε τέως. Καί ποτε εἰσελθὼν μετὰ τὰς συνήθεις εὐχὰς πρὸς ἑσπέραν, εὗρεν τὸν ἄρτον ἐπὶ τῆς τραπέζης θεόθεν αὐτῷ χορηγούμενον, καὶ ἀνεκτήσατο· ἐν νῷ δὲ τὰς μειώσεις ἐκείνας οὐκ ἀπεβάλετο· οὐδὲ ἐλογίσατο ὅτι τὰ παρορά ματα τὴν σπουδὴν βλάπτει, οὐδὲ ἐπὶ τὴν ἴασιν ἐτρέπετο τοῦ κακοῦ· ἀλλὰ μικρὸν ᾠήθη τὸ παρ' C ὀλίγον, τῶν δεόντων ἀποπεσεῖν. Τοιγαροῦν ἔρως ἐπιθυμίας ἁρπάσας εἰς τὸν κόσμον ἀπήγαγεν τοῖς λογισμοῖς· ὅμως ἐπισχὼν ἑαυτὸν τέως τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν ἐπὶ τὴν συνήθη τρεπόμενος ἄσκησιν, καὶ εὐξάμενος, καὶ ὑμνήσας εἰσελθὼν ἐν τῷ σπηλαίῳ, τὸν μὲν ἄρτον εὗρεν αὐτῷ παρακείμενον· οὐχ οὕτω δὲ ἐπιμελῆ καὶ καθαρὸν, ἀλλὰ ῥερυπωμένον πως ἤδη. Καὶ θαυμάσας καὶ κατηφὴς πως γενόμενος, ὅμως μετέσχε καὶ ἀνεκτήσατο. Τρίτη νὺξ γέγονε, καὶ τριπλάσιον τὸ κακὸν προσετίθετο. Καὶ γὰρ θᾶττον ὁ νοῦς αὐτῷ τοῖς λογισμοῖς ἐγκατέσκηψεν. Ἡ μνήμη δὲ αὐτῷ ὡς ἂν παρούσης γυναικὸς καὶ συνανακειμένης συνδιετίθετο. Καὶ τὸ πρᾶγμα ἐν ὀφθαλμοῖς εἶχεν, καὶ ὡς πράττων αὐτὸ διετέλει. Ἐξῆλθε δὲ ὅμως καὶ τὴν τρίτην ἡμέραν ἐπὶ τὸ ἔργον, καὶ τὴν εὐχὴν καὶ τοὺς ὕμνους, οὐκέτι καθαρὰς ἔχων τὰς ἐνθυμήσεις· ἀλλὰ πυκνὰ μεταστρεφόμενος μετεωρίζετο τοὺς ὀφθαλμοὺς ὧδε κἀκεῖ ἀκοντίζων. Διέτεμνον γὰρ αὐτοῦ τὸ καλὸν ἔργον αἱ μνῆμαι τῶν ἐνθυμημάτων. Ἑσπέρας οὖν ἐπανῆλθεν ἄρτον δεόμενος, τὸν δὲ εὗρε μὲν ἐν τῇ τραπέζῃ οἷον ὑπὸ μυιῶν ἢ κυνῶν βεβρωμένον, καὶ λείψανόν τι τῶν ξηρῶν ἔξωθεν. Τότε στένει μὲν καὶ δακρύει, ἀλλ' οὐχ ὅσον ἱκανὸν, οὐδὲ ὅσον ἐπιστεῖλαι τὴν ἀτοπίαν, καὶ στραφεὶς οὐχ ὅσον ἤθελεν, ἕτοιμος ἦν ἀναπαύσασθαι. Ἐπῆλθον δὲ αὐτῷ οἱ λόγισμοὶ ἀθρόως πάντοθεν αὐτὸν περιέχοντες, καὶ πολεμοῦσιν αὐτοῦ τὴν διάνοιαν, καὶ εὐθὺς αἰχμάλωτον αἴρουσιν εἰς τὸν κόσμον. Ἀναστὰς δὲ ᾤχετο ἐπὶ τὴν οἰκουμένην διὰ τῆς ἐρήμου νυκτοπορῶν. Καταλαβούσης δὲ αὐτὸν τῆς ἡμέρας, καὶ τῆς οἰκούμενης ἔτι μακρὰν

Digitized by Google

in fletibus, ne aures quidem eis præbebat, et nec verbum respondebat eum diu urgentibus dæmonibus; postquam, inquam, nihil effecerunt, eadem sæpe illi dicentes, acceperunt eum mali et turpes dæmones, et totum ejus corpus male multarunt, eum graviter flagris cædentes; et cum eum graviter torsissent, abierunt eo relicto semimortuo. Ille autem nihilo secius immobilis jacebat ubi eum reliquerunt, rursus gemens postquam animum collegerat. Cum autem ejus necessarii eum investigassent et invenissent, et causam ejus quod ipsius corpori acciderat didicissent, rogabant eum ut domum rediret: is autem cum vim ei sæpe attulissent, restitit. Rursus autem sequenti nocte eum iisdem de causis pejus quam prius affecerunt dæmones; et ne sic quidem ejus consanguinei ei persuadent ut emigret, dicens satius esse mori quam vivere in talibus vitæ maculis. Tertia nox propemodum fecit ut excederet ab hominibus, cum crudelibus tormentis in eum invasissent dæmones, et eum vexassent usque ad extremum spiritum. Postquam autem viderunt eum non concessisse, recesserunt, homine relicto exanimi. Recedentes itaque exclamarunt, dicentes: Vicisti, vicisti, vicisti. Neque ei amplius aliquid mali occurrit; sed in purissimo sepulcro pure habitavit dum vixit, puram exercens virtutem. Is Deo quoque fuit pretiosus, et virtutibus, miraculorum effectionibus; adeo ut et multos in admirationem induxerit, et ad zelum adduxerit et æmulationem honestorum institutorum. Hinc factum est ut multi quoque ex iis qui de se valde desperaverant, bonas actiones aggressi sint, et se recte gesserint, eisque factum est id quod dicit Scriptura: Omnis qui seipsum humiliat exaltabitur (*Lucæ* XIV). Præcipue ergo, o filii, exerceamus humilitatem, quæ est fundamentum primum omnium virtutum. Nobis autem multum quoque confert solitudo longior et remotior.

CAPUT XLVI.

Alia narratio abbatis Joannis, de eo qui lapsus, ductus est pœnitentia.

Fuit enim alius quoque monachus qui ulteriorem occuparat solitudinem, et multis annis se recte et ex virtute gesserat (*Ruff., lib.* II, *cap.* 1). Qui cum esset deinceps senio confectus, tentabatur a dæmonum insidiis. Silentium enim valde amplectebatur exercitator, et in orationibus et hymnis et multis contemplationibus diem transigebat, et visiones quasdam divinas clare videbat, partim quidem vigilans, partim vero etiam in somnis; et somni propemodum expers tenebatur a vita incorporea, non terram plantans, neque victus ullam curam gerens, neque in plantis quærens quod egenti præberet corpori. Sed neque avium aucupium, neque ullum animal persequebatur; sed fiducia plenus, ex quo ex regione habitabili illuc migrarat, nullam habebat rationem ut ei permaneret corpus nutritum, sed omnium oblitus, se perfecto sustinebat in Deum desiderio, exspectans vocationem, et ex hoc mundo migrationem; et ut plurimum quidem alebatur delectatione eorum quæ non cernuntur et sperantur, et neque diuturnitate ei corpus macerabatur, neque mœrebat tristisque erat anima, sed in quodam honesto ac venerando statu bonum habebat habitum. Verum enimvero Deus eum honorans, post præfinitum temporis intervallum, dabat ei super mensam panem duorum vel trium dierum, ut et videretur, et esset, et eo uteretur. Et ingrediens in speluncam, quando sentiebat corpus indigere, inveniebat nutrimentum. Et cum adorasset et cibum sumpsisset, hymnis rursus fruebatur, perseverans in precibus et contemplatione, in dies germinans, et se tradens præsenti virtuti et futuræ spei, semper magis magisque progrediens; et fere jam de meliori sua sorte confidebat, tanquam jam eam haberet in manibus: quod etiam fuit ei causa lapsus, cum propemodum excideret per eam quæ ipsum postea invasit tentationem. Quid enim non dicimus ejus eum qui prope fuit casum? Postquam enim ad hanc processit cogitationem, paulatim imprudens eo devenit, ut existimaret se esse pluris quam alios, et jam majus quid possidere quam alii homines; et cum talis esset, jam deinceps in seipso habuit fiduciam. Ei ergo gignitur haud ita diu post primum parva quædam animi remissio, ut ne videretur quidem esse remissio. Deinde oritur major negligentia, quæ deinde eousque progressa est ut sentiretur; nam et ex somno tardius surgebat ad hymnos, et erant preces paulo otiosiores, nec hymnus adeo prolixus, et dicit ei anima se velle requiescere, et mens ei annuit; et fluctuabant et vagabantur ei cogitationes, et jam occulte aliquid absurdi meditabatur. Sed prior assuefactio adhuc exercitatorem quodammodo abducebat, veluti quidam motus ex priori illa incitatione, et eum interim conservabat. Et aliquando post solitas preces ingressus vespere, invenit panem super mensam, qui ei suppeditabatur divinitus, et se refecit. Quo tempore nec illas exsecrabiles abjecit cogitationes, neque reputavit animam lædi a contemptione, neque conversus est ad quærendam mali curationem; sed parum duxit parum abesse quominus excideret ab iis quæ decet facere. Amor itaque cupiditatis eum raptum cogitatione in regionem abduxit habitabilem. Cum se tamen interim cohibuisset in diem sequentem, ad consuetam conversus exercitationem, cum orasset et hymnos dixisset, ingressus speluncam, invenit quidem panem sibi appositum, sed non tam diligenter confectum, nec tam purum, sed sordidum et inquinatum. Qui etsi esset id admiratus, et tristitia affectus, sumpsit tamen, et se refecit. Successit tertia nox, et triplex malum addidit. Etenim mens ejus cito irrupit in cogitationes. Ita autem erat ei affecta memoria, ut videretur una cum eo adesse femina et simul accumbere, et eam rem habebat in oculis, et eam veluti facere perseverabat. Egressus tamen est tertio quoque die ad opus, et preces, et hymnos, sed non habens amplius mundas cogitationes, sed frequenter conversus, in altum tollebat oculos, eos huc et illuc torquens; ejus enim pulchrum opus interrumpebant memoriæ cogitationum. Vespere ergo re-

Digitized by Google

versus pane indigens, illum quidem invenit in mensa, veluti corrosum a muribus aut canibus, et foris siccas quasdam reliquias. Tunc ingemiscit quidem et lacrymatur, sed non quantum satis esset ad coercendam nequitiam. Nutritusque non quantum volebat, se parabat ad quietem. Eum autem acervatim invaserunt cogitationes, eum undique circumdantes; et ejus mentem oppugnant, et captivum statim in mundum abducunt. Surgens autem ivit versus regionem quæ habitatur, ingrediens noctu per solitudinem. Cum autem dies eum apprehendisset, et quæ habitatur regio adhuc procul abesset, et eum æstus affligeret, defatigatus est. Undequaque autem in orbem considerans circumspicit, an alicubi appareret monasterium, in quod ingressus requiesceret. Quod etiam accidit, eum excipientibus quibusdam piis et fidelibus fratribus, qui cum eum tanquam patrem germanum aspexissent, vultum ejus et pedes laverunt; et cum orassent, mensam apposuerunt, et rogarunt ut quæ erant apposita sumeret cum charitate. Postquam autem se refecit, postularunt fratres ut verbum salutis ab eo acciperent, et quanam ratione possent servari a laqueis diaboli, et quemadmodum superarent turpes cogitationes. Is autem ipsos tanquam pater filios admonens, hortabatur ut essent fortes et constantes in laboribus, ut qui essent paulo post in summa quiete collocandi. Multa quoque alia cum eis disserens de exercitatione, eos valde juvit. Cum autem cessasset ab admonitione, et se paruin recollegisset, considerabat quemadmodum alios admonens, se non monebat nec corrigebat; et se esse victum intelligens, cursu rursus rediit in solitudinem, seipsum deflens, et dicens: Nisi quia Dominus mihi opem tulisset, propemodum in inferno habitasset anima mea (*Psal.* XCIX). Propemodum in omne malum sum redactus, propemodum me in terra confecerunt. Et in eo factum est quod dictum est: Frater qui a fratre adjuvatur, est tanquam urbs munita et excelsa, et tanquam murus qui non potest corruere (*Prov.* XVIII). Quanquam ablinc toto vitæ tempore luxit perpetuo, privatus mensa quæ ei dabatur divinitus, et panem suum quærens cum labore. Nam cum se in spelunca inclusisset, et sibi saccum et cinerem substravisset, non prius e terra surrexit, nec cessavit flere, quam vocem angeli audiisset ei dicentem in somnis: Accepit Dominus tuam pœnitentiam, et tui est misertus; deinceps autem vide ne decipiaris. Ad te enim venient fratres quos admonuisti, et afferent ad te eulogias, quas cum acceperis, vesceris cum ipsis, et perpetuo Deo ages gratias.

Hæc ergo vobis narravi, o filli, ut humilitatem exerceatis, seu in parvis, seu in magnis esse videamini. Hoc est enim primum præceptum Servatoris, qui dicit: Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cœlorum (*Matth.* VI). Et ne decipiamini a dæmonibus, qui vobis visa et phantasias excitant; sed si quis ad vos venerit, aut frater, aut amicus, aut mulier, aut pater, aut magister, aut mater, aut soror, primum extendite manus ad orationem; et si sit phantasma, fugiet a vobis. Et si vos decipiant dæmones aut homines, vobis assentantes et laudantes, ne eis pareatis, nec mente efferamini: nam me quoque sæpe noctu sic deceperunt dæmones; et neque me sinebant orare, nec quiescere, quasdam mihi phantasias præbentes tota nocte, et mane illudentes humi procumbebant, dicentes: Condona nobis, abba, quod tibi labores præbuimus tota nocte. Ego autem dicebam illis: Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem (*Psal.* VI); ne tentetis servum Domini.

Quare vos quoque, o filii, quietem persequamini, vos semper exercentes ad contemplationem, ut puram possideatis mentem, Deum rogantes. Nam ille quoque est bonus exercitator, qui assidue in mundo exercetur, et in honestis occupatur actionibus: qui humanitatem ostendit et clementiam, hospitalitatemque et charitatem, et fecit eleemosynas, et bene facit advenientibus, et opem fert laborantibus, et permanet citra ullam offensionem. Est quidem hic quoque valde bonus; versatur enim in actione et præcepta exsequitur; sed in rebus terrenis occupatur. Ilis quidem certe præstantior est et major qui versatur in contemplatione, qui a rebus agendis se transfert ad intelligentiam, eas res aliis relinquens providendas, ipse autem et seipso abnegato, et sui oblitus, scrutatur cœlestia, Deo omnium solutus et expeditus assistens, a nulla autem alia cura retro avulsus. Qui est enim hujusmodi, una cum Deo degit, una cum Deo versatur, assiduis hymnis Deum semper celebrans.

Novi enim ego hominem in solitudine, qui decem annos cibi terreni nihil gustavit, sed ei angelus tertio quoque die cœlestem cibum ad eum afferebat, et ei in os injiciebat, isque erat ei instar cibi et potus. Scio quoque ad hunc hominem in phantasia venisse dæmones, ostendentes angelicos exercitus, et currus ignis, et multos satellites, tanquam alicujus regis venientis, et ei dicentes: In omnibus te recte et ex virtute gessisti, o homo; de cætero me adora, et tanquam Eliam te assumam. Dicebat autem apud se monachus: Adoro quotidie Regem meum et Servatorem; et si hic esset ille, non hoc a me peteret. Postquam autem ei dixit quod habebat in animo; Dominum meum et Regem habeo Deum, quem semper adoro, tu autem non es rex meus, ille protinus evanuit. Hæc autem tanquam de alio disserens, instituta vitæ suæ, et res gestas volebat celare. Qui autem una cum eo erant patres, eum dicebant hæc vidisse.

Hæc et alia multa nobis narrans beatus Joannes, et tres dies ad nonam usque disserens, nostras curavit animas. Cum autem dedisset nobis benedictiones, jussit ire in pace, nobis quoque dicta quadam prophetia: Hodie, aiebat, nuntiata est (95) Alexandriæ victoria maxime pii Theodosii, propter de medio sublatum tyrannum Eugenium, et oportet imperatorem mori morte propria, quod quidem revera ita fieri contigit. Licebat autem cernere multitudinem eorum qui cum ipso erant monachorum in ecclesia, veluti quosdam justorum choros, lucidis vestibus indutos, et hymnis assiduis Deum glorificantes.

Digitized by Google

ἀπεχούσης, καὶ τοῦ καύματος αὐτὸν θλίβοντος ἐκοπίασε· κατενόει δὲ πάντοθεν ἑαυτοῦ κύκλῳ περισκοπῶν εἶπου μοναστήριον ἀναφανείη, καὶ εἰσελθὼν ἀναπαύσηται· ὅπερ καὶ γέγονεν· ὑποδεξαμένων αὐτὸν τινων εὐλαβῶν καὶ πιστῶν ἀδελφῶν· οἳ ὡς Πατέρα γνήσιον θεασάμενοι ἔνιψαν τὴν ὄψιν αὐτοῦ καὶ τοὺς πόδας, καὶ εὐξάμενοι τράπεζαν παραθέντες, τῶν εὐρεθέντων ἠξίουν μετὰ ἀγάπης μεταλαβεῖν. Ὡς δὲ ἀνεκτήσατο, ᾔτουν σωτηρίας λόγον παρ' αὐτοῦ οἱ ἀδελφοὶ λέγεσθαι, καὶ οἵαις μεθοδίαις δύναιντο σωθῆναι ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος, καὶ πῶς τῶν αἰσχρῶν λογισμῶν περιγένωνται. Ὁ δὲ αὐτοῖς ὡς πατὴρ τέκνα νουθετῶν παρῄνει προσκαρτερεῖν ἐν τοῖς πόνοις ὀλίγον ὕστερον εἰς ἀνάπαυσιν πολλὴν μεθισταμένοις· καὶ πολλὰ ἕτερα περὶ ἀσκήσεως αὐτοῖς διαλεγόμενος λίαν ὠφέλησε. Παυσάμενος δὲ τῆς νουθεσίας, καὶ μικρὸν ἐν ἑαυτῷ γινόμενος, διελογίζετο πῶς ἄλλους νουθετῶν αὐτὸς ἀνουθέτητος ἔμεινεν. Καὶ συνιδὼν ἑαυτοῦ τὴν ἧτταν, δρομαῖος πάλιν ἐπὶ τὴν ἔρημον ἐχώρει, ἀποδυρόμενος ἑαυτὸν, καὶ λέγων, Εἰ μὴ ὅτι Κύριος ἐβοήθησέ μοι, παρὰ βραχὺ παρῴκησε τῷ ᾅδῃ ἡ ψυχή μου· καὶ, παρ' ὀλίγον ἐγενόμην ἐν παντὶ κακῷ· παρὰ μικρὸν συνετέλεσάν με ἐν τῇ γῇ, καὶ γέγονεν ἐπ' αὐτῷ τὸ εἰρημένον, Ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος ὡς πόλις ἰσχυρὰ, καὶ ὡς τεῖχος ἄπτωτον. Καὶ τότε ἐκεῖθε λοιπὸν πενθῶν διετέλει πάντα τὸν βίον, τὴν θεόθεν τράπεζαν ζημιωθείς, καὶ μετὰ καμάτου τὸν ἄρτον αὐτοῦ ποριζόμενος. Καθείρξας γὰρ ἑαυτὸν ἐν τῷ σπηλαίῳ, καὶ σάκκον καὶ σποδὸν ὑποστρώσας, οὐ πρότερον ἀνέστη χαμόθεν, οὐδὲ ἐπαύσατο ἀποδυρόμενος, ἕως φωνῆς ἀκοῦσαι ἀγγέλου λέγοντος πρὸς αὐτὸν κατ' ὄναρ· Ἐδέξατο ὁ Θεὸς τὴν μετάνοιάν σου, καὶ ἠλέησέ σου, καὶ τοῦ λοιποῦ, ὅρα μὴ ἀπατηθῇς. Ἐλεύσονται δὲ οἱ ἀδελφοὶ πρὸς σὲ, παρακαλοῦντές σε, οὓς σὺ ἐνουθέτησας, καὶ κομιοῦσί σοι εὐλογίας, ἃς ὑποδεξάμενος μεταλήψῃ σὺν αὐτοῖς, καὶ τῷ Θεῷ διαπαντὸς εὐχαριστήσεις. Ταῦτα οὖν, ὦ τέκνα, ὑμῖν ὑφηγησάμην, ἵνα τὴν ταπεινοφροσύνην πρώτην ἀσκήσητε, κἂν ἐν μεγάλοις δόξητε εἶναι. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ πρώτη τοῦ Σωτῆρος ἐντολὴ, λέγοντος· Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· καὶ ἵνα μὴ ἀπατηθῆτε ὑπὸ τῶν δαιμόνων, τὰς φαντασίας ὑμῖν ἐγειρόντων· ἀλλ' ἐάν τι; ἔλθῃ πρὸς ὑμᾶς ἀδελφὸς, ἢ φίλος, ἢ γυνὴ, ἢ πατὴρ, ἢ μήτηρ, ἢ ἀδελφὸς, ἢ διδάσκαλος, ἢ παῖς, ἢ οἰκέτης, πρῶτον εἰς προσευχὴν τὰς χεῖρας ἐκτείνατε, καὶ ἐὰν ᾖ φάντασμα, φεύξεται ἀφ' ὑμῶν· κἂν ἀπατῶσιν ὑμᾶς οἱ δαίμονες ἢ ἄνθρωποι κολακεύοντες ὑμᾶς καὶ ἐπαινοῦντες, μὴ πείθεσθε αὐτοῖς μηδὲ ἐπαίρεσθε τῇ διανοίᾳ. Κἀμὲ γὰρ οὕτως πολλάκις ἠπάτησαν οἱ δαίμονες ἐν νυκτὶ, καὶ οὔτε εὔξασθαί με, οὔτε ἀναπαύσασθαι συνεχώρουν, φαντασίας μοί τινας παρέχοντες ὅλην τὴν νύκτα· καὶ πρωῒ ἐμπαίζοντες προσέπεσάν μοι λέγοντες· Συγχώρησον ἡμῖν, ἀββᾶ, ὅτι κόπους σοι παρέσχομεν ὅλην τὴν νύκτα. Ἐγὼ δὲ εἶπον πρὸς αὐτούς· Ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργαζόμενοι τὴν ἀνομίαν. Οὐ γὰρ μὴ ἐκπειράσητε δοῦλον Κυρίου.

Ὥστε οὖν καὶ ὑμεῖς τὴν ἡσυχίαν μεταδιώξατε πρὸς τὴν θεωρίαν ἀεὶ γυμναζόμενοι, ἵνα καθαρὸν νοῦν κτήσησθε τῷ Θεῷ προσευχόμενοι. Καλὸς μὲν γὰρ κἀκεῖνος ὁ ἀσκητὴς ὁ συνεχῶς ἐν τῷ κόσμῳ γυμναζόμενος, καὶ περὶ τὰς καλὰς πράξεις ἐπασχολούμενος, ὁ τὴν φιλαδελφίαν ἐπιδεικνύμενος, καὶ τὴν φιλοξενίαν, καὶ ἀγάπην, καὶ ἐλεημοσύνας διαπραττόμενος, καὶ εὐεργετῶν τοὺς παρόντας καὶ τοῖς κάμνουσι βοηθῶν, καὶ ἀσκασδάλιστος διαμένων. Καλὸς μὲν οὗτος καὶ πάνυ καλός· πρακτικὸς γὰρ οὗτος καὶ ἐργάτης ἐστὶ τῶν ἐντολῶν, ἀλλὰ περὶ τὰ γήϊνα ἀσχολεῖται. Κρείττων γε μὴν τούτου καὶ μείζων ὁ θεωρητικὸς ἐκεῖνος ὁ ἀπὸ τῶν πρακτικῶν ἐπὶ τὴν νόησιν ἀναδραμὼν, παρεὶς ἑτέροις ταῦτα φροντίζειν, αὐτὸς δὲ καὶ ἑαυτὸν ἀπαρνησάμενος, καὶ ἑαυτοῦ λήθην ἔχων πολυπραγμονεῖ τὰ οὐράνια, εὔλυτος πάντων τῷ Θεῷ παριστάμενος, ὑπ' οὐδεμιᾶς φροντίδος ἑτέρας ὄπισθεν κατασπώμενος. Ὁ τοιοῦτος γὰρ Θεῷ συνάγει, Θεῷ συμπολιτεύεται, ἀπαύστοις ὕμνοις ἀεὶ ὑμνῶν Θεόν.

Οἶδα γὰρ ἐγὼ ἄνθρωπον ἐν τῇ ἐρήμῳ, μηδὲν γήϊνον βρῶμα ἐπὶ δέκα ἔτη γευσαμένον· ἀλλ' ἄγγελος αὐτῷ κατὰ τρεῖς ἡμέρας οὐράνιον βρῶμα ἐκόμιζεν, καὶ ἔβαλλεν αὐτοῦ εἰς τὸ στόμα, καὶ τοῦτο αὐτῷ ἀντὶ τροφῆς καὶ πότου ἐγίνετο. Καὶ οἶδα τὸν τοιοῦτον ἄνθρωπον, ὅτι ἦλθον πρὸς αὐτὸν ἐν φαντασίαις οἱ δαίμονες, ἀγγελικὰς στρατιὰς ἐπιδεικνύντες, καὶ ἅρματα πυρὸς, καὶ δορυφορία πολλὴ [*al.* δορυφορίαν πολλὴν], οἷά τε βασιλέως τινὸς ἐπιδημοῦντος, καὶ λέγοντες [*al.* λέγουτος] αὐτῷ· Κατώρθωσας πάντα, ἄνθρωπε, λοιπὸν προκύνησόν με, καὶ ὡς Ἠλίαν σε ἀναλήψομαι. Ἔλεγε δὲ ὁ μοναχὸς ἐν τῇ αὐτοῦ διανοίᾳ· Καθημέραν προσκυνῶ τῷ ἐμῷ βασιλεῖ τῷ Σωτῆρι, καὶ εἰ ἦν οὗτος ἐκεῖνος, οὐκ ἂν παρ' ἐμοῦ τοῦτο ᾔτει. Ὡς δὲ μόνον εἶπεν ἐν ἑαυτῷ τὰ τῆς διανοίας, ὅτι Ἔχω ἐγὼ τὸν ἐμὸν βασιλέα [καὶ] τὸν Θεὸν, ὃν ἀεὶ προσκυνῶ, σὺ δὲ οὐκ εἶ ἐμὸς βασιλεὺς, εὐθὺς ἄφαντος γέγονεν. Ταῦτα δὲ ὡς περὶ ἄλλου διαλεγόμενος, τὰς ἑαυτοῦ πολιτείας κρύπτειν ἠβούλετο. Οἱ δὲ συνόντες αὐτῷ Πατέρες, αὐτὸν ἔλεγον ταῦτα ἑωρακέναι.

Ταῦτα καὶ ἄλλα πάμπολλα ἡμῖν διηγούμενος ὁ μακάριος Ἰωάννης ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ἕως ἐννάτης ὥρας διαλεγόμενος, τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐθεράπευε. Δοὺς δὲ ἡμῖν εὐλογίας, ἐν εἰρήνῃ πορευθῆναι προσέταξεν· εἰπὼν ἡμῖν καὶ προφητείαν τινά· ὅτι σήμερον τὰ ἐπινίκια τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως Θεοδοσίου εἰς τὴν Ἀλεξάνδρειαν εἰσεληλύθασιν, κατὰ τῆς τοῦ τυράννου Εὐγενίου ἀναιρέσεως· καὶ ὅτι δεῖ τὸν βασιλέα οἰκείῳ θανάτῳ τελευτῆσαι· ἅπερ συνέβη κατὰ ἀλήθειαν οὕτως γενέσθαι.

Ἦν δὲ ἰδεῖν τὸ πλῆθος τῶν συνόντων αὐτῷ μοναχῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, οἱονεὶ χορούς τινας δικαίων λαμπροφοροῦντας, καὶ ἀπαύστοις ὕμνοις τὸν Θεὸν δοξάζοντας.

Digitized by Google

Ὡς δὲ πολλοὺς καὶ ἄλλους Πατέρας ἐθεασάμεθα, ἔφασαν ἀδελφοὶ ἀπαγγέλλοντες ἡμῖν τετελειῶσθαι τὸν μακάριον Ἰωάννην θαυμαστόν τινα τρόπον· ἐντειλάμενος γὰρ ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας μηδένα συγχωρεῖν πρὸς αὐτὸν ἀνιέναι, κλίνας τὰ γόνατα εἰς προσευχὴν ἐτελειώθη, ἀπελθὼν πρὸς Θεόν. ὯΙ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A

ΚΕΦΑΛ. ΜΖ'.

Περὶ Ποιμενίης.

Οὗτος καὶ τῇ δούλῃ τοῦ Χριστοῦ Ποιμενίῃ παραβαλούσῃ αὐτῷ ἱστορίας χάριν, οὐ συντετύχηκε μὲν αὐτῇ κατὰ πρόσωπον, ἐδήλωσεν δὲ αὐτῇ τινα, καὶ τῶν ἀπορρήτων, παρήγγειλεν δὲ αὐτῇ κατερχομένῃ ἀπὸ Θηβαΐδος μὴ ἐκνεῦσαι ἐπὶ Ἀλεξάνδρειαν, ἐπεὶ πειρασμοῖς ἔχει περιπεσεῖν. Ἡ δὲ, ἡ παραλογισαμένη τοῦ μεγάλου τὴν πρόρρησιν, ἡ ἐπιλαθομένη, ἐξένευσεν ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἱστορίας χάριν, τάχα θέλουσα ἰδεῖν τὴν πόλιν. Κατὰ δὲ τὴν ὁδὸν πλησίον Νικιοῦς τῆς πόλεως παρέλαβεν αὐτῆς τὰ πλοῖα ἀναπαύσεως χάριν. Ἐξελθόντες οὖν οἱ παῖδες ἐξ ἀταξίας τινὸς συνέβαλον μάχην μετὰ τῶν ἐπιχωρίων ἀνδρῶν ἀπονενοημένων· οἵ τινες ἑνὸς μὲν εὐνούχου δάκτυλον ἀπέκοψαν, ἄλλον δὲ ἐφόνευσαν· Διονύσιον δὲ τὸν ἅγιον ἐπίσκοπον καὶ εἰς τὸν ποταμὸν ἔβαψαν ὅμως ἀγνοήσαντες· κἀκείνην αὐτὴν ἔπλυναν λοιδορίαις καὶ ἐφόβησαν ἀπειλαῖς, τοὺς λοιποὺς παῖδας πάντας τραυματίσαντες.

B

ΚΕΦΑΛΑ. ΜΗ'.

Περὶ ἁββᾶ Ἀμμωνᾶ.

Ἐθεασάμεθα ἐν Θηβαΐδι καὶ ἕτερον ἄνδρα ὀνόματι Ἀμμωνᾶν, Πατέρα μοναχῶν ὡσεὶ τρεῖς χιλιάδας· οὓς καὶ Ταβεννησιώτας ὠνόμαζον, μεγάλην ἔχοντας πολιτείαν, καὶ μηλωτὰς φοροῦντας, καὶ κεκαλυμμένῳ προσώπῳ ἐσθίοντας, κάτω νεύοντας, μήτις τὸν πλησίον θεάσηται ἐσθίοντα, καὶ σιωπὴν ἀσκοῦντας πολλὴν, ὡς δοκεῖ ἐν ἐρημίαις εἶναι, ἑκάστου τὴν ἑαυτοῦ πολιτείαν κρύφα ἐκτελοῦντος, μόνον δὲ σχήματι καθημένους ἐπὶ τὴν τράπεζαν, καὶ δοκεῖν ἐσθίειν, πειρωμένους δὲ λανθάνειν ἀλλήλους. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῶν ἅπαξ ἢ δεύτερον τῷ στόματι τὴν χεῖρα προσήγαγον, ἄρτου ἢ ἐλαίων, ἤ τινος τῶν παρακειμένων ἁψάμενοι, καὶ ἑκάστου προσφαγίου ἅπαξ γευόμενοι, ἠρκοῦντο τῇ τροφῇ ταύτῃ. Ἄλλοι δὲ τὸν ἄρτον ἠρέμα μαστώμενοι ἀπροσποιήτως τε τῶν ἄλλων ἐχόντες, οὕτως ἐνεκαρτέρουν. Ἄλλοι δὲ τοῦ ζωμοῦ μόνου τρίτον ἐγεύοντο, ἐνεκρατεύοντο δὲ τῶν ἄλλων. Ἅπερ πάντα κατὰ λόγον θαυμάσας οὐ παρῆκα τὴν ἐκ τούτων ὠφέλειαν.

C

ΚΕΦΑΛ. ΜΘ'.

Περὶ τοῦ ἁββᾶ Βῆ.

Ἴδομεν δὲ καὶ ἄλλον πρεσβύτην πραότητι πάντας ἀνθρώπους ὑπερβαλλόμενον, ἁββᾶ Βῆ ὀνόματι. Οὗ διεβεβαιοῦντο οἱ περὶ αὐτὸν ἀδελφοὶ, μηδέ ποτε ὀμόσαι, μηδὲ ψεύσασθαι, μηδὲ ὀργισθῆναι κατά τινος, μηδὲ ἐπιπλῆξαι λόγῳ τινὶ πώποτε. Ἦν γὰρ ὁ βίος αὐτοῦ λίαν ἡσύχιος, καὶ ὁ τρόπος ἐπιεικὴς, ἀγγελικὴν κατάστασιν ἔχοντος. Ἦν καὶ ταπεινόφρων ἄγαν, καὶ ἑαυτὸν εὐτελίζων. Πολλὰ γὰρ αὐτὸν ἡμῶν παρακαλούντων εἰπεῖν πρὸς ἡμᾶς προτρεπτικόν τινα λόγον, μόλις ἠνέσχετο· περὶ πραότητος ἡμῖν μόνον ὀλίγα διαλεχθῆναι. Οὗτος ἱπποποτάμου ποτὲ λυμηναμένου τὴν γειτονα χώραν, ἐπιστὰς τῷ τόπῳ ὑπὸ τῶν γεωργῶν παρακληθεὶς, καὶ ἰδὼν τὸ θηρίον ἐξαίσιον μέγεθος ἔχον, παρείᾳ φωνῇ ἐνετέλλετο αὐτῷ λέγων· Παραγγέλλω σοι ὀνόματι τοῦ Χριστοῦ μηκέτι λυμηνασθαι τὴν χώραν. Ὁ δὲ, ὡς ὑπὸ ἀγγέλου ἀπελασθεὶς τοῦ τόπου, παντάπασιν ἀφανὴς γέγονεν. Οὕτω καὶ χροκόδειλον ἀπεδίωξεν ἄλλοτε.

D

ΚΕΦΑΛ. Ν'.

Περὶ τοῦ ἁββᾶ Θέωνος.

Ἴδομεν δὲ καὶ ἄλλον οὐ μακρὰν τῆς πόλεως ἐπὶ τὴν ἔρημον, ὀνόματι Θεωνᾶν, ἄνδρα ἅγιον, ἐν οἰκίσκῳ κατὰ μόνας ἐγκεκλεισμένον, ἐπὶ τριακονταετῆ χρόνον σιωπὴν ἀσκήσαντα· ὃς πλείστας δυνάμεις ἐπιτελῶν, ὡς προφήτης παρ' αὐτοῖς ἐνομίζετο. Ἐξήρχετο γὰρ πρὸς αὐτὸν ἡμέριον τὸ πλῆθος τῶν ἀσθενούντων. Καὶ διὰ θυρίδος ἐπιτεθεὶς αὐτοῖς τὰς χεῖρας ὑγιεῖς ἀπέπεμπεν. Ἦν δὲ ἰδεῖν αὐτὸν πρόσωπον ἀγγέλου ἔχοντα, χαροποιὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ πολλῆς χάριτος ὅλον μεστόν. Ὅς οὐ πρὸ πολλοῦ τινος χρόνου ληστῶν αὐτῷ ἐπελθόντων νυκτὸς μακρόθεν, οἰηθέντων χρυσίον παρ' αὐτῷ εὑρήσειν, καὶ βουλομένων αὐτὸν ἀναιρεῖν, ηὔξατο, καὶ ἀκίνητοι παρὰ τὰς θύρας ἄχρι πρωῒ ἔμειναν. Παραγενομένων δὲ πρὸς αὐτὸν τῶν ὄχλων, καὶ πυρὶ παραδοῦναι νοουμένων, ἀναγκασθεὶς ἕνα πρὸς αὐτοὺς ἀπεφθέγξατο λόγον· Ἄφετε τούτους ὑγιεῖς ἀπελθεῖν· εἰ δὲ μὴ, ἡ χάρις τῶν ἰαμάτων ἀπ' ἐμοῦ φεύξεται. Οἱ δὲ ἤκουσαν αὐτοῦ. Οὐδὲ γὰρ ἀντειπεῖν ἐτόλμων. Καὶ ἦσαν εὐθὺς οἱ λῃσταὶ ἐν τοῖς πέριξ μοναστηρίοις σὺν τοῖς μοναχοῖς μεταβαλόντες τὸν τρόπον, καὶ ἐπὶ τοῖς πεπραγμένοις μετανοοῦντες. Πεπαίδευτο δὲ ὁ ἀνὴρ τριπλῇ τῶν λέξεων χάριτι ἔν τε Ἑλληνικοῖς, καὶ Ῥωμαϊκοῖς, καὶ Αἰγυπτιακοῖς ἀναγνώσμασι, καθὼς παρὰ πολλῶν καὶ παρ' αὐτοῦ ἐκείνου ἐμάθομεν. Ἐπιγνοὺς γὰρ ἡμᾶς ξένους ὄντας, γράψας ἐν πινακιδίῳ τῷ Θεῷ ἐφ' ἡμῖν εὐχαρίστησεν. Ἤσθιεν δὲ τῶν σπερμάτων τὰ ἄνευθα. Ἐξῆει δὲ, ὥς φασι, νύκτωρ τοῦ κελλίου, καὶ ἀγρίοις θηρίοις συνηγελάζετο, καὶ ἐξ οὗ εἶχεν ὕδατος αὐτὰ ἐπότιζεν. Ἦν γὰρ ἰδεῖν ἴχνη βουβάλων καὶ ὀνάγρων καὶ δορκάδων τινῶν περὶ τὴν μονὴν αὐτοῦ οἷς ἀεὶ προσετέρπετο.

ΚΕΦΑΛ. ΝΑ'.

Περὶ τοῦ ἁββᾶ Ἠλία.

Ἴδομεν δὲ καὶ ἕτερον πρεσβύτερον τῆς Ἀντινόου μητροπόλεως τῆς Θηβαΐδος ἑκατὸν δέκα ἐτῶν λοιπὸν ὄντα· ἐφ' ὃν ἐλέγετο τοῦ προφήτου Ἠλίου πνεῦμα ἀναπεπαῦσθαι. Διαβόητος γὰρ ἦν οὗτος, ἐν τῇ φοβερᾷ ἐκείνῃ ἐρήμῳ ἑβδομήκοντα ἔτη ποιήσας. Οὐ δύναται δὲ λόγος ἐπάξιος τὴν τραχεῖαν ἐκείνην ἔρημον διηγήσασθαι τῆς ἐν τῷ ὄρει, ἐν ᾧ ἐκεῖνος ἐκαθέζετο, μηδέποτε κατελθὼν εἰς τὴν οἰκουμένην. Ἄτραπος δὲ στενή τις ἦν τῶν πρὸς αὐτὸν ἀπιόντων, ὡς μόλις ἐπιβαίνειν τοῖς ἴχνεσι τοὺς ἀφικνουμένους, ἔνθεν κἀκεῖθεν λίθων ἀγρίων παρακειμένων. Ἦν δὲ καθήμενος ὑπὸ πέτραν τινὰ εἰς

Digitized by Google

Postquam autem multos quoque alios Patres vidimus, venerunt fratres nobis annuntiantes consummatum esse beatum Joannem modo quodam admirabili : nam cum jussisset ut tres dies neminem sinerent ad se venire, genibus flexis ad orationem, consummatus est, ad Deum veniens, cui gloria in sæcula.

CAPUT XLVII.

De Pœmenia.

Is quoque cum Christi ancilla Pœmenia, quæ ad eum videndum accesserat, non est quidem colloc-utus, significavit autem ei quoque quædam arcana. Ei autem præcepit, dicens : Descendens a Thebaide, ne deflectas Alexandriam, quandoquidem futurum est ut cadas in tentationes. Ea autem magni Joannis prædictionem vel nihili ducens, vel ejus oblita, deflexit Alexandriam, ut videret civitatem. In itinere autem prope urbem Niciæ, ad eam accesserunt naves ejus quiescendi gratia. Egressi autem famuli ex quadam insolentia cum illius loci habitatoribus, amentibus et profligatis hominibus, manus conseruerunt : qui quidem unius quidem eunuchi digitum secuerunt, alium autem occiderunt, Dionysium autem sanctissimum episcopum in fluvium ignorantes projecerunt, et illam ipsam conviciis et maledictis impetierunt, et reliquos omnes servos sauciarunt.

CAPUT XLVIII.

Vita abbatis Ammonæ (96), *et eorum qui cum ipso erant.*

Vidimus autem alium quoque virum Thebaide, nomine Ammonam (*Ruff., l.* II, *cap.* 3), Patrem ter mille monachorum : quos etiam nominabat Tabennesiotas, qui habebant magnum vitæ agendæ institutum, ut qui et ovillas pelles ferrent, et vultu tecto comederent, et se deorsum inclinantes, ne quis proximum comedentem aspiceret; et tantum exercerent silentium, ut viderentur esse in solitudine, unoquoque occulte peragente suum vitæ institutum ; solum autem specie quadam in mensa sederent, conantes se invicem latere. Aliqui enim ex his semel vel bis manum ori admovebat, tangentes panem vel oleum, vel aliquid ex iis quæ erant apposita, et cum de unoquoque obsonio semel gustassent, contenti erant hoc alimento ; alii autem panem sensim mandentes, alia autem accipientes citra simulationem, sic perseverabant; alii autem jusculum ter tantum degustabant, a reliquis autem abstinebant. Quæ cum, ut erat consentaneum, essem admiratus, non prætermisi eam quæ ex eis capitur utilitatem.

CAPUT XLIX.

De abbate Be (97).

Vidimus autem alium quoque senem, qui lenitate superabat omnes homines, nomine abbatem Be (*Ruffin., l.* II, *cap.* 4) : de quo affirmabant fratres qui apud ipsum versabantur, eum nunquam jurasse, nunquam de aliquo mentitum esse, neque aliquo verbo increpasse, neque iratum fuisse; erat enim ejus vita valde quieta, et mores mansueti, ut qui statum haberet angelicum ; erat autem valde quoque humilis, et seipsum vilipendens. Cum nos autem multum regaremus, ut adhortatorium nobis sermonem diceret, vix in animum induxit ut nobis pauca dissereret de mansuetudine. Is, cum hippopotamus aliquando vastaret vicinam regionem, stans prope fluvium, rogatus ab agricolis, visa bellua ingentis magnitudinis, ei præcepit, dicens : Denuntio tibi in nomine Jesu Christi, ne amplius vastes hanc regionem. Illa autem tanquam ab angelo loco pulsa, omnino evanuit. Sic etiam aliquando abegit crocodilum.

CAPUT L.

De abbate Theona (98).

Vidimus etiam alium non procul a civitate, in solitudine, nomine Theona, virum sanctum, in domuncula seorsum inclusum, qui tempore triginta annorum silentium exercuerat (*Ruff., lib.* II, *cap.* 6). Is cum plurimas virtutes perageret, habebatur ab eis pro propheta. Exibat enim ad ipsum per dies singulos multitudo ægrotantium, quibus manus imponens per fenestram, dimittebat eos abire salvos. Licebat enim videre ipsum habentem vultum angeli, ætis oculis, et totum plenum maxima gratia. Is, cum non multo ante tempore latrones eum noctu invasissent, existimantes se multum auri apud eum inventuros, et vellent eum occidere, precatus est, et manserunt immobiles ad portas ejus usque ad matutinum. Cum turbæ autem mane ad eum accessissent, et eos igni mandare in animo haberent, unum tantum verbum ad eos est locutus : Sinite eos abire sanos ; sin minus, a me fugiet gratia curationum. Hi vero ipsum audierunt ; non audebant enim contra eum dicere, et protinus abiere latrones ad ea quæ erant circumcirca monasteria, mutati moribus, et de iis quæ fecerant ducti pœnitentia. Erat autem vir eruditus in triplici gratia sermonum, in scriptis Romanis, Græcis, et Ægyptiacis, sicut a multis et ab illo ipso audimus. Cum enim nos agnovisset esse hospites, scribens in tabella, Deo propter nos egit gratias. Comedebat autem semina non cocta. Noctu autem, ut aiunt, egrediebatur e cella, et congregabatur cum feris, et eas potabat ex ea quam habebat aqua. Erat enim videre vestigia bubalorum, et onagrorum, et quarumdam caprearum, circa ejus monasterium, quibus semper delectabatur.

CAPUT LI.

De abbate Elia (99).

Vidimus autem alium quoque senem in solitudine Antinoi, quæ est metropolis Thebaidis, Eliam nomine, qui natus erat centum et decem annos (*Ruff., lib.* II, *cap.* 12). Super eum dicebant spiritum Eliæ prophetæ requievisse; erat enim valde celebratus, ut qui in terribili illa solitudine egisset septuaginta annos. Non potest autem oratio pro dignitate narrare asperam illam solitudinem, quæ est in monte in quo ille sedebat, nunquam descendens in eam quæ habitatur regionem. Est enim quædam semita eorum qui ad ipsum accedunt ejusmodi, ut vix possint insistere vestigiis ii qui accedunt, hinc et inde lapidibus asperis obvallata. Erat autem sedens sub quadam petra

Digitized by Google

in spelunca, adeo ut ipsum quoque videre esset formidabile. Tremebat autem jam totus, ut quem senectus opprimeret. Multa autem signa quotidie peragebat, nec cessabat mederi ægrotantibus. Dicebant autem qui apud ipsum erant Patres, neminem meminisse ejus ascensus in montem. Comedebat autem in senectute tres uncias panis, et tres oleas vespere. In juventute autem semper semel comedebat in hebdomada.

CAPUT LII.

Vita abbatis Apollo (100).

Vidimus autem alium quoque virum sanctum in Thebaide, in finibus Hermopolis (*Ruff., l.* II, *cap.* 7) : in quam Servator venit cum sancta Maria et Joseph, implens prophetiam Isaiæ, quæ dicit : Ecce Dominus sedet super nubem levem, et veniet in Ægyptum ; et quatientur manufacta Ægypti a facie ejus, et cadent in terram (*Isaiæ* XIX). Vidimus enim illic quoque templum, in quo, ingresso urbem Servatore, ceciderunt omnia simulacra in faciem super terram. Vidimus autem illic in solitudine virum, Apollo nomine, qui monasteria habebat super montem. Erat enim pater monachorum circiter quingentorum, qui erat valde clarus et celebratus in Thebaide ; erantque ejus magna opera, et magnas virtutes per eum faciebat Dominus, et plurima signa et admirabilia per eum efficiebantur. Hic enim cum a pueritia multam ostendisset exercitationem, in perfecta ætate talem est consecutus gratiam. Cum enim esset octogenarius, sibi magnum congregavit monasterium virorum perfectorum, qui poterant omnes fere signa efficere. Is cum quindecim annos natus a mundo secessisset, et quadraginta annos in solitudine transegisset, et in ea omnem virtutem exercuisset : visus est postea audire Dei vocem, dicentis ei : Apollo, Apollo, per te sapientium in Ægypto, et prudentiam gentium prudentium abolebo. Perdes autem mihi cum eis etiam sapientes Babylonis, et de medio tolles omnem cultum dæmoniacum ; et nunc vade in eam quæ habitatur regionem ; generabis enim mihi populum peculiarem, æmulatorem bonorum operum. Is autem respondens, dixit : Aufer a me, Domine, arrogantiam, ne forte elatus supra fraternitatem, priver omni bono opere (*Tit.* II). Ei autem rursus dixit vox divina : Mitte manum tuam super collum tuum, et deinde comprehendes, et infodies arena. Is autem cum statim manum misisset super collum, apprehendit parvum Æthiopem, et eum infodit in arena clamantem et dicentem : Ego sum dæmon superbiæ. Et rursus facta est vox ad eum, dicens : Vade, quoniam quod a Deo petieris, accipies. Is autem cum primum hoc audisset, profectus est in eam quæ habitatur regionem, tempore Juliani tyranni, et tunc venit in propinquam solitudinem.

Cum quamdam autem parvam occupasset speluncam, manebat subter montem. Ejus autem opus erat, toto diurno spatio preces edere ; noctu quidem centies, interdiu autem toties, flexis genibus. Ejus autem alimentum tunc quoque sicut prius, admirabili et præter opinionem ratione a Deo suppediatur. Ei enim in solitudine per angelum afferebatur nutrimentum. Ejus autem indumentum erat lebiton, quod nonnulli colobium appellant, et parvum linteum in ejus capite. Hæc enim ei manebant in solitudine, nec veterascebant. Erat autem in solitudine propinqua terræ quæ habitatur, faciens signa et virtutes admirabiles in virtute Spiritus : quas propter miraculi insignem magnitudinem nemo potest omnes dicere, sicut audivimus a senibus qui cum eo versabantur, qui ipsi quoque erant viri perfecti, et præerant multis fratribus. Fuit itaque protinus clarus ac celebratus, tanquam novus aliquis propheta vel apostolus, qui venisset nostro sæculo ; et cum magna fama de eo sparsa esset, omnes qui circumcirca dispersi habitabant monachi, semper ad eum veniebant, et tanquam patri germano, dona suas offerebant animas. Is autem alios quidem hortabatur ad contemplationem ; alios vero instituebat, ut persequerentur virtutem, quæ versatur in actione, primum ostendens opere ea quæ ipsos facere admonebat sermone. Sæpe enim eis ostendens exercitationem, Dominica solum cum eis versabatur : ipse quidem non amplius sumens, quam olera quæ sua sponte nascuntur in terra ; non panem interim vel legumen, non ex fructibus arborum aliquid comedens, nec quæcunque igni admota veniunt in usus hominum.

Cum autem tempore Juliani aliquando audiisset fratrem in exercitu captum vinctum teneri in custodia, accessit ad eum cum fraternitate, rogans eum et admonens, ut esset fortis et constans in laboribus, et despiceret pericula sibi imminentia. Dicit enim esse sibi tempus certaminum, ut tunc quoque mens ejus probetur insultu tentationum. Postquam autem his verbis ejus animum confirmavit, adveniens tribunus, qui quodam sceleris ferebatur impetu, cum quidam ei de ipsis significasset, clausis portis custodiæ, et ipsum et omnes qui cum eo erant monachos inclusit, tanquam futuros aptos ad militiam ; et cum eis quot satis essent custodes constituisset, domum rediit, nec auditione quidem ab eis rogari sustinens. Media autem nocte, lampadem ferens angelus apparet custodibus, lumine illustrans omnes qui erant in carcere, adeo ut præ stupore hiantes starent custodes. Qui cum surrexissent, eos rogarunt ut omnes abirent, eis apertis januis ; fatebantur enim esse satius pro iis mori, quam quæ ad eos divinitus venisset libertatem qui citra rationem detinebantur despicere. Tribunus itaque cum magistratibus mane veniens in custodiam, contendebat ut viri egrederentur e civitate ; dicebat enim domum suam cecidisse terræ motu, et e suis servis optimos oppressos fuisse. Ii autem hæc audientes, Deo gratias agentes, abierunt in solitudinem, erantque omnes simul, ut dicit Apostolus, habentes cor unum et unam animam (*Act.* IV).

Docebat autem quotidie ornari virtutibus, et machinas diaboli in cogitationibus in principio protinus

Digitized by Google

σπήλαιον, ὥστε καὶ τὸ ἰδεῖν αὐτὸν λίαν ἦν φοβερόν. Ἔτρεμε δὲ λοιπὸν ὅλος ὑπὸ τοῦ γήρως συνεχόμενος. Πολλὰ δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν σημεῖα ἐπιτελῶν, καὶ ἰώμενος τοὺς κάμνοντας οὐκ ἐπαύετο. Ἔλεγον δὲ περὶ αὐτοῦ οἱ Πατέρες, ὅτι οὐδεὶς μέμνηται τὴν αὐτοῦ ἐν τῷ ὄρει γεγενημένην ἄνοδον. Ἤσθιεν δὲ ἐν τῷ γήρει τρεῖς οὐγγίας ἄρτου εἰς ἑσπέραν, καὶ τρεῖς ἐλαίας. Ἐν νεότητι δὲ ἀεὶ δι' ἑβδομάδος ἐσθίων ἄπαξ διετέλει.

ΚΕΦΑΛ. ΝΒ'.

Περὶ τοῦ ἁββᾶ Ἀπολλῶ.

Ἐθεασάμεθα δὲ καὶ ἕτερον ἄνδρα ἅγιον ὀνόματι Ἀπολλῶ, ἐν Θηβαΐδι, ἐν ὁρίοις Ἑρμουπόλεως· ἐν ᾗ ὁ Σωτὴρ μετὰ τῆς παρθένου Μαρίας καὶ τοῦ δικαίου Ἰωσὴφ παρεγένετο, Ἡσαΐου τὴν προφητείαν ἀναπληρῶν, λέγοντος· Ἰδοὺ Κύριος κάθηται ἐπὶ νεφέλης κούφης, καὶ ἥξει εἰς Αἴγυπτον, καὶ σεισθήσονται χειροποίητα Αἰγύπτου ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, καὶ πεσοῦνται ἐπὶ τὴν γῆν. Ἴδομεν ἐκεῖ καὶ τὸν ναὸν ἔνθα, εἰσελθόντος τοῦ Σωτῆρος ἐν τῇ πόλει, τὰ εἴδωλα πάντα κατέπεσεν ἐπὶ πρόσωπον εἰς τὴν γῆν. Ἴδομεν οὖν τὸν ἄνδρα τοῦτον ἐν τῇ ἐρήμῳ ὑπὸ τὸ ὄρος ἔχοντα μοναστήριον, Πατέρα ὡς πεντακοσίων μοναχῶν· ὃς διαβόητος ἐν Θηβαΐδι· καὶ ἔργα μεγάλα ἦν αὐτῷ, καὶ δυνάμεις μεγάλας ἐποίει δι' αὐτοῦ ὁ Κύριος. Σημεῖα δὲ πάνυ πολλὰ δι' αὐτοῦ ἐπετελοῦντο. Οὗτος γὰρ ἐκ παιδόθεν πολλὴν ἄσκησιν ἐνδειξάμενος, ἐν τῷ τέλει τῆς ἡλικίας τοσαύτης ἔτυχε χάριτος. Ὀγδοηκοστοῦ γὰρ ὢν ἔτους μέγα μοναστήριον ἑαυτῷ συνεκρότησεν τελείων ἀνδρῶν πεντακοσίων δυναμένων σχεδὸν πάντων σημεῖα ἐπιτελεῖν. Οὗτος δεκαπέντε ἐτῶν ἀναχωρήσας τοῦ κόσμου καὶ τεσσαράκοντα ἔτη ἐν τῇ ἐρήμῳ διατελέσας, πᾶσαν ἀρετὴν ἀκριβῶς ἐξασκήσας, ὕστερον φωνῆς ἀκούειν ἔδοξε τοῦ Θεοῦ, πρὸς αὐτὸν λέγοντος· Ἀπολλῶ, Ἀπολλῶ, διὰ σοῦ τὴν σοφίαν τῶν Αἰγυπτίων καὶ τὴν σύνεσιν τῶν συνετῶν ἐθνῶν ἀθετήσω. Ἀπολεῖς δέ μοι σὺν αὐτοῖς καὶ τοὺς σοφοὺς Βαβυλῶνος, καὶ πᾶσαν τὴν δαιμονικὴν λατρείαν ἐξαφανίσεις. Καὶ νῦν πορεύου εἰς τὴν οἰκουμένην. Γεννήσεις γάρ μοι λαὸν περιούσιον ζηλωτὴν καλῶν ἔργων. Ὁ δὲ ἀποκριθεὶς εἶπεν, Ἄφελε ἀπ' ἐμοῦ, Δέσποτα, τὴν ἀλαζονίαν, μή πως ὑπεραρθεὶς ὑπὲρ τὴν ἀδελφότητα, τὸ πᾶν ἀγαθὸν ζημιωθῶ. Εἶπε δὲ πάλιν ἡ θεία φωνὴ πρὸς αὐτόν· Ἐπίβαλον τὴν χεῖρά σου ἐπὶ τὸν αὐχένα σου· καὶ καθέξεις, καὶ κατορύξεις αὐτὴν ἐν τῇ ἄμμῳ. Ὁ δὲ ταχέως τὴν χεῖρα ἐπὶ τὸν αὐχένα ἐπιβαλὼν, ἐδράξατο Αἰθίοπος μικροῦ· καὶ κατέχωσεν αὐτὸν ἐν τῇ ἄμμῳ, βοῶντα καὶ λέγοντα· Ἐγώ εἰμι ὁ τῆς ὑπερηφανίας δαίμων. Καὶ πάλιν φωνὴ ἐγένετο πρὸς αὐτὸν, λέγουσα· Πορεύου, ὅτι πᾶν ὃ ἐὰν αἰτήσῃ παρὰ τοῦ Θεοῦ λήψῃ. Ὁ δὲ εὐθὺς ἀκούσας εἰς τὴν οἰκουμένην ἐξώρμησε, κατὰ τὸν καιρὸν Ἰουλιανοῦ τοῦ τυράννου, καὶ παραβάλλει τέως ἐν τῇ πλησίον ἐρήμῳ.

Σπήλαιον δέ τι μικρὸν καταλαβὼν, ἐκεῖ κατέμενεν ὑπὸ τὸ ὄρος. Τὸ δὲ ἔργον αὐτοῦ ἦν τὸ πᾶν, ἡμερίους εὐχὰς ἀποδοῦναι τῷ Θεῷ, ἑκατοντάκις μὲν ἐν νυκτὶ, τοσαυτάκις δὲ ἐν τῇ ἡμέρᾳ, κάμπτοντος τὰ γόνατα. Ἡ τροφὴ δὲ αὐτοῦ τέως καθάπερ πρῶτον παρὰ Θεοῦ ἐξ ἀμηχανίας ἐχορηγεῖτο. Ἐν τῇ ἐρήμῳ γὰρ αὐτῷ ἡ τροφὴ παρ' ἀγγέλου ἐκομίζετο. Τὸ δὲ ἔνδυμα ἦν αὐτῷ ὁ λεβιτὼν, ὅνπερ τινὲς κολόβιον προσαγορεύουσι, καὶ λέντιον μικρὸν ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. Ταῦτα γὰρ αὐτῷ ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔμειναν μὴ παλαιουμένα. Ἦν γοῦν ἐν τῇ πλησίον τῆς οἰκουμένης ἐρήμῳ, ἐν τῇ δυνάμει διάγων τοῦ Πνεύματος, σημεῖα δὲ καὶ ἰάσεις ἐπιτελῶν θαυμαστὰς, ἃς οὐκ ἄν τις δι' ὑπερβολὴν θαύματος πάσας ἐξειπεῖν δύναται, καθὼς παρὰ τῶν συνόντων αὐτῷ πρεσβυτέρων ἠκούσαμεν, καὶ αὐτῶν τελείων ὄντων καὶ ἡγουμένων πολλῆς ἀδελφότητος. Γέγονεν οὖν εὐθὺς διαβόητος ὁ ἀνὴρ, ὡς ἂν νέος τις προφήτης καὶ ἀπόστολος τῇ ἡμετέρᾳ γενεᾷ ἐπιφοιτήσας. Φήμης δὲ πολλῆς περὶ αὐτοῦ διαδραμούσης, πάντες οἱ πέριξ σποράδην μένοντες μοναχοὶ πρὸς αὐτὸν ἀεὶ ἔφθανον, ὡς πατρὶ γνησίῳ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς δῶρα προσφέροντες. Ὁ δὲ οὓς μὲν πρὸς θεωρίαν προσεκαλεῖτο, οὓς δὲ τὴν πρακτικὴν συνεβίβαζε μετελθεῖν ἀρετήν· πρῶτον δεικνὺς ἔργῳ, ἅπερ λόγῳ ποιεῖν ἄλλους ἐνουθέτει. Πολλάκις γὰρ ἐπιδεικνύων αὐτοῖς τὴν ἄσκησιν, κατὰ Κυριακὴν μόνον μετ' αὐτῶν μετελάμβανεν· αὐτὸς μὲν, ἢ ὅσον περ τῶν λαχάνων αὐτομάτως ἐκ τῆς γῆς ἀνεφύετο, οὐκ ἄρτον, οὐκ ὄσπριον, οὐ τῶν ἐν τοῖς φυτοῖς ὀπώρων τι διαιτώμενος, οὐδ' ὅσα διὰ τοῦ πυρὸς ἔχει τὴν χρῆσιν.

Ἀκούσας δέ ποτε ἐν τοῖς Ἰουλιανοῦ καιροῖς, ὅτι ἀδελφὸς εἰς στρατείαν κρατηθεὶς ἐν φυλακῇ δεσμώτης κάθηται, παρεγένετο πρὸς αὐτὸν μετὰ τῆς ἀδελφότητος, παρακαλῶν αὐτὸν καὶ νουθετῶν καρτερεῖν ἐν τοῖς πόνοις, καὶ τοὺς ἐπερχομένους αὐτῷ κινδύνους ὑπερορᾶν. Καιρὸν γάρ φησιν εἶναι ἀγώνων αὐτῷ, τότε καὶ τὴν γνώμην αὐτοῦ τῇ τῶν πειρασμῶν προσβολῇ δοκιμάζεσθαι. Ὡς δὲ ἐπεστήριξεν αὐτοῦ τὴν ψυχὴν, τοῖς λόγοις τούτοις ἐπιστὰς ὁ χιλίαρχος ὁρμῇ τῆς κακίας φερόμενος, ἐπαγγείλαντος αὐτῷ τινος περὶ αὐτῶν, ἐπιθεὶς κλεῖθρα ταῖς θύραις τῆς φυλακῆς, αὐτόν τε καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ μοναχοὺς πάντας κατέκλεισεν, ὡς ἐπιτηδείους ἐσομένους πρὸς τὴν στρατείαν, καὶ φύλακας ἱκανοὺς αὐτοῖς καταστήσας, ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν ἀνεχώρησε, μηδὲ ἄχρι ἀκοῆς παρακληθῆναι ὑπ' αὐτῶν ἀνασχόμενος. Κατὰ δὲ τὸ μεσονύκτιον λαμπαδηφόρος ἄγγελος φαίνεται τοῖς φυλάττουσι, φωτὶ καταστράπτων πάντας ἐν τῷ οἰκήματι· ὡς ὑπ' ἐκπλήξεως ἀχανεῖς γενέσθαι τοὺς φύλακας, οἳ καὶ ἀναστάντες ἠξίουν αὐτοὺς ἀπελθεῖν ἅπαντας, τῶν θυρῶν αὐτοῖς ἀνοιχθεισῶν. Ἄμεινον γὰρ εἶναι αὐτοῖς τεθνάναι ὑπὲρ αὐτῶν ὡμολόγουν, ἢ τὴν θεόθεν ἐλθοῦσαν τοῖς ἀλόγως κατεχομένοις ἐλευθερίαν παριδεῖν. Ὁ τοίνυν χιλίαρχος, σὺν τοῖς ἄρχουσιν ἔωθεν τῇ φυλακῇ ἐπιστὰς, ἐσπούδαζεν τῆς πόλεως τοὺς ἄνδρας ἐξελθεῖν· σεισμῷ γὰρ τὸν οἶκον αὐτοῦ ἔφασκε πεπτωκέναι, καὶ τοὺς βελτίστους τῶν θεραπόντων αὐτοῦ κατειληφέναι. Οἱ δὲ ὡς ἤκουσαν, φωνὰς εὐχαριστηρίους ἀδοντες τῷ Θεῷ, ἀπῆσαν ἐπὶ τὴν ἔρημον, καὶ ἦσαν λοιπὸν ὁμοῦ πάντες κατὰ τὸν ἀποστολικὸν λόγον ἔχοντες καρδίαν καὶ ψυχὴν μίαν.

Ἐδίδασκέ τε αὐτοὺς καθ' ἡμέραν διαπρέπειν ταῖς

Digitized by Google

ὀρεταῖς, καὶ τὰς μηχανὰς τοῦ διαβόλου τὰς ἐν τοῖς λογισμοῖς παρὰ τὴν ἀρχὴν εὐθὺς ἀποκρούεσθαι. Θραυσθείσης γὰρ, φησὶ, τῆς κεφαλῆς τοῦ ὄφεως, ἅπαν τὸ σῶμα νεκρόν ἐστι. Τηρεῖν γὰρ ἡμῖν, φησὶν, ὁ Κύριος ἐντέλλεται τὴν κεφαλὴν τοῦ ὄφεως. Τοῦτο δέ ἐστιν, ἵνα μηδὲ παρὰ τὴν ἀρχὴν τοὺς φαύλους καὶ ἀπρεπεῖς λογισμοὺς διανοεῖσθαι καταδεξώμεθα, μήτε δὲ καὶ τὴν αἰσχρὰν φαντασίαν τοῦ νοὸς ἡμῶν ἀπαλεῖψαι, πειρᾶσθαι δὲ ἀλλήλους ὑπερβάλλειν ταῖς ἀρεταῖς, μή τις ἐλάττων ἐν ταῖς εὐδοκιμήσεσι ταύταις φανείη τοῦ ἑτέρου. Τεκμήριον δὲ, φησὶν, ὑμῶν ἔστω ἡ τῶν ἀρετῶν προκοπὴ, ὅταν τὴν ἀπάθειαν καὶ τὴν ἀνορεξίαν κτήσησθε. Ἀρχὴ γὰρ τῶν τοῦ Θεοῦ χαρισμάτων ἐστὶ ταῦτα. Ὅταν δὲ καὶ τῶν θαυμάτων ἐπίδειξιν παρὰ Θεοῦ κτήσηταί τις, μηδὲ ὡς ἱκανῶς ἔχων φυσιούσθω, μηδὲ ὑπεραρθήτω τῷ λογισμῷ, ὡς ἤδη τι πλέον παρὰ τοὺς ἄλλους τετιμημένος, μηδὲ ὡς ἐπιδεικνύμενος πᾶσιν ὅτι τοιαύτης ἔλαχεν χάριτος. Εἰ δὲ μὴ, φρεναπατᾷ ἑαυτὸν, συληθεὶς τὰς φρένας, καὶ τῆς χάριτος ζημιωθείς. Εἶχεν οὖν μεγάλα ταῦτα ἐν τοῖς λογισμοῖς διδάγματα· ὧν καὶ ἡμεῖς πολλάκις παρ' αὐτοῦ ὕστερον ἀκηκόαμεν. Ἐν δὲ τοῖς ἔργοις μείζονα ἐπετέλει. Πᾶν γὰρ αἴτημα αὐτῷ εὐθὺς ἐδίδοτο παρὰ τοῦ Θεοῦ αἰτουμένῳ.

Καὶ ἀποκαλύψεις δὲ ἐώρα τινάς. Εἶδε γὰρ τὸν ἑαυτοῦ πρεσβύτατον ἀδελφὸν καὶ αὐτὸν ἐν τῇ ἐρήμῳ τελειωθέντα, καὶ μείζονα πολιτείαν ἢ αὐτὸς ἐνδειξάμενον, ᾧ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ἐρήμῳ πολὺν χρόνον συνέζησε. Καθ' ὕπνον οὖν ἐφαντάζετο σύνθρονον αὐτὸν τῶν ἀποστόλων γινόμενον, καὶ τὴν κληρονομίαν τῶν ἀρετῶν αὐτῷ καταλείψαντα, καὶ ὡς ἐπρέσβευεν ὑπὲρ αὐτοῦ τὸν Θεὸν ἱκετεύων ταχείαν αὐτοῦ τὴν μετάθεσιν ποιεῖσθαι, καὶ σὺν αὐτῷ εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀναπαύεσθαι, εἰπόντος δὲ πρὸς αὐτὸν τοῦ Σωτῆρος, ἔτι μικρὸν αὐτὸν χρεωστεῖν αὐτῷ χρόνον ἐπὶ τῆς γῆς πρὸς τὴν τελείωσιν, ἄχρις ἂν τῆς πολιτείας αὐτοῦ πολλοὶ ζηλωταὶ ἔσονται. Λαὸς γὰρ αὐτῷ μέγας τῶν μοναχῶν αὐτῷ ἐμπιστευθήσεσθαι μέλλει, καὶ στρατεία τις εὐσεβὴς, ἵνα ἀξίαν τῶν καμάτων τὴν εὐδοκίμησιν οὕτω σχοίη παρὰ τῷ κρείττονι. Ταῦτα ἑώρα, ἅπερ καὶ γέγονε. Συνελθόντων γὰρ πολλῶν πάντοθεν ἐξ ἀκοῆς μοναχῶν, καὶ διὰ τῆς διδαχῆς αὐτοῦ καὶ ἀναστροφῆς πλείστων παντελῶς ἀποταξαμένων τῷ κόσμῳ, ἐγένετο συνοικία τῶν ἀδελφῶν ὁμοῦ πρὸς αὐτὸν ἐν τῷ ὄρει ἄχρι πεντακοσίων, κοινὸν τῶν βίον ἐχόντων καὶ τράπεζαν μίαν διαιτωμένων. Καὶ ἦν ἰδεῖν αὐτοὺς ἀγγελικήν τινα στρατείαν κεκοσμημένων, κόσμῳ παντὶ λευκοφορούντων, καὶ τὸ τῆς Γραφῆς ἐπὶ τούτοις πεπληρῶσθαι, λεγούσης· Εὐφράνθητι, ἔρημος· διψῶσα, ῥῆξον καὶ βόησον ἡ οὐκ ὠδίνουσα, ὅτι πολλὰ τὰ τέκνα τῆς ἐρήμου μᾶλλον ἢ τῆς ἐχούσης τὸν ἄνδρα. Πεπλήρωτο μὲν γὰρ καὶ ἐπὶ τῆς ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίας τὸ προφητικὸν τοῦτο λόγιον· τετελείωτο δὲ καὶ ἐπὶ τῆς Αἰγυπτιακῆς ἐρήμου, πλείονα τέκνα τῷ Θεῷ παριστώσης ὑπὲρ τὴν οἰκουμένην γῆν. Ποῦ γὰρ τοσαῦται ἐν ταῖς πόλεσι τῶν σωζομένων ἀγέλαι μοναχῶν, ὥσπερ ὅσαι αἱ κατ' Αἰγυπτιακὴν ἔρημον τῷ Θεῷ παριστῶσιν; ὅσοι γὰρ ἐνταῦθα λαοὶ, τοσοῦτοι ἐν ταῖς ἐρήμοις ἐκεῖ μοναχοί. Κάμοὶ δοκεῖ τὸ τοῦ Ἀποστόλου ῥητὸν καὶ ἐπ' αὐτοῖς πληροῦσθαι, λέγοντος· Ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ἐκεῖ ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. Ἐπλεόνασε γάρ ποτε ἐν τῇ Αἰγύπτῳ πολλή τις καὶ ἄσεμνος εἰδωλολατρεία, ὡς ἐν οὐδενὶ ἔθνει. Κύνας γὰρ καὶ πιθήκους, καὶ ἄλλα τινὰ ἐθεράπευον· καὶ σκόροδα, καὶ κρόμμυα καὶ πολλὰ τῶν εὐτελῶν λαχάνων, θεοὺς ἐνόμιζον· ὡς αὐτοῦ τοῦ ἁγίου Ἀπολλῶς ἤκουσα διηγουμένου περὶ αὐτῶν, καὶ τῆς προτέρας πολυθεΐας τὴν αἰτίαν ἀπαγγέλλοντος. Τὸν μὲν γὰρ βοῦν, φασὶν, ἐθεοποιοῦντο οἱ τὸ πρὶν παροικοῦντες ἡμῖν Ἕλληνες, ἐπειδὴ δι' αὐτοῦ τὴν γεωργίαν ἐπιτελοῦντες τὴν τροφὴν ἐκομίζοντο, τὸ δὲ ὕδωρ τοῦ Νείλου, ὃς τὰς χώρας πάσας ἠρδευεν. Ἐσέβοντο δὲ καὶ τὴν γῆν ὡς εὐφορωτάτην οὖσαν παρὰ τὰς ἄλλας χώρας· τά τε λοιπὰ βδελύγματα, κύνας τε καὶ πιθήκους καὶ πᾶσαν τὴν λοιπὴν ἀπρέπειαν τῶν ζώων τε καὶ λαχάνων ἐθεράπευον καθ' ὅτι πρόφασις αὐτοῖς καὶ περὶ ταῦτα γέγονε σωτηρίας ἐν τῷ καιρῷ τοῦ Φαραὼ τοὺς ἀνθρώπους ἀπασχολῆσαι, ἡνίκα ἐκεῖνος Ἰσραὴλ διώκων κατεποντίσθη. Ἕκαστος γὰρ περὶ οὗ ἠσχολήθη μὴ ἐξακολουθήσας τῷ Φαραὼ, τοῦτο ἐθεοποίησε, λέγων, Τοῦτό μοι Θεὸς γέγονε σήμερον, διὸ οὐ συναπωλόμην τῷ Φαραώ. Ταῦτα μὲν ἐν λόγοις εἶχεν ὁ ἅγιος Ἀπολλῶς.

Πρὸ δὲ τῶν λόγων, ἅπερ ἐν τοῖς ἔργοις ἐκέκτητο χρὴ γράψαι. Ἦσαν γὰρ αὐτῷ ποτε Ἕλληνες παροικοῦντες κατὰ πάντας τοὺς τόπους, καὶ κῶμαι δὲ μᾶλλον αἱ πλησίον αὐτοῦ τὴν δαιμονικὴν πλάνην ἐσέβοντο. Ναὸς δὲ ἦν μέγιστος ἐν μιᾷ τῶν κωμῶν, καὶ εἴδωλον ἐν αὐτῷ ἐπιφανέστατον. Ξύλινον δὲ ἄρα τὸ ξόανον τοῦτο ἦν. Ἐπόμπευον δὲ περιφέροντες αὐτὸ κατὰ τὰς κώμας οἱ μιαροὶ ἱερεῖς, βακχεύοντες μετὰ τοῦ πλήθους· ὡς καὶ ὑπὲρ τοῦ ποταμιαίου ὕδατος τὴν τελετὴν ἀποδόντες. Συνέβη δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἐκεῖθεν παριέναι τὸν ἅγιον Ἀπολλῶ, ἅμα τισὶν ὀλίγοις ἀδελφοῖς. Ὡς δὲ ἴδε τὸ πλῆθος ἐξαίφνης δαιμονιωδῶς κατὰ τὴν χώραν μαινόμενον, κάμψας τὰ γόνατα τῷ Σωτῆρι πάντας ἐξαίφνης τοὺς Ἕλληνας ἀκινήτους ἐποίησεν. Ὡς δὲ προελθεῖν ἐκείνου τοῦ τόπου οὐκ ἠδύναντο, ἄλλος τὸν ἄλλον ὠθοῦντες, ἐφρύγοντο τῷ καύματι πανημέριοι, τὸ συμβὰν αὐτοῖς ἀποροῦντες πόθεν γεγένηται. Τότε οἱ ἱερεῖς αὐτῶν ἔφασκον, Χριστιανόν τινα εἶναι ἐν τοῖς ὁρίοις αὐτῶν καταμένοντα εἰς τὴν ἔρημον, καὶ ταῦτα αὐτοῖς ἐνεργοῦντα. Τὸν Ἀπολλῶ ἔφασκον, καὶ δεῖν αὐτὸν ἱκετεύειν, ἵνα μὴ κινδυνεύσωσιν· ὡς δὲ οἱ πόρρωθεν προσοικοῦντες τὰς φωνὰς καὶ τὸν θρύλλον ἀκούσαντες παρεγένοντο, καὶ, Τί, φασὶ, τὸ συμβὰν ὑμῖν ἐξαπίνης, ἢ πόθεν γέγονεν; Οἱ δὲ οὐκ εἰδέναι ἔφασκον, πλὴν ἐν ὑποψίαις εἶναι περὶ τοῦ ἀνδρὸς λέγοντος ὡς δεῖ ἐξιλεοῦσθαι ἐκεῖνον. Οἱ δὲ καὶ ἐμαρτύρουν, ὡς θεασάμενοι αὐτὸν παριόντα· καὶ ὡς ἠξίουν αὐτοὺς ταχείαν γενέσθαι τὴν βοήθειαν, βόας ἀγαγόντες μετακινεῖν τὸ εἴδωλον ἐπειρῶντο· τὸ δὲ ἀκίνητον σὺν αὐτοῖς τοῖς ἱερεῦσι διέμενεν. Καὶ μηδεμίαν ἑτέραν μηχανῆς ἐφευρόντες πρεσβείαν διὰ τῶν παροικούντων, πρὸς τὸν Ἀπολλῶ ἔπεμπον, ὥστε ἀπαλλαγέντας ἐκεῖθεν ἀποστῆναι τῆς πλάνης. Τούτων δὲ τῷ ἀνδρὶ δηλωθέντων, κατῆλθεν ὡς τάχιστα ὁ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος πρὸς αὐτοὺς, καὶ προσευξάμενος πάντας ἔλυσε τοῦ δεσμοῦ. Οἱ δὲ ὁμοθυμαδὸν πάντες πρὸς αὐτὸν ὥρμησαν, τῷ Σωτῆρι τῶν ὅλων καὶ παραδοξοποιῷ Θεῷ πιστεύσαντες, τὸ εἴδωλον εὐθὺς τῷ πυρὶ παρέδωκαν, οὓς ἅπαντας κατηχήσας, ταῖς ἐκκλησίαις προσέθηκε. Πολλοὶ δὲ αὐτῶν μέχρι νῦν ἐν τοῖς μοναστηρίοις διάγουσιν. Διέδραμε δὲ πανταχῆ ἡ φήμη περὶ αὐτοῦ. Καὶ πολλοὶ ἐπίστευσαν ἐπὶ τὸν Κύριον, ὡς μηκέτι ἐν τοῖς ὁρίοις αὐτοῦ Ἕλληνες ὀνομάζεσθαι.

Digitized by Google

propulsare. Contrito enim capite serpentis, totum corpus est mortuum. Jubet enim Dominus ut observemus caput serpentis : id autem est, ne in principio admittamus malas et turpes cogitationes, non solum ut obscœnas animi nostri phantasias deleamus : conari autem nos invicem superare virtutibus, et ne quis in his laudibus altero videatur inferior. Hoc autem, inquit, sit vobis argumentum profectus virtutum, quando fueritis vacui affectionibus et appetitionibus, hæc enim sunt Christi donorum principium. Quando autem a Deo habuerit aliquis ostensionem miraculorum, ne nimium intumescat, quasi sufficienter profecerit nec efferatur cogitatione, tanquam sit jam magis honoratus quam alii, neque ut ostentans quod talem gratiam acceperit; sin minus, seipsum decipit mente captus, et gratia mulabitur. Habuit ergo hanc magnam doctrinam in sermonibus, quam nos quoque sæpe postea ab ipso audivimus: in operibus autem efficiebat majora, omnis enim petitio ei statim dabatur a Deo.

Quin etiam videbat quasdam revelationes : vidit enim suum fratrem natu maximum, qui ipse quoque fuerat consummatus in solitudine, et ipso pulchro vitæ instituto eum superaverat, cum quo ipse quoque longo tempore vixit in solitudine. Videbatur ergo eum videre sedentem in eodem throno cum apostolis, cum ei reliquisset suarum virtutum hæreditatem; et sic pro se ipso intercedebat, Deum rogans, ut esset velox ejus translatio, et cum ipso sibi requiem præstaret in cœlis. Visus est autem ei dixisse Servator, oportere eum adhuc parvo tempore esse in terra ad multorum perfectionem, donec multi fiant ejus virtutis æmulatores. Magnus enim monachorum populus credetur ejus fidei, et pius exercitus, ut gloriam dignam laboribus consequatur apud Deum. Hæc vidit, quæ etiam evenerunt. Nam cum multi undique ex auditione ad eum convenissent monachi, et per ejus doctrinam et conversationem plurimi omnino mundo renuntiassent, facta est fratrum cohabitatio, cum ad quingentos fratres simul apud ipsum communem vitam haberent, et unam mensam, tota veste candidati; et in eis impleta est Scriptura, quæ dicit : Lætare desertum sitiens, erumpe et clama quæ non parturis ; quoniam multi sunt filii desertæ, magis quam virum habentis (*Isaiæ* LIV). Nam impletum quidem est hoc eloquium propheticum ex Ecclesia quæ congregata est ex gentibus : perfectum est autem in hac etiam Ægyptiaca solitudine, quæ plures filios Deo exhibet, quam terra quæ est habitata. Ubi enim sunt in urbibus tot greges eorum qui salvi fiunt, quot Deo exhibent quæ sunt in Ægypto solitudines? Quot sunt enim hic populi, tot sunt illic in desertis monachi. Ac mihi videtur dictum Apostoli, etiam in ipsis esse impletum : Ubi enim abundavit peccatum, superabundavit et gratia (*Rom.* v). Abundavit enim quondam in Ægypto multus et impius idolorum cultus, adeo ut in nulla gente magis; canes enim et simias quidam colebant; alii allia et cæpe; et ex vilibus oleribus multa deos existimabant, ut ipsum sanctum Patrem hæc narrantem audivimus, et reddentem causam prioris ignorationis. Nam bovem quidem, aiebat, in deos referebant gentiles qui prius apud nos habitabant, quoniam per ipsum exercentes agriculturam, victum sibi parabant; aquam autem Nili, quoniam irrigat omnes agros; terram quoque colebant, ut quæ esset aliis omnibus regionibus fertilior. Reliquas autem abominationes, canes et simias, et reliquam omnem animantium et olerum colebant turpitudinem, quatenus eorum usus fuit eis occasio salutis, qui tempore Pharaonis homines occupatos tenuit, quando ille Israelem persequens, submersus est. Unusquisque enim id in quo fuit occupatus, cum Pharaonem non esset secutus, hoc in deos retulit, dicens : Hoc fuit mihi deus hodie per quod effectum est ut non perirem una cum Pharaone. Hæc quidem in sermonibus habuit sanctus Apollo.

Ante sermones autem scribendum est quæ possedit in operibus. Fuerunt enim aliquando gentiles prope accolentes in locis omnibus, et decem pagi qui erant ei propinquiores magis colebant dæmones. Erat autem templum maximum in uno vico, et simulacrum maxime insigne, lignea autem erat hæc statua. Pompam autem ducebant, eam per vicos circumferentes nefarii sacerdotes, qui bacchabantur cum multitudine, veluti pro aqua fluviatili celebrantes mysteria. Accidit autem ut illo tempore illic adesset Apollo cum paucis quibusdam fratribus : postquam autem vidit multitudinem repente dæmoniace furentem per regionem, flexis Servatori genibus, fecit omnes gentiles repente immobiles. Cum autem non possent ex illo loco progredi, alius alium trudentes, et æstu toto die torrerentur, ignorantes unde hoc eis evenisset, sacerdotes eorum dixerunt esse quemdam Christianum habitantem in eorum finibus sub solitudine, qui hæc faceret, dicentes de Apollo; et oportere ei supplicare, sin minus fore ut veniant in periculum. Postquam autem qui procul habitabant, auditis clamoribus et lamentationibus, accesserunt, et eos rogarunt : Quidnam est, dicentes, quod vobis repente accidit? quo pacto hoc factum est? Illi autem dixerunt se nescire, nisi quod virum habebant suspectum, dicentes oportere illum placare. Alii vero testabantur se eum vidisse prætereuntem; et sic rogarunt eos ut eis cito daretur auxilium : adductis bobus conati sunt movere simulacrum; id autem manebat tanquam immobile cum ipsis sacerdotibus. Cum nullam ergo evadendi rationem invenissent, miserunt per accolas legationem ad Apollo, ut illinc liberati ab errore recederent. His autem Apollo significatis, celerrime descendit homo Dei; et cum orasset, omnes solvit a vinculo. Hi autem omnes uno animo ad ipsum processerunt, universorum Servatori credentes, et Deo qui facit admirabilia, idolo protinus igni mandato. Quos omnes catechesi institutos adjecit ecclesiis. Multi autem ex his in hodiernum usque diem degunt in monasteriis. Hujus autem rei fama pervasit in omnes partes, et multi crediderunt

Digitized by Google

in Dominum; adeo ut nullus amplius gentilis nominetur in ejus finibus.

Non multo post autem tempore, duo pagi inter se bellum incipiunt committere, pro agris decertantes. Postquam autem est Apollo renuntiatum, statim ad eos descendit, inter eos pacem conciliaturus. Qui erant autem ex parte adversa non parebant, sed contradicebant, freti uno latronum principe, ut viro ad bellum præstantissimo. Cum eum ergo Apollo vidisset contradicentem, dixit ei: Si parueris, o amice, rogabo Dominum meum, ut tua peccata remittantur. Is autem ubi hoc audivit, non cunctatus, abjectis armis, ejus genibus advolutus supplicavit; et pace facta ejus intercessione, suos remisit ad propria. Cum ii autem pacem egissent, et abiissent, insignis eorum propugnator, Apollo de cætero sequebatur, promissum aperte exigens. Quem cum assumpsisset beatus Apollo in propinqua solitudine, admonuit et hortatus est ut patienti et constanti esset animo, posse enim Deum ei condonare. Ubi autem nox advenit, ambo viderunt in somnis se astare ante tribunal Christi: utrique autem contemplabantur angelos Deum una cum justis adorantes. Cumque ipsi una cum eis procubuissent, Patrem adoraverunt; et vox ad eos facta est Dei dicentis: Quæ est societas luci cum tenebris? aut quæ pars est fidelis cum infideli (*II Cor.* II)? Quid vero stat cum justo homicida, cum sit indignus tali contemplatione? Tu autem abi, o homo, tibi enim est concessus hic tarde natus perfuga. Qui cum alia multa vidissent et audiissent admirabilia, quæ neque audet oratio dicere, neque auris audire, excitati annuntiarunt iis qui cum eis conversabantur. Omnes autem maxima invasit admiratio. utrisque unam narrantibus visionem. Permansit autem cum exercitatoribus, is qui non erat amplius homicida, usque ad mortem vitam suam corrigens, ex lupo in simplicem et innocentem agnum mutatus. In eo quoque impleta est Isaiæ prophetia, dicentis: Lupi et agni simul pascentur, et leo et bos simul comedent paleas (*Isaiæ* LXV). Licebat enim illic quoque videre Æthiopes cum monachis se exercentes, et multos virtutibus superantes, et Scripturam in eis impletam, quæ dicit: Æthiopia præveniet manum ejus Deo (*Psal.* LXVII).

Aliquando autem decertabant gentiles adversus Christianos rusticos pro suis finibus: erat autem multitudo utrorumque armatorum, quibus astitit Apollo pacem inter eos concilians. Ei autem restitit gentilium in pugna antesignanus, qui erat vir gravis et sævus; affirmabat autem et dicebat se non esse daturum pacem usque ad mortem. Is autem ei dicit: Atque adeo tibi fiat quod elegisti, nullus enim præter te occidetur. Tibi autem mortuo non erit terra sepulcrum, sed ventres ferarum et vulturum te implebuntur. Atque adeo oratio effectum protinus est sortita, cum ex utraque parte nullus sit interfectus præter antesignanum. Quem etiam cum in arena tumulassent, mane invenerunt membra laniata ab hyænis et vulturibus. Illi autem cum vidissent miraculum, et eventum ejus quod dixerat, omnes Servatori credentes eum prædicabant prophetam.

Erat autem adhuc antea in montis spelunca sanctus Apollo, cum quinque aliis fratribus, qui primi fuerunt ejus discipuli, cum recenter venisset e solitudine. Cum autem adventasset dies festus Paschæ, et Dei cultum implessent, erant esuri ea quæ inveniebantur: erant autem aliquot sicci panes, et quædam olera reposita. Eis autem dixit Apollo: Si sumus fideles, o filii, et germani Christi filii, petat unusquisque vestrum a Deo id quod ejus animo gratum est ad vescendum. Illi vero et universum permiserunt, existimantes se esse indignos tali gratia. Cum læto autem vultu orasset, et omnes dixissent Amen, protinus noctu venerunt in speluncam quidam viri penitus incogniti, qui dicebant se venire a longinqua regione; et omnia ferebant, ea etiam de quibus ne auditione quidem acceperant, et quæ non nascuntur in Ægypto, horti fructus omnis generis, uvas et mala punica, et ficus et nuces, omnia intempestive: quin etiam quosdam inventos mellis favos, et urnam recentis lactis, et nicolaos maximos, et panes mundos et calidos (101) e regione externa. Ii autem qui ea attulerant, cum solummodo tradidissent, tanquam missi a viro magno et divite, protinus propere recesserunt. Cum autem quæ erant esculenta percepissent, ea illis suffecerunt usque ad Pentecosten; adeo ut ipsi quoque mirarentur, et dicerent fuisse ea vere a Deo missa.

Quidam autem ex monachis rogabat Patrem ut statim Deum pro ipso oraret, ut gratiam aliquam consequeretur. Cum ipse autem orasset, ei dabatur gratia humilitatis et mansuetudinis, adeo ut mirarentur omnes eum esse tam mansuetum. Has autem ejus virtutes narrarunt nobis qui cum ipso erant fratres, hæc multis quoque attestantibus fratribus.

Etenim cum non multo ante tempore fuisset aliquando fames in Thebaide, qui autem ea loca accolebant populi audissent quod qui erant apud eum monachi præter spem omnem et opinionem quotidie alerentur, uno animo apud ipsum accesserant cum uxoribus et liberis, simul benedictionem petentes et alimentum. Is autem nihil veritus, ne cibus ei aliquando deesset, dabat omnibus venientibus, unicuique quod in diem sufficeret. Relictis autem tribus solis magnis sportis cum panibus, et fame invalescente, jubet sportas afferri in medium, quas ipso die erant esuri monachi; et audientibus omnibus fratribus et populi multitudine, dixit magna voce: Non potens est manus Domini hæc implere? Hæc autem dicit Spiritus sanctus: Non deficiet panis ex his sportis, donec novo frumento fuerimus satiati. Et affirmarunt omnes qui tunc aderant eis panes suffecisse quatuor menses. Similiter autem et in oleo et frumento; adeo ut veniret satanas, et ei diceret: Num tu es Elias, aut alius ex prophetis et apostolis, quod hæc facias? Is autem dixit ipsi: Quid enim? non homines sancti fuerunt apostoli et prophetæ, qui hæc nobis tradiderunt? An tunc qui-

Digitized by Google

Μετ' οὐ πολὺ δὲ τοῦ χρόνου, δύο κῶμαι πρὸς ἀλλήλας ἐμβάλλουσιν εἰς πόλεμον ὑπὲρ ἀρουρῶν διαμαχόμεναι. Ὡς δὲ ἀπηγγέλη τῷ ἀνδρὶ, εὐθὺς κατῆει πρὸς αὐτοὺς, διαλλάσσων αὐτοὺς πρὸς εἰρήνην. Οἱ δὲ ἐξ ἐναντίας οὐκ ἐπείθοντο, ἀλλ' ἦσαν αὐτῷ ἀντιλέγοντες, ἐφ' ἑνί τινι ἀρχιληστῇ πεποιθότες, ὡς γενναιοτάτῳ πρὸς πόλεμον. Ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ Ἀπολλὼς ἀντιλέγοντα, εἶπε πρὸς αὐτόν· Εἰ πεισθῇς μοι, ὦ φίλος, ἐρωτήσω μου τὸν Δεσπότην ἀφεθῆναί σοι τὰς ἁμαρτίας. Ὁ δὲ ὡς ἤκουσεν, οὐκ ἐμέλλησεν· ἀλλὰ ῥίψας τὰ ὅπλα, τοῖς γόνασιν αὐτοῦ προσικέτευσεν, καὶ μεσίτης εἰρήνης γενόμενος τοὺς ἰδίους εἰς τὰ ἴδια ἀπέστρεψε. Τούτων εἰρηνευσάντων καὶ ἀπελθόντων, τότε ὁ διαβόητος αὐτῶν πρόμαχος εἵπετο λοιπὸν τῷ ἀνδρὶ, τὴν ὑπόσχεσιν φανερῶς ἀπαιτῶν. Ὃν προσλαβόμενος ὁ μακάριος Ἀπολλῶς ἐν τῇ πλησίον ἐρήμῳ ἐνουθέτει καὶ παρεκάλει μακροθυμεῖν, δυνατὸν γὰρ εἶναι τοῦτο λέγων τὸν Θεὸν παρασχεῖν. Ὡς δὲ ἡ νὺξ ἐπέστη καὶ δὴ ἄμφω κατ' ὄναρ ἦσαν, ἐν οὐρανῷ τῷ βήματι τοῦ Χριστοῦ παρεστῶτες, ἐθεώρουν ἀμφότεροι τοὺς ἀγγέλους σὺν τοῖς δικαίοις τῷ Θεῷ προσκυνοῦντας. Ὡς δὲ καὶ οὗτοι πεσόντες ὁμοῦ προσεκύνησαν τῷ Σωτῆρι, φωνὴ πρὸς αὐτοὺς γέγονε, τοῦ Θεοῦ λέγοντος· Τίς κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; τίς μερὶς πιστῷ μετὰ ἀπίστου; τί δὲ καὶ ὁ ἀνδροφόνος σὺν τῷ δικαίῳ παρέστηκεν, ἀνάξιος ὢν τῆς τοιαύτης θεωρίας; Ἀλλὰ ἄπελθε σὺ, ὦ ἄνθρωπε, κεχάρισταί σοι γὰρ ὁ ὀψίγονος οὗτος πρόσφυξ. Ἄλλα τε πάμπολλα θαύματα ἰδόντες τε καὶ ἀκούσαντες, ἃ οὔτε λόγος τολμᾷ φράσαι, οὔτε οὖς ἀκοῦσαι, ἐξυπνοι γίνονται καὶ τοῖς συνοῦσι ἀπήγγελον. Θαῦμα δὲ πάντας εἶχεν ἐξαίσιον τὸ ὅραμα ἀμφοτέρων διηγουμένων. Διέμενε γοῦν σὺν τοῖς ἀσκηταῖς ὁ οὐκ ἔτι ἀνδροφόνος, ἄχρι τῆς τελευτῆς τὸν ἑαυτοῦ τρόπον διορθωσάμενος, οἷον ἀρνίον τι ἄκακον ἐκ λύκου μεταβληθείς. Ἐπληροῦτο δὲ καὶ ἐπ' αὐτῷ ἡ προφητεία Ἡσαΐου λέγοντος· Λύκοι καὶ ἄρνες ἅμα βοσκηθήσονται, καὶ λέων καὶ βοῦς ἅμα φάγονται ἄχυρα. Ἦν γὰρ ἰδεῖν ἐκεῖ καὶ Αἰθίοπας σὺν τοῖς μοναχοῖς ἀσκοῦντας, καὶ πολλοὺς ὑπερβάλλοντας ἐν ταῖς ἀρεταῖς· καὶ πεπληρωμένην ἐπ' αὐτοῖς τὴν Γραφὴν, λέγουσαν· Αἰθιοπία προφθάσει χεῖρα αὐτῆς τῷ Θεῷ.

Ἄλλοτε δὲ ἦσαν Ἕλληνες πρὸς Χριστιανοὺς κωμήτας διαμαχόμενοι ὑπὲρ ὁρίων αὐτῶν. Πλῆθος δὲ ἦν ἑκατέρων ἐνόπλων, οἷς ἐπέστη ὁ Ἀπολλὼς εἰρηνεύων. Ἀνθίστατο δὲ αὐτῷ ὁ τῶν Ἑλλήνων πρόμαχος, δεινός τις καὶ ἄγριος ὤν, διαβεβαιούμενος καὶ λέγων, Μὴ δώσω εἰρήνην ἄχρι θανάτου. Ὁ δέ φησι πρὸς αὐτόν· Καὶ δὴ γενέσθω ὅπερ εἶλω. Οὐδεὶς γὰρ ἕτερος ἀναιρεθήσεται πλὴν σύ. Ἔσται δὲ σοὶ θανόντι οὐχ ἡ γῆ τάφος, ἀλλὰ γαστέρες θηρίων καὶ γυπῶν πλησθήσονται ἀπὸ σοῦ. Καὶ δὴ ὁ λόγος εὐθὺς εἰς ἔργον γέγονεν, οὐδενὸς ἐξ ἑκατέρου μέρους ἀναιρεθέντος πλὴν τοῦ προμάχου· ὃν καὶ χώσαντες ἐν τῇ ἄμμῳ, πρωῒ εὗρον εἰς μέλη ἐσπαραγμένον ὑπὸ γυπῶν καὶ ὑαίνων. Οἱ δὲ ὡς ἶδον τὸ θαῦμα καὶ τὴν τοῦ λόγου ἔκβασιν, πάντες τῷ Σωτῆρι πιστεύσαντες, προφήτην αὐτὸν ἀνεκήρυττον.

Ἦν δὲ ἔτι πρὸ τούτου ἐν τῷ σπηλαίῳ τοῦ ὄρους ὁ ἅγιος Ἀπολλῶς σὺν πέντε τισὶν ἀδελφοῖς, οἳ πρῶτοι πρὸς αὐτὸν ἐμαθητεύοντο, νεωστὶ τῆς ἐρήμου ἐληλυθότος. Ἐπῆλθε δὲ ἡ ἑορτὴ τοῦ Πάσχα, καὶ τὴν λατρείαν τῷ Θεῷ ἐν τῷ σπηλαίῳ ἀποπληρώσαντες, ἔμελλον τὰ εὑρισκόμενα διαιτᾶσθαι. Ἦσαν δὲ καὶ ἄρτοι ὀλίγοι ξηροὶ, καὶ συνθετά τινα λάχανα. Καὶ δὴ πρὸς αὐτοὺς ὁ Ἀπολλὼς ἔφη· Εἰ πιστοί ἐσμεν, ὦ τέκνα, καὶ γνήσιοι τοῦ Χριστοῦ παῖδες, αἰτήσασθε ἕκαστος ὑμῶν παρὰ Θεοῦ ὃ καταθύμιον ἔχει πρὸς τὴν μετάληψιν. Οἱ δὲ αὐτῷ τὸ πᾶν ἐπέτρεψαν, ἀναξίους ἑαυτοὺς ἡγούμενοι ταύτης τῆς χάριτος. Φαιδρῷ δὲ τῷ προσώπῳ προσευξαμένου αὐτοῦ καὶ πάντων τὸ ἀμὴν εἰρηκότων, εὐθὺς ἐπέστησαν τῷ σπηλαίῳ τινὲς ἄνδρες ἄγνωστοι, παντελῶς καὶ πόρρωθεν καὶ αὐτοὺς ἥκειν φάσκοντες, πάντα φέροντες ὅσα οὐδὲ εἰς ἀκοὴν αὐτῶν ἐληλύθει, καὶ ὅσα ἐν Αἰγύπτῳ οὐ γίνονται, καρποὺς παντοδαποὺς παραδείσου, σταφυλὰς, καὶ ῥοὰς, καὶ σῦκα, καὶ κάρυα παρὰ καιρὸν ἅπαντα εὑρημένα, καὶ μέλι, καὶ κηρία τινὰ, καὶ γάλακτος νεαροῦ στάμνον, καὶ νικολάους παμμεγέθεις ἄρτους δέκα καθαροὺς καὶ θερμοὺς ξένης τε χώρας αὐτοῖς κομιζομένης. Οἱ δὲ κομίσαντες αὐτὰ ἄνδρες ἐπιδόντες μόνον ὡς παρά τινος μεγάλου ἀνδρὸς καὶ πλουσίου ἀποσταλέντα εὐθὺς μετὰ σπουδῆς ἀνεχώρησαν. Μεταλαβόντες δὲ τῶν ἐδωδίμων ἄχρι πεντηκοστῆς ἐξ αὐτῶν ἐπηρκέσθησαν, ὥστε θαυμάζειν αὐτοὺς καὶ λέγειν, ὅτι Ἀληθῶς ταῦτα παρὰ Θεοῦ ἀπεστάλησαν.

Εἴς δέ τις τῶν μοναχῶν ἠξίου παραχρῆμα τὸν Πατέρα δεηθῆναι ὑπὲρ αὐτοῦ, χαρίτός τινος ἀξιοῦσθαι. Προσευξαμένου δὲ αὐτοῦ, ἡ τῆς ταπεινοφροσύνης αὐτῷ δίδοται χάρις, καὶ τῆς πραότητος· ὡς θαυμάζειν πάντας ὑπὲρ αὐτοῦ ὑπερβολὴν πραότητος κτησαμένου. Ἐξηγοῦντο δὲ ἡμῖν οἱ περὶ αὐτὸν Πατέρες ταύτας αὐτοῦ τὰς δυνάμεις, μαρτυρούντων αὐτῷ ταῦτα καὶ πολλῶν ἀδελφῶν.

Καὶ γὰρ λιμοῦ ποτε οὐ πρὸ πολλοῦ τινος χρόνου κατὰ τὴν Θηβαΐδα γενομένου, ἀκούσαντες οἱ προσοικοῦντες τὰς πόλεις λαοὶ ὅτι περ οἱ περὶ αὐτὸν μοναχοὶ πολλάκις ἐξ ἀμηχάνων ἐτρέφοντο, παρῆσαν ὁμοθυμαδὸν πρὸς αὐτὸν σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, εὐλογίας ἅμα καὶ τροφὴν αἰτοῦντες. Ὁ δὲ μηδὲν δεδιὼς μή ποτε λήψῃ τῶν βρωμάτων, ἐδίδου πᾶσιν τοῖς ἐρχομένοις ἑκάστῳ τὸ αὐταρκες ἡμέριον. Ὑπολειφθέντων δὲ τριῶν σπυρίδων μεγάλων μόνον μετὰ τῶν ἄρτων, καὶ τοῦ λιμοῦ ἐπικρατοῦντος, προστάσσει εἰς μέσον φέρεσθαι τὰς σπυρίδας, ἃς οἱ μοναχοὶ κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν ἐσθίειν ἔμελλον, καὶ εἰς ὑπήκοον πάντων τῶν ἀδελφῶν, καὶ τῶν ὄχλων, εἶπε μεγάλῃ τῇ φωνῇ· Μὴ οὐχ ἰσχύει ἡ χεὶρ Κυρίου πληθῦναι ταῦτα; καὶ τάδε λέγει τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· Οὐ μὴ ἐκλείψει ἄρτος ἐκ τῶν σπυρίδων τούτων, ἄχρις ἂν κορεσθῶσιν ἅπαντες τοῦ νέου σίτου. Καὶ διαβεβαιώσαντο πάντες οἱ παραγενόμενοι τότε τετράμηνον πᾶσιν ἐπαρκέσαι τοὺς ἄρτους. Ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ ἐλαίου καὶ σίτου πεποίηκεν· ὡς παρεῖναι τὸν Σατανᾶν, καὶ εἰπεῖν αὐτῷ, Μὴ Ἠλίας εἶ σὺ, ἢ ἕτερός τις τῶν προφητῶν καὶ ἀποστόλων, ὅτι ταῦτα τολμᾷς; Ὁ δὲ πρὸς αὐτὸν ἔφη· Τί γάρ; οὐκ ἄνθρωποι ἦσαν οἱ ἅγιοι προφῆται καὶ ἀπόστολοι οἱ ταῦτα ἡμῖν ποιεῖν παραδώσαντες; ἢ τότε παρῆν μὲν ὁ Θεὸς, νῦν δὲ ἀπεδήμησεν; δύναται ὁ Θεὸς ἀεὶ ποιεῖν ταῦτα, καὶ

Digitized by Google

οὐδὲν ἀδυνατήσει αὐτῷ. Εἰ οὖν ὁ Θεὸς ἀγαθὸς, σὺ διὰ τί πονηρός; τί γάρ; Οὐ δεῖ λέγειν, καὶ ἃ ἡμεῖς ἑωράκαμεν, ὅτι μεστὰς σπυρίδας εἰσῆγον εἰς τὰς τραπέζας τῶν ἀδελφῶν οἱ τοὺς ἄρτους εἰσφέροντες, καὶ ἐσθιόντων πεντακοσίων ἀδελφῶν ἄχρι καιροῦ μεστὰς πάλιν αὐτὰς ἀπελάμβανον;

Ὡς δὲ καὶ ἕτερον θαῦμα ἰδόντες ἐξεπλάγημεν, δίκαιόν ἐστιν εἰπεῖν. Ἐλθόντες γὰρ πρὸς αὐτὸν τρεῖς ἡμεῖς ἀδελφοὶ ἐγνωρίσθημεν πόῤῥωθεν ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν ὁραθέντες, τῶν προακουσάντων παρ' αὐτοῦ περὶ τῆς ἡμῶν πρὸς αὐτὸν ἀφίξεως· οἱ μετὰ σπουδῆς προσδραμόντες ὑπήντησαν ἡμῖν ψάλλοντες (τοῦτο γὰρ αὐτοῖς ἔθος ἐστὶν πρὸς πάντας τοὺς μοναχοὺς), καὶ προσκυνήσαντες ἐπὶ πρόσωπον ἐπὶ τὴν γῆν, ἐφίλουν ἡμᾶς, ἀλλήλοις ἐπιδεικνύοντες· Ἰδοὺ ἥκασιν οἱ ἀδελφοὶ περὶ ὧν ὁ Πατὴρ πρὸ τριῶν ἡμερῶν προείρηκεν ἡμῖν, ὅτι Μετὰ τρεῖς ἡμέρας ἥξουσι πρὸς ἡμᾶς τρεῖς ἀδελφοὶ ἀπὸ Ἱεροσολύμων ἐρχόμενοι. Καὶ οἱ μὲν προῆγον ἡμᾶς, οἱ δὲ ἠκολούθουν ὄπισθεν ἡμῶν ψάλλοντες, ἄχρις οὗ πλησίον αὐτῶν ἐφθάσαμεν. Ἀκούσας δὲ ὁ πατὴρ Ἀπολλὼς τῆς φωνῆς τῶν ψαλλόντων, ὑπήντησεν ἡμῖν κατὰ τὸ ἔθος αὐτοῦ τὸ πρὸς πάντας τοὺς ἀδελφούς. Καὶ ἰδὼν ἡμᾶς προσεκύνησε πρῶτος, ἐπὶ τὴν γῆν ἑαυτὸν ἐναπλώσας· καὶ ἀναστὰς ἐφίλησε. Καὶ εἰσαγαγὼν ὑπερηύξατο. Καὶ τοὺς πόδας ἡμῶν νίψας χερσὶν οἰκείαις, πρὸς τὴν ἀνάπαυσιν προετρέψατο. Τοῦτο δὲ πᾶσιν ἐποίει τοῖς ἐρχομένοις πρὸς αὐτὸν ἀδελφοῖς. Οἱ γὰρ σὺν αὐτῷ ἀδελφοὶ οὐ πρότερον τῆς τροφῆς μετελάμβανον, πρινὴ τῆς εὐχαριστίας τοῦ Χριστοῦ κοινωνήσωσι. Τοῦτο δὲ ἐποίουν κατὰ τὴν ἐννάτην ὥραν ἡμέριον· εἶθ' οὕτως διαιτηθέντες ἐκάθηντο, ἀκούοντες αὐτοῦ διδάσκοντος πάσας τὰς ἐντολὰς ἄχρι τοῦ πρωθυπνίου. Ἐκεῖθεν δὴ οἱ μὲν ἐπὶ τὴν ἔρημον ἐξ αὐτῶν ἀνεχώρουν ἀποστηθίζοντες τὰς Γραφὰς ὅλην τὴν νύκτα· οἱ δὲ ἐκεῖ προσεκαρτέρουν ἀπαύστοις ὕμνοις τὸν Θεὸν εὐφημοῦντες ἄχρις ἡμέρας, οὓς ἐγὼ αὐτὸς αὐτοψὶ ἐθεασάμην, ἑσπέρας ἀρξαμένους τῶν ὕμνων, καὶ μέχρι πρωῒ οὐ παυσαμένους τῆς ᾠδῆς. Πολλοὶ γοῦν αὐτῶν κατὰ τὴν ἐννάτην ὥραν μόνον κατήρχοντο ἐκ τοῦ ὄρους, καὶ τῆς εὐχαριστίας μετελάμβανον, καὶ πάλιν ἀνῄεσαν ἀρκούμενοι τῇ πνευματικῇ μόνῃ τροφῇ ἄχρις ἄλλης ἐννάτης. Τοῦτο δὲ ἐποίουν πολλοὶ ἐξ αὐτῶν ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας. Ἦν δὲ ἰδεῖν αὐτοὺς ἀγαλλιωμένους κατὰ τὴν ἔρημον. Οὐκ ἂν τις εἴποι ἐπὶ τὴν γῆν ταύτην τοιαύτην ἀγαλλίασιν, οὐδὲ εὐφροσύνην σωματικήν. Οὐδὲ στυγνὸς ἦ κατηφής τις ἦν ἐν αὐτοῖς· ἀλλ' εἴ τίς που καὶ στυγνάζων ἐφάνη, εὐθὺς ἐπύθετο παρ' αὐτοῦ ὁ πατὴρ Ἀπολλὼ τὴν αἰτίαν, καὶ τὰ ἐν τῷ κρυπτῷ τῆς καρδίας ἑκάστου ἀπήγγελεν. Ἔλεγε δέ· Οὐ χρὴ στυγνάζειν ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ μέλλοντας βασιλείαν οὐρανῶν κληρονομεῖν. Στυγνάζουσι μὲν, φησὶν, Ἕλληνες, κλαύσουσι δὲ Ἰουδαῖοι, πενθήσουσι δὲ ἁμαρτωλοὶ, οἱ δὲ δίκαιοι εὐφρανθήσονται, καὶ οἱ τὰ γήϊνα μὲν φρονοῦντες ἐπὶ τοῖς γηΐνοις εὐφραίνονται, ἡμεῖς δὲ οἱ τηλικαύτης ἐλπίδος καταξιωθέντες, πῶς οὐχὶ διαπαντὸς εὐφραινώμεθα, τοῦ Ἀποστόλου ἡμᾶς παρορμῶντος πάντοτε χαίρειν, ἀδιαλείπτως προσεύχεσθαι, ἐν παντὶ εὐχαριστεῖν; Τί δ' ἄν τις εἴποι τὴν ἐν λόγοις αὐτοῦ χάριν, καὶ τὰς λοιπὰς αὐτοῦ ἀρετὰς, ἃς δι ὑπερβολὴν θαύ- A ματος ἐσιωπήσαμεν ἑκάστοτε, παρ' αὐτου καὶ τῶν ἄλλων ἀκούοντες;

Πολλὰ δὲ περὶ ἀσκήσεως καὶ πολιτείας ἡμῖν διαλεχθεὶς κατὰ μόνας πολλάκις, καὶ περὶ τῆς ὑποδοχῆς τῶν ἀδελφῶν, ἔλεγεν, ὅτι δεῖ ἐρχομένους τοὺς ἀδελφοὺς προσκυνεῖν. Οὐ γὰρ αὐτοὺς, ἀλλὰ τὸν Θεὸν προσεκύνησας· ἴδες γὰρ, φησὶ, τὸν ἀδελφόν σου, ἴδες Κύριον τὸν Θεόν σου· παρὰ τοῦ Ἀβραὰμ παρειλήφαμεν, εἰ καὶ ὅτι δεῖ ἔσθ' ὅτε τοὺς ἀδελφοὺς πρὸς ἀνάπαυσιν παραβιάζεσθαι, παρὰ τοῦ Λὼτ μεμαθήκαμεν, παραβιασαμένου τοὺς ἀγγέλους, καὶ ὅτι δεῖ εἰ δυνατὸν τοὺς μοναχοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν τῶν μυστηρίων κοινωνεῖν. Ὁ γὰρ μακρύνων ἑαυτοῦ ἀπὸ τούτων, μακρύνεται ἀπὸ τοῦ Θεοῦ. Ὁ δὲ συνεχῶς τοῦτο ποιῶν τὸν Σωτῆρα συνεχῶς ὑποδέχεται. Ἡ γὰρ σωτήριος φωνή φησιν, Ὁ ἐσθίων μου τὴν σάρκα, B καὶ πίνων μου τὸ αἷμα, μένει ἐν ἐμοὶ, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. Τοῦτο οὖν συμφέρει τοῖς μοναχοῖς, ὑπόμνησιν τοῦ σωτηρίου πάθους συνεχῶς ποιουμένοις, καὶ μεθ' ἡμέραν ἑτοίμους εἶναι παρασκευάζειν ἑαυτοὺς τοιούτους, ὡς ἀξίους εἶναι πάντοτε πρὸς τὴν τῶν ἁγίων καὶ οὐρανίων μυστηρίων ὑποδοχὴν, ἐπεὶ καὶ ἀφέσεως ἁμαρτιῶν οὕτω καταξιούμεθα. Τὰς δὲ καθολικὰς νηστείας, φησὶ, μὴ ἐξὸν λύειν ἄνευ πάσης ἀνάγκης. Ἐν γὰρ τετράδι ὁ Σωτὴρ παραδίδοται, ἐν δὲ τῇ παρασκευῇ σταυροῦται. Ὁ οὖν ταύτας λύων, συμπαραδίδωσι τὸν Σωτῆρα καὶ συσταυροῖ. Ἐὰν δὲ ἥκει πρὸς ἡμᾶς ἀδελφὸς, ἀναπαύσεως δεόμενος, νηστείας οὔσης, παραθήσεις αὐτῷ μόνῳ τὴν τράπεζαν. Εἰ δὲ μὴ βούλεται, μὴ ἀναγκάσῃς. Κοινὴν γὰρ ἔχομεν πάντες τὴν παράδοσιν. Ἐμέμφετο δὲ πολλὰ τοὺς C τὰ σιδηρᾶ φέροντας, καὶ τοὺς κομῶντας. Οὗτοι γὰρ ἐνδεικνύουσι, φησὶ, καὶ τὴν ἀνθρωπαρέσκειαν θηρῶσι· δέον αὐτοὺς μᾶλλον νηστείαις ἐκλύειν τὸ σῶμα, καὶ ἐν κρυπτῷ τὸ καλὸν πράττειν. Οἱ δὲ οὐ τοῦτο, ἀλλὰ πᾶσιν ἑαυτοὺς φανεροὺς καθιστῶσι. Καὶ τί ἄν τις εἴποι τὰς διδαχὰς αὐτοῦ πάσας παραπλησίως οὔσας αὐτοῦ τῇ πολιτείᾳ, ἃς οὐδὲ φράσαι τις οὐδὲ γράψαι κατ' ἀξίαν δυνήσεται; Πλεῖστα οὖν πολλάκις ἡμῖν καταμόνας ὅλην τὴν ἑβδομάδα διαλεγόμενος, καὶ προπέμπων ἡμᾶς, ἔλεγεν· Εἰρήνην ἔχετε μετ' ἀλλήλων, καὶ μὴ ἀπ' ἀλλήλων εἰς ὁδὸν χωρίζεσθε.

Εἰπόντος δὲ τοῖς σὺν αὐτῷ ἀδελφοῖς, τίς ἂν ἐκὼν βούλοιτο ἐξ αὐτῶν συμπροπέμψαι ἡμᾶς ἄχρι τῶν ἄλλων Πατέρων, σχεδὸν ἅπαντες παρεκάλουν προθύμως συμπροπέμψαι ἡμᾶς. Ὁ δὲ ἅγιος Ἀπολλὼς τρεῖς ἐξ B αὐτῶν ἐπιλεξάμενος, ἄνδρας ἱκανοὺς ἐν λόγῳ καὶ πολιτείᾳ, καὶ ἐμπείρους τῆς Ἑλληνικῆς καὶ Ῥωμαϊκῆς καὶ Αἰγυπτιακῆς διαλέκτου, συμπροπέμπων ἡμᾶς αὐτοῖς ἐνετέλλετο μὴ πρότερον ἀφιέναι ἡμᾶς πρὶν ἂν ἱκανῶς ἔχοιμεν τοὺς Πατέρας ὅλους θεωρήσαντες. Οὓς ἐὰν βούληταί τις ἰδεῖν ἅπαντας, οὐκ ἂν φθάνοι διὰ παντὸς τοῦ βίου θεάσασθαι. Εὐλογήσας οὖν ἡμᾶς ἐξαπέστειλε, λέγων, Εὐλογήσαι ὑμᾶς Κύριος ἐκ Σιὼν, καὶ ἴδοιτε τὰ ἀγαθὰ Ἱερουσαλὴμ πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς ὑμῶν.

Πορευομένων δὲ ἡμῶν κατὰ τὴν ἔρημον ἐν μεσημβρίᾳ, ἐξαίφνης ὁρῶμεν σύρμα μεγάλου δράκοντος οἵατε δοκοῦ διὰ τῆς ψάμμου ἑλκυσθείσης, καὶ ἰδόντες φόβῳ πολλῷ συνεσχέθημεν. Οἱ δὲ ὁδηγοῦντες ἡμᾶς ἀδελφοὶ παρεκάλουν ἡμᾶς μὴ δεδιέναι, ἀλλὰ

Digitized by Google

dem aderat Deus, nunc autem peregre est profectus? Potest autem Deus hæc semper facere, et nihil erit quod ipse non possit. Si ergo Deus est bonus, cur tu malus? Quid vero non oportet nos quoque dicere ea quæ vidimus, nempe quod fratres ingrediebantur cum sportis, ad mensas panes afferentes, et cum comederent quingenti fratres ad satietatem, eas rursus plenas accipiebant?

Aliud quoque miraculum, quod videntes obstupuimus, par est dicere. Cum enim ad eos venissemus spatio trium dierum, cogniti sumus, procul visi a fratribus, qui ex eo audierant de nostro ad eum adventu : qui quidem propere accurrentes nobis venerunt obviam psallentes, est enim hic mos apud omnes monachos. Et cum proni in terram adorassent, nos deosculati sunt, nos sibi invicem ostendentes, et dicentes : Ecce venerunt fratres, de quibus pater noster dixit tribus ante diebus, dicendo : Post tres dies venient ad nos tres fratres, venientes Jerosolymis. Et alii quidem nos deducebant, alii vero nos retro sequebantur, psallentes, donec prope ipsum venimus. Cum autem audiisset pater Apollo vocem psallentium, venit nobis obviam, ut mos ei erat erga omnes fratres ; et cum nos vidisset, adoravit primus se in terra extendens ; et cum surrexisset, est osculatus ; et postquam introduxisset, oravit, et pedes nostros manibus lavit propriis, et hortatus est ad refectionem. Hoc autem faciebat omnibus fratribus qui ad ipsum veniebant. Qui enim cum ipso erant fratres, alimentum non prius accipiebant, quam Eucharistiæ Christi communicassent : hoc autem faciebant hora nona diei. Deinde cum sic comedissent, sedebant audientes eum docentem omnia præcepta, usque ad primum somnum. Illinc alii quidem ex ipsis secedebant in solitudinem, Scripturas tota nocte memoriter expromentes ; alii vero illic perseverabant, assiduis hymnis Deum laudantes, ad diem usque : quos ego vidi his oculis, cum vespere hymnos cœpissent, usque ad matutinum non cessasse a cantu. Multi certe ex iis hora nona solum descendebant de monte, et Eucharistiam sumentes, rursus adscendebant, contenti spiritali nutrimento usque ad aliam nonam. Hoc autem multi ex iis faciebant multos dies. Licebat autem eos videre exsultantes in solitudine, adeo ut nullam ejusmodi aliam exultationem in terra videre liceat, nec lætitiam corporalem. Neque enim erat inter eos aliquis mœstus aut tristis ; sed si quis videbatur præ se ferre tristitiam, statim pater Apollo ex eo rogabat causam, et quæ erant in occulto uniuscujusque cordis, renuntiabat. Dicebat autem : Non oportet esse tristes propter salutem, cum futuri simus hæredes regni cœlorum. Tristes autem, inquit, erunt gentiles, flebunt Judæi, lugebunt peccatores ; justi autem lætabuntur : et qui terrena quidem animo agitant, lætantur in rebus terrenis ; nos autem qui tanta spe digni sumus habiti, quomodo non lætamur perpetuo? cum nobis Apostolus suadeat, ut semper lætemur, et in omnibus gratias agamus (*I Thess.* v). Quis autem dixerit ejus in sermone gratiam, et reliquas ejus virtutes, quas propter summum miraculum siluimus, auditas utique ex ipso et ex aliis?

Cum autem de exercitatione et vitæ instituto nobiscum sæpe seorsum disseruisset, sæpe etiam dixit de suscipiendis monachis, quod oportet adorare fratres advenientes : Non enim ipsos, aiebat, sed Deum adorasti. Vidisti enim, inquit, fratrem tuum? vidisti Dominum Deum tuum ; et hoc, inquit, ab Abraham accepimus (*Gen.* xviii) ; et quod oporteat, inquit, nonnunquam cogere fratres ad refectionem, a Lot accepimus, qui coegit angelos (*Gen.* xix) ; et quod oportet, si fieri potest, monachos quotidie communicare sacramentis. Qui enim se ab eis procul amovet, Deus quoque procul ab eo recedit. Qui autem hoc facit assidue, assidue suscipit Servatorem. Est enim, inquit, vox salutaris : Qui comedit carnem meam, et bibit meum sanguinem, manet in me, et ego in eo (*Joan.* vi). Hoc confert monachis salutaris passionis commemorationem continenter facientibus, quotidie etiam se præparare, ut omni tempore digni sint qui suscipiant cœlestia sacramenta, quandoquidem sic quoque consequitur remissionem peccatorum. Catholica autem et generalia jejunia non licet solvere sine ingenti necessitate ; in quarta enim feria traditur Servator, et in parasceve crucifigitur ; qui ea ergo solvit, Servatorem una tradit, et una crucifigit. Sed si ad vos veniat frater qui opus habet ut reficiatur cum sit jejunium, ipsi soli mensam apponite ; sin autem nolit, ne cogatis, habemus enim communem traditionem. Multum autem reprehendebat eos qui ferrum gestabant, et comam nutriebant. Hi enim, inquit, se ostentant et quærunt placere hominibus, cum oporteat ipsos potius corpus solvere jejuniis, et quod bonum est facere in occulto ; ii vero non sic, sed se propalant omnibus. Et quid opus pluribus? Omnis enim ejus doctrina est ejus vitæ instituto similis, quam nec quis scribere potuerit nec dicere. Plurima ergo nobiscum seorsum, tota sæpe hebdomada disserendo, tandem dimittens dixit : Habete pacem inter vos, neque separemini in via.

Cum autem dixisset iis qui cum ipso erant fratribus, quisnam ex ipsis vellet nos deducere ad visitandos alios Patres, sanctus Apollo, tribus viris delectis qui valerent et sermone et vitæ instituto, erantque periti linguæ Græcæ et Romanæ et Ægyptiacæ, cum eis nos dimittens, jussit eis ne nos prius relinquerent quam satisfactum esset nostro videndorum Patrum desiderio : quos si quis vellet omnes videre, ad eos aspiciendos tota vita non sufficeret. Cum nobis ergo benedixisset, amandavit, dicens : Benedicat vos Dominus ex Sion, et videatis bona Jerusalem omnibus diebus vitæ vestræ (*Psal.* cxxvii).

Nobis autem ambulantibus meridie per solitudinem, videmus tractum magni draconis, qui tanquam trabes erat protractus per arenam : quem cum vidissemus, nos magnus timor invasit. Qui autem nos ducebant fratres, hortati sunt ne timeremus,

Digitized by Google

sed essemus bono animo, et sequeremur draconis vestigium : Videbitis enim fidem nostram, cum ipsi simus eum manu nostra superaturi. Multos enim, inquiunt, et dracones et cerastas manu interfecimus, sicut scriptum est. In eis enim implebatur illud : Dedi vobis potestatem ambulandi super serpentes et scorpiones, et super omnem potestatem inimici (*Lucæ* x). Nos autem qui ferebamur incredulitate, et qui majori eramus affecti formidine, rogabamus eos ne iremus per vestigia draconis, sed recta via. Unus autem frater ex ipsis, magna animi alacritate, cum nos eo in loco dimisisset, profectus est in solitudinem quærens belluam. Quam cum invenisset, non procul ab antro, magna voce exclamabat draconem esse in spelunca ; et vocabat ipsos, ut ad se venirent visuri quid esset eventurum ; et hortantibus nos aliis fratribus ne timeremus, cum magno metu abiimus visuri belluam. Nobis autem repente occurrens frater unus, manu nos traxit in suum monasterium, dicens nos non posse ferre impetum belluæ, et maxime quod nondum vidissemus talem, se vero sæpe vidisse ipsam belluam tam vasta magnitudine, ut quæ sit plus quam quindecim cubitorum. Cum nos ergo jussisset manere in loco, abiit ad fratrem, dicens ei ut recederet a caverna ; conabatur enim ille a loco non recedere, priusquam interfecisset draconem. Cui cum persuasisset, eum ducit ad nos increpantem modicam nostram fidem. Quiescentes autem apud illum fratrem, qui circiter unum milliare remotum habebat monasterium, satis refecti sumus.

CAPUT LIII.

Vita abbatis Amun.

Ille autem hobis narrabat, in illo loco in quo ipse sedebat, fuisse virum sanctum, cujus ipse fuit discipulus, nomine Amun (*Ruff.*, *l.* II, *cap.* 8, *vocat Ammonem*), qui in illo loco plurimas fecit virtutes ; ad quem sæpe latrones venientes, accipiebant ejus panem et alimenta. Illæc ergo ægre ferens, cum uno die egressus esset in solitudinem, adduxit secum duos magnos dracones, et jussit eis ut in eo loco manerent, et portam custodirent. Homicidæ autem cum pro more venissent, et vidissent miraculum, præ stupore hiantes ceciderunt in faciem. Egressus autem invenit eos mutos, et fere semimortuos ; et cum eos excitasset, probris eos affecit, dicens : Videte quantum estis bestiis agrestiores ; nam istæ quidem propter Deum nostræ parent voluntati, vos autem neque Deum timuistis, neque Christianorum estis reveriti religionem. Introductis autem eis in cellam, mensam apposuit, et monuit ut mores mutarent. Illi autem surgentes, protinus multis visi sunt meliores ; non multo post autem ipsi quoque visi sunt eadem signa facere.

Aliquando autem, inquit, cum unus magnus draco propinquam vastaret regionem, et multa occideret animalia, quicunque habitabant juxta solitudinem, omnes simul venerunt ad Patrem, rogantes ut deleretur bellua ex eorum regione. Is autem eos ita dimisit, ut qui eis tristitia affectis nihil prodesse posset. Mane autem surgens, venit in eum locum quo transitura erat bellua : postquam autem ter flexit genua ad orationem, in ipsum veniebat bellua, magno cum stridore gravem emittens anhelitum, et intumescens ac sibilans, terrumque edens spiritum. Is autem nihil territus, ad draconem conversus, dixit : Vincet te Jesus Christus, Filius Dei vivi, qui est magnum cetum victurus. Idque cum dixisset, protinus disruptus est draco, per os omne virus evomens cum sanguine. Cum autem venissent rustici postridie, et illud magnum vidissent miraculum, et non ferrent spiritum, in animal multam arenam conges erunt, Patre illic eis astante, ad draconem enim licet mortuum non audebant accedere.

Puer autem, inquit, pascens cum repente vidisset adhuc vivum draconem, statim emota mente fuit exanimatus ; jacuit itaque puer nihil spirans in loco tota die in solitudine. Cum eum autem sui vespere invenissent parum spirantem, totum inflatum ex ecstasi, deducunt ad patrem, ignorantes causam ejus quod acciderat. Cum is autem orasset, et eum unxisset oleo, surrexit puer narrans id quod fuerat deprehensum. Qua re vir maxime motus, ad interimendum draconem est conversus.

CAPUT LIV.

Vita abbatis Copre (102) *presbyteri.*

Erat autem illic quidam presbyter, qui monasterium prope habebat in solitudine, Copres nomine (*Ruff.*, *lib.* II, *cap.* 9) : vir sanctus, propone nonagenarius, præpositus fratrum quinquaginta, qui ipse quoque plures faciebat virtutes, morbis medens, et multas faciens curationes, et dæmones expellens, et res multas efficiens, atque adeo quasdam in nostris oculis. Is ergo postquam nos vidit salutavit, et pro nobis oravit, et postquam pedes nostros lavisset, sciscitatus est a nobis, quænam in mundo fierent ; nos autem rogavimus, ut ipse nobis potius exponeret sui vitæ instituti virtutes, et quo modo esset Deus ei dona largitus, et quanam ratione fuisset particeps ejus gratiæ. Is autem nulla eo nomine elatus superbia, nobis suam vitam narravit, et majorum suorum qui ipsum superarunt, quorum ipse vitæ institutum est imitatus : Non est, inquit, o filii, quod a me fit admirabile, si conferatur cum iis quæ in vita gesta sunt a Patribus nostris. Et cum narraret nobis Copres presbyter quæ recte et ex virtute gesta fuerant a Patribus, unus ex fratribus nostris dormitans, ut qui iis quæ dicebantur fidem nequaquam haberet, videt in ejus manibus librum admirabilem, scriptum litteris aureis, et canum virum astantem, et minaciter ei dicentem : Non audis attente lecturam, sed dormitas ? Is autem conturbatus, nobis eum audientibus, statim quod audierat et viderat Romane exposuit. Eo autem hæc nobis adhuc dicente, venit quidam rusticus habens calathum arenæ, qui exspectabat donec implesset narrationem : rogavimus autem nos presbyterum : Quid sibi vult rusticus cum arena ? nobis respondit Pater, dicens :

Digitized by Google

μᾶλλον θαρρεῖν καὶ ἐπέχεσθαι τῷ ἴχνει τοῦ δράκοντος. Ὄψεσθε γὰρ, φησὶ, τὴν πίστιν ἡμῶν, μελλόντων αὐτῶν χειροῦσθαι. Πολλοὺς γὰρ, φησὶ, καὶ δράκοντας, καὶ ἀσπίδας, καὶ κεραστὰς ἐκ χειρὸς ἀνηρήκαμεν. Καὶ τὸ γεγραμμένον ἐπ' αὐτοῖς ἐπληροῦτο· Δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν τοῦ πατεῖν ἐπάνω ὄφεων, καὶ σκορπίων, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν τοῦ ἐχθροῦ. Ἡμεῖς οὖν ἀπιστίᾳ φερόμενοι, καὶ ἐπὶ μᾶλλον ἔμφοβοι γενόμενοι, μὴ κατ' ἴχνος τοῦ δράκοντος, ἀλλὰ τὴν εὐθεῖαν βαδίζειν ἠξιοῦμεν αὐτούς. Εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν ἀδελφὸς, ἀπὸ πολλῆς προθυμίας καταλιπὼν ἡμᾶς ἐπὶ τοῦ τόπου, ἐπὶ τὴν ἔρημον ὥρμησεν ἀνιχνεύων τὸ θηρίον, καὶ εὑρὼν οὐκ εἰς μακρὰν τὸν φωλεὸν, φωνῇ ἐβόα ἡμῖν, ἐν τῷ σπηλαίῳ εἶναι τὸν δράκοντα, καὶ ἐκάλει πρὸς αὐτὸν ὄψεσθαι τὸ ἐκβησόμενον, προτρεπομένων ἡμᾶς ἄλλων καὶ μὴ δεδιέναι. Ὡς δὲ ἡμεῖς μετὰ πολλοῦ φόβου ἀπῆμεν ὀψόμενοι τὸ θηρίον, συνήντησεν ἡμῖν ἐξαίφνης εἷς ἀδελφὸς ἐκ χειρὸς αὐτοῦ ἕλκων εἰς τὸ ἑαυτοῦ μοναστήριον, φάσκων μὴ δυνατοὺς ἡμᾶς εἶναι ὑπενεγκεῖν τὴν ὁρμὴν τοῦ θηρίου, καὶ μάλιστα ὅτι οὐδέποτε ἦμεν τοιοῦτόν τι ἑωρακότες· πολλάκις γὰρ αὐτὸν ἔλεγεν ἑωρακέναι τὸ ζῶον, ὑπερμέγεθες ὑπάρχον καὶ ὑπερδεκαπέντε πήχεις ἔχον. Μένειν οὖν ἡμᾶς κελεύσας ἀπῆει ἐπὶ τοῦ τόπου πρὸς τὸν ἀδελφὸν, πείθων μεταστῆναι τοῦ φωλεοῦ. Ἐπειρᾶτο γὰρ ἐκεῖνος μὴ μεταστῆναι τοῦ τόπου πρὶν ἀνελεῖν τὸν δράκοντα. Καὶ δὴ πείσας αὐτὸν ἄγει πρὸς ἡμᾶς, τὴν ὀλιγοπιστίαν ἡμῶν μεμψάμενον. Ἀναπαυσάμενοι δὲ παρ' ἐκείνῳ τῷ ἀδελφῷ ὡς ἀπὸ ἑνὸς μιλίου τὸ μοναστήριον ἔχοντι ἱκανῶς ἀνεκτησάμεθα.

A αὐτοὺς ὠφελεῖν, λυπουμένους τοὺς ἄνδρας ἀπέλυσεν. Ἔωθεν δὲ ἀναστὰς ἐπὶ τὴν ὁδὸν τοῦ θηρίου ἀπῆρχετο. Ὡς δὲ ἔκλινε τὰ γόνατα εἰς προσευχὴν ἐπὶ τρίτον, ἤρχετο πρὸς αὐτὸν τὸ θηρίον, βοιζήματι μεγάλῳ ἄσθμα δεινὸν προπέμπον, καὶ φυσοῦν, καὶ συρίζον, καὶ πνοὴν πονηρὰν ἀποπέμπον. Ὁ δὲ οὐδὲν φοβηθεὶς, ἐπιστραφεὶς τὸν δράκοντα, εἶπεν, Χειρώσεταί σε ὁ Χριστὸς ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, ὁ μέλλων τὸ μέγα κῆτος διαχειρώσασθαι. Καὶ τοῦτο εἰπόντος εὐθὺς ὁ δράκων ἐρράγη, πάντα τὸν ἰὸν μετὰ τοῦ αἵματος διὰ τοῦ στόματος ἐξεμέσας. Ἐλθόντες δὲ οἱ ἄγροικοι μεθ' ἡμέρας, καὶ τὸ μέγα θαῦμα ἐκεῖνο θεασάμενοι, καὶ τὴν πνοὴν μὴ φέροντες, ἄμμον πολὺν ἐπὶ τὸ ζῶον ἐσώρευσαν, παρεστῶτος αὐτοῖς ἐκεῖ τοῦ Πατέρος. Οὐ γὰρ ἐτόλμων προσιέναι καίτοι νεκροῦ ὄντος τοῦ δράκοντος. Παῖς, φησὶν, ἄλλοτε ποιμαίνων, ἀθρόως ἔτι ζῶντα τὸν δράκοντα θεασάμενος, ἐν ἐκστάσει γενόμενος ἐλειποψύχησεν. Ἔκειτο οὖν ἄπνους ὁ παῖς ἐν τῷ χωρίῳ παρὰ τὴν ἔρημον πᾶσαν ἡμέραν. Εὑρόντες δὲ αὐτὸν πρὸς ἑσπέραν οἱ ἴδιοι μικρὸν ἐμπνέοντα, πεφυσημένον ὅλον ἐκ τῆς ἐκστάσεως, ἄγουσι πρὸς τὸν Πατέρα, ἀγνοοῦντες τὴν αἰτίαν τοῦ συμβάντος αὐτῷ. Εὐξαμένου δὲ αὐτοῦ καὶ ἐλαίῳ αὐτὸν χρίσαντος, ἀνέστη ὁ παῖς διηγούμενος τὸ ὁραθέν· ὅθεν μάλιστα κινηθεὶς ὁ ἀνὴρ, πρὸς τὴν ἀναίρεσιν ἐτράπη τοῦ δράκοντος.

B

C

ΚΕΦΑΛ. ΝΓ'.

Περὶ τοῦ ἁββᾶ Ἀμμοῦν.

Vidimus in hac civitate monachum, qui ordinem presbyteratus suscipere recusavit. Venerat autem ad tale propositum post militiam exigui temporis. Is vigesimum annum agens in exercitatione, hoc habuit vitæ institutum ut permaneret apud civitatis episcopum virum sanctissimum. Est autem adeo benignus et misericors, ut etiam urbes circumeat, et misereatur eorum qui indigent. Is non negligit custodiam, non nosocomium, non ptochium, non divitem, non pauperem; sed fert opem omnibus : apud divites quidem, ut immites et immisericordes, verba faciens de misericordia, unicuique autem ex indigentibus providens quæ sunt necessaria, eos qui pugnant pacificans, nudis suppeditans indumenta, ægrotis medicamenta afferens ad curationem. Quod autem solet fieri in omnibus magnis civitatibus, in ea quoque fiunt ; in porticu enim ecclesiæ jacet multitudo mancorum ac mutilorum, quotidianum victum emendicantium; qui partim quidem uxores non duxerunt, partim vero etiam duxerunt. Quodam ergo die accidit ut unius horum uxor pareret in porticu, et in ipsa hieme ; ea ergo clamante cum ab illo intolerabili dolore pungeretur, audivit hic beatus ululatum, orans in ecclesia ; et relictis sibi consuetis precibus, egressus respexit; et cum neminem invenisset qui illi adesset in hac necessitate, ipse functus est vice obstetricis, non abhorrens fastidium quod consequitur mulieres parientes, mulierum insensibilitatem ei largiente hac profundissima eleemosyna. Atque vestium quidem quibus est indutus pretium non est unius oboli; cibus autem contendit cum vestibus : libello autem non sustinet incumbere, a lectionibus eum abducente clementia. Si quis ex fratribus ei librum donaverit, eum statim vendit, et distribuit pauperibus. Iis autem qui sciscitabantur : Cur hæc vendis? dicebat : Qui possum meo persuadere magistro me ejus artem accurate didicisse, nisi illo ipso usus fuero ad artem recte exercendam [1]? Hic immortalis eum in hac actione hucusque permansisset, perpetuo germinans memoriæ nomen reliquit illi quæ est circumcirca regioni. Ipse fruens æterno gaudio in regno cœlorum, recipiens digna præmia beatis laboribus : et qui esurientes hic nutriit, et nudis dedit vestimenta, nunc apud bonorum operum remuneratorem fruitur omne genus deliciis.

CAPUT CXVI.

Vita abbatis Bisarionis (165).

Fuit quidam senex, possessionibus carens, et misericors, nomine Bisarion. Is cum venisset in quemdam vicum, vidit mendicum nudum in foro mortuum, unam quidem ferens tunicam convenienter evangelicæ traditioni, et parvum superhumerale; nihil enim possidebat præter hoc necessarium tegumentum. Habebat autem semper quoque parvum Evangelium sub axilla, aut ad sui faciendum periculum, num perpetuo voci Domini obediret, aut potius gestans sermonem quem erat opere executus. Tam admirabili enim vita usus est hic vir, et citra ullum dedecus, ut perinde ac terrestris angelus cœleste iter legitime peregerit. Hic ergo cum vidisset reliquias, se protinus exuens superhumerali, eo induit mortuum. Et rursus cum parum processisset, nudo egenti occurrit, et stetit apud se disceptans, et sic ratiocinans : Quomodo ego quidem, qui mundo renuntiavi, veste induor, frater autem meus algore concrescit? si ergo ego eum sivero exanimari, ero omnino causa mortis proximo. Quid ergo, exuensne scindam, et partem distribuam, an totum dabo ei qui est factus ad Dei imaginem? Sed quid mihi et illi erit utilis pars quæ scinditur? Et cum apud se disceptasset, dixit : Damnine aliquid patiemur, si plus quam sit præceptum faciamus? Generosus itaque hic athleta prompto et alacri animo vocat pauperem in vestibulum; et cum eum dimisisset indutum, stetit nudus, se operiens manibus, genua flectens et subsidens ; solum habens sub axilla verbum quod facit divites. Ejus autem consilio et providentia transiens quidam irenarcha (166), agnovit senem; et dixit proximo suo socio : Respice illuc; non est hic senex abbas Bisarion? Cum is autem dixisset : Maxime ; de equo descendens rogavit sanctum, dicens : Quis te exuit? Ille vero dextera protendens Evangelium, Hoc, inquit, me exuit. Statim autem se sua veste exuens irenarcha, perfectum militem induit, et protinus gestans veluti quamdam parvam vestem monachorum, a mundo latens recessit; declinans laudem ejus qui suum vidisset vitæ institutum, eum qui est ab occulto honorem celando exspectans. Hic ipse postquam omne præceptum evangelicum recte esset exsecutus, cum nihil hujus mundi amplius haberet in animo, ad divinorum dictorum perfectiorem exsecutionem, cum in transitu vidisset pauperem, cursu in forum contendit : ubi cum paulisper constitisset, vendidit Evangelium. Paucis igitur post diebus, qui cum eo erat abbatis discipulus, Dulas nomine, rogavit senem, dicens : Quid parvo libello factum est, o abba? Cui senex placide verbum pulchrum admodum et valde scitum est locutus, sic dicens : Ne tristitia afficiaris, o frater; nam ut illic habeamus fiduciam, propter obedientiam vendidi ipsum sermonem, qui mihi semper dicebat : Vende quæ habes, et da pauperibus (*Marc.* x; *Lucæ* xviii). Sunt autem aliæ quoque res plurimæ ex virtute gestæ hujus magni Patris, cum quo nos quoque digni habeamur habere partem, gratia Christi. Amen.

CAPUT CXVII.

Vita beatæ Melaniæ (167).

Necessarium autem existimavi, virilium quoque et honestarum mulierum meminisse in hoc libro, quibus Deus æqualia donavit præmia viris qui ex vir-

[1] Simile dictum cap. seq.; et sup., apud Pelag., libel. vi, num. 5; Ruff., l. iii, num. 70, nomine *Serapionis*.

Digitized by Google

tute vitam egere, et ipsis reddidit coronam eorum qui ipsi placuerunt, ne molles teneræque reddantur quæ sunt socordiores, et prætextum quærant et excusationem, tanquam quæ sint imbecilliores ad certamina virtutis, et ad honestam vitam agendam. Atque multas quidem vidi pias ac religiosas, et plurimas virtutis ergo conveni et virgines et viduas ; inter quas erat etiam beatissima Melania Romana (168), quæ fuit quidem filia Marcelli consularis (169), uxor cujusdam viri qui erat in magna auctoritate, cujus nominis non recte memini. Hæc cum esset vidua, agens annum vigesimum secundum (170), divino amore digna fuit habita ; et nemini quidquam dicens (prohibebatur enim iis temporibus, Valente tenente imperium) cum curasset ut filii sui nominaretur tutor, ipsa acceptis suis mobilibus, et in navem injectis cum aliquot famulis et ancillis, cursu navigavit Alexandriam ; et cum illic res suas vendidisset, et in aurum minutum convertisset, ingressa est in montem Nitriæ, sanctos Patres conveniens, Pambo, et Arsisium (171), et Serapionem magnum, et Paphnutium Scetiotem, et Isidorum confessorem episcopum Hermipolis, et Dioscurum ; et versata est apud eos circiter annum dimidium, obiens solitudinem, et videns omnes sanctos. Post hæc autem cum Augustalis Alexandriæ relegasset Isidorum, et Pissimium, et Adelphium (172), et Paphnutium, et Pambo, et inter eos etiam Ammonium Parotium seu unam habentem auriculam, et duodecim episcopos, et presbyteros et clericos, et anachoretas, ut essent omnes numero centum viginti sex, in Palæstinam circa Diocæsaream, ipsa eos est secuta, eis ex suis propriis pecuniis subministrans, in necessitatibus sumptuum atque omnibus suppeditans. Cum autem prohiberentur ministri, ut narrabant (conveneram enim sanctum Pissimium, Isidorum, et Paphnutium, et Ammonium), hæc fortis mulier induta servili caracalla (173), vespere eis ferebat quæ erant ad usum necessaria. Cum autem id cognovisset consularis Palæstinæ, et vellet sinum suum implere, speravit fore ut eam terreret (174) ; eamque retentam conjecit in carcerem, ignorans ejus libertatem. Hæc autem significat ei, dicens : Ego illius quidem fui filia, hujus vero uxor qui in terra fuit genere clarus, nunc autem sum Christi ancilla. Neque meum vilem habitum despexeris, possum enim me, si velim, extollere ; nec potes me terrere, neque ex rebus meis aliquid accipere ; ne ergo forte ignorans in aliquod crimen incidas, quænam sim tibi declaravi. Oportet enim adversus stolidos, tanquam cane et accipitre uti animi elatione, et in tempore eorum superbiæ in ipsos immittere. Tunc certe judex cum hæc accepisset, se excusavit, et eam adoravit, et jussit eam absque ullo impedimento cum sanctis viris versari.

CAPUT CXVIII.

Vita Ruffini (175) *presbyteri.*

Hæc, postquam hi fuerunt revocati, monasterio ædificato Jerosolymis, viginti septem annos versata est in Jerusalem, habens conventum virginum quinquaginta.

Cum qua vixit etiam nobilissimus et moribus simillimus et fortissimus Ruffinus ex Aquileia civitate Italiæ, qui postea dignus est habitus presbyteratu, quo non est inventus inter homines nec doctior nec mitior. Viginti autem et septem annis excipiebant eos qui veniebant Jerosolyma voti causa, et episcopos, et monachos, et virgines et matrimonio junctos, et illustres et privatæ conditionis, et omnes qui adventabant, suis fovebant expensis. Juverunt quoque schisma (176) quod Paulinum sectabatur, circiter quadringentorum virorum vitam monasticam agentium ; et omnem hæreticum ex Pneumatomachis, hoc est ex iis qui bellum gerunt adversus sanctum Spiritum, persuasum introduxerunt in Ecclesiam ; et clerum qui erat in eo loco, et donis et alimentis honorantes, sic vitam transegerunt, neminem offendentes, sed omnem propemodum orbem terræ juvantes.

Atque de admirabili quidem et sancta muliere Melania superius quidem narravi attingendo leviter ; nihilo secius autem reliqua, vel potius ea quæ teneo memoria de ejus virtutibus, adtexam oratione, nempe inenarrabilem religiosissimæ mulieris beneficentiam, per quam cum beatum incorruptionis indumentum suis texuisset laboribus, et quæ non potest marcescere gloriæ coronam, suis pecuniis, proprio suo capiti fabricata esset et induisset, cum multa fiducia hinc excessit ad Dominum. Me ergo incipientem narrare præclara hujus beatæ facinora, si volo dicere quæ scio, tempus deficient. Quantam quidem opum materiam ea consumpsit in egentes, cœlesti correpta desiderio, non arbitror flammam ignis, si in copiosam inciderit materiam, tantam posse exurere. Hoc autem non est meum solum narrare, sed etiam eorum qui Persidem et Britanniam, et omnes habitant insulas. Beneficiorum enim et largitionum hujus immortalis feminæ non Occidens, non Oriens, non Septentrio fuit expers, nec Meridies. Triginta enim et septem annos hospites excipiens, illis ea quæ erant usui suis præbuit sumptibus, ecclesiisque et monasteriis et hospitiis et carceribus ; et ut semel dicam, nullus ex iis qui eam convenit non est aliquam partem ejus opum consecutus, suppeditantibus ei consanguineis, et ipso filio, et procuratoribus quotannis pecunias et tanquam luculentæ lucernæ oleum ministrantibus, ut fulgido lumine flammam accendens eleemosynæ largitione cunctos illuminaret. Ea autem cum in hospitalitate adeo perseveraverit, ne palmum quidem terræ possedit, non abstracta est a cupiditate filii ab amore solitudinis, non eam divisit a charitate in Christum unigeniti (177) filii desiderium. Sed ejus precibus adolescens et ad summam pervenit doctrinam, moribusque fuit ornatissimus, claroque et illustri fuit matrimonio conjunctus, et mundanos est honores consecutus ; qui duos quoque habuit filios (178), qui testarentur justum matrimonium.

Digitized by Google

καὶ εὐσχημόνων μνημονεῦσαι ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ, A αἷς ὁ Θεὸς τὰ ἴσα τῶν ἐν ἀρετῇ βεβιωκότων αὐτῷ στέφανον ἀποδέδωκεν, ὑπὲρ τοῦ μὴ καταμαλακίζεσθαι τὰς ῥᾳθυμοτέρας, καὶ ἀναχαιτίζειν ὡς ἀσθενεστέρας πρὸς τοὺς ἄθλους τῆς ἀρετῆς καὶ σεμνοῦ βίου κατόρθωσιν. Πολλὰς μὲν ἑώρακα τῶν εὐσεβῶν, πλείστας δὲ ἀστείας εἰς ἀρετὴν συντετύχηκα παρθένους τε καὶ χήρας. Ἡ τρισμακαρία Μελάνη Σπανὴ ἦν τὸ γένος, εἴτουν Ῥωμαία. Θυγάτηρ μὲν γέγονεν Μαρκελλίνου τοῦ ἀπὸ ὑπάτων, ἀνδρὸς δέ τινος ἀπὸ ἀξιωμάτων γυνή· οὗ καλῶς τὸ ὄνομα οὐ μέμνημαι. Ταύτης χηρευσάσης εἰκοστὸν δεύτερον ἀγούσης ἔτος· ἥτις μετὰ τὴν ἐκείνου ἀποβίωσιν ἔρωτος θείου καταξιωθεῖσα τῷ αἰωνίῳ Νυμφίῳ συνήφθη εἰς τέλος ἀγαπήσασα τοῦτον· καὶ μηδενὶ μηδὲν εἰρηκυῖα· ἐκωλύετο γὰρ ἐν τοῖς καιροῖς. Οὐάλεντος τοῦ βασιλέως ἀρχὴν ἔχοντος ἐν τῇ βασιλείᾳ, ποιήσασα ἐπί- B τροπον τοῦ υἱοῦ αὐτῆς ὀνομασθῆναι, τὰ κινητὰ πάντα ἑαυτῆς λαβοῦσα, καὶ εἰς πλοῖον ἐμβαλομένη μετὰ φανερῶν παιδίων καὶ ῥητῶν παιδισκῶν δρομαία κατέπλευσεν ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, Καὶ ταύτην καταλαβοῦσα, ἐκεῖ διαπωλήσασα τὰς ὕλας, καὶ εἰς χρυσὸν κατακερματίσασα, εἰσῆλθεν εἰς τὸ ὄρος τῆς Νιτρίας, τοῖς ἁγίοις Πατράσιν περιτυγχάνουσα τοῖς περὶ τὸν μακάριον Παμβὼ, καὶ τὸν τοῦ Χριστοῦ δοῦλον Ἀρσίσιον, καὶ τὸν μέγαν Σεραπίωνα, καὶ τὸν ἅγιον Παφνούτιον, καὶ τὸν ἀοίδιμον Ἰσίδωρον τὸν ὁμολογητὴν, ἐπίσκοπον δὲ Ἑρμουπόλεως, καὶ τὸν δοκιμώτατον Διόσκορον· καὶ χρονίσασα παρ' αὐτοῖς ὡς ἤμισυ ἔτους, κυκλεύουσα ἀνὰ τὴν ἔρημον, καὶ πᾶσι συντυγχάνουσα τοῖς ἁγίοις. Μετὰ δὲ ταῦτα τοῦ Αὐγουσταλίου ἐξορίσαντος τοὺς ἁγίους Πατέρας, Ἰσίδωρον, καὶ Ἡσσίμιον, καὶ Ἀδέλφιον, καὶ Παφνού- C τιον, καὶ Παμβὼ, καὶ Ἀμμώνιον τὸν παρώτιον, καὶ ἑτέρους τινὰς, τοὺς πάντας δώδεκα ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους, καὶ λοιποὺς κληρικούς τε καὶ ἀναχωρητὰς, ὡς γίνεσθαι τὸν ἀριθμὸν ἑκατὸν εἴκοσι ἓξ, τοὺς πάντας δεκαδύο ἐπισκόπους καὶ πρεσβυτέρους εἰς τὴν Παλαιστίνην, περὶ τὴν Διοκαισάρειαν· ἐν οἷς καὶ αὐτὴ συνελθοῦσα ἡ μακαρίτις ἐκ τῶν ἰδίων ὑπαρχόντων διακονοῦσα αὐτοῖς. Κωλυομένων δὲ τῶν ὑπηρετουμένων αὐτοῖς, ὡς διηγοῦντο (συνέτυχον γὰρ ἐγὼ τῷ ἁγίῳ Πισσιμίῳ, καὶ Παφνουτίῳ, καὶ Ἰσιδώρῳ· καὶ Ἀμμωνίῳ), αὐτὴ ἡ ἀνδρεία παιδαρίου καρακάλιον λαμβάνουσα καθ' ἑσπέραν εἰσέφερεν αὐτοῖς τὰ πρὸς τὰς χρείας. Ἐγνωκὼς οὖν ὁ ὑπατικὸς τῆς Παλαιστίνης, θελήσας ἀπ' αὐτῆς τὸν κόπον πληρῶσαι, καὶ προσεδόκησεν ταύτην καπνίσαι. Καὶ κατασχὼν ἔβαλεν ταύτην εἰς φυλακὴν, ἀγνοῶν τὴν D ἐλευθερίαν αὐτῆς. Συγκλεισθεῖσα δὲ ἡ θεοφιλὴς, δηλοῖ τῷ ὑπατικῷ, λέγουσα· Ἐγὼ τοῦδε μὲν γεγένημαι θυγάτηρ, τοῦ δὲ γυνὴ τοῦ ἐπιδόξου γένους· τὰ δὲ νῦν εἰμὶ δούλη Χριστοῦ. Καὶ μὴ τῇ εὐτελείᾳ τοῦ σχήματός μου προσέχων καταπτύσῃς. Δύναμαι γὰρ, ἐὰν θέλω, ἐμαυτὴν καὶ ὑφῶσαι καὶ ἐκδικῆσαι, καὶ οὐκ ἔχεις με ἐν τούτῳ καπνίσαι, οὐδὲ τῶν ἐμῶν τι λαβεῖν. Ὥστε οὖν ἵνα ἀγνοήσας μὴ μέλλῃς ἐγκλήμασι περιπίπτειν, ἐδήλωσά σοι. Δεῖ γὰρ, φησὶ, κατὰ τῶν ἀναισθήτων καθάπερ κυνὶ ἢ ἱέρακι τῷ τύφῳ κεχρῆσθαι, καὶ ἐν καιρῷ ὑπερηφανίας αὐτῶν τούτους ἐπαφιέναι. Τότε ἀκούσας ταῦτα ὁ δικαστὴς εἰς συναίσθησιν ἐλθὼν, καὶ ἀπελογήσατο, καὶ ἐδεήθη αὐτῆς, καὶ ἐκέλευσεν αὐτὴν ἀκωλύτως συντυγχάνειν τοῖς ἁγίοις ἀνδράσιν.

ΚΕΦΑΛ. ΡΙΗ'.

Περὶ Ῥουφίνου.

Αὕτη μετὰ τὴν ἀνάκλησιν τῶν ἐνθέων ἀνδρῶν μοναστήριον κτίσασα ἐν Ἱεροσολύμοις εἴκοσι ἑπτὰ ἔτεσιν ἐχρόνισεν ἐν τῇ Ἱερουσαλὴμ, ἔχουσα συνοδίαν παρθένων πεντήκοντα.

Ἦν συνέζη καὶ ὁ εὐγενέστατος καὶ μονότροφος καὶ στιβαρώτατος Ῥουφῖνος, ὁ ἀπὸ Ἰταλίας ἐξ Ἀκυληίας τῆς πόλεως πρεσβυτερίου εἰς ὕστερον καταξιωθεὶς· οὗ γνωστικώτερον καὶ ἐπιεικέστερον ἐν ἀνδράσιν οὐχ ηὑρίσκετο· δεξιούμενοι ἀμφότεροι ἐν τοῖς εἴκοσι ἑπτὰ ἔτεσιν τοὺς ἐπιχωριάζοντας τοῖς Ἱεροσολύμοις εὐχῆς χάριν, ἐπισκόπους τε καὶ μονάζοντας, παρθένους καὶ τοὺς ἐν συζυγίαις, ἀξιολόγους τε καὶ ἰδιώτας, καὶ ἁπαξαπλῶς ἐπιδεομένους τῆς συντυχίας αὐτῶν καταλλήλως ἀναπαύοντες, οἰκείοις ἀνα- B λώμασιν οἰκοδομοῦντες πάντας τοὺς παρατυγχάνοντας. Ἦνωσαν δὲ καὶ τὸ σχίσμα τὸ κατὰ Παυλῖνον ὡς ἀνδρῶν τετρακοσίων μοναζόντων, καὶ πάντα αἱρετικὸν Πνευματομάχον συμπείσαντες εἰσήγαγον εἰς τὴν Ἐκκλησίαν, τιμῶντες τὸν κατὰ τόπον κλῆρον, δώροις τε καὶ τροφαῖς. Καὶ ταῦτα ποιοῦντες οὕτω τὸν βίον ἐν εὐσεβείᾳ διετέλεσαν, μηδένα μὲν σκανδαλίσαντες, σχεδὸν δὲ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ὠφελήσαντες.

Περὶ τῆς θαυμασίας καὶ ἁγίας Μελανίας ἀκριβῶς μὲν ἄνω διηγησάμην περὶ αὐτῆς, οὐδὲν δὲ ἧττον τὰ λοιπὰ, μᾶλλον δὲ ἃ καταλαμβάνω τῇ μνήμῃ τῶν ταύτης ἀρετῶν καὶ νῦν ἐνυφανῶ τῷ ποικίλῳ τοῦ λόγου χιτῶνι, διηγούμενος τὰς ἀφάτους τῆς θεοφιλεστάτης ταύτης εὐποιΐας. Δι' ὧν τὸ μακάριον τῆς ἀφθαρσίας ἔνδυμα οἰκείοις πόνοις ἑαυτῇ ἐξυφάνασα, καὶ τὸν ἀμαράντινον τῆς δόξης στέφανον τοῖς ἰδίοις C χρήμασι τῇ τιμίᾳ αὐτῆς κεφαλῇ καλῶς ἐχαλκεύσασα, καὶ μεταμφιασαμένη μετὰ πολλῆς παῤῥησίας, πρὸς τὸν Θεὸν ἀπεδήμησεν. Ἀρξάμενόν με τοίνυν διηγήσασθαι τὰ ταύτης τῆς μακαρίας κατορθώματα, ἐὰν θέλω ἅπερ ἐπίσταμαι, λέγειν, ἐπιλείψει καὶ ὁ χρόνος. Ὅσην μὲν ὕλην αὕτη εἰς δεομένους ἠνάλωσεν ληφθεῖσα τῷ οὐρανίῳ ζήλῳ, οὐκ οἶμαι πυρὸς φλόγα ἐμπεσοῦσαν εἰς ἀφθονίαν ὕλης τοσαύτης δυνηθῆναι ἐμπρῆσαι. Τοῦτο δὲ οὐκ ἐμόν ἐστι διηγήσασθαι, ἀλλὰ καὶ τῶν τὴν Περσίδα, καὶ Βρεττανίας, καὶ τὰς πάσας νήσους οἰκούντων. Τῶν γὰρ εὐποιιῶν καὶ ἐπιδόσεων τῆς ἀθανάτου ταύτης, οὐ Δύσις, οὐκ Ἀνατολὴ, οὐκ Ἄρκτος, οὔτε Μεσημβρία ἠστόχησε. Τριακοστὸν γὰρ καὶ ἕβδομον ξενιτεύσασα ἔτος, ἰδίοις ἀναλώμασιν ἐπήρκεσε, καὶ ἐκκλησίαις, καὶ μοναστηρίοις, καὶ ξένοις, D καὶ φυλακαῖς· καὶ ἁπαξαπλῶς, οὐδεὶς τῶν παρατυγχανόντων ἄμοιρος αὐτῆς ἀνεχώρησεν· χορηγούντων αὐτῇ, τῶν πρὸς γένος, καὶ αὐτοῦ τοῦ υἱοῦ, καὶ τῶν αὐτῆς ἐπιτρόπων κατ' ἔτος τὰ χρήματα, ὥσπερ λύχνῳ φαιδρῷ χορηγοῦντες τὸ ἔλαιον· ἥτις λαμπρῷ τῷ φωτὶ τῆς ἐλεημοσύνης τὴν φλόγα ἀνάπτουσα ἱλαρᾷ τῇ δόσει πάντας ἐφώτισεν. Ἐπὶ τοσοῦτον δὲ τῇ ξενιτείᾳ ἐγκαρτερήσασα, οὐδὲ σπιθαμὴν ἐκτήσατο γῆς· οὐκ ἐξελκύσθη τοῦ πόθου τῆς ἐρημίας ὑπὸ τῆς τοῦ υἱοῦ ἐπιθυμίας· οὐκ ἐμέρισεν αὐτὴν τῆς πρὸς Χριστὸν ἀγάπης ὁ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ αὐτῆς πόθος. Ἀλλὰ ταῖς προσευχαῖς ταῖς ὁσίαις ταύτης καὶ ὁ νεώτερος εἰς ἄκρον παιδείας ἦλασεν, καὶ εἰς τρόπων χρηστότητα. Ἔφθασεν δὲ καὶ εἰς γάμον κατὰ τὸν κόσμον τοῦτον ἐπίδοξον, καὶ ἐντὸς τῶν κοσμικῶν ἀξιωμάτων ἐγένετο. Ἔσχεν δὲ καὶ τέκνων δυάδα,

Digitized by Google

Μετὰ πολλοὺς οὖν τοὺς χρόνους ἀκούσασα αὐτη ἡ σεμνοτάτη περὶ τῆς καταστάσεως τῆς ἐκγόνης, ὅτι ἔγημεν, καὶ προήρηται ἀποτάξασθαι, φοβηθεῖσα μή ποτε περιῤῥαγῶσι κακοδιδασκαλίᾳ, ἢ αἱρέσει, ἢ κακοζωΐᾳ, ἐξήκοντα ἐτῶν πρεσβύτις οὖσα ἐνέβαλεν ἑαυτὴν εἰς πλοῖον· καὶ ἀπὸ τῆς Καισαρέων ἀποπλεύσασα δι' εἴκοσι ἡμερῶν παρεγένετο εἰς Ῥώμην, καὶ τοῖς ἐκεῖ συντυχοῦσα, τὸν μὲν μακαριώτατον ἄνδρα καὶ ἀξιολογώτατον, λαμπρότατον Ἀπρονιανὸν Ἕλληνα ὄντα κατηχήσασα, Χριστιανὸν ἐποίησεν· πείσασα αὐτὸν καὶ ἐγκρατεύεσθαι μετὰ τῆς γυναικὸς ἑαυτοῦ, ἀδελφιδῆς δὲ ταύτης τῆς μακαρίας καλουμένης Ἀβίττας· στηρίξασα δὲ καὶ τὴν ἰδίαν ἐκγόνην Μελανίαν τὴν νεωτέραν σὺν τῷ αὐτῆς ἀνδρὶ Πινιανῷ. Κατήχησεν δὲ καὶ Ἀλβίναν τὴν ἑαυτῆς νύμφην, γυναῖκα δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς· καὶ παρασκευάσασα πάντας τούτους διαπωλῆσαι τὰ ὑπάρχοντα, τῆς Ῥώμης ἐξήγαγεν, καὶ ἐπὶ τὸν σεμνὸν καὶ γαληνιῶντα λιμένα τοῦ βίου ἤγαγεν. Καὶ οὕτως πρὸς πάντας τοὺς ἐν τῇ Ῥώμῃ συγκλητικοὺς ἐθηριομάχησεν, καὶ πρὸς τὰς τούτων ἐλευθέρας, κωλυόντων αὐτῇ ἐπὶ τῇ ἀποταγῇ τῶν λοιπῶν οἰκείων. Ἡ δὲ τοῦ Χριστοῦ δούλη ἔλεγεν αὐτοῖς· Παιδία, πρὸ τεσσαρακοσίων ἐτῶν ἐγράφη ὅτι ἐσχάτη ὥρα ἐστίν· τί οὖν ἐμφιλοχωρεῖτε τῇ ματαιότητι τοῦ βίου, μή ποτε φθάσωσιν αἱ ἡμέραι τοῦ Ἀντιχρίστου, καὶ μὴ δυνηθῆτε ἀπολαῦσαι ὑμῶν τοῦ πλούτου καὶ τῶν προγονικῶν ὑμῶν πραγμάτων. Καὶ διὰ τούτων τῶν λόγων πάντας ἐλευθερώσασα ἤγαγεν ἐπὶ τὸν μονήρη βίον. Καὶ τὸν Ποπλικόλα δὲ υἱὸν κατηχήσασα τὸν νεώτερον, ἤγαγεν ἐπὶ τὴν Σικελίαν, τὰ ἑαυτῆς ὑπολειφθέντα πάντα διαπωλήσασα· καὶ τὰς τιμὰς ὑποδεξαμένη ἦλθεν πάλιν ἐπὶ τὰ Ἱεροσόλυμα, καὶ διανείμασα τὰς ὕλας ἐντὸς τεσσαράκοντα ἡμερῶν ἐκοιμήθη ἐν γήρει καλῷ καὶ τιμίᾳ μνήμῃ καὶ βαθυτάτῃ πραΰτητι κομῶσα ταῖς ἐλεημοσύναις, καὶ τῷ καρπῷ τῶν ἀγαθῶν ἔργων βριθομένη· καταλείψασα καὶ μοναστήριον ἐν Ἱεροσολύμοις, καὶ τὰ τῆς μονῆς ἀναλώματα.

Ὡς δὲ πάντες οὗτοι οἱ ὑπὸ τῆς μακαρίας Μελάνης κατηχηθέντες τῆς Ῥώμης ἀνεχώρησαν, θύελλά τις βαρβαρικὴ, ἡ καὶ ἐν προφητείαις πάλαι κειμένη, ἐπέστη τῇ Ῥώμῃ, καὶ οὐκ εἴασεν οὐδὲ τοὺς ἐπ' ἀγορᾷ ἀνδριάντας χαλκοῦς, ἀλλὰ πάντα πορθήσασα βαρβαρικῇ ἀπονοίᾳ, παρέδωκεν ἀπωλείᾳ, ὡς γενέσθαι τὴν Ῥώμην, τὴν ἐν χιλίοις διακοσίοις ἔτεσιν φιλοκαληθεῖσαν, κατὰ τὴν τῆς Σιβύλλης ῥῆσιν, ῥώμην. Τότε οἱ κατηχηθέντες ἔχαιρον μὴ συμπαραπεσόντες τοῖς ἀνηκεστάτοις κακοῖς τῆς πορθήσεως, δοξάζοντες τὸν Θεὸν ἐπὶ τῇ ἀρίστῃ μεταβολῇ τῶν πραγμάτων, καὶ τῇ παραδόξῳ αὐτῶν σωτηρίᾳ, τὸν αὐτοῖς ἔργοις πείσαντα τοὺς ἀπίστους, ὅτι τῶν ἄλλων πάντων αἰχμαλωτισθέντων οὗτοι μόνοι διεσώθησαν οἱ οἶκοι ὁλοκαύτωμα γενόμενοι τῷ Κυρίῳ σπουδῇ Μελάνης τῆς ἀοιδίμου καὶ ἀθανάτου, τῶν ἐναντιουμένων σωτηρίᾳ ἄπρακτα μετανοούντων ὑψὲ τοῦ καιροῦ.

ΚΕΦΑΛ. ΡΙΘ'.

Περὶ Μελάνης τῆς νεωτέρας.

Ἐπειδὴ δὲ προϋπεσχόμην ἀνωτέρω διηγήσασθαι περὶ τοῦ παιδίου Μελάνης, ἀναγκαῖον τὸ χρέος ἀποδοῦναι με νῦν. Οὐ γὰρ δίκαιον ὑπεριδόντας ἡμᾶς τὸ ταύτης νεώτερον ἐν σαρκὶ, τοσαύτην ἀρετὴν ἀστηλίτευτον καταλεῖψαι, γραϊδων τάχα πολλῶν συνετῶν καὶ σπουδαίων ταύτην πολὺ μᾶλλον διαφέρουσαν. Τὴν νέαν τοίνυν τῇ ἡλικίᾳ, πρεσβύτιν δὲ τῇ γνώμῃ τῆς εὐσεβείας· ταύτην μὲν βίᾳ οἱ γεννήσαντες ἤγαγον πρὸς γάμον, ζεύξαντες αὐτὴν τῷ πρώτῳ τῆς Ῥώμης. Ἥτις ἀεὶ τοῖς διηγήμασι τῆς ἑαυτῆς μάμμης νυττομένη ἐπὶ τοιοῦτον ἐκέντρωθη, ὡς μηδὲ δυνηθῆναι ἐξυπηρετήσασθαι τῷ γάμῳ. Γενομένων γὰρ αὐτῇ δύο παιδίων ἀῤῥένων, καὶ τῶν δύο τελευτησάντων, εἰς τοσοῦτον μῖσος τοῦ γάμου ἦλασεν, ὡς εἰπεῖν τῷ ἑαυτῆς ἀνδρὶ Πινιανῷ, τῷ υἱῷ Σευήρου τοῦ ἀπὸ ἐπάρχων, ὅτι Εἰ μὲν αἱρήσαις συνοικῆσαί μοι κατὰ τὸν τῆς σωφροσύνης λόγον, καὶ δεσπότην σε οἶδα, καὶ κύριον τῆς ἐμῆς ζωῆς ὁμολογήσω σε· εἰ δὲ βάρος σοι τοῦτο ὡς νεωτέρῳ φαίνεται, πάντα μου λάβε τὰ πράγματα, καὶ μόνον τὸ σῶμά μου ἐλεύθερωσον, ἵνα πληροφορήσω μου κατὰ Θεὸν ἐπιθυμίαν, κληρονόμος γενομένη τῆς κατὰ Θεὸν ἀρετῆς τῆς ἐμῆς μάμμης, ἧς καὶ τὸ ὄνομα ἔχω. Εἰ γὰρ ἐβούλετο ἡμᾶς ὁ Θεὸς ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ διάγειν, καὶ τῶν ἐξ αὐτοῦ ἀπολαύειν, οὐκ ἂν μου ἔλαβεν ὥρα τὰ τεχθέντα παιδία. Ἐπὶ πολὺν δὲ χρόνον ζυγομαχησάντων αὐτῶν εἰς ὕστερον ὁ Θεὸς κατοικτειρήσας τὸν νέον, ἐνέθηκεν καὶ τούτῳ ζῆλον θεοσεβείας, ὡς ἀποτάξασθαι πάσῃ τῇ ὕλῃ τοῦ κόσμου, ὡς πληρωθῆναι τὸ γεγραμμένον τοῦ Ἀποστόλου ῥητόν· Τί γὰρ οἶδας, γύναι, εἰ τὸν ἄνδρα σώσεις; ἢ τί οἶδας, ἄνερ, εἰ τὴν γυναῖκα σώσεις; Γημαμένη οὖν δεκατριῶν ἐτῶν, καὶ συζήσασα τῷ ἀνδρὶ ἑπτὰ ἔτη, τῷ εἰκοστῷ ἔτει ἀπετάξατο. Καὶ πρῶτον μὲν πάντα αὐτῆς τὰ σηρικὰ ἡμιφόρια καὶ καλύμματα τοῖς θυσιαστηρίοις ἐδωρήσατο. Τοῦτο δὲ πεποίηκεν καὶ ἡ σεβασμιωτάτη Ὀλυμπιάς. Τὰ δὲ λοιπὰ σηρικὰ ἐνδύματα συγκόψασα, διάφορα ἐποίησεν ἐκκλησιαστικὰ ἔπιπλα. Τὸν δὲ ἄργυρον καὶ τὸν χρυσὸν ἐμπιστεύσασα Παύλῳ τινὶ πρεσβυτέρῳ, μοναχῷ Δαλματησίῳ, διὰ θαλάσσης ἀπέστειλεν ἐν τῇ Ἀνατολῇ, Αἰγύπτῳ, καὶ Θηβαΐδι νομίσματα μύρια· Ἀντιοχείᾳ καὶ τοῖς μέρεσιν αὐτῆς νομίσματα μύρια· Παλαιστίνῃ νομίσματα μύρια πεντακισχίλια· ταῖς ἐν ταῖς νήσοις ἐκκλησίαις, καὶ τοῖς ἐν ταῖς ἐξορίαις, νομίσματα μύρια· ταῖς κατὰ τὴν Δύσιν ἐκκλησίαις, καὶ μοναστηρίοις, καὶ ξενοδοχείοις, καὶ πᾶσι τοῖς δεομένοις, δι' ἑαυτῆς χορηγήσασα καὶ χορηγοῦσα τούτων τετραπλασίονα· ὡς ἐπὶ Θεοῦ ἐξαρπάσασα ἐκ τοῦ στόματος τοῦ λέοντος Ἀλαρίχου τῇ ἑαυτῆς πίστει. Ἠλευθέρωσεν δὲ τὰ βουληθέντα ἀνδράποδα, ἀλλ' ἠρήσαντο μᾶλλον δουλεῦσαι τῷ ἀδελφῷ αὐτῆς, ᾧ παρεχώρησεν. Ἀλλ' ἡ ἀπὸ τριῶν νομισμάτων, πάντα τὰ κτήματα τὰ ἐν ταῖς Σπανίαις, καὶ Ἀκυτανίᾳ, καὶ Ταρακωνησίᾳ, καὶ Γαλλίαις διαπωλήσασα, τὰ ἐν Σικελίᾳ, καὶ Καμπανίᾳ, καὶ Ἀφρικῇ, ἑαυτῇ καταλέλοιπεν εἰς χορηγίαν μοναστηρίων, καὶ πάντων τῶν δεομένων. Αὕτη ἡ σοφία τῆς θεοφιλεστάτης, καὶ πρεσβυτικὸν νοῦν ἔνθεον ἀνειληφυίας, περὶ τῆς ὕλης τοῦ φορτίου τῶν χρημάτων, Μελανίης τῆς νέας.

Ἡ δὲ ἄσκησις αὐτῆς ἐστι τοιαύτη· ἐσθίειν μίαν παρὰ μίαν· ἐν δὲ ταῖς ἀρχαῖς καὶ ὑπὲρ πέντε εἰς ἐφημερίαν ἑαυτὴν τάξασα τῶν ἑαυτῆς δουλίδων, ἃς συνασκητρίας εἰργάσατο.

Καὶ αὕτη δὲ πολλοὺς τῶν ἑαυτῆς συγγενῶν, εἰς ζῆλον θεῖον ὁδηγοῦσα, θεοσεβεῖν ἴσως αὐτοὺς ἐποίησεν. Οὗτος ὁ βίος τῆς νέας Μελανίης διὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Digitized by Google

Multis itaque post annis cum de neptis statu audisset, eam et nupsisse, et velle sæculo renuntiare; verita ne forte in aliquam malam abriperentur doctrinam, vel hæresim, vel malam vitam, anus sexaginta annos nata navem ascendit, et Cæsarea navigans viginti dierum spatio Romam venit. Atque illic quidem cum esset, beatissimum virum maximæ existimationis clarissimum Apronianum (179), qui erat gentilis, catechesi instituit, et Christianum fecit, persuasitque ut contineret etiam cum sua uxore, ejus autem sororis filia, Avita nomine. Cum autem suam quoque neptem confirmasset Melanium una cum ejus marito Pinlano (180), et catechesi instituisset Albinam nurum suam, uxorem autem sui filii (181), et persuasisset his omnibus vendere quæ habebant, Roma eos eduxit, et ad honestum ac tranquillum vitæ portum deduxit. Et sic depugnavit adversus bestias, nempe eos qui erant ordinis senatorii, et eorum uxores; prohibentes eam renuntiare reliquis suis ædibus. Christi autem ancilla eis dicebat: Filii, plusquam quadringentis abhinc annis scriptum est: Ultima hora est (*I Joan.* II). Quid ergo lubentes ac volentes immoramini in vanitate vitæ? ne forte veniant dies Antichristi, et non possitis frui vestris opibus, et rebus majorum vestrorum? Cumque omnes his verbis liberasset (182), ad monasticam vitam traduxit, et filium juniorem Publicolam cum instruxisset, duxit in Siciliam; cumque reliqua omnia sua vendidisset, et pretium accepisset, duxit Jerosolyma; et cum facultates divisisset, intra quadraginta dies dormiit in bona senectute et summa mansuetudine, et veneranda memoria eleemosynis redundans, relicto etiam monasterio Jerosolymis et sumptibus monasterii.

Postquam autem hi omnes Roma abscessissent qui catechesi instituti fuerant a beata Melania, barbarica quædam procella, quæ etiam in prophetis jam olim posita fuerat, in Romam irruit, et nec æneas quidem statuas reliquit in foro, sed omnia barbarica diripiens insolentia, corrupit; adeo ut Roma quæ mille et ducentis annis pulcherrima fuerat et frequentissima, diueretur, fieretque deserta, et ut ait Sibylla, ῥώμη, hoc est vicus, non Roma. Tunc qui catechesi fuerant instituti, et ei minime adversati, Deum laudaverunt qui rerum mutatione persuasisset incredulis, quod aliis omnibus redactis in servitutem, eæ solæ salvæ fuerint familiæ, quæ Domino fuerunt holocausta, studio beatæ Melaniæ; cum cæteri qui eorum saluti adversabantur, eorum inutili pœnitentia detinerentur.

CAPUT CXIX.

Vita parvæ Melaniæ (183).

Quoniam autem relaturum me de filia Melaniæ spopondi, necessarium est ut nunc debitum reddam. Non enim justum ut junioris quoque in carne Melaniæ vitam despiciamus, et neptis magnæ Melaniæ tantam virtutem tacitam prætereamus, quæ longe forte præstat prudentibus et studiosis vetulis. Hanc ergo ætate juvenem, pietatis autem sententia vetulam, parentes invitam nuptum dedere, eam jungentes matrimonio viro urbis Romæ primario. Hæc semper stimulata aviæ suæ narrationibus, tantum fuit sauciata, ut matrimonio non posset inservire. Cum autem ei nati essent duo filii masculi, iique decessissent, tantum eam cœpit odium matrimonii, ut dixerit marito suo Piniano (184) filio Severi (185), qui erat ex præfectis: Si volueris quidem mecum cohabitare ut ratio dictat temperantiæ, et te dominum agnosco, et profiteor meam vitam esse in tua potestate; sin autem hoc tibi grave videtur utpote juveni, res omnes meas tibi habe, et solum sine me corpore esse liberam, ut satisfaciam meo quod est ex Deo desiderio, facta hæres ejus quæ est ex Deo virtutis meæ aviæ, cujus etiam nomen gero. Si enim vellet nos Deus degere in hoc mundo, et frui rebus mundanis, non filios mihi natos accepisset immaturos. Cum autem longo tempore inter se contenderent, Deus postea misertus adolescentis, ei quoque zelum immisit religionis, ut ipse quoque mundi universæ renuntiaret terrenæ materiæ, adeo ut impletum fuerit quod scriptum est ab Apostolo: Quid enim scis, mulier, an virum servabis (*I Cor.* VII)? Cum ergo nupsisset viro tredecim annos nata, septem vero cum eo vixisset, vigesimo suæ ætatis anno mundo renuntiat; et primum quidem omnia sua serica superhumeralia (186) tegumenta dedit altaribus (quod et veneranda fecit Olympias), reliqua autem serica indumenta cum conscidisset, diversam supellectilem fecit ecclesiasticam. Argentum autem et aurum cum credidisset cuidam Paulo presbytero (187) monacho Dalmatæ, id per mare misit ad Orientem; atque Ægypto quidem et Thebaidi decies mille solidos, Antiochiæ autem et ejus quæ circa ipsam sunt regionibus solidos decies mille; Palæstinæ solidos quindecies mille distribuit. Ecclesiis autem quæ sunt in Occidente, et monasteriis, et xenodochiis, et omnibus egentibus per seipsam suppeditavit, et suppeditat his quadruplo plura, ut Deus novit ex ore leonis (188) Alarici eripiens fide sua (*II Timoth.* IV, 17). Liberavit autem servorum qui voluerunt octo millia; reliqui enim noluerunt, sed maluerunt manere cum fratre (189) ejus. Omnes autem possessiones quas habuit in Hispaniis, in Aquitania, in Tarraconensi et Galliis, et in aliis civitatibus, cum vendidisset, eas ad tres usque solidos distribuit; quæ autem habebat in Sicilia, Campania, et Africa, sibi reliquit, ut suppeditare posset monasteriis et egenis. Hæc est sapientia in primis religiosæ, et quæ mentem senilem susceperat de pecuniæ materia, Melaniæ junioris.

Hæc autem erat ejus exercitatio: Post diem unum comedebat; in principio autem post quinque, varie ancillis suis serviens; quas etiam secum una reddidit exercitatrices. Jam vero ipsa quoque multos ex suis cognatis ducens ad zelum divinum, fecit ut similiter atque ipsa religiose Deum colerent. Hæc est vita juvenis Melaniæ per Dominum nostrum Jesum Christum.

Digitized by Google

CAPUT CXX.

De Albina (190).

Habebat autem secum quoque matrem Albinam, quæ similiter exercetur, et similiter rursus seorsim dispergit suas pecunias. Habitant itaque in agris, aliquando quidem Siciliæ, aliquando vero Campaniæ cum eunuchis quindecim, et virginibus et ancillis.

CAPUT CXXI.

De Piniano (191).

Similiter autem Pinianus quoque ejus quondam maritus, nunc autem in opere virtutis adjutor unanimis, qui exercetur cum triginta monachis, et legit divinas Scripturas, hortoque colendo est intentus et congressionibus. Non parvo autem nos honore affecerunt cum Romam venissemus propter beatum Joannem episcopum nos reficientes, et abundantissimis viaticis excipientes, accersentes æternam vitam Domini nostri Jesu Christi, et optimæ vitæ institutionis.

CAPUT CXXII.

De Pammachio (192).

Horum cognatus fuit vir ex proconsulibus, nomine Pammachius; qui cum mundo renuntiasset, vitam egit optimam; et suas opes partim vivus dispersit, partim autem moriens reliquit pauperibus.

CAPUT CXXIII.

De Macario (193).

Similiter etiam quidam nomine Macarius ex vicaria (194).

CAPUT CXXIV.

De Constantio (195).

Constantius quoque assessor præfectorum Italiæ, insignes viri et eruditissimi, qui pervenerunt ad summum pietatis et religionis; quos existimo adhuc nunc quoque esse in carne, optimam instituendæ vitæ rationem exercentes, beatamque vitam et nulli exitio obnoxiam exspectantes.

CAPUT CXXV.

De Paula (196) *Romana.*

Inter quos fuit etiam Paula Romana mater Toxotii, uxor N., ad spiritalem vitæ institutionem accommodatissima. Cui impedimento fuit Hieronymus quidam Dalmata [1]; nam cum posset superare multas, ne dicam cunctas, ut quæ ad vitam ex virtute gerendam esset optimo ingenio prædita, eam sua invidia impedit, ipsam trahens ad scopum proprium.

CAPUT CXXVI.

De Eustochio.

Cujus filia nunc quoque exercetur in Bethleem, nomine Eustochium, quam ego non conveni. Dicitur autem esse castissima, habens conventum quinquaginta virginum.

CAPUT CXXVII.

De Venerea.

Inveni autem Veneream Ballomeci comitis filiam, quæ onus cameli recte dispersit, et liberata est a vulneribus quæ oriuntur ex materia.

[1] Palladius calumniatur sanctissimum Hieronymum.

CAPUT CXXVIII.

De Theodora (197).

Et beatam Theodoram tribuni filiam, quæ ad tantam processit egestatem possessionum, ut ipsa eleemosynam accipiens sit mortua.

CAPUT CXXIX.

De Usia (198).

In monasterio Hesycha propter mare, novi mulierem nomine Usiam, longe in omnibus honestissimam.

CAPUT CXXX.

De Adolia.

Et ejus sororem Adoliam, quæ ipsa quoque vixit in virtute, et non pro ejus quidem dignitate, sed pro suarum virium facultate vixit in zelo Dei.

CAPUT XXXI.

De Basianilla.

Novi autem etiam Basianillam Candiani magistri militum filiam, quæ ipsa pio et alacri animo virtutem exercuit, et in hodiernum usque diem certamina acriter exsequitur.

CAPUT CXXXII.

De Photina.

Et Photinam virginem summe honestam, filiam Theoctisti presbyteri in Laodicea.

CAPUT CXXXIII.

De Asella.

Vidi autem Romæ quoque Asellam honestam Dei virginem, quæ honeste consenuit in monasterio, mulier longe mitissima, et quæ retinebat conventus, in quibus vidi et viros et mulieres catechesi recenter institutos.

CAPUT CXXXIV.

De Avita (199).

Vidi etiam beatam Avitam Deo dignam cum ejus marito Aproniano, et eorum filia Eunomia, in omnibus Deo bene placentes, ut aperte facile traducti fuerint a dissoluta et voluptaria vita ad honestam et continentem vitæ institutionem, in his quoque digni habiti ut in Christo dormirent, ab omni quidem peccato liberi, perfecte in honesto certamine decertantes, in bona memoria vitam suam relinquentes.

CAPUT CXXXV.

De Magna (200).

In civitate Ancyra sunt multæ quidem aliæ virgines, nempe ad decem millia, duo autem vel plura, quæ exercentur, et in omni virtutis institutione militant; omnesque temperantiæ legibus claræ et insignes feminæ, et divinum certamen studio exsequentes. Inter quas principatum obtinet in pietate Magna honestissima femina et probissima; quam nescio quid sim nominaturus, virginemne an viduam. A matre enim vi viro conjuncta, eum tamen variis inescans dilationibus, et corporis morbos prætexens, a corruptionis vitio integra et intacta permansit, ut dicunt ejus necessarii. Cumque paulo post decessisset ejus maritus, omnium simul facta est hæres unica, et temporalibus deinceps commutans æterna, totam seipsam Deo obtulit, summe curam gerens vitæ quæ

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. ΡΚ'.

Περὶ Ἀλβίνας.

Ἔχει δὲ μεθ' ἑαυτῆς καὶ τὴν μητέρα Ἀλβίναν ἀσκουμένην ὁμοίως καὶ διασκορπίζουσαν κατ' ἰδίαν πάλιν τὰ ἴδια χρήματα. Εἰσὶν οὖν οἰκοῦσαι ἐν ἀγροῖς· ποτὲ ἐν τοῖς Σικελίας, ποτὲ ἐν τοῖς Καμπανίας, μετὰ εὐνούχων δεκαπέντε, καὶ παρθένων, καὶ δουλίδων.

ΚΕΦΑΛ. ΡΚΑ'.

Περὶ Πινιανοῦ.

Ὁμοίως καὶ ὁ Πινιανὸς ὁ τότε ἀνὴρ αὐτῆς, νῦν δὲ, ὁ ἀδελφοὶ, διὰ τὸν Χριστὸν τῆς ἀρετῆς συνεργὸς ὁμόφρων, συνασκούμενος μετὰ μοναζόντων τριάκοντα, καὶ ἀναγινώσκων τὰς θείας Γραφάς. Καὶ περὶ κῆπον μετεωριζόμενος καὶ συντυχίας. Οὐ μικρῶς δὲ καὶ ἡμᾶς πλείονας ὄντας ἐτίμησαν ἀπελθόντας ἐν Ῥώμῃ, διὰ τὸν μακάριον Ἰωάννην τὸν ἐπίσκοπον, καὶ ἀνέπαυσαν ἡμᾶς καὶ ξενοδοχείῳ, καὶ ἐφοδίοις δαψιλεστάτοις, μετὰ πολλῆς χαρᾶς καρπούμενοι τὴν αἰώνιαν ζωὴν τοῖς θεοδωρήτοις ἔργοις τῆς ἀρίστης πολιτείας.

ΚΕΦΑΛ. ΡΚΒ'.

Περὶ Παμμαχίου.

Τούτων συγγενὴς ὀνόματι Παμμάχιος ἀπὸ ἀνθυπάτων ὁμοίως ἀποταξάμενος ἔζησε τὸν ἄριστον βίον, πάντα τὸν πλοῦτον αὐτοῦ, τὸν μὲν ζῶν διασκορπίσας, τὸν δὲ τελευτῶν τοῖς πτωχοῖς καταλείψας, πρὸς τὸν Κύριον ἀπεδήμησεν.

ΚΕΦΑΛ. ΡΚΓ'.

Περὶ Μακαρίου.

Ὁμοίως καὶ Μακάριός τις ὀνόματι ἀπὸ Βικαρίας.

ΚΕΦΑΛ. ΡΚΔ'.

Περὶ Κωνσταντίνου.

Καὶ Κωνσταντῖνος, συγκάθεδρος γενόμενος τῶν κατὰ Ἰταλίαν ἐπάρχων, ἄνδρες ἐπίσημοι καὶ ἐλλογιμώτατοι, καὶ εἰς ἄκρον φιλοθεΐας ἐλάσαντες· οὓς ἔτι νομίζω καὶ νῦν ἐν σαρκὶ ὑπάρχειν, τὸν ἄριστον τῆς πολιτείας θεσμὸν ἐξασκοῦντας, τὴν μακαρίαν καὶ ἀκήρατον ζωὴν ἀναμένοντας.

ΚΕΦΑΛ. ΡΚΕ'.

Περὶ Παύλης.

Ἐν αἷς καὶ Παύλῃ τῇ Ῥωμαίᾳ τῇ μητρὶ Τοξοτίου γυναικὶ, εἰς τὴν πνευματικὴν πολιτείαν ἀστειοτάτῃ. Ἧς ἐμπόδιον γέγονεν Ἱερώνυμός τις ἀπὸ Δαλματίας. Δυναμένην γὰρ αὐτὴν ὑπερπτῆναι πολλῶν, ἵνα μὴ εἴπω πασῶν, εὐφυεστάτη οὖσα, εἰς τὴν ἐνάρετον πολιτείαν, προσενεπόδισεν τῇ ἑαυτοῦ βασκανίᾳ ἑλκύσας αὐτὴν πρὸς τὸν ἴδιον αὐτοῦ σκοπόν.

ΚΕΦΑΛ. ΡΚϚ'.

Περὶ Εὐστοχίας.

Ἧς θυγάτηρ ἐστὶν, καὶ νῦν ἀσκεῖται, Εὐστόχιον ὀνόματι ἐν Βηθλεέμ. Ἧς ἐγὼ ἐν συντυχίᾳ οὐκ ἐγεγόνειν. Λέγεται δὲ σφόδρα εἶναι σωφρονεστάτη, συνοδίαν ἔχουσα πεντήκοντα παρθένων.

ΚΕΦΑΛ. ΡΚΖ'.

Περὶ Βενερίας.

Ἔγνων δὲ καὶ Βενερίαν τὴν Καλλοδίκου τοῦ κόμητος καλῶς διασκορπίσασαν τὸ τῆς καμήλου φορτίον, καὶ ἀπαλλαγεῖσαν τῶν ἐκ τῆς ὕλης τραυμάτων.

ΚΕΦΑΛ. ΡΚΗ'.

Περὶ Θεοδώρας.

Καὶ τὴν μακαρίαν Θεοδώραν τὴν τοῦ τριβούνου, τὴν ἐπὶ τοσοῦτον ἀκτημοσύνης ἐλάσασαν, ὡς ἐλεημοσύνην ταύτην λαβοῦσαν οὕτω τελευτῆσαι.

ΚΕΦΑΛ. ΡΚΘ'.

Περὶ Οὐσίας.

Ἐν τῷ μοναστηρίῳ τοῦ Ἡσυχᾶ παρὰ θάλασσαν ἔγνων Οὐσίαν ὀνόματι, τὰ ὅλα καὶ σεμνοτάτην γυναῖκα.

ΚΕΦΑΛ. ΡΛ'.

Περὶ Ἀδολίας.

Καὶ τὴν ταύτης ἀδελφὴν Ἀδολίαν, καὶ ταύτην βεβιωκυῖαν ἐν ἀρετῇ, οὐκ ἀξίως μὲν ταύτης, ἐπαξίως δὲ τῆς δυνάμεως ἑαυτῆς ζήσασαν ζῆλῳ Θεοῦ.

ΚΕΦΑΛ. ΡΛΑ'.

Περὶ Βασιανίλλας.

Ἔγνων ἐγὼ καὶ Βασιανίλλαν, τὴν Κανδιανοῦ τοῦ στρατηλάτου, προθύμως καὶ εὐλαβῶς τὴν ἀρετὴν ἐξασκήσασαν, καὶ ἐχομένην εἰσέτι καὶ νῦν τῶν ἀγώνων σφοδρῶς.

ΚΕΦΑΛ. ΡΛΒ'.

Περὶ Φωτεινῆς.

Καὶ Φωτεινὴν παρθένον σεμνοτάτην εἰς ἄκρον, θυγατέρα δὲ Θεοκτίστου τοῦ πρεσβυτέρου τοῦ κατὰ Λαοδίκειαν.

ΚΕΦΑΛ. ΡΛΓ'.

Περὶ Ἀσέλλας.

Ἴδον δὲ καὶ ἐν Ῥώμῃ τὴν καλὴν Ἀσέλλαν τὴν παρθένον Χριστοῦ καλῶς γεγηρακυῖαν ἐν τῷ μοναστηρίῳ, σφόδρα πραϋτάτην γυναῖκα καὶ ἀνεχομένην συνοδίας. Ἐν οἷς ἐθεασάμην ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας νεοκατηχήτους.

ΚΕΦΑΛ. ΡΛΔ'.

Περὶ Ἀβίττας.

Ἐθεασάμην καὶ τὴν μακαρίαν Ἀβίτταν τὴν τοῦ Θεοῦ ἀξίαν, σὺν τῷ ταύτης ἀνδρὶ Ἀπρινιανῷ, καὶ τῇ τούτων θυγατρὶ Εὐνομίῃ, ἐν πᾶσιν εὐαρεστοῦντας τῷ Θεῷ· ὡς ἄντικρυς μετατεθῆναι ῥᾳδίως ἀπὸ τοῦ ἀνειμένου καὶ τρυφηλοῦ βίου ἐπὶ τὴν ἐνάρετον καὶ ἐγκρατῆ πολιτείαν· καταξιωθέντες ἐν τούτοις καὶ τῆς ἐν Χριστῷ κοιμήσεως· ἐλευθερωθέντες μὲν πάσης ἁμαρτίας τελείως· ἐντὸς δὲ καὶ γνώσεως γενόμενοι ἐν μνήμῃ ἀγαθῇ τὸν βίον ἑαυτῶν καταλείψαντες.

ΚΕΦΑΛ. ΡΛΕ'.

Περὶ Μάγνα.

Ἐν ταύτῃ τῇ πόλει Ἀγκύρᾳ πολλαὶ μέν εἰσι καὶ ἄλλαι παρθένοι ὡς χιλιάδες δύο ἢ πλείω, ἀσκούμενσι τὴν ἔνθεον πολιτείαν τῆς ἀρετῆς, ἐγκρατευόμεναι καὶ πολλῇ ταπεινοφροσύνῃ τρόπῳ ἡπίων συζῶσαι. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐπίσημοι γυναῖκες διαπρέπουσαι, καὶ τὸν θεῖον ἀγῶνα μετὰ πολλῆς σπουδῆς ἐξανύουσαι. Ἐν αἷς ἐπικρατεῖ κατ' εὐσέβειαν Μάγνα, σεμνοτάτη γυνὴ καὶ δοκιμωτάτη. Ἦν οὐκ οἶδα τί ὀνομάσω, ἄρα παρθένον, ἢ χήραν. Βίᾳ γὰρ συναφθεῖσα ἀνδρὶ παρὰ τῆς μητρὸς, ὅμως δελεάσασα τοῦτον διαφόροις ὑπερθέσεσιν, σκηπτομένη νόσους σωματικὰς, τοῦ μύσους ἄψαυστος καὶ ἀμύητος ἔμεινεν, ὡς φασιν οἱ ταύτης οἰκεῖοι· ἐν οἷς μετ' ὀλιγώτατον χρόνον τελευτήσαντος τοῦ ἀνδρὸς, πάντων ὁμοῦ μονοκληρονόμος γενομένη καὶ διὰ τῶν προσκαίρων τὰ αἰώνια ἀλλαξαμένη, λοιπὸν ὅλην ἑαυτὴν προσενήνοχε τῷ Θεῷ, εἰς ἄκρον φροντίσασα τῆς ἀεὶ μενούσης ζωῆς, προϊσταμένη σεμνῶς τῶν ἰδίων οἰκετῶν· ζήσασα ἀσκητικώτατον βίον καὶ σωφροσύνης γέμοντα· τοιαύτην ἔχουσα ἀκριβῆ συντυχίαν, ὡς αἰδεῖσθαι αὐτῆς τὴν ἀντοψίαν καὶ τοὺς ἐν ἐξοχῇ ἐπισκόπους, ὑπερβολῇ εὐλαβείας. Αὕτη τὴν μὲν πολλὴν καὶ περισσὴν ὕλην

Digitized by Google

τῷ τῆς ἀκτημοσύνης πυρὶ κατηνάλωσεν· τὰς δὲ περισσευσάσας χρείας κατέταξεν εἰς διακονίαν μοναστηρίοις, πτωχοῖς, ξενοδοχείοις, καὶ Ἐκκλησίαις, πένησι, διοδεύουσιν, ἐπισκόποις, ὀρφανοῖς, χήραις· καὶ πᾶσι τοῖς χρῄζουσιν ἐπικουρίας χορηγοῦσα οὐκ ἐπαύετο ἱλαρῶς ἐργαζομένη τὴν εὐσέβειαν κατὰ τὸ λεληθὸς, καὶ δι' ἑαυτῆς καὶ διὰ οἰκετῶν πιστοτάτων· μὴ ἀπολιμπανομένη τῆς Ἐκκλησίας μάλιστα ἐν ταῖς νυξίν· ἐν πᾶσιν ἐξεργαζομένη τῆς ἀφκήσεως ἀρετὴν, ἐπ' ἐλπίδι τῆς αἰωνίου ζωῆς. A

ΚΕΦΑΛ. ΡΛΖ'.

Περὶ παρθένου τῆς ὑποδεξαμένης τὸν μακάριον Ἀθανάσιον.

Παρθένον οἶδα τὴν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἣν κατέλῃφα ὡς ἐτῶν ἑβδομήκοντα· ταύτῃ ὁ κλῆρος ἅπας προσεμαρτύρει, ὅτι νέα οὖσα τῇ ἡλικίᾳ, ὡς ἐτῶν εἴκοσι σφόδρα ὡραιοτάτη ὑπάρχουσα, φευκτὴ ἦν τοῖς ἐναρέτοις, διὰ τὸ κάλλος, ἵνα μή τινα μῶμον δῷ ἐξ ὑπονοίας. Ὅτι οὖν συνέβη τοὺς Ἀρειανοὺς συσκευάσασθαι τὸν μακάριον Ἀθανάσιον, τὸν ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας, δι' Εὐσεβίου τοῦ κατὰ τὸν καιρὸν πραιποσίτου ἐπὶ Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως, ἀθέμιτα τούτου κατηγοροῦντες ἐσυκοφάντουν. Φεύγων οὖν ὁ μακάριος τὸ παρὰ διεφθαρμένου κριτηρίου κριθῆναι, οὐκ ἐθάρρησεν οὐδενὶ, οὐ συγγενεῖ, οὐ φίλῳ, οὐ κληρικῷ, οὐκ ἄλλῳ τινὶ τῶν συνήθων· ἀλλ' εἰσελθόντων τῶν ἐπαρχικῶν αἰφνίδιον εἰς τὸ ἐπισκοπεῖον, καὶ ζητούντων αὐτὸν, λαβὼν ἑαυτῷ τὸ στιχάριον, καὶ τὸ βιβρίον, ἐν μεσοτάτῃ νυκτὶ, πρὸς ταύτην κατέφυγεν τὴν παρθένον. Ἡ δὲ ξενισθεῖσα ἐπὶ τῷ πράγματι διεπτοήθη. Λέγει οὖν αὐτῇ ὁ ἐπίσκοπος, ὅτι Ἐπειδὴ ζητοῦμαι παρὰ τῶν Ἀρειανῶν ἀθέμιτα συκοφαντούμενος παρ' αὐτῶν· ἵνα μὴ οὖν κἀγὼ ἄλογον ἀπενέγκωμαι δόξαν, καὶ εἰς ἁμαρτίαν ἐμβάλω τοὺς τιμωρήσασθαί με βουλομένους, τούτου χάριν ἐνεθυμήθην φυγεῖν. Ἀπεκάλυψεν οὖν μοι ὁ Θεὸς ταύτῃ τῇ νυκτὶ, ὅτι Παρ' οὐδενὶ ἑτέρῳ δύνασαι σωθῆναι, εἰ μὴ παρ' ἐκείνῃ. Ἀπὸ πολλῆς οὖν χαρᾶς ἐκείνη ῥίψασα πάντα λογισμὸν, ὅλη γεγένηται τοῦ Κυρίου· καὶ προθύμως κατέκρυψεν τὸν ἁγιώτατον ἐπίσκοπον ἐπὶ ἔτη ἕξ, μέχρι τῆς ζωῆς Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως· αὕτη καὶ περινίπτουσα τοὺς πόδας αὐτοῦ, καὶ τὰ περιττώματα διακονοῦσα, καὶ τὰς ἄλλας αὐτῷ χρείας πάσας οἰκονομοῦσα, καὶ βιβλία κιχρωμένη καὶ παρέχουσα αὐτῷ· καὶ οὐδεὶς ἀνθρώπων ὅλης Ἀλεξανδρείας ἔγνω ποῦ διάγει ὁ μακάριος Ἀθανάσιος ὁ ἐπίσκυπος. Ὡς οὖν ἠγγέλθη ὁ θάνατος Κωνσταντίου τοῦ βασιλέως, καὶ ἦλθεν αὐτοῦ εἰς τὰς ἀκοὰς, σεμνῶς καὶ κοσμίως ἐνδυσάμενος πάλιν ἐν τῇ νυκτὶ ηὑρέθη ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. Καὶ ἰδόντες αὐτὸν πάντες ἐξέστησαν ὡς ἐκ νεκρῶν ζῶντα τοῦτον ἀπειληφότες, ἅμα καὶ ἐγκαλοῦντες οἱ φίλοι τὴν ἀνεύρετον τούτου κατάδυσιν τῇ ἐκείνων ἀγνοίᾳ. Ἀπελογεῖτο οὖν ὁ μακάριος τοῖς γνησίοις αὐτοῦ φίλοις καὶ συνήθεσιν, ὅτι Τούτου χάριν πρὸς ὑμᾶς οὐ κατέφυγον, ἵνα εὔορκον ὑμῖν ὑπάρχῃ, ἄλλως δὲ καὶ διὰ τὴν ἔρευναν. Κατέφυγον δὲ πρὸς ἐκείνην, πρὸς ἣν ὑποψίαν οὐδεὶς ἐδύνατο ἔχειν, ὡς πρὸς ὡραίαν καὶ νεωτέραν· δύο μνηστευσάμενος τὰ καλὰ, καὶ τὴν σωτηρίαν ἐκείνης. Ὠφέλησα γὰρ αὐτὴν, καὶ τὴν ἐμὴν δόξαν καὶ ἀσφάλειαν. B C D

ΚΕΦΑΛ. ΡΛΖ'.

Περὶ Ἀματαλίδος.

Ἐν ταύτῃ τῇ πόλει Ἀντινόου μοναστήριά ἐστι γυναικῶν δώδεκα κατορθουσῶν πολιτείαν ἀρίστην. Ἐν ᾗ συντετύχηκα τῇ δούλῃ τοῦ Θεοῦ ὀνόματι Ἀματαλίδι, γραΐδι ὀγδοήκοντα ἔτη ἐχούσῃ ἐν τῇ ἀσκήσει, ὡς καὶ αὐτὴ καὶ αἱ γειτνιῶσαι αὐτῇ διηγοῦντο, ᾗ συνῴκουν ἑξήκοντα νεάνιδες παρθένοι τὸν τῆς ἀσκήσεως καθαρῶς ἐξανύουσαι δρόμον τῇ ταύτης τῆς καλογήρου διδασκαλίᾳ. Αἵτινες τοσοῦτον αὐτὴν ἠγάπων πᾶσαι, ὡς μηδὲ κλεῖδα ἐφεστᾶναι ἐν τῷ μοναστηρίῳ ἐκείνῳ ὡς ἐν τοῖς ἄλλοις· ἀλλὰ κρατεῖσθαι πάσας ὑπὸ τῆς ἀμέτρου ταύτης ἀγάπης, καὶ τῆς ἐνθέου διδασκαλίας, εἰς ἀφθαρσίαν μετασχηματιζόμεναι. Εἰς τοσοῦτον δὲ ἦλθεν ἀπαθείας ἡ γραῦς, ὡς εἰσελθόντι μοι καὶ καθεσθέντι ἐλθοῦσα συγκαθεσθῆναί μοι, καὶ τὰς χεῖρας αὐτῆς ἐπιθεῖναι τοῖς ὤμοις μου, ὑπερβολῇ παῤῥησίας τῆς εἰς Χριστόν.

ΚΕΦΑΛ. ΡΛΗ'.

Περὶ Ταὼρ παρθένου.

Ἐν τούτῳ τῷ μοναστηρίῳ παρθένος μαθήτρια ταύτης, Ταὼρ ὀνόματι, ἔχουσα τριάκοντα ἔτη ἐν τῷ μοναστηρίῳ. Ἱμάτιον καινὸν, ἢ ὠμοφόριον, ἢ ὑπόδημα οὐδέποτε λαβεῖν ἠθέλησεν, λέγουσα, ὅτι Οὐ χρείαν ἔχω, ἵνα μὴ καὶ προελθεῖν ἀναγκασθῶ. Αἱ μὲν γὰρ ἄλλαι πᾶσαι κατὰ Κυριακὴν προέρχονται ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ χάριν τῆς κοινωνίας· ἐκείνη δὲ ῥακοδυτοῦσα ἀδιαλείπτως ἐν τῇ μονῇ ἐν τῷ ἔργῳ καθεζομένη. Οὕτω δὲ εὐφυεστάτην εἶχεν τὴν ὄψιν, ὡς ἐγγὺς γίνεσθαι καὶ τὸν πάνυ στερρὸν ἀπατᾶσθαι τῷ ταύτης κάλλει, εἰ μὴ φρουρὸν εἶχεν ὑπερβάλλοντα τὴν σωφροσύνην, εἰς αἰδῶ καὶ φόβον ἄγουσα τῇ κοσμιότητι τοῦ ἤθους καὶ τὸν εἰς ἅγαν ἀκόλαστον ὀφθαλμόν.

ΚΕΦΑΛ. ΡΛΘ'.

Περὶ παρθένου τινὸς, καὶ Κολλούθου.

Ἄλλη τις αὖ τῇ ἀληθείᾳ παρθένος τῷ τῆς ἀσκήσεως ἔργῳ νηφόντως προσέχουσα, ἐμοὶ γειτνιῶσα· ἧς τὴν ὄψιν μὲν οὐκ ἑώρακα. Προῆλθε γὰρ αὕτη, ὡς ἔλεγον οἱ εἰδότες, οὐδέποτε ἀφ' οὗ ἀπετάξατο, πληρώσασα ἑξήκοντα ἔτη ἐν τῇ ἀσκήσει μετὰ τῆς ἰδίας μητρός. Εἰς ὕστερον δὲ μελλούσης αὐτῆς μεταβαίνειν τὸν βίον πρὸς τὴν ζωὴν τὴν ἀκήρατον, παραστὰς τῇ ἀνδρείᾳ ὁ κατὰ τὸν τόπον ἐκεῖνον ἅγιος μάρτυς Κόλλουθος, λέγει αὐτῇ· Σήμεραν μέλλεις ὁδεύειν πρὸς τὸν Δεσπότην σου, καὶ ὁρᾷν ἅπαντας τοὺς ἁγίους. Ἐλθοῦσα οὖν ἀρίστησον μεθ' ἡμῶν ἐν τῷ μοναστηρίῳ. Ἀναστᾶσα οὖν ὄρθρου ἡ μακαρία, καὶ ἐνδυσαμένη, καὶ λαβοῦσα ἄρτον, καὶ ἐλαίας, καὶ λεπτολάχανα ἐν τῇ ἑαυτοῦ σπυρίδι, ἐξελθοῦσα ἀπῆλθεν εἰς τὸ μαρτύριον ἡ τοσαῦτα ἔτη μὴ προελθοῦσα. Καὶ προσευξαμένη, καὶ καθεσθεῖσα, καιρὸν ἐπιτήδειον πρὸς τὸ γεύσασθαι ἐπετήρει διὰ πάσης ἡμέρας. Παραγενομένης δὲ τῆς ἐννάτης, καὶ τῆς τοῦ φαγεῖν ὥρας ἐνστάσης, μηδενὸς ἔνδον ὑπάρχοντος, τεθεικυῖα τὰ βρώματα προσκαλεῖται τὸν μάρτυρα, λέγουσα· Εὐλόγησόν μου τὰ βρώματα, ἅγιε Κόλλουθε, καὶ συνοδευσάτωσάν μοι αἱ πρεσβεῖαί σου. Καὶ καθεσθεῖσα ἔφαγεν. Καὶ πάλιν προσευξαμένη ἦλθεν περὶ ἡλίου δυσμὰς εἰς τὸν οἶκον· καὶ δίδωσι τῇ ἑαυτῆς μητρὶ σύγγραμμα Κλήμεντος τοῦ Στρωματέως εἰς τὸν προφήτην Ἀμώς, καὶ λέγει αὐτῇ· Δὸς τοῦτο τῷ ἐπισκόπῳ τῷ ἐξωρισμένῳ, καὶ εἰπὲ αὐτῷ· Εὔξαι περὶ ἐμοῦ· ὁδεύω γὰρ πρὸς τὸν Κύριόν μου. Καὶ ἐτελεύτησεν ἐν αὐτῇ τῇ νυκτὶ, μὴ πυρέξασα, μὴ κεφαλαλγήσασα, ἀλλ' ἑαυτὴν ἐνταφιάσασα, εἰς χεῖρας Θεοῦ τὸ πνεῦμα παρέθετο.

Digitized by Google

semper manet, suis famulis honeste imperans, agens vitam laboriosissimam et plenam temperantia : in congressu tam severa, ut ipsum ejus aspectum revererentur etiam excellentissimi episcopi propter insignem pietatem et religionem. Atque ipsa quidem supervacaneam et nimiam opum materiam paupertatis igne consumpsit : quæ autem supererant, ea constituit ad submministrationem monasteriis, ptochotrophiis, xenodochiis, ecclesiis, pauperibus, transeuntibus, episcopis, orphanis, viduis, et omnibus egentibus suppeditans auxilium, non cessabat hilariter operari pietatem latenter, et per se, et per servos fidelissimos, ab ecclesia non recedens noctu maxime : in omnibus in virtute se exercens propter spem ejus quæ vere est vita.

CAPUT CXXXVI.

De Virgine (201) *quæ excepit Athanasium episcopum.*

Novi ego Alexandriæ virginem, quam offendi natam circiter septuaginta annos. Ei clerus universus dabat testimonium, quod cum esset juvenis, nata annos circiter viginti, et longe formosissima, fugiebatur ab iis qui erant studiosi virtutis propter pulchritudinem, ne inureret eis aliquam labem ex suspicione. Quando ergo accidit ut Ariani struerent insidias beato Athanasio Alexandrino episcopo per Eusebium, qui erat eo tempore præpositus sub Constantio imperatore, nefariorum criminum eum accusantes et calumniantes, vitans judicari a corrupto judicio, apud neminem ausus est delitescere, non apud cognatum, non amicum, non clericum, non apud aliquem alium familiarem ; sed repente episcopatum ingressis præfecti ministris, et eum quærentibus, accepto suo stichario seu tunica, et birro (202), media nocte confugit ad hanc virginem. Illa autem fuit rei novitate obstupefacta et timore correpta. Dicit ergo ei episcopus : Quandoquidem quæror ab Arianis, nefariorum criminum ab eis accusatus, ne ergo et ego veniam in malam existimationem, et in peccatum conjiciam eos qui me volunt afficere supplicio, ea de causa fugere constitui ; mihi ergo Deus revelavit hac nocte me apud nullum alium posse esse salvum nisi apud te. Illa ergo præ magno gaudio omni ejecta dubitatione, cum tota esset Domini, prompto et alacri animo occultavit sanctissimum episcopum sex annos, quandiu vixit imperator Constantius : ipsa et ejus pedes lavans, et excrementa expurgans, et in aliis quæ erant ei usui inserviens, libresque ei commodans et præbens. Neque ullus sex annis novit Alexandriæ ubinam ageret beatus Athanasius episcopus. Postquam ergo fuit annuntiata mors imperatoris Constantii, et pervenit ad ejus aures, honesto et venerabili habitu indutus, rursus noctu fuit inventus in ecclesia. Quem videntes omnes magna sunt affecti admiratione, ut qui ipsum vivum accepissent ex mortuis, simul etiam post lantes ejus amici de latebris quæ ab eorum ignoratione inveniri non potuerant. Respondit itaque beatus Athanasius germanis suis amicis : Ea de causa ad vos non confugi, ut vere jurare possetis ; et alioqui etiam propter investigationem, ad illam confugi de qua nemo suspicari poterat, utpote formosam et juniorem : duo bona procurans, et illius salutem ; illi enim profui, et meæ existimationi et securitati

CAPUT CXXXVII.

Vita Ammæ Talida.

In civitate Antinoi sunt feminarum monasteria duodecim ; in quibus convent etiam Ammam Talida, quæ octoginta annos fuerat in exercitatione, ut narrabat ipsa et ejus vicinæ. Una cum ea habitabant sexaginta adolescentulæ. Eam autem adeo diligebant, ut ne esset quidem clavis aulæ monasterii, ut in aliis, sed ipsæ ab ejus amore omnes detinerentur. Eo autem impatibilitatis processit anus, ut cum ego essem ingressus et consedissem, ipsa quoque ingressa sit, et una mecum sederit, et magna libertate ac fiducia in Christo meis humeris manum imposuerit.

CAPUT CXXXVIII.

Vita Ammæ Taor.

In hoc monasterio erat virgo hujus discipula, nomine Taor, quæ triginta annos versata erat in monasterio, ut narrabant qui noverant. Ea vestem novam aut mavortem aut calceum noluit accipere, dicens : Non est mihi opus, ne etiam cogar progredi. Aliæ enim omnes die Dominico progrediuntur in ecclesiam gratia communionis ; illa autem in monasterio manebat pannis obsita, operi assidue assidens. Ea autem fuit tam eleganti aspectu, ut parum abesset quin etiam valde constantes deciperentur ejus pulchritudine, nisi insigne præsidium habuisset temperantiam, quæ ad metum et verecundiam deducebat honestate impudicos oculos.

CAPUT CXXXIX.

De virgine quæ renuntiaverat.

Erat quædam alia virgo religiosæ vitæ operibus viriliter insistens, mihi vicina, cujus vultum quidem non vidi : nunquam enim, ut aiunt, est progressa ex quo renuntiavit. Cum autem implesset sexaginta annos in exercitatione cum matre sua propria, erat postea vita excessura. Ei autem in visione adstitit Colluthus (203) vocabulo martyr, qui in illis colebatur locis, hoc ei dicens : Hodie es itura ad Dominum, et visura sanctos omnes ; veni ergo et prande nobiscum in martyrio. Cum ergo mane surrexisset et se induisset, et in sporta panem accepisset et olivas, et minuta olera, post tot annos est egressa ; et cum venisset in martyrium, oravit ; et cum toto die observasset tempus in quo nullus erat intus, et nona jam advenerat hora, et sedisset, rogavit martyrem, dicens : Benedic cibos meos, Colluthe sancte, et me in via comitare tuis precibus. Cum ergo comedisset et rursus orasset, domum venit circa occasum solis. Et cum dedisset matri suæ opus Clementis Stromatei in prophetam Amos, dixit ei : Da id episcopo relegato. Et dixit ei : Ora pro me ; vado enim ad Dominum meum. Decessit ipsa nocte. Cumque nec febri laborasset, nec ei caput doluisset, sed seipsam ad sepulturam composuisset, in manus Dei spiritum suum commendavit.

Digitized by Google

CAPUT CXL.

De virgine quæ lapsa est, et egit pœnitentiam.

Quædam virgo exercitatrix manens cum duabus aliis virginibus, se exercuit novem vel decem annis. A quodam autem cantore inescata cum eo habuit stupri consuetudinem; et cum utero concepisset, peperit. Cum autem in summum odium prorupit ejus qui ipsam deceperat, in profundo compuncta est animo, et ad eam pervenit mensuram pœnitentiæ, ut in ea perseverans se fame vellet occidere, hoc cum lacrymis orans, Deumque rogans, et dicens: Deus magne, qui omnium nostrum peccata portas, et immensum totius mundi vitium; qui non vis mortem peccatorum, et eorum qui labuntur interitum, sed misereris universæ creaturæ; est enim voluntas tua ut omnes serventur (*Ezech.* xxxiii). Si ergo me B quoque, quæ pereo, vis esse salvam, in hoc mihi tuam ostende bonitatem, et nunc tua ad me perveniant mirabilia; et jube hinc abduci et colligi (204) fructum meæ iniquitatis, qui conceptus est in lascivia, et genitus in peccato; nam, nisi hoc fiat, ego hac de causa vel me laqueo suffocabo, vel meipsam in præceps dejiciam. Cum sic oraret, fuit exaudita; nam qui natus fuerat infans, non multo post decessit. Ab illo ergo die non amplius convenit eum qui ipsam redegerat in servitutem; sed se totam insigniter dedens continentiæ, a grotis mancisque ac mutilatis serviens triginta annos, ita Deum placavit, propitiumque reddidit, ut cuidam sancto presbytero revelaretur, illam Deo magis placuisse in pœnitentia quam in virginitate. Hæc autem scribo, ne eos C qui multa peccant, et ex animo ac sincere agunt pœnitentiam, contemnamus: sicut hæc beata, quæ cor suum contrivit, et in humilitate vitam suam liquefecit, non despecta fuit a Domino eorum qui ducuntur pœnitentia.

CAPUT CXLI.

De filia presbyteri quæ lectorem calumniata erat, et Eustathio lectore.

Cujusdam presbyteri filia virgo in Cæsarea Palæstinæ lapsa, ab eo qui ei vitium attulerat docta fuerat, ut quemdam civitatis lectorem calumniaretur, et quod corrupta esset, in eum culpam conferret. Cumque ferret ventrem, a patre suo examinata, nominavit lectorem. Hoc cum audiisset presbyter conturbatus retulit ad episcopum. Hoc cum audiisset D episcopus, convocavit concilium sacerdotum, fecitque vocari lectorem, deque eo habuit quæstionem, rem examinans. Rogatus autem ab episcopo, rem non fatebatur lector; nam quod factum ab ipso non fuerat, quomodo dici poterat? Ægre ergo ferens episcopus, gravissima voce ei dicebat: Non fateberis lapsum tuum, et ages pœnitentiam, o infelix et plene immunditia? Respondit lector: Rogo te; dixi id quod res est, hanc rem ad me nihil pertinere. Plane enim culpa careo, ut qui de ea ne cogitaverim quidem; sin autem vultis audire id quod non est, dicam: Feci. Hoc cum ipse dixisset, deposuit eum episcopus ab officio lectoris. Post hoc accidens ad pedes episcopi, rogavit dicens: Si hoc tibi visum est, domine episcope, ut quoniam dixi, Næ, lapsus sum, sim de gradu ecclesiastico dejectus, et non sim dignus esse clericus tuæ sanctitatis, jube ut mihi ab hoc tempore ea detur in uxorem; neque enim ego sum deinceps clericus, neque illa virgo. Cum hæc audiisset episcopus et presbyter, eam tradidit pater ejus lectori, sperans fore ut juvenis bene esset in eam affectus, et alioqui credens non posse eum abstrahi a consuetudine. Cum eam autem adolescens accepisset in manus ab episcopo, et ejus patre, eamque esset consolatus, abduxit et deposuit in monasterio mulierum, rogans eam quæ illic erat prima ministra fraternitatis ut eam illic tolerarent usque ad partum ejus. Illa vero relicta in monasterio, lector abiens seipsum inclusit in cella sordida, vitæ summam suscipiens asperitatem, ad Christum accedens in corde contrito cum multis lacrymis et gemitibus, dicens: Tu, Domine, meas actiones nosti, qui scis omnia, quem nihil latet, neque est ullus locus occultus in quo quis se abscondat a tua quæ omnia aspicit potestate, qui vides omnia priusquam fiant. Tu solus vides profunda cogitationum, et omnis mentis conceptio a te cernitur, perinde ac si aspicitur oculis. Tu cum cogitatorum sis acer examinator, perfecte judicas. Tu qui eis qui afficiuntur injuria fers auxilium, qui falli non potes, dum eos vindicas, qui appetuntur calumniis; cui nihil placet injustum, omne autem momentum stateræ justitiæ est a te semper; astat enim tibi perpetuo lux ad quam non patet aditus, et omne opus hominis est coram te. Est ergo tui justi et immutabilis judicii, jus quoque meum pronuntiare. Efficaciter autem orante adolescente, et in jejunio diligenter perseverante, intra breve tempus adfuerunt dolores ejus partus. Cumque advenisset hora, adfuit etiam justum Dei judicium, afferens vehementem et intolerabilem dolorem ei quæ fuerat calumniata: gemitûum immensa multitudo, labores partus inenarrabiles, inferni suppliciorum visiones terribiles, hanc miseram fortiter obsidentes, et infans propter magnitudinem non prodibat ex utero. Præteriit dies primus et secundus, et dolores erant intolerabiliores; adventavit tertius et quartus, et secutus est dolor multis partubus gravior; quintus et sextus et septimus tenebrosus, et infelix mulier ex multo dolore versabatur in inferis. In omnibus his diebus mansit neque omnino cibum sumens, nec tantillum somnum videns; sed luctibus et gravissimis dolorum tormentis succedentibus, post hæc omnia, vitiatæ et falsæ accusatricis cor inflexibile, victa a Dei potestate, quæ non cadit sub aspectum, intolerabilibus doloribus addidit etiam confessionem, lugubri voce exclamans: Hei mihi misera! venio in periculum ne peream, ut quæ in duo mala inciderim, nempe in calumniam et fornicationem, et amissa virginitate eum tradita detractioni; et cum mihi sit ab alio allatum vitium, accusavi lectorem. Cum hæc autem audiissent virgines monasterii, Patri ejus omnia re-

Digitized by Google

ΚΕΦΑΛ. ΡΜ'.

Περὶ τῆς ἀπατηθείσης παρθένου, καὶ μεταγνούσης.

Ἀσκητρία τις παρθένος συνοικοῦσα ἄλλαις δυσὶ παρθένοις ἠσκήθη ἐπὶ ἔτη ἐννέα ἢ δέκα. Αὕτη δελεασθεῖσα παρά ψάλτου τινὸς τούτῳ συνεφθάρη, καὶ λαβοῦσα κατὰ γαστρὸς ἔτεκεν. Εἰς ἄκρον δὲ μῖσος ἐλθοῦσα τοῦ ταύτην ἀπατήσαντος κατενύγη τὴν ψυχὴν εἰς βάθος, καὶ εἰς τοσοῦτον ἔφθασεν μέτρον μετανοίας, ὡς ἂν ἀποκαρτερήσασαν ταύτην τῇ ἐγκρατείᾳ, καὶ λιμῷ θέλειν ἑαυτὴν ἀποκτεῖναι· τοῦτο προσευχομένη μετὰ δακρύων, καὶ τοῦ Θεοῦ δεομένη, καὶ λέγουσα, ὅτι Ὁ Θεὸς ὁ μέγας, ὁ βαστάζων πάντων ἡμῶν τὰ ἁμαρτήματα, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου τὴν ἄμετρον κακίαν, ὁ μὴ βουλόμενος τὸν θάνατον τῶν ἁμαρτωλῶν, καὶ τὴν ἀπώλειαν τῶν πεσόντων, ἀλλ' ἐλεῶν πᾶσαν τὴν κτίσιν· σὸν γάρ ἐστι θέλημα τὸ σώζεσθαι πάντας. Εἰ οὖν καὶ ἐμὲ τὴν ἀπολομένην σωθῆναι θέλεις, ἐν τούτῳ μοι δεῖξον τὴν σὴν ἀγαθωσύνην, καὶ νῦν δὸς φθάσαι ἐπ' ἐμοὶ τὰ θαυμάσιά σου, καὶ κέλευσον συναχθῆναι τὸν καρπὸν τῆς ἐμῆς ἀνομίας· τὸ συλληφθὲν ἐν ἀσελγείᾳ, καὶ γεννηθὲν ἐν ἁμαρτίᾳ τῆς ἐμῆς ἀπωλείας. Ἐὰν γὰρ τοῦτο μὴ γένηται, ἢ ἀγχόνῃ ἔχω χρήσασθαι, ἢ ἑαυτὴν δισκεῦσαι. Ἕνεκεν τούτου δεομένη εἰσηκούσθη. Τὸ γὰρ τεχθὲν οὐ μετὰ πολὺ ἐτελεύτησεν. Ἀπὸ οὖν τῆς ἡμέρας ἐκείνης τῷ μὲν ταύτην αἰχμαλωτίσαντι οὐκέτι συνέτυχεν, ἑκδοτον δὲ ἑαυτὴν εἰς ἄκραν ἐγκράτειαν δέδωκεν· νοσούσαις καὶ λελωβημέναις ἐξυπηρετήσατο ἐπὶ τριάκοντα ἔτη. Οὕτως τὸν Θεὸν δυσωπήσασα, καὶ πλεῖον ἑαυτῇ καταστήσασα, ὡς ἀποκαλυφθῆναί τινι τῶν ἁγίων πρεσβυτέρων, ὅτι Ἡ δεῖνά μοι μᾶλλον εὐηρέστησεν ἐν τῇ μετανοίᾳ, ἢ ἐν τῇ παρθενίᾳ. Ταῦτα δὲ γράφω, ἵνα μὴ καταφρονῶμεν τῶν πολλὰ ἁμαρτανόντων, καὶ ἐκ καρδίας μετανοούντων· καθὼς καὶ ἡ μακαρία αὕτη τὴν ἑαυτῆς καρδίαν συντρίψασα, καὶ ἐν ταπεινοφροσύνῃ τὴν ἑαυτῆς ζωὴν καθυποτάξασα, οὐκ ἐξουδενώθη παρὰ τοῦ Δεσπότου τῶν μετανοούντων.

ΚΕΦΑΛ. ΡΜΑ'.

Περὶ τῆς συκοφαντησάσης ἀναγνώστην τινά.

Πρεσβυτέρου τινὸς θυγάτηρ παρθένος ἐν Καισαρείᾳ τῆς Παλαιστίνης, ἐκπεσοῦσα παρὰ τοῦ ταύτην φθείραντος, ἐδιδάχθη ἀναγνώστην τινὰ τῆς πόλεως συκοφαντῆσαι, κἀκείνῳ περιθεῖναι τὴν διεφθαρμένην αἰτίαν. Καὶ γενομένη πρὸς γαστρὸς, ἐταζομένη παρὰ τοῦ ἰδίου πατρὸς, κατεῖπεν τοῦ ἀναγνώστου. Ἀκούσας δὲ τοῦτο ὁ πρεσβύτερος, καὶ ταραχθείς, ἀνήνεγκεν τῷ ἐπισκόπῳ. Μαθὼν τοῦτο ὁ ἐπίσκοπος, συνεκρότησεν τὸ ἱερατεῖον· καὶ ποιήσαντες κληθῆναι τὸν ἀναγνώστην ἐβασάνιζον τὴν ὑπόθεσιν τοῦ πράγματος. Ἐρωτώμενος τοίνυν ὁ ἀναγνώστης παρὰ τοῦ ἐπισκόπου, οὐχ ὡμολόγει· τὸ γὰρ μὴ πραχθὲν παρ' αὐτοῦ πῶς ἔνι καὶ ῥηθῆναι; Ἀγανακτῶν οὖν ὁ ἐπίσκοπος, μετὰ ἐμβριθεστάτης φωνῆς ἔλεγεν τούτῳ· Οὐχ ὁμολογεῖς σου τὸ πταῖσμα, καὶ μετανοεῖς, ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε, καὶ ἀκαθαρσίας μεμεστωμένε; Ἀπεκρίνατο ὁ ἀναγνώστης· Ἐγὼ δέομαί σου, τὸ ὂν εἶπον, ὅτι ἐν τούτῳ πρᾶγμα οὐκ ἔχω· ἀναίτιος γάρ εἰμι καὶ τῆς ἐννοίας τῆς πρὸς ἐκείνην. Εἰ δὲ θέλετε ἀκοῦσαι τὸ μὴ ὂν ἵνα εἴπω, πέπραχα. Τοῦτο αὐτοῦ εἰρηκότος, καθεῖλεν τοῦτον τοῦ ἀναγνώστου. Μετὰ τοῦτο προσπεσὼν παρεκάλει τὸν ἐπίσκοπον, λέγων· Εἰ τοῦτό σοι ἔδοξεν, κύριε ἐπίσκοπε, ἐπειδὴ εἶπον, Ναί, ἔπταισα, εἶναί με χωρὶς τοῦ τιμίου βήματος, καὶ μὴ εἶναί με ἄξιον τοῦ εἶναι κληρικὸν τῆς σῆς ἁγιωσύνης, κέλευσόν μοι αὐτὴν ἀπὸ τοῦ νῦν δοθῆναι εἰς γυναῖκα. Οὔτε γὰρ λοιπὸν ἐγὼ κληρικὸς, οὔτε δὲ ἐκείνη παρθένος. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ ἐπίσκοπος, καὶ ὁ πρεσβύτερος ὁ πατὴρ αὐτῆς, ἔκδοτον αὐτὴν δεδώκασι τῷ ἀναγνώστῃ, προσδοκήσαντες διακεῖσθαι τὸν νεώτερον περὶ αὐτὴν, καὶ ἄλλως μὴ δύνασθαι ἀποκοπῆναι τῆς συνηθείας. Λαβὼν δὲ αὐτὴν ὁ νεώτερος εἰς τὰς χεῖρας, καὶ παρὰ τοῦ ἐπισκόπου, καὶ παρὰ τοῦ πατρὸς αὐτῆς, παρακαλέσας δὲ αὐτὴν, ἀπαγαγὼν ταύτην παρέθετο μοναστηρίῳ γυναικῶν, παρακαλέσας τὴν αὐτόθι διάκονον τῆς ἀδελφότητος μέχρι τῶν ἡμερῶν τοῦ τοκετοῦ αὐτῆς ἀνασχέσθαι ταύτης. Καὶ καταλιπὼν αὐτὴν ἐν τῷ μοναστηρίῳ ὁ ἀναγνώστης, ἀπελθὼν ἑαυτὸν ἐγκαθεῖρξεν εἰς κελλίον αὐχμηρὸν, ἀναλαβὼν πολιτείαν σκληραγωγίας ἀκροτάτην, προσελθὼν τῷ Χριστῷ ἐν καρδίᾳ συντετριμμένῃ, μετὰ πολλῶν δακρύων καὶ στεναγμῶν, λέγων· Σὺ οἶδας, Κύριε, τὰς ἐμὰς πράξεις, ὁ ἐπιστάμενος πάντα ὃν οὐδὲν λέληθεν. Οὐδὲ ἔστι τις τόπος ἀπόκρυφος ἐν ᾧ τις ἀποκρυβήσεται τῆς σῆς παντεφόρου δυνάμεως. Ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσθαι, σὺ μόνος βλέπεις βάθη λογισμῶν, καὶ πᾶσα ἔννοια παρὰ σοῦ ὁρᾶται ὀφθαλμοφανῶς· σὺ ὢν ἑταστὴς ἐνθυμήσεως ὀξὺς δικάζεις ἀκριβῶς· σὺ ἀδικουμένων βοηθός· αὐτὸς εἶ συκοφαντουμένων ἔκδικος ἀπαραλόγιστος, ᾧ οὐδὲν ἀρέσκει τῶν ἀδίκων. Πᾶσα δὲ ῥοπὴ ζυγοῦ δικαιοσύνης παρὰ σοί. Πάρεστι γὰρ πάντοτέ σοι φῶς ἀπρόσιτον, καὶ πᾶν ἔργον ἀνθρώπων ἐνώπιόν σού ἐστιν. Τῆς οὖν σῆς ἐστι δικαίας καὶ ἀπαραλλάκτου κρίσεως ἀποφῆναι καὶ τὴν δίκην τὴν ἐμήν. Προσευχομένου τοῦ νεανίσκου ἐκτενῶς, καὶ τῇ νηστείᾳ προσκαρτεροῦντος ἐμμελῶς, ἐντὸς ὀλίγου χρόνου παρεγένοντο αἱ ἡμέραι τοῦ τοκετοῦ αὐτῆς. Καὶ ἐνστάσης τῆς ὥρας, παρεγένετο καὶ ἡ δικαία κρίσις τοῦ Θεοῦ φέρουσα ἀπότομον ὀδύνην καὶ ἀφόρητον τῇ συκοφαντησάσῃ· καὶ στεναγμῶν πλῆθος ἀμέτρητον, ὠδῖνες πόνων ἀνεκδιήγητοι, καταχθονίων κολαστηρίων ὁράσεις φοβεραὶ, ταύτην τὴν ἀθλίαν παλιορκοῦσαι ἰσχυρῶς· καὶ τὸ βρέφος τῆς γαστρὸς τῷ ὄγκῳ οὐ προέκυπτεν. Παρῆλθεν ἡμέρα πρώτη, καὶ δευτέρα, καὶ ὠδῖνες ἀφορητότεραι· ἐπέστη τρίτη, καὶ τετάρτη, καὶ τὸ ἄλγος πολλαπλασίως χαλεπώτερον· διεδέξατο πέμπτη καὶ ἕκτη σὺν ἑβδόμῃ σκοτεινῇ, καὶ ἡ ταλαίπωρος γυνὴ ἀπὸ πολλῆς ἀνίας τῷ ᾅδῃ προσωμίλει· ἐν ταύταις ὅλαις ταῖς ἡμέραις μηδ' ὅλως τροφῆς προσλαβομένη, μηδὲ τὸ τυχὸν ὕπνου μετασχοῦσα· ἀλλ' οἰμωγαῖς βασάνων πόνους ἀνηκέστους διαδεχομένων, μετὰ ταῦτα πάντα ταῖς προσευχαῖς τοῦ νεανίσκου, ἡ τῆς διεφθαρμένης καὶ ψευδηγόρου ἀμείλικτος καρδία τοῖς ἀνυποίστοις πόνοις, καὶ ἡ ἐξομολόγησις συνεξῆλθεν γοεραῖς φωναῖς βοῶσα· Οἴμοι τῇ ἀθλίᾳ, κινδυνεύω ἀπολέσθαι δυσὶ κακοῖς περιπεσοῦσα, συκοφαντίᾳ καὶ πορνείᾳ· ἀπώλεσά μου τὴν παρθενίαν, διχοστασίᾳ παρεδόθην· ὑπὸ ἑτέρου καταφθαρεῖσα, τοῦ ἀναγνώστου κατηγόρησα. Ἀκούσασαι δὲ ταῦτα αἱ παρθένοι τοῦ μοναστηρίου τῷ πατρὶ αὐτῆς ἀπήγγειλαν τὰ πάντα. Ὁ δὲ πατὴρ αὐτῆς αἰδούμενος τοὺς πάντας ὡς μὴ καταγνωσθῆναι ἐπὶ τῇ συκοφαντίᾳ, τοῖς εἰρημένοις οὐ πιστεύσας, ἡσύχασεν τὰ ὅλα. Ὡς δὲ ἡ δικαία κρίσις ἐφεστῶσα ἡ δικάζουσα τὰ πάντα, πάλιν ἐπαλλήλους τῇ ἀθλίᾳ ταύτῃ ἔτικτεν ὠδῖνας· λοιπὸν μὴ δυναμένης ἢ ζῆσαι ἢ ἀποθανεῖν· καὶ τοῦ τοκετοῦ μὴ ἐκφυγούσης, ἐπιφαίνει ἡ ἡμέρα ἡ

Digitized by Google

ογδόη, καὶ πάλιν ἡ ἐννάτη, βαθυτάτῳ σκότῳ τῶν ἀλήκτων στρόφων ταύτην ἀμαυρῶσαι. Ὡς οὖν οὐκ ἔφερεν ἡ συνοδία τὰς μεγάλας ταύτης οἰμωγάς, δρομαῖαι ἀπελθοῦσαι ἀναγγέλλουσι τῷ ἐπισκόπῳ, ὅτι ἔστιν ἐννάτη σήμερον ἡμέρα ὅτι ἡ δεῖνα ἐξομολογεῖται ὅτι Τοῦδε τοῦ ἀναγνώστου κατεστάθην, καὶ ἀποκυῆσαι οὐκ ἰσχύω· ἐσυκοφάντησα γὰρ τοῦτον. Ὁ δὲ ἐπίσκοπος ἀκούσας παρὰ τῶν παρθένων πάντα τὰ ῥηθέντα, πέμπει πρὸς τὸν ἀναγνώστην δύο διακόνους, δηλῶν αὐτῷ πάντα, καὶ ἵνα εὔξηται ἐκεῖνος ῥυσθῆναι τῆς ἀνάγκης τὴν ταλαίπωρον γυναῖκα. Ὁ δὲ γενναῖος οὗτος νεανίσκος οὐδὲ ἀπόκρισιν αὐτοῖς δέδωκεν, μηδὲ τὴν θύραν ἀνοίξας· ἀλλ' ἀφ' ἧς ἡμέρας εἰς τὴν κέλλαν εἰσῆλθεν, τὸν συνήθη κανόνα τῆς νηστείας ἐκπληρῶν, καὶ ταῖς δεήσεσιν ἱκετεύων τὸν Θεόν. Κατακαμφθεὶς δὲ ὁ πατὴρ πρὸς οἶκτον τῆς ἰδίας θυγατρὸς, ἐλθὼν πρὸς τὸν ἐπίσκοπον ἐδεήθη αὐτοῦ σφόδρα εὐχὴν ταύτης γενέσθαι ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ· καὶ γινομένης ὑπὸ πάντων προσευχῆς πρὸς τὸν Δεσπότην, οὐδ' οὕτως ἡ ἀθλία τῆς ἀνάγκης ἐλυτρώθη. Αἱ γὰρ εὐχαὶ τοῦ συκοφαντηθέντος δυσωποῦσαι τὸν Δεσπότην, ἀπετείχισαν τὰς τούτων μὴ παραδεχθῆναι. Τούτων οὕτω γεγονότων ἀναστὰς ὁ ἐπίσκοπος ἐπορεύθη εἰς τὴν κέλλαν ἐν ᾗ ἦν ὁ ἀναγνώστης· καὶ κρούσαντος τὴν θύραν οὐκ ἤθελεν ἀνοῖξαι. Ἐπὶ πολὺ δὲ τοῦ ἐπισκόπου ἔξω παρεστῶτος, κἀκείνου ἔνδον ὄντος, κελεύει ὁ ἐπίσκοπος τὴν θύραν ἐπαρθῆναι. Καὶ εἰσελθόντες εὗρον τὸν νεανίσκον τῇ προσευχῇ προσκαρτεροῦντα, ἐπὶ τοῦ ἐδάφους ἐφαπλωμένον· καὶ πολὺ παρακαλέσας τοῦτον ἤγειρεν, λέγων· Ἀδελφὲ Εὐστάθιε ἀναγνώστα, φανερωθείσης τῆς συκοφαντίας, Θεοῦ οἰκονομίᾳ, τῶν σῶν εὐχῶν εἰσακουσθεισῶν, κατοικτειρήσας τὴν εἰς σὲ ἡμαρτηκυῖαν πολὺ καταικισθεῖσαν ταῖς μάστιξι τῶν βασάνων, λῦσον τὰς ἁμαρτίας· ταῖς γὰρ σαῖς εὐχαῖς τοιαῦτα πάσχει· καὶ εἰπὲ πρὸς τὸν Δεσπότην, ἵνα αὐτὴν ἐλευθερώσῃ τοῦ τοκετοῦ τῆς κοιλίας. Τοῦ δὲ ἀοιδίμου ἀναγνώστου ἅμα τῷ ἐπισκόπῳ ἐκτενῶς προσευξαμένου, παραχρῆμα ἡ ἀθλία ἠλευθερώθη τῆς ἀνάγκης, ἀποκυήσασα παιδίον, ἱκετεύουσα τοὺς πάντας ἀφεθῆναι αὐτῇ τὴν ἀνομίαν ταῖς πρεσβείαις τοῦ δικαίου· ὃν λοιπὸν οἱ πάντες εἶχον τὸν γενναῖον ἐν τάξει τῶν μαρτύρων. Πάσης γὰρ μερίμνης ἑαυτὸν ἐλευθερώσας εἰς ἄκραν πολιτείαν τῆς ἀρετῆς ἀνῆλθεν, ὡς καὶ χαρίσματος πνευματικοῦ τοῦτον ἀξιωθῆναι. Ταῦτα δὲ ἐγράψαμεν, ἵνα μηδεὶς συκοφαντήσας περιπαγῇ τοῖς δικτύοις τοῦ ἐχθροῦ, καὶ ἐμπέσῃ εἰς ὀδύνας ἀφορήτους τέως τῆς σαρκὸς, καθὰ καὶ ἡ προγραφεῖσα ψευδοτόκος· μετὰ δὲ τὴν ἐντεῦθεν τοῦ σώματος ἀπαλλαγὴν παραδοθεὶς κολαστηρίοις αἰωνίοις καὶ ἀτελευτήτοις. Ὁ γὰρ συκοφαντῶν παροργίζει τὸν Θεόν. Ὁ δὲ συκοφαντούμενος καὶ ὑποφέρων εὐλαβῶς, καὶ εὐχαῖς ἐπιτρέπων τὴν φανέρωσιν, ἀναμένων τὴν δικαίαν κρίσιν τοῦ Θεοῦ, καθὼς καὶ ὁ στεφανίτης τοῦ Χριστοῦ ὁ καὶ ἐνταῦθα, κατὰ κράτος δοξασθεὶς, καὶ τῶν αἰωνίων στεφάνων καταξιωθείς. Μάθωμεν οὖν ἀκριβῶς τὴν ἀήττητον δύναμιν τῆς εὐχῆς τῆς καὶ τοὺς ἐν πίστει στηριζούσης, καὶ τοὺς ἐν ἁμαρτίαις ἐλεούσης, καὶ τοῖς τὴν ἀρετὴν κατορθοῦσι βοηθούσης, καὶ τὴν κτίσιν πᾶσαν κρατούσης, καὶ τὸν κτίστην πάντων δυσωπούσης, καὶ τοὺς κατορθοῦντας τὴν ἀρίστην πολιτείαν στεφανούσης καὶ τοὺς συκοφάντας φανερούσης, καὶ τοῖς ταύτῃ προσκαρτεροῦσιν οὐρανῶν βασιλείαν δωρουμένης.

ΚΕΦΑΛ. ΡΜΒ'.

Περὶ Σαλβίας.

Κατ' ἐκεῖνο καιροῦ συνέβη ἅμα ὁδεύειν ἡμᾶς ἀπὸ Αἰλίας ἐπὶ τὴν Αἴγυπτον, προπέμποντας τὴν μακαρίαν Σαλβίαν, τὴν παρθένον γυναῖκα, ἀδελφὴν δὲ Ῥουφίνου τοῦ ἀπὸ ἐπάρχων.

ΚΕΦΑΛ. ΡΜΓ'.

Περὶ Ἰουβίνου.

Ἐν οἷς ἦν σὺν ἡμῖν καὶ Ἰουβῖνος, τότε μὲν διάκονος, νυνὶ δὲ ἐπίσκοπος γεγονὼς τῆς Ἀσκάλωνος Ἐκκλησίας, ἀνὴρ εὐλαβὴς καὶ φιλόλογος. Σφοδροτάτου οὖν καύματος καταλαβόντος ἡμᾶς, καταντήσαντας εἰς τὸ Πηλούσιον, ἔτυχε τὸν Ἰουβῖνον νιπτῆρα λαβόντα νίψασθαι τὰς χεῖρας καὶ τοὺς πόδας· πυγμῇ ψυχροτάτου ὄντος τοῦ ὕδατος, καὶ μετὰ τὸ νίψασθαι δερμοτύλῳ ἐπαναπαύσασθαι ῥιφέντι κατὰ τοῦ ἐδάφους. Ἐπιστᾶσα δὲ τούτῳ ἡ μακαρίτις Σαλβία, ὡς μήτηρ σοφὴ υἱοῦ κηδομένη γνησίου, ἐπέσκηπτεν αὐτοῦ τῇ ἀπαλότητι τοῦ σώματος, λέγουσα αὐτῷ· Πῶς θαρσεῖς σου τῷ σώματι, τοιαύτην ἄγων τὴν ἡλικίαν, καὶ ἔτι ζέοντός σου τοῦ αἵματος; οὕτως σου φιλοκαλεῖς τὸ σαρκίον, ὡς μὴ αἰσθόμενος τῶν ἐξ αὐτοῦ σοι τικτομένων βλαβερῶν; Θάρσει, λέγουσα, τέκνον, ὅτι ἑξηκοστὸν νῦν ἄγουσα ἔτος τῆς ἡλικίας ἐκτὸς τῶν ἄκρων χειρῶν, καὶ αὐτὸ διὰ κοινωνίαν, οὐκ ὄψις μου ἥψατο ὕδατος, οὐ ποῦς, οὐδ' ἄλλο τι τῶν μελῶν, καίπερ διαφόροις ληφθείσης ἀῤῥωστίαις, καὶ ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἀναγκαζομένης λουτρῷ χρήσασθαι, οὐκ ἠνεσχόμην ἀποδοῦναι τῇ σαρκὶ τὸ ἔθος· οὐκ ἐπὶ κλίνης ἐκαθεύδησα, οὐ λεκτικίῳ ὤδευσά που.

Αὕτη λογιωτάτη γέγονεν, ἡ καὶ τὸν θεῖον Λόγον φιλήσασα τὰς νύκτας εἰς ἡμέρας ἀνέστρεψεν δαψιλῶς ἐλαίῳ ταύτας καταλάμπουσα, πᾶν σύγγραμμα τῶν ἀρχαίων ὑπομνηματιστῶν διελθοῦσα· ἐν οἷς Ὠριγένους μυριάδας τριακοσίας, Γρηγορίου καὶ Πιερίου καὶ Στεφάνου, καὶ Βασιλείου, καὶ ἑτέρων τινῶν σπουδαιοτάτων μυριάδας εἴκοσι πέντε· οὐχ ἁπλῶς, οὐδὲ ὡς ἔτυχεν παρελθοῦσα ταῦτα, ἀλλὰ πεπονημένως, ἕκαστον βιβλίον ἑβδόμον ἢ ὀγδοον διελθοῦσα. Διὸ καὶ ἡδυνήθη ψευδωνύμου γνώσεως ἐλευθερωθεῖσα πτερωθῆναι πρῶτον τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, εἶτα καὶ τῇ δυνάμει τῶν λογίων τοῦ Πνεύματος, ἐλπίσι χρησταῖς ἑαυτὴν ὄρνιν ἐργασαμένη πνευματικὴν, καὶ διαπεράσασα τὸν τούτου τοῦ βίου ζόφον ἀνέπτη πρὸς τὸν Χριστὸν, τὰς ἀθανάτους ἀμοιβὰς παρ' αὐτοῦ ἀπολῃψομένη.

ΚΕΦΑΛ. ΡΜΔ'.

Περὶ Ὀλυμπιάδος.

Ταύτης κατ' ἴχνος βαίνουσα καὶ κατὰ πᾶσαν ἀρετὴν τῆς ἐνθέου πνευματικῆς πολιτείας ἡ σεμνοπρεπεστάτη Ὀλυμπιὰς, καὶ ζηλωτικωτάτη τῆς εἰς οὐρανὸν φερούσης ὁδοῦ, ἐν πᾶσιν ἀκολουθήσασα τῇ γνώμῃ τῶν θείων Γραφῶν, θυγάτηρ γεγονυῖα τὸ κατὰ σάρκα Σελεύκου τοῦ ἀπὸ κομήτων, ἀληθινὸν δὲ τέκνον Θεοῦ κατὰ Πνεῦμα, ἐκγόνη δὲ Ἀβλαβίου τοῦ ἀπὸ ἐπάρχων, νύμφη δὲ πρὸς ὀλίγας ἡμέρας Νεβριδίου τοῦ ἀπὸ ἐπάρχων πόλεως Κωνσταντίνου· αὕτη δὲ τῇ ἀληθείᾳ γυνὴ οὐδενός. Λέγεται γὰρ ἀμίαντος κεκοιμῆσθαι παρθένος σύμβιος γεγονυῖα τοῦ θείου

Digitized by Google

nuntiarunt. Pater autem verbus ne condemnaretur ut calumniator, cum non adhiberet fidem dictis, silet duos dies. Rursus autem misera, se invicem excipientibus acerbis afflictabatur doloribus, cum non posset deinceps vel vivere vel mori. Cumque id effugit, oritur dies octavus, et rursus nonus, gravissimis perpetuarum vertiginum tenebris eam offuscantes. Cum ergo ejus magnos ejulatus non ferret conventus, hæc cursim festinantes renuntiant episcopo, jam esse nonum diem ex quo illa confitetur se accusasse lectorem, nec posse parere, quod ipsum sit calumniata. Episcopus autem cum hæc audiisset a virginibus, ad lectorem mittit duos diaconos, ei omnia significans, et ut pro ipsa oraret, ut misera mulier liberaretur ab iis necessitatibus. Egregius autem adolescens neque eis dedit responsum, nec aperuit ostium; sed a quo die ingressus est in cellam, non exiit, implens consuetam regulam jejunii, et Deo preces fundens. Flexus autem pater, et filiæ suæ misertus, veniens ad episcopum, eum valde rogavit ut pro ea orationes fierent in ecclesia. Et cum pro ea preces fusæ essent ab omnibus ad Dominum, ne sic quidem misera liberata est a necessitate. Ejus enim qui per calumniam fuerat accusatus, orationes Dominum monentes, arcebant, ne eorum preces admitterentur. His sic gestis, surgens episcopus ivit ad cellam in qua erat lector; et cum pulsasset ostium, nolebat is aperire. Cum diu autem foris fuisset episcopus, ille autem intus, jubet episcopus tolli ostium. Et ingressi invenerunt adolescentem in oratione perseverantem, et humi procumbentem. Quem multum rogans episcopus, ei dicit: Frater Eustathi lector, in apertum prolata calumnia Dei providentia, et exauditis tuis orationibus, miserere ejus quæ in te peccavit, quæ tormentorum flagellis fuit excruciata. Miserere deinceps miseræ, et surgens solve quod ligasti, precibus enim tuis hæc patitur, et dic Domino ut eam liberet a partu ventris. Cum autem inclytus lector intense oraret simul cum episcopo, statim misera liberata est a necessitate, enixa infantem; rogans omnes ut ei remitteretur iniquitas ipsius justi intercessione: et illum egregium virum habuerunt omnes deinceps loco martyris. Nam cum se deinceps liberasset ab omni sollicitudine, pervenit ad summum vitæ quæ ex virtute agitur, adeo ut is sit dignus habitus spiritali gratia. Hæc autem scripsimus, ne qu s calumniatus illaqueetur his inimici retibus, et incidat in dolores carnis intolerabiles, sicut hæc prius scripta est falsa accusatrix; postquam autem a corpore fuerit liberatus, tradatur æternis intolerabilibus tormentis, et quæ nunquam desinent. Deum enim ad iram provocat is qui calumniatur: qui autem per calumniam accusatur, idque fert pio et æquo animo, et ejus in apertum prolationem permittit precibus, exspectans justum Dei judicium, sicut hic a Christo coronatus; is et, quod ejus sileri potest, laudatur, et in honore habetur, et æternam coronam consequitur. Discamus ergo diligenter quam sint insuperabiles vires orationis, quæ et fideles confirmat, et peccatorum miseretur, et flectit ac movet omnium creatorem, et eos coronat qui se ex virtute recte gerunt, et eis qui in ea perseverant, largitur regnum cœlorum.

CAPUT CXLII.

Vita sanctæ Silvaniæ (205).

Illo tempore contigit ut nos simul navigaremus ab Ælia in Ægyptum, deducentes beatam Silvaniam virginem, sororem autem Ruffini, qui fuit ex præfectis.

CAPUT CXLIII.

De Jubino (206).

Inter quos erat etiam nobiscum Jubinus, tunc quidem diaconus, nunc autem episcopus ecclesiæ Ascalonis, vir pius et eruditus. Cum autem vehementissimus nos æstus invasisset, et pervenissemus Pelusium, accidit ut Jubinus, accepta pelvi, pedes et manus palmis lavaret aqua frigidissima, et postquam lavisset, super polliculam humi stratam requiesceret. Cum autem illa id advertisset, ut mater sapiens germani filii, ejus increpavit mollitiem, dicens: Qui in animum inducis, illam agens ætatem, vivente adhuc tuo sanguine, usque adeo tuam fovere caruncularn, non sentiens damna quæ ex eo oriuntur? Confide, confide: ecce ago annum ætatis sexagesimum, præter extrema manuum (207) mearum (et hoc propter communionem) non pes meus aquam tetigit, non vultus, neque ullum ex membris meis, etiamsi me variæ invaserint ægritudines; et cum a medicis cogerer uti balneo, non induxi in animum carni reddere debitum, non in lecto quiescens, non lectica usquam gestata ingrediens.

Hæc cum esset doctissima, doctrinam amore complexa, noctes uberi oleo a se illuminatas mutabat in dies, omnia antiquorum qui commentarios ediderunt scripta percurrens, Origenis tricies centena millia versuum, Gregorii et Stephani, et Pierii (208), et Basilii, et quorumdam aliorum præstantis virtutis virorum millia ducenta et quinquaginta non leviter, nec temere hæc percurrens, sed elaborate septies vel octies unumquemque librum perlegens, ut horum verborum gratia in altum erigeretur, spe bona seipsam avem efficiens spiritalem, et ad Christum evolans, immortales ab ipso acceptura remunerationes.

CAPUT CXLIV.

De Olympiade (209).

Ejus vestigia est secuta, et omnem virtutem divinæ vitæ spiritalis, in primis veneranda et honesta Olympias, et quæ viæ quæ fert in cœlum summo zelo tenebatur, divinarum Scripturarum sententiam secuta in omnibus. Fuit autem secundum carnem filia Seleuci (210) ex comitibus, vera autem Dei filia secundum spiritum; neptis autem Ablavii qui erat ex præfectis, aliquot autem dies sponsa (211) Nebridii, qui fuit ex præfectis urbis Constantinopolis; ipsa autem revera fuit uxor nullius. Dicitur autem dormisse virgo incorrupta, effecta divini verbi convictrix, consjux autem totius veræ humilitatis, communicans et ministrans omnibus egentibus. Ipsa cum

Digitized by Google

omnes illas infinitas et immensas dispersisset divitias, absolute et indiscriminatim opem ferebat omnibus. Non enim urbs, non rus, non solitudo, mansit expers largitionum hujus inclytæ virginis : sed et ecclesiis suppeditavit ad donaria deputata sacrificio, et monasteriis, et cœnobiis, et xenotrophiis, et custodiis, et relegatis ; et, ut semel dicam, in omnem orbem terræ dispersit eleemosynas. Hæc beata processit usque ad extremum terminum humilitatis, ultra quem nihil possit inveniri amplius. Vita sine ulla inani gloria, species nequaquam ficta, sinceri mores, facies non fucata, corpus florens, mens non gloriosa, animus ab arrogantia alienus, cor minime turbulentum, somni expers vigilia, spiritus non curiosus, charitas immensa, quæ comprehendi non potest communicatio, vilis et contempta vestis, infinita continentia, recta cogitatio, in Deum spes æterna, cum eleemosyna quæ non potest narrari, ornamentum omnium humilium, cui multæ sunt accensæ tentationes ex operatione ejus qui est sua sponte malus et omnis boni expers, nempe dæmonis : quæ pro veritate non parva adiit certamina, quæ et diu affatim vixit in immensis lacrymis, omni humanæ naturæ subjecta propter Dominum ; cum omni pietate sanctis subdita episcopis, venerans presbyteratum, honorans clerum, reverens exercitationem, suscipiens virginitatem, opem ferens viduitati, curam gerens orbitatis, protegens senectutem, ægrotos invisens, peccatorum miserens, errantes in viam deducens, in omnes utens misericordia, profuse autem in pauperes, multisque infidelium in catechesi institutis uxoribus, etiam ad victum eis ferens auxilium, semper memorabile nomen benignitatis reliquit per totam vitam. A servitute in libertatem innumerabilium servorum restituens examina, reddidit eos honore æquales suæ nobilitati, vel potius (si vera dicere oporteat) facti sunt hujus sanctæ habitu nobiliores. Neque enim ejus indumentis inveniri potuit quidquam vilius ; nam iis etiam qui sunt pannis valde obsiti indigna erant hujus sanctæ tegumenta. Tanta autem erat ejus mansuetudo, ut etiam longe superaret simplicitatem ipsorum puerorum. Nulla vituperatione a vicino quidem unquam inventa est apud hanc quæ Christum gestabat ; sed omnis ejus vita non vitalis, erat in compunctione et frequenti profluvio lacrymarum ; et potius videre licebat fonti æstate sua deficere fluenta, quam hujus non sublimibus et Christum semper videntibus oculis lacrymas deficere. Et quid in his immoror? Quo enim magis meus versabitur animus in duræ instar saxi animæ narrandis certaminibus et virtutibus, eo magis invenientur verba a factis remotiora. Nec me existimet aliquis hæc splendide et magnifice colligere de hac vel maxime impatibili, et perquirere reliquias castissimæ Olympiadis, quæ tota fuit pretiosum vas sancti Spiritus ; sed qui his oculis viderim hujus beatæ vitam et angelicam institutionem, ut qui fuerim spiritalis hujus germanus amicus, et ejus cognatis familiarissimus, adeo ut multæ ejus pecuniæ sint a me ex ejus sententia distributæ. Hæc ergo non amplius de cætero quæ sunt carnis sapiens, subjecta principatibus, obediens potestatibus, venerans presbyteratum, honorans universum clerum, confessione quoque digna est habita pro veritate, importunarum recusationum multis acceptis procellis. Cujus vitam inter confessores referunt, quicunque pii habitant Constantinopolim, ut quæ proxime matrem periclitata sit in iis quæ sunt ex Deo certaminibus ; et in his mortua beatam accepit gloriam, et in infinito sæculo coronata pompam agit, nulli interitui obnoxias cum sanctis et sibi similibus in sempiternum mansiones habitans, et bonorum operum a Christo Domino cum fiducia accipiens remunerationes.

CAPUT CXLV.

De Candida.

Post hanc æquali quoque modo in Domino vivens, beata Candida, Trajani uxor magistri militum, cum et ad summam pervenisset honestatem, et rationi convenienter ornasset ecclesias, et venerata esset episcopos pro dignitate Christi sacramentorum, et omnem Christi clerum aperte honorasset, et suam filiam instituisset in sorte virginitatis, eam præmisit ad Christum, donum suorum viscerum : postea autem ipsa quoque, temperantia et castitate et pecuniæ dispersionibus filiam suam est consecuta. Hanc ego vidi egregiam mulierem tota nocte laborantem et molentem, et propriis manibus facientem panem oblationis, ad vires corporis deprimendas, et dicentem : Cum non sufficiat jejunium, hanc ei do sociam laboriosam vigiliam, ut Esau dissolvam enervemque lasciviam. Ea ab iis quæ sunt sanguine prædita et animata omnino abstinuit ; nisi quod sumebat pisces et oleum et olera, idque solum in die festo : omni autem alio tempore contenta erat oxycrato (212) et pane arido. In hac vitæ asperitate, cum beata requie obdormiisset hæc mulier inclyta, nunc fruitur bonis æternis, quæ sunt parata iis qui dilexerunt vitam quæ ex virtute agitur.

CAPUT CXLVI.

De Gelasia (213).

Consequenter zelo hujus bonæ feminæ, veritatis viam ingressa est, pie trahens jugum virginitatis, in primis veneranda Gelasia, cujusdam tribuni filia. Hujus optimæ hæc fertur virtus, quod sol nunquam occidit super ejus dolorem, non adversus servum, non adversus ancillam, non adversus aliquem alium. Hæc beata cum effugisset viam eorum qui sunt acceptæ injuriæ memores, quæ fert ad mortem æternam, evasit hunc malum diaboli stimulum, nempe odii et malevolentiæ ; et cum desideraret æternam peccatorum remissionem, remisit parva delicta, ut ipsa quoque inveniret majorum remissionem.

CAPUT CXLVII.

De Juliana (214).

Quædam nomine Juliana, virgo in Cæsarea Cappadociæ, dicta est esse et doctissima et fidelissima, quæ Origenem scriptorem fugientem gentilium insurrectionem excepit, eum duos annos occultans, suis

Digitized by Google

λόγου, σύνευνος δὲ πάσης ἀληθοῦς ταπεινοφροσύνης· κοινωνὸς δὲ καὶ διάκονος πάντων τῶν δεομένων. Αὕτη πάντα τὸν ἄπειρον ἐκεῖνον καὶ ἀμέτρητον πλοῦτον διασκορπίσασα, πᾶσιν ἁπλῶς καὶ ἀδιακρίτως ἐπήρκεσεν. Οὔτε γὰρ πόλις, οὐ χώρα, οὐκ ἔρημος, οὐ νῆσος, οὐκ ἐσχατιὰ ἄμοιρος ἔμεινεν τῶν ταύτης ἐπιδόσεων τῆς ἀοιδίμου· ἀλλ' ἐπήρκεσεν καὶ ἐκκλησίαις εἰς ἀναθέματα ἱερουργικὰ, καὶ μοναστηρίοις, καὶ κοινοβίοις, καὶ πτωχοτροφείοις, καὶ φυλακαῖς, καὶ τοῖς ἐν ἐξορίαις, καὶ πᾶσαν ἁπλῶς τὴν οἰκουμένην κατασπείρασα ταῖς ἐλεημοσύναις. Αὕτη ἡ μακαρία εἰς τὸν ἀκρότατον ὅρον ἐξεπήδησεν τῆς ταπεινοφροσύνης, εἰς ὃν οὐκ ἦν ἐφευρεθῆναί τι πλέον· ἀκενόδοξος βίος, ἀσχημάτιστον εἶδος· ἄπλαστον ἦθος· ἀκαλλώπιστος ὄψις· ἄϋλον σῶμα· ἀπέρπερος νοῦς· ἄτυφος γνώμη· ἀτάραχτος καρδία· ἄϋπνος ἀγρυπνία· ἀπερίεργον πνεῦμα· ἀμέτρητος ἀγάπη· ἀκατάληπτος κοινωνία· εὐκαταφρόνητος ἐσθής· ἐγκράτεια ἄμετρος· εὐθύτης διανοίας εἰς Θεόν· ἐλπίδες ἀένναοι· ἐλεημοσύναι ἀνεκδιήγητοι· πάντων ταπεινῶν ἐγκαλλώπισμα· πολλοὺς πειρασμοὺς ἐξαντλήσασα ἐξ ἐνεργείας τοῦ ἐθελοκάκου καὶ ἀπειροκάλου. Οὐ μικροὺς ἀγῶνας ἀγωνισαμένη ὑπὲρ ἀληθείας Θεοῦ· ἀμέτροις δακρύοις νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἀνενδεῶς συμβιώσασα· ὑποταττομένη πάσῃ φύσει ἀνθρωπίνῃ διὰ τὸν Κύριον· μετὰ πάσης εὐλαβείας ὑποκλινομένη τοῖς ἐπισκόποις τοῖς ἁγίοις· σέβουσα τὸ πρεσβυτέριον· τιμῶσα τὸν κλῆρον. Αἰδουμένη τὴν ἄσκησιν· ἀποδεχομένη παρθενίαν· χηρείᾳ ἐπαρκοῦσα· ὀρφανίαν ἀνατρεφομένη· γήρως ὑπερασπίζουσα· ἀσθενοῦντας ἐπισκεπτομένη· ἁμαρτωλοῖς συμπενθοῦσα· πεπλανημένους ὁδηγοῦσα· τοὺς πάντας ἐλεοῦσα· τοὺς πενομένους ἀφειδῶς οἰκτείρουσα· πολλάς τε τῶν ἀπίστων κατηχήσασα γυναῖκας, καὶ τὰ πρὸς τὴν ζωὴν ἐπικουρήσασα, ἀείμνηστον χρηστότητος ὄνομα διὰ παντὸς τοῦ βίου κατηλέησεν. Ἀπὸ δουλείας εἰς ἐλευθερίαν τῶν οἰκετῶν μυρίων ἐσμὸν ἀνακαλεσαμένη, ἰσοτίμους τῆς ἰδίας εὐγενείας ἀπέφηνεν· μᾶλλον δὲ εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, καὶ εὐγενέστεροι τῷ σχήματι τῆς ἁγίας ταύτης ἐδείκνυντο. Οὐδὲ γὰρ εὐτελέστερόν τι τῶν ἐνδυμάτων ταύτης εὑρεθῆναι ἐδυνάτο. Τῶν γὰρ πάνυ ῥακοδυτούντων ἀνάξια ἦν τὰ τῆς ὁσίας ταύτης σκεπάσματα. Τοιαύτη δὲ παρ' αὐτῆς ἠπιότης ἐτρέφετο, ὡς καὶ αὐτῶν τῶν παιδίων ὑπερακοντίσαι τὸ ἀφελές. Ψόγος οὐδεὶς οὐδέποτε οὐδὲ τῶν πέλας παρὰ τῇ χριστοφόρῳ ταύτῃ ηὑρίσκετο· ἀλλὰ πᾶς ὁ ταύτης ἀβίωτος βίος ἐν κατανύξει καὶ συχνῇ δακρύων ὑπῆρχεν ῥοῇ· καὶ ἦν ἰδεῖν μᾶλλον πηγὴν τὰ ἑαυτῆς νάματα ἐπιλείπουσαν ἐν τοῖς καύμασιν, ἢ τοὺς ἀμετεωρίστους ταύτης, καὶ ἀεὶ τὸν Χριστὸν ὁρῶντας ὀφθαλμοὺς διαλιμπάνειν δακρύων ποτέ. Καὶ τί μέλλω; ὅσον γὰρ ἂν παρέξω τῇ ἐμῇ διανοίᾳ σχολὴν τοὺς ταύτης ἄθλους τῆς πεπετρωμένης ψυχῆς καὶ ἀρετὰς διηγούμενος, πολὺ κατόπιν οἱ λόγοι τῶν ἔργων εὑρεθήσονται. Καὶ μή τις νομίσῃ μὲ κεκομψευμένως λέγειν τὰ περὶ τῆς ἀπαθεστάτης ταύτης, καὶ λοιπὸν ὅλης τοῦ ἁγίου Πνεύματος τιμίου σκεύους Ὀλυμπιάδος τῆς σεμνοτάτης· ἀλλ' αὐτόπτην γεγενημένον καὶ θεωροῦντα τὸν τῆς μακαρίας ταύτης βίον καὶ ἀγγελικὴν πολιτείαν, ὡς ἅτε πνευματικὸν γνήσιόν φίλον καὶ συγγενῶν οἰκειότατον· ὡς

A καὶ πολλὰ κατὰ γνώμην τῶν ταύτης διανεμηθῆναι. Χρημάτων αὕτη τοίνυν ἡ μηκέτι λοιπὸν τὰ τῆς σαρκὸς φρονοῦσα, ὑποταττομένη ἀρχαῖς, ὑπείκουσα ἐξουσίαις, ὑποκατακλινομένη ἐπισκόποις· σεμνολογοῦσα τὸ πρεσβυτέριον, τιμῶσα τὸν κλῆρον ἅπαντα, καὶ ὁμολογίας κατηξιώθη ὑπὲρ τῆς ἀληθείας, πολλὰς δεξαμένη νιφάδας ἀκαίρων κατηγοριῶν. Ἧς τὸν βίον ἐν ὁμολογητρίαις κρίνουσιν, ὅσοι τῶν εὐσεβῶν τὴν Κωνσταντινούπολιν οἰκοῦσιν· ἥτις τὰ θανάτου ἐκινδύνευσεν τοῖς κατὰ Θεὸν ἀγῶσιν· καὶ ἐν τούτοις τελευτήσασα, τὸ μακάριον ἤρατο κλέος ἐν τῷ ἀπεράντῳ αἰῶνι στεφανηφοροῦσα καὶ χορεύουσα, τὰς ἀκηράτους μονὰς μετὰ θείων ψυχῶν καὶ ὁμοίων ἑαυτῇ εἰς ἀεὶ κατοικοῦσα, καὶ τῶν ἀγαθῶν ἔργων παρὰ τοῦ Δεσπότου Θεοῦ μετὰ παῤῥησίας τὰς ἀμοιβὰς ἀπαιτοῦσα.

B

ΚΕΦΑΛ. ΡΜΕ'.

Περὶ Κανδίδας.

Ταύτης κατόπιν καὶ ἰσοτρόπως καὶ ἀξίως τοῦ Κυρίου βιώσασα ἡ μακαρία Κανδίδα, ἡ Τραϊανοῦ θυγάτηρ τοῦ στρατηλάτου, καὶ εἰς ἄκρον σεμνότητος ἐλάσασα, ἐκκλησίας τε κατὰ λόγον κοσμήσασα, καὶ ἐπισκόπου; ἀξίως τῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων σεβασθεῖσα, καὶ πάντα τὸν τοῦ Χριστοῦ κλῆρον καταλλήλως τιμήσασα, καὶ τὴν ἰδίαν θυγατέρα κατηχήσασα, εἰς τὸν τῆς παρθενίας κλῆρον προέπεμψε ταύτην πρὸς τὸν Χριστὸν δῶρον, τῶν αὐτῆς λαγόνων· εἰς ὕστερον δὲ καὶ αὕτη σωφροσύνῃ τε, καὶ ἁγνείᾳ, καὶ τοῖς τῶν χρημάτων σκορπισμοῖς ἐπακολουθήσασα τῇ ἑαυτῆς θυγατρί. Ταύτην τὴν γενναίαν οἵδα ἐγὼ διὰ πάσης; τῆς νυκτὸς κοπιῶσαν, καὶ ἀλήθουσαν ταῖς ἰδίαις χερσὶν, ποιοῦσαν τὸν ἄρτον τῇ; προσκομιδῆς ἐπὶ καθαιρέσει τῆς τοῦ σώματος δυναστείας, διηγουμένην ὅτι τῆς νηστείας μὴ ἐπαρκούσης, σύμμαχον δίδωμι ταύτῃ καὶ τὴν ἐπίμοχθον ἀγρυπνίαν, ἵνα καταλύσω τὸ φρύαγμα τοῦ Ἡσαῦ. Αὕτη ἐναίμων μὲν καὶ ἐμψύχων εἰς ἄκρον ἀπέσχετο, πλὴν ἰχθύος καὶ ἐλαίου καὶ λαχάνων ἐλάμβανεν· καὶ ταῦτα ἐν ἑορτῇ μόνον. Τὸν δὲ ἄλλον ἅπαντα χρόνον διατελοῦσα, ὀξυκράματι καὶ ἄρτῳ ξηρῷ ἀρκουμένη ἐν ἑαυτῇ, τὴν μακαρίαν ἀνάπαυσιν ἡ ἀοίδιμος κοιμηθεῖσα τῇ σκληραγωγίᾳ, νῦν ἀπολαύει τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν τῶν ἡτοιμασμένων τοῖς τὸν ἐνάρετον βίον ἠγαπηκόσιν.

C

ΚΕΦΑΛ. ΡΜϚ'.

Περὶ Γελασίας.

D Ταύτης τῆς ἐναρέτου κατὰ ζῆλον ὧδευσεν τὴν τῆς ἀθανασίας ὁδὸν εὐσεβῶς ἑλκύσασα τὸν τῆς παρθενίας ζυγὸν ἡ σεμνοτάτη Γελασία, θυγάτηρ τριβούνου τινός. Ταύτης τῆς ἀρίστης ἀρετὴ αὕτη φέρεται, ὅτι ἥλιος οὐδέποτε ἐπέδυ ἐπὶ λύπῃ ταύτης, οὐ κατὰ οἰκέτου, οὐ κατὰ θεραπαίνης, οὐ κατά τινος ἑτέρου. Ἀποφυγοῦσα γοῦν αὕτη ἡ μακαρία τὴν τῶν μνησικάκων ὁδὸν, τὴν εἰς θάνατον αἰώνιον φέρουσαν, τῆς εἰς ἀΐδιον ζωὴν φερούσης ἐπελάθετο.

ΚΕΦΑΛ. ΡΜΖ'.

Περὶ Ἰουλιανῆς.

Ἰουλιανή τις πάλιν ὀνόματι παρθένος ἐν Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας λογιωτάτη καὶ πιστοτάτη ἐλέγετο εἶναι· ἥτις Ὠριγένην τὸν συγγραφέα φεύγοντα τὴν ἐπανάστασιν τῶν Ἑλλήνων ἐδέξατο, ἐπὶ δύο ἔτη κα-

Digitized by Google

τακρύπτουσα οἰκείοις ἀναλώμασιν, καὶ τῇ δι' ἑαυτῆς ὑπηρεσίᾳ ἀναπαύουσα τὸν ἄνδρα. Εὗρον δὲ ταῦτα ἐγὼ γεγραμμένα ἐν παλαιοτάτῳ βιβλίῳ στιχηρῷ, ὅπερ ἐγέγραπτο χειρὶ Ὠριγένους. Τοῦτο τὸ βιβλίον εὗρον ἐγὼ παρὰ Ἰουλιανῇ παρθένῳ ἐν Καισαρείᾳ, κρυπτόμενος κἀγὼ παρ' αὐτῇ. Ἧτις ἔλεγεν, παρ' αὐτοῦ Συμμάχου τοῦ ἑρμηνέως τῶν Ἰουδαίων αὐτὸ εἰληφέναι.

Οὐ παρέργως δὲ τέθεικα καὶ ταύτας τὰς ἀρετὰς τούτων τῶν ἀοιδίμων γυναικῶν· ἀλλ' ἵνα μάθωμεν ὅτι πολυτρόπως ἔστι κερδαίνειν, ἐὰν θέλωμεν, ἐκ διαφόρων προφάσεων.

ΚΕΦΑΛ. ΡΜΗ'.

Διήγησις Ἱππολύτου τοῦ γνωρίμου τῶν ἀποστόλων.

Ἐν ἄλλῳ βιβλιδαρίῳ ἐπιγεγραμμένῳ Ἱππολύτου τοῦ γνωρίμου τῶν ἀποστόλων, εὗρον διήγημα τοιοῦτον·

Εὐγενεστάτη τις καὶ ὡραιοτάτη παρθένος ὑπῆρχεν ἐν τῇ Κορίνθῳ πόλει, ἀσκουμένη εἰς τὸν ἐνάρετον βίον. Ταύτην κατ' ἐκεῖνο καιροῦ διέβαλον τῷ τότε δικάζοντι Ἕλληνι ὄντι ἐπὶ τοῦ καιροῦ τῶν διωκτῶν, ὡς βλασφημοῦσαν καὶ τοὺς καιροὺς, καὶ τοὺς βασιλεῖς, καὶ τὰ εἴδωλα. Προέπινον δὲ τὸ ταύτης κάλλος, οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα κάπηλοι, γυναικομανοῦντι τῷ ἀθέῳ τῶν δικαστῶν. Ὁ δὲ ἡδέως ἐδέξατο τὴν διαβολὴν τοῖς ἱππικοῖς ὠτίοις, καὶ τοῖς θηλυμανέσι λογισμοῖς. Προσαχθείσης δὲ ταύτης τῷ μιαιφόνῳ πολὺ πλέον τῇ ἀσωτίᾳ ἐκμέμηνεν. Ὡς δὲ πᾶσαν μηχανὴν κατ' αὐτῆς κινήσας ὁ βέβηλος τὴν τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπον πεῖσαι οὐκ ἠδυνήθη, διαφόροις αἰκίαις ταύτην τὴν γενναίαν ὑπέβαλεν. Ὡς δὲ καὶ ἐν τούτοις ἀπέτυχεν, μὴ ἰσχύσας αὐτὴν ἀποστῆσαι τῆς ὁμολογίας τῆς τοῦ Χριστοῦ, ἀπομανεὶς πρὸς αὐτὴν ὁ ἀνήμερος, τότε τιμωρίᾳ τοιαύτῃ αὐτὴν παρέδωκεν· στήσας τὴν σώφρονα εἰς πορνεῖον, ἐνετείλατο τῷ ταύτας νέμοντι, λέγων· Δέξαι ταύτην, καὶ ἡμερήσιά μοι ἐξ αὐτῆς, τρία νομίσματα ἀποκόμιζε. Ὁ δὲ εἰσπραττόμενος τὸν ἐκ τῆς αἰσχροπραγίας χρυσὸν, ἔκδοτον αὐτὴν ἔστησεν τοῖς βουλομένοις ἐν τῷ τοῦ μύσους ἐργαστηρίῳ. Ὡς οὖν ἔγνωσαν οἱ περὶ τὰ τοιαῦτα γυναικοῖέρακες, παρῆδρευον τῷ παρανόμῳ ἐργαστηρίῳ, διδόντες τὸν τῆς ἀτίμου ἐργασίας μισθὸν, καὶ βουλόμενοι ταύτῃ πρὸς φθορὰν ὁμιλεῖν. Ἡ δὲ σεμνοτάτη αὕτη, καὶ τοὺς λόγους πρὸς ἀπάτην ἐκκλίνουσα, ἐκλιπαροῦσα αὐτοὺς παρεκάλει, λέγουσα, ὅτι Ἕλκος ἔχω τι εἰς κεκρυμμένον τόπον, ὅπερ ἐσχάτως ὄζει· καὶ δέδοικα μὴ εἰς μῖσός μου ἔλθητε τῷ ἀποτροπαίῳ τοῦ ἕλκους. Ἔνδοτε οὖν μοι ὀλίγας ἡμέρας, καὶ ἐξουσίαν μου ἔχετε καὶ δωρεάν με ἔχειν. Τούτοις δὲ τοῖς λόγοις ἡ μακαρία πείσασα τοὺς ἀσώτους τέως ἀπέπεμψεν. Ἐμμελεστάταις δὲ δεήσεσι τὸν Θεὸν δυσωπήσασα, καὶ κατανενυγμέναις ἱκεσίαις τοῦτον εἰς εὐσπλαγχνίαν κατέκαμψεν. Προσεσχηκὼς τοίνυν ὁ Θεὸς ὁ τὰς ἐννοίας εἰδὼς, πῶς ἐκ καρδίας ἡ σώφρων τῆς ἁγνείας ἐκήδετο, ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις ᾠκονόμησεν ὁ φύλαξ τῆς πάντων ἀνθρώπων σωτηρίας τοιόνδε τι.

ΚΕΦΑΛ. ΡΜΘ'.

Περὶ Μαγιστριανοῦ τινος.

Νεανίσκος τις Μαγιστριανὸς, ὡραῖος τῷ εἴδει, εὐσεβὴς τῇ γνώμῃ, ᾧ ἐντέθεικεν ὁ Θεὸς ζῆλον πνευματικὸν πυριφλεγῆ, ὡς καὶ θανάτου καταφρονῆσαι. Καὶ ἀπελθὼν τῷ σχήματι τῆς ἀκολασίας εἰσέρχεται βαθεῖαν ἐσπέραν πρὸς τὸν τρέφοντα ταύτας, καὶ δίδωσιν αὐτῷ πέντε νομίσματα, καὶ λέγει αὐτῷ· Συγχώρησόν μοι μεῖναι ταύτην τὴν νύκτα μετὰ ταύτης τῆς κόρης. Εἰσελθὼν οὖν μετ' αὐτῆς εἰς τὸν ἀπόκρυφον οἶκον, λέγει αὐτῇ· Ἀνάστα, σῶσον σεαυτήν. Καὶ ἐκδύσας αὐτὴν τὰ ἱμάτια, καὶ τῇ ἑαυτοῦ ἐσθῆτι μεταμφιάσας αὐτὴν, τοῖς τε καμισίοις, καὶ τῇ χλαμύδι, καὶ τοῖς ἀνδρείοις πᾶσιν, λέγει αὐτῇ, τῷ ἄκρῳ τῆς χλαμύδος περικαλυψαμένη ἔξελθε. Καὶ οὕτως ποιήσασα, καὶ ὅλην ἑαυτὴν σφραγίσασα τῷ μυστηρίῳ τοῦ σταυροῦ ἐξελθοῦσα ἄφοβος τοῦ τόπου ἐκείνου, καὶ ἀμίαντος, παντελῶς διασέσωσται τῇ χάριτι τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῇ τοῦ νεανίσκου αἰτίᾳ, τοῦ τῷ ἰδίῳ αἵματι ταύτην τῆς ἀτίμου φθορᾶς ἀπαλλάξαντος. Τῇ δὲ ἐπιούσῃ ἡμέρᾳ ἐγνώσθη τὸ δρᾶμα· καὶ προσηνέχθη ὁ Μαγιστριανὸς τῷ θηριωδεστάτῳ δικαστῇ. Ἀνακρίνας δὲ τὸν γενναῖον ἀθλητὴν τοῦ Χριστοῦ ὁ ἀνήμερος, καὶ πάντα μαθὼν, θηρίοις τοῦτον παραβληθῆναι ἐκέλευσεν· ἵνα καὶ ἐν τούτῳ ὁ μισόκαλος δαίμων καταισχυνθῇ. Νομίσας γὰρ τὸν ἀνδρεῖον, τῇ ἀθεμίτῳ τιμωρίᾳ περιβαλεῖν, διπλοῦν μάρτυρα τοῦ Χριστοῦ τοῦτον ἀπέφηνεν, καὶ ὑπὲρ τῆς ἑαυτοῦ ἀθανάτου ψυχῆς ἀθλήσαντα γενναίως, καὶ ὑπὲρ τῆς ἀοιδίμου ἐκείνης καὶ μακαρίας ἀθλητικῶς τοῖς πόνοις ἐγκαρτερήσαντα. Διὸ καὶ διπλῆς τιμῆς παρὰ τοῦ Χριστοῦ, καὶ τῶν ἀοιδίμων καὶ μακαρίων στεφάνων παρὰ τῆς τούτου φιλανθρωπίας ἠξιώθη.

ΚΕΦΑΛ. ΡΝ'.

Περὶ Μαγνεντίνου καὶ τῆς γυναικὸς τοῦ συγκλητικοῦ.

Ἐμνήσθην δὲ καὶ ἄλλης ἱστορίας, καὶ καλὸν τοῦτο μὴ παρελθεῖν. Λέγεται περὶ Μαγνεντίνου τοῦ ἀντάρτου, ὅτι πολλαῖς γυναιξὶν ἐπεμίγνυτο Ἑλληνίσιν, καὶ εἰς Χριστιανὰς ἐπέρριψεν, θέλων ἐπιμίγνυσθαι· καὶ ἤρουν αὗται ἀποθανεῖν, ἢ σωφροσύνην προδοῦναι. Ἐλθὼν οὖν ἐν μιᾷ πόλει, ἠράσθη τινὸς γυναικὸς συγκλητικοῦ ἀπὸ ἐπάρχων· καὶ φοβηθεὶς ὁ ἀνὴρ αὐτῆς, εἶπεν αὐτῷ· Πέμψον, ἄρον αὐτήν. Καὶ ἐλθόντες οἱ στρατιῶται ἐπ' αὐτὴν, εἶπεν αὐτοῖς ἡ γυνή· Ἐκδέξασθε μικρὸν ἕως κοσμήσωμαι τὸν κόσμον ἐν ᾧ εἰθίσθην. Καὶ εἰσελθοῦσα εἰς τὸν κοιτῶνα ἑαυτῆς, λαβοῦσα ξίφος, κατὰ τῶν σπλάγχνων ἑαυτῆς ἐνέπηξεν. Ἀκουσάτωσαν αἱ παρθένοι, καὶ αἰσχυνέσθωσαν αἱ Χριστὸν ἐπαγγελλόμεναι ἔχειν τὸν Νυμφίον, καὶ ἐκ μικρᾶς φιληδονίας τοῦτον προδόσασαι. Ἡμῖν δὲ δῴη ὁ Θεὸς ἑκάστῳ μέλει σῶσαι τὴν παρθενίαν· καὶ ἀγαλλόμεναι μετὰ τοῦ ἱεροψάλτου βοᾷν· *Καθήλωσον ἐκ τοῦ φόβου σου τὰς σάρκας μου· ἀπὸ γὰρ τῶν κριμάτων σου ἐφοβήθην.* Καὶ· *Ζῶ δὲ οὐκέτι ἐγὼ, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός.* Γένοιτο δὲ ἡμᾶς καὶ τοῦτο νηφούσας λέγειν· *Ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ὁ ἀδελφιδοῦς μου ἐμοί.* Ὅτε μὲν νυμφίος, ὅτε δὲ ἀδελφὸς, ἵνα μηδὲν σαρκικὸν νοῆται. Ἐὰν γὰρ ἀκούσῃς νύμφην καὶ νυμφίον, τὴν πνευματικὴν ἕνωσιν τὴν πρὸς τὸν Πατέρα σημαίνει.

Εἴδομεν δὲ καὶ ἄλλους Πατέρας καὶ μοναχοὺς κατὰ πᾶσαν τὴν Αἴγυπτον, πολλὰς δυνάμεις καὶ σημεῖα ἐπιτελοῦντας· ὧν διὰ τὸ πλῆθος οὐκ ἐμνημονεύσαμεν· ἀλλὰ ὀλίγα ἀντὶ πολλῶν διηγησάμεθα. Τί γὰρ ἄν τις εἴποι περὶ τῆς ἀνωτέρας Θηβαΐδος τῆς κατὰ Συήνην, ἐν ᾗ θαυμασιώτατοι ἄνδρες τυγχάνουσιν, καὶ πλῆθος μοναχῶν ἄπειρον; ὧν οὐκ ἄν τις πιστεύσειεν ταῖς πολιτείαις, ὑπὲρ ἀνθρωπίνην ζωὴν ὑπαρχούσαις· οἳ καὶ νεκροὺς μέχρι τῆς σήμερον ἀνιστῶσιν, καὶ τῶν ὑδάτων ἐπιβαίνουσιν ὥσπερ ὁ Πέτρος, καὶ πᾶν ὅ τι ἂν ὁ Σωτὴρ διὰ τῶν ἁγίων ἀπο-

Digitized by Google

sumptibus et suo ministerio virum alens. Inveni autem hæc in antiquissimo libro scripto versibus, qui quidem scriptus erat manu Origenis. Hunc librum inveni ego apud Julianam virginem in Cæsarea, qui et ipse (215) apud eam occultatus eram. Dicebat autem se accepisse a Symmacho interprete Judæorum.

Non fuit autem alienum ab instituto opere, posuisse virtutes harum feminarum; sed ut sciamus, quod ex diversis occasionibus licet lucrari, si velimus.

CAPUT CXLVIII.

De femina (216) *nobilissima quæ fuit semper virgo.*

In alio libro antiquissimo, scripto ab Hippolyto, qui fuit familiaris apostolorum, inveni talem narrationem :

Fuit quædam nobilissima virgo et formosissima, quæ in vita ex virtute agenda exercebatur Corinthi. Hanc illo tempore detulerunt ad judicem, qui erat gentilis in tempore persecutorum, ut quæ maledictis incesseret et tempora, et imperatores, et simulacra. Proponebant autem ejus pulchritudinem harum rerum cauponatores impio judici, feminas insano amore depereunti; is vero, equinis auribus et feminas insane amantibus cogitationibus, accepit calumniam : ea autem producta ad hominem sceleratum, multo magis insana captus est intemperantia. Postquam autem omnibus adversus eam adhibitis machinis, huic Dei homini (*sic*) persuadere non potuit, variis tormentis subjecit fortem feminam. Postquam autem ne his quidem id quod volebat est assecutus, ut qui non posset eam abducere a Christi confessione, in eam insaniens crudelis, non tradit eam tormentorum cruciatibus, sed castam et temperantem feminam ponens in prostibulo, jussit ei qui eas possidebat, dicens : Hanc mihi cape et tres solidos ex ea ad me defer quotidie. Is autem aurum exigens ex turpi actione, eam tradidit volentibus in officina abominandi flagitii. Cum hæc ergo novissent qui tenebantur insano amore mulierum, assidebant sceleratæ exitii officinæ, mercedem dantes inhonestæ operationis. Illa autem virgo honestissima et in primis veneranda, et verba ad deceptionem deflectens, suppliciter eis dicebat, rogans : Habeo ulcus in loco occulto, quod mirandum in modum male olet, et timeo ne vos mei odium capiat propter ulcus aversandum; concedite ergo mihi paucos dies, et tunc licebit vobis vel me habere gratis. His verbis persuasos intemperantes amandabat beata : assiduis autem precibus Deum placans, et compunctis supplicationibus eum inflexit ad misericordiam. Attendens ergo Deus qui novit cogitationes, quomodo casta pudicitiæ curam gerebat ex animo, in illis diebus pro salute omnium tale quid struxit.

CAPUT CXLIX.

De Magistriano (217).

Quidam adolescens Magistrianus, specie formosus, mente pius, cui Deus zelum immisit spiritalem adeo ardentem, ut etiam mortem contemneret : is cum prætextu intemperantiæ eo accessisset, profundo vespere ingreditur ad eum qui illas alebat, et dat ei quinque solidos; et dicit ei : Concede mihi manere hac nocte cum hac puella. In locum ergo occultum cum ea ingressus, dicit ei : Surge, serva te ipsam. Et cum eam suis vestibus induisset, tunica, camisia (218), et chlamyde, et omnibus virilibus, dicit ei : Egrederé, te summa chlamydis parte contegens. Quæ cum sic fecisset, et se totam signo crucis muniisset, egressa ex illo loco omnino incorrupta et impolluta, servata est Christi gratia, et causa adolescentis qui eam suo sanguine liberavit a turpi vitio. Sequenti autem die res fuit cognita, et productus est Magistrianus ad sævissimum judicem. Cum autem strenuum Christi athletam examinasset impius, et omnia didicisset, jussit cum objici bestiis, ut etiam malis infestus dæmon in eo afficeretur ignominia. Nam cum existimasset virum fortem in nefarium injicere supplicium, eum effecit duplici [F. dupliciter] Christi martyrem, ut qui et pro sua anima præclare decertaverit, et pro illa beata in laboribus strenue perseveraverit. Quocirca duplici honore et duabus insignibus coronis dignus est habitus a Christi benignitate.

CAPUT CL.

De uxore (219) *viri senatorii.*

Memini autem alterius quoque historiæ, et bonum est eam non præterire. Dicitur de Magnentino insurrectore, quod habuerat stupri consuetudinem cum multis gentilibus, et animum adjecerat ut rem etiam haberet cum Christianis; eæ autem malebant mori quam prodere pudicitiam. Cum ergo venisset in unam urbem, amavit quamdam uxorem viri senatorii ex præfectis. Timore autem affectus ejus maritus, dixit ei : Mitte, tolle eam. Cum autem venissent ad eam milites, dixit eis mulier : Exspectate parumper donec mundum meum componam, cui sum assueta. Ingressa autem suum cubile, accepto ense, eum suis infixit visceribus. Audiant virgines et erubescant, quæ profitentur se Christum habere sponsum, et prava eum produnt libidine. Nobis autem det unicuique Deus servare virginitatem, et exsultantibus clamare cum psalmographo : Confige in timore tuo carnes meas : a judiciis enim tuis timui (*Psal.* CXVIII). Et : Vivo autem jam non ego, vivit vero in me Christus (*Galat.* II). Concedatur autem ut vos quoque dicatis sobriæ : Ego patrueli meo, et patruelis meus est mihi, aliquando quidem sponsus, aliquando vero frater, ut nihil cogitetur carnale (*Cant.* VI). Si enim audieris sponsum et sponsam, significat spiritalem unionem cum patre.

Vidimus autem alios quoque Patres et monachos per totam Ægyptum, multas virtutes et signa facientes, quorum non meminimus propter multitudinem, sed pauca pro multis narravimus (*Ruff., l.* II, *in epilogo*). Quid enim dixerit aliquis de superiori Thebaide quæ est per Syenem, in qua sunt viri valde admirabiles, et multitudo monachorum infinita, quorum non crediderit aliquis vitæ instituta, ut quæ vitam humanam superant : qui etiam mortuos in hodiernam usque diem suscitant, et super aquas am-

Digitized by Google

bulant, sicut Petrus; et quidquid Servator per sanctos effecit apostolos, ea nunc quoque efficit. Sed quia magnum imminebat periculum, si ultra Lyco transiremus, propter latronum irruptionem, non ausi sumus videre illos sanctos. Neque enim prædictos Patres vidimus sine periculo, neque sine labore aspeximus sacras has feminas: sed multa prius passi, et propemodum periclitati, vix assecuti sumus ut ea videremus. Septies enim in mortem incidimus; in octavo autem malum nos non attigit, cum Deus nos omnino servasset. Semel enim quinque dies et noctes ambulantes per solitudinem, fame et siti prope fuimus exanimati. Aliquando autem in acutas et asperas paludes incidentes, et pedes nostros perforantes, ut dolores essent intolerabiles, propemodum frigore enecti sumus. Tertio autem cœno ad lumbum usque inhæsimus, et non erat qui eriperet; et has beati David voces exclamavimus: Salvum me fac, Domine Deus, quoniam ingressæ sunt aquæ usque ad animam meam. Infixus sum in lutum profundi, et non est substantia (*Psal.* LXVIII); et, Serva me a luto, ut ne infigar. Quartum autem fuit aquæ multitudo quæ affluxit ex Nili incremento, cum quatuor dies per aquas ambularemus: et in ostiis propemodum obrutis. Tunc clamavimus, dicentes: Ne nos demergat tempestas aquæ, nec me devoret profundum (*Psal.* LXVIII). Quinto autem incidimus in latrones in littore maris, venientes in Diolcon: qui nos etiam eousque sunt persecuti, volentes comprehendere, donec nobis parvus relinqueretur spiritus, ut qui nos decies mille passus essent persecuti. Sexto autem, Nilum navigantes, propemodum eversi ac submersi sumus. Septimum fuit, quando in palude Mareotide, ubi charta nascitur, abjecti sumus in quamdam parvam insulam desertam; et tres noctes et dies sub dio mansimus, magno frigore et imbribus nobis imminentibus, erat enim tempus Epiphaniorum. Octavum autem supervacaneum quidem est narrare, sed tamen est utile; nam cum nos per quemdam locum venissemus Nitreas, erat in ea regione quoddam magnum concavum, in quo multi remanserant crocodili, cum aqua recessisset ex agris. Tribus ergo crocodilis in margine fossæ extensis, accessimus visuri belluas, putantes eas esse mortuas, illæ autem statim in nos irruerunt. Nobis autem magna voce Dominum nominantibus, Christe, adjuva nos, statim belluæ tanquam ab angelo aversæ, seipsas in aquam sunt jaculatæ. Nos autem Nitreas magno cursu contendimus, illam vocem Job meditantes, ubi dicit: Septies ex necessitatibus liberabit te; in octavo autem te non attinget malum (*Job* v). Deo ergo agimus gratias qui nos ex tot liberavit periculis et nobis magna ostendit spectacula.

CAPUT CLI.

Vita fratris (220) *qui cum eo versabatur.*

Cum ergo pauca dixero de fratre, qui mecum versatur a juventute usque in hodiernum diem, hic deinceps finem imponam orationi. Eum ego cognovi longo tempore, cum comederet, omni gulæ affectione caruisse, et itidem cum jejunaret, affectum non fuisse, ut qui, ut arbitror, vicisset affectionem, longe remotum ab avaritia, contentum semper præsentibus, non se ornantem vestibus, contemptum gratias agentem, pro germanis amicis pericula adeuntem, dæmones expertum plus quam millies, adeo ut quodam die cum eo dæmon pactus sit, et dixerit: Paciscere mecum te vel semel peccaturum, et quam mihi in hac vita dixeris, vel nobilem, vel divitem eam ad te adducam. Et rursus cum aliquando quatuordecim noctes cum eo depugnasset, ut mihi narravit, et noctu pede traxisset, ipsum est allocutus, dicens: Noli adorare Christum, et ad te non accedam. Is respondens, dixit: Propterea eum adoro, et innumerabilibus amplius partibus glorificabo, et sæpius orabo, quoniam ejus cultus te male habet. In centum et sex venit civitates, et in plurimis est e iam aliquo tempore versatus. Mulieris nullam habuit experientiam, ne in somnis quidem, nisi si se somniaret a dæmone fornicationis oppugnari. Ter eum novi cibis indigentem esculenta accepisse ab angelo. Quodam die cum in extrema solitudine ne micam quidem haberet, invenit in pelle ovina tres panes calidos paxamidios; aliquando rursus vinum et panem; aliquando rursus venit ad eum vox, dicens: Novi tibi deesse cibos; vade et accipe ab N. illo homine frumentum et oleum. Cum ergo venisset ad illum ad quem missus fuerat, is ipsi dixit: Tu es ille monachus? Tum ille: Ita, sum is quem dicis. Subjecit alter: Paterfamilias jussit quidem te accipere triginta modios frumenti, et duodecim sextarios olei. De eo potero gloriari ac prædicare qualis esset; quem novi sæpe esse lacrymatum propter eos qui ex necessitate laborabant inopia; præbebat ergo si quid habebat, suo corpore excepto. Novi etiam eum esse lacrymatum propter eum qui ceciderat in peccata, et eum qui ceciderat adduxisse lacrymis ad pœnitentiam. Is mihi aliquando hoc narravit: Deum rogavi, ut neminem compungeret, maxime ex divitibus et improbis, ut mihi aliquid darent quod esset ad usum necessarium.

Mihi autem hoc sufficit, quod dignus sim habitus, qui horum omnium meminissem quæ scriptis mandavi. Non enim sine Dei numine hoc factum est, ut mens tua moveretur ut juberes me hunc librum scribere, scriptis, inquam, tradere vitam horum sanctorum et beatorum Patrum.

Tu autem, fidelissime Christi serve ac venerande Lause, et caput mihi amicissimum et maxime germanum, hunc librum libenter legens, magnam tuæ immortali animæ præbebis utilitatem, in justorum resurrectione, inclytorum rectæ vitæ athletarum instituta, labores, et tantam tolerantiam, vitæque duriter actæ patientiam mente complectens. Quamobrem ea prompto et alacri animo sequere, bona et incorrupta spe nutritus, semper retro videns dies qui ante sunt breviores; et ora pro me, teipsum conservans alienum a reprehensione et custodiens integrum: qualem te novi et habui, a consulatu Tatiani usque in

Digitized by Google

στόλων επετέλεσεν, ταῦτα καὶ νῦν διατελεῖ. Ἀλλ' ἐπειδὴ κίνδυνος ἦν ἐν ἡμῖν μέγιστος, περαιτέρω τῆς Λυκῶ ἀνελθεῖν, διὰ τὴν τῶν λῃστῶν ἔφοδον, οὐκ ἐτολμήσαμεν τοὺς ἁγίους ἐκείνους ἰδεῖν. Οὐδὲ γὰρ τοὺς πορρῃθέντας Πατέρας ἀκινδύνως ἴδομεν, οὐδ' ἀπόνως οὐδὲ ἀκμητὶ τὰς ἱερὰς ταύτας ἐωράκαμεν· ἀλλὰ πολλὰ προπαθόντες, καὶ μικροῦ δεῖν κινδυνεύσαντες, μόγις κατηξιώθημεν ταῦτα θεάσασθαι. Ἑβδομον γὰρ θανάτῳ περιεπέσαμεν, ἐν δὲ τῷ ὀγδόῳ οὐκ ἥψατο ἡμῶν κακὸν, τοῦ Θεοῦ πάντοτε ἡμᾶς διασώσαντος. Ἅπαξ μὲν γὰρ λιμῷ καὶ δίψει πέντε νυχθήμερα διὰ τῆς ἐρήμου περιπατήσαντες, μικροῦ δεῖν ἐλιποψυχήσαμεν. Ἄλλοτε δὲ ὀξέσι καὶ παχέσιν ἔλεσιν ἐμπεσόντες, καὶ τοὺς πόδας ἑαυτῶν διατρήσαντες, ὡς ἀνυποίστους γενέσθαι τὰς ἀλγηδόνας, μικροῦ δεῖν ἀπεψύξαμεν. Τρίτον δὲ, βορβόροις ἐνεπάγημεν ἄχρις ὀσφύος, καὶ οὐκ ἦν ὁ ῥυόμενος· καὶ τὰς τοῦ μακαρίου Δαβὶδ ἀνεβοῶμεν φωνάς· *Σῶσόν με, ὁ Θεὸς, ὅτι εἰσῆλθοσαν ὕδατα ἕως ψυχῆς μου· ἐνεπάγην εἰς ἰλὺν βυθοῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὑπόστασις.* Καί· *Σῶσόν με ἀπὸ πηλοῦ, ἵνα μὴ ἐμπαγῶ.* Τέταρτον ἦν τὸ τῶν ὑδάτων πλῆθος ἐπιῤῥυὲν ἐκ τῆς τοῦ Νείλου αὐξήσεως, ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας δι' ὑδάτων πορευόμενοι, καὶ ἐν τοῖς στομίοις μικροῦ δεῖν κατακλυσθεῖσιν. Τότε ἐβοῶμεν λέγοντες· *Μή με καταποντισάτω καταιγὶς ὕδατος μηδὲ καταπιέτω με βυθός.* Πέμπτον δὲ, λῃσταῖς περιεπέσαμεν κατὰ τὴν θαλασσίαν ὁδὸν ἐλθοῦσιν ἐπὶ τὴν Δίολκον ἀφικόμενοι· οἱ ἄχρι τοσούτου ἡμᾶς κατεδίωξαν καταλαβεῖν βουλόμενοι, ἄχρις ἂν τὴν πνοὴν ἡμῶν μικρὰν ὑπολειφθῆναι, ὡς ἐπὶ δέκα μίλια ἡμῶν διωχθέντων. Ἕκτον δὲ, τὸν Νεῖλον πλέοντες, μικρὸν κατεποντίσθημεν καταστραφέντες. Ἑβδομον ἦν, ὅτε κατὰ τὴν Μαρεώτιδα λίμνην ἔνθα ὁ χάρτης γεννᾶται, εἰς νῆσόν τινα μικρὰν ἀπερρίφημεν ἔρημον, καὶ τρία νυχθήμερα ὑπαίθριοι ἐμείναμεν, κρύους μεγάλου καὶ ὄμβρων ἡμῖν ἐπικειμένων· ἦν γὰρ ὁ καιρὸς τῶν Ἐπιφανίων. Ἐν δὲ τῷ ὀγδόῳ, περισσὸν μέν ἐστι τὸ διήγημα, ὅμως ὠφέλιμον. Παριόντων γὰρ ἡμῶν διά τινος τόπου εἰς τὰς Νιτρίας, κοιλάς τις ἦν κατὰ τὴν χώραν μεγάλη ὕδατος γέμουσα ἐν ᾗ ἐναπομείναντες κροκόδειλοι ἦσαν πολλοὶ, τοῦ ὕδατος ἐκ τῶν χωρῶν ὑποχωρήσαντος. Τριῶν οὖν κροκοδείλων ἐπὶ τὸ χεῖλος τοῦ βόθρου ἐκτεταμένων, προσῆλθεν ἡμεῖς ὀψόμενοι τὰ θηρία νομίσαντες αὐτὰ τεθνηκέναι· τὰ δὲ εὐθὺς ἐφ' ἡμᾶς ὥρμησαν. Ἡμῶν δὲ μεγάλῃ τῇ φωνῇ τὸν Κύριον ὀνομασάντων, Χριστὲ βοήθει, εὐθὺς οἱ θῆρες ὥσπερ ὑπὸ ἀγγέλου ἀποστραφέντες, ἑαυτοὺς εἰς τὸ ὕδωρ ἠκόντισαν· ἡμεῖς δὲ δρόμῳ συχνῷ ἐπὶ τὰς Νιτρίας ἀπεληλύθαμεν, τὴν τοῦ Ἰὼβ φωνὴν μελετῶντες, ἔνθα φησίν· *Ἑπτάκις ἐξ ἀναγκῶν ἐξελεῖταί σε, ἐν δὲ ὀγδόῳ οὐ μὴ ἅψηταί σου κακόν.* Εὐχαριστοῦμεν οὖν τῷ Θεῷ τῷ ἐκ τοσούτων ἡμᾶς κινδύνων ῥυσαμένῳ, καὶ μεγάλας θεωρίας ἡμῖν ἐπιδείξαντι.

ΚΕΦΑΛ. ΡΝΑ'.

Περὶ τοῦ συνόντος μοι ἀδελφοῦ.

Ὀλίγα τοίνυν περὶ τοῦ συνόντος μοι ἀδελφοῦ ἀπὸ νεότητος ἕως τῆς σήμερον εἰρηκὼς ἐνταῦθα λοιπὸν καταπαύσω τὸν λόγον. Τοῦτον ἐγὼ ἔγνων ἀκριβῶς ἐκ μακρῶν τῶν χρόνων τὴν ἀρίστην πολιτείαν κατορθώσαντα, καὶ παθῶν κατακρατοῦντα. Καὶ οἶδα ἐγὼ τοῦτον ἀκριβῶς, μὴ φανέντα πάθει, μὴ προσπαθῶς νηστεύσαντα, νικήσαντα, ὡς νομίζω, πάθος φιλαργυρίας, τὸ πλεῖστον κενοδοξίας ἐκφυγόντα, ἀρκούμενον ἀεὶ τοῖς παροῦσιν, μὴ καλλωπιζόμενον ἱματίοις, καταφρονούμενον ὑπό τινων ἢ κατευτελιζόμενον εὐχαριστεῖν, ὑπερκινδυνεύοντα γνησίων φίλων, πεῖραν λαβόντα δαιμόνων ἕως χιλιάκις, καὶ ἐπάνω· ὡς καὶ μιᾷ τῶν ἡμερῶν δαίμονα αὐτῷ συντετυχηκέναι, καὶ εἰπεῖν μόνον· Σύνθου μοι τοῦ κἂν ἅπαξ ἁμαρτῆσαι, καὶ ἦν ἂν δόξῃ σοι εἰπεῖν εὐγενίδα, καὶ πλουσίαν, ἐγώ σοι ἄξω εὐχερῶς. Καὶ πάλιν ἄλλοτε πυκτεύσας ὁ τῆς βλαφημίας δαίμων ἐν νυχθημέροις δεκατέσσαρσιν, ὡς αὐτός μοι διηγεῖτο, καὶ ἐν νυκτὶ σύρας τοῦτον ἐκ ποδὸς φωνῇ ἐπάνδρῳ προσωμίλει λέγων· Μὴ προσκύνει τὸν Χριστὸν, καὶ οὐ μὴ σου προσεγγίσω. Τὸν δὲ ἀποκρινάμενον εἰπεῖν αὐτῷ· Διὰ τοῦτο δὲ αὐτό· ἐπειδὴ σὺ τοῦτον ἀηδίζῃ, ἐγὼ αὐτὸν προσκυνήσω καὶ δοξάσω. Καὶ πάλιν, καὶ πολλάκις πολυπλασίως δεηθήσομαι, καὶ ἕως ἔνεστί μοι Πνεῦμα, τοῦτον ἱκετεύσω, διὰ τό σε ἐναντιοῦσθαι τῇ τοῦ Θεοῦ λατρείᾳ. Ἑκατὸν ἓξ πόλεις πατήσας, ἐν δὲ ταῖς πλείσταις καὶ χρονίσας, γυναικὸς πεῖραν οὐκ ἔσχεν ἐλέει τοῦ Χριστοῦ, οὐδὲ τὸ κατ' ὄναρ, πλὴν τοῦ πολέμου τοῦ κατὰ τὴν πορνείαν δαίμονος. Τρίτον τοῦτον ἔγνων ἔχοντα χρείαν βρωμάτων, ἐκ χειρὸς ἁγίων ἀγγέλων λαβόντα. Ἐν μιᾷ τῶν ἡμερῶν εὑρεθεὶς ἐν ἀκροτάτῃ ἐρημίᾳ, καὶ μηδ' ὅλως βρῶμά τι βαστάζων, τρεῖς ἄρτους εὗρεν θερμοὺς ἐν τῇ μηλωτῇ. Ἄλλοτε πάλιν παξαμίδας· καὶ εἰς τὸ τρίτον, οἶνον μετὰ ἄρτων. Ἔγνων πάλιν τοῦτον λιπόμενον ἀναλωμάτων ἀκοῦσαι παρ' ἀγγέλου, ὅτι Ἀπελθὼν λάβε παρὰ τοῦδε ἔλαιον καὶ σῖτον. Ὁ δὲ μηδὲν διακρίνας ἀπῆλθε πρὸς τὸν μηνυθέντα αὐτῷ. Ὁ δὲ ἰδὼν αὐτὸν, λέγει αὐτῷ· Σὺ εἶ ὁ δεῖνα μονάζων; Ἀποκρίνεται, καὶ λέγει· Ναὶ, ἐγώ εἰμι ὃν λέγεις. Ὁ δέ· Ὁ οἰκοδεσπότης ἐκέλευσέν σοι δοθῆναι τριάκοντα μοδίους σίτου, καὶ δώδεκα ξέστας ἐλαίου. Ὑπὲρ τοῦ τοιούτου καυχήσομαι, οἷος ἦν οὗτος ὃν ἐγὼ ἔγνων· τοῦτον οἶδα ἐγὼ δακρύσαντα ἐπὶ ἀνδρῶν ἐν ἀνάγκῃ ὄντων, καὶ ἀπορουμένων ἐν πενίαις, παρεσχηκότα εἴ τι εἶχεν, πλὴν τῆς ἑαυτοῦ σαρκός. Οἶδα τοῦτον ἐγὼ κλαύσαντα καὶ ἐπὶ ἐκπεσόντος ἐν ἁμαρτίαις· ὃς τοῖς δάκρυσιν εἰς μετάνοιαν ἤγαγεν τὸν ἐκπεσόντα. Οὗτός μοι ποτε διωμόσατο, ὅτι τοῦ Θεοῦ ἐδεήθην μηδένα νύξαι, μάλιστα τῶν φαύλων πλουσίων, ἐπὶ τῷ δοῦναί μοί τι τῶν χρειῶν λιπομένων.

Ἐμοὶ δὲ τοῦτο ἀρκεῖ τὸ μνήμην πεποιῆσθαι καταξιωθῆναι παρὰ τῆς θείας χάριτος τούτων ἁπάντων καὶ δυνηθῆναι ταῦτα γραφῇ παραδεδωκέναι. Οὐκέτι γὰρ, ὡς οἶμαι, τὸ κινηθῆναί σου τὴν ἀγαθὴν διάνοιαν ἄνευ τῆς τοῦ Θεοῦ ἐνεργείας, εἰς τὸ ἐπιτάξαι τῇ ἐμῇ οὐθενείᾳ τὴν σύνταξιν τοῦ βιβλίου τούτου ποιῆσαι. καὶ γραφῇ παραδοῦναι τοὺς βίους τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων Πατέρων.

Σὺ δέ γε, πιστότατε δοῦλε τοῦ Χριστοῦ, τίμιε Λαῦσε, καὶ πασῶν ἐμοὶ φίλη καὶ γνησιωτάτη κεφαλὴ, ἡδέως ἐντυγχάνων ταύτῃ τῇ βίβλῳ, ἱκανὴν ὠφέλειαν ἐπὶ τῇ τῶν δικαίων ἀναστάσει παρέξεις σου τῇ ἀθανάτῳ ψυχῇ, τῶν ἀοιδίμων ἀθλητῶν τὰς ἐναρέτους πολιτείας, καὶ τοὺς βίους, καὶ τοὺς πόνους, καὶ τὴν τοσαύτην ὑπομονὴν, καὶ καρτερίαν σκληραγωγίας λαμβάνων ἐν νῷ. Ἔπου τούτοις προθύμως, χρηστῇ καὶ ἀκηράτῳ τρεφόμενος ἐλπίδι, βραχυτέρας ἀεὶ τὰς ἔμπροσθεν τῶν ὄπισθεν ὁρῶν ἡμέρας· καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ

Digitized by Google

προσεύχου σεαυτὸν διατηρῶν ἀνεπίληπτον· καὶ φυλάσσων ἀκέραιον, οἷόν σε οἶδα, καὶ εἶχον ἀπὸ τῆς ὑπατείας Τατιανοῦ μέχρι τῆς σήμερον, καὶ οἷόν σε πάλιν εὗρον τοῖς τρόποις χρηστότερον, χειροτονηθέντα πραιπόσιτον τοῦ εὐσεβεστάτου κοιτῶνος. Ὃν γὰρ ἀξία τοιαύτη μετὰ χρημάτων τοσούτων, καὶ ἐξουσίας τηλικαύτης, τοῦ φόβου τοῦ Θεοῦ οὐκ ἐποίησεν χείρονα, οὗτος ὅλος ἀνάκειται τῷ Χριστῷ, τῷ ἀκούσαντι ὑπὸ τοῦ διαβόλου· Ταῦτά σοι πάντα δώσω, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς μοι. Ἀλλὰ τοῦτον κατῄσχυνεν ὁ Κύριος, εἰπών· Ὕπαγε ὀπίσω μου.

Ὃν δὴ καὶ αὐτὸς μιμούμενος, τὸν ῥέοντα πλοῦτον παρωσάμενος, καὶ τὴν σκιώδη δόξαν τοῦ παρόντος βίου, τὴν οὐράνιον ἐπιποθεῖς ἀκήρατον ζωὴν, καὶ ἀΐδιον βασιλείαν, καὶ μένουσαν δόξαν καὶ ἀνεξιχνίαστον πλοῦτον, καὶ τὰ ἀπόῤῥητα ἀγαθά· ἃ οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη. Ὧν ἡμᾶς ὁ Κύριος κληρονόμους ἀναδείξειε σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις πατριάρχαις τε καὶ προφήταις, ἀποστόλοις καὶ μάρτυσι, καὶ ὧν τὴν μνήμην ἐν τῇ βίβλῳ ταύτῃ πεποιήμεθα· χάριτι αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Χριστοῦ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα σὺν ἁγίῳ Πνεύματι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

Digitized by Google

hodiernum diem, et qualem te novi rursus meliorem moribus, et electum præpositum maxime pii cubiculi. Nam cum sis in tanta dignitate, in tot et tantis pecuniis, et tanta potestate, non fecisti pejus quam Dei postularet metus. Is est Christo dedicatus, qui audiit a diabolo : Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraveris me (*Matth.* IV). Sed eum Dominus pudore affecit, dicens : Vade post me.

Quem quidem tu quoque imitans, fluentibus expulsis divitiis, et umbratili gloria vitæ præsentis, A cœlestem desiderasti et immortalem vitam, regnumque æternum, et manentem gloriam, et bona arcana, quæ neque oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt (*Isa.* LXIV ; *I Cor.* II) : quorum Dominus efficiat hæredes eum sanctis ejus patriarchis et prophetis, et apostolis et martyribus, et iis quorum mentionem fecimus in hoc libro, gratia ipsius Servatoris nostri Jesu Christi, cum quo Patri gloria cum sancto Spiritu, in sæcula sæculorum. Amen.

ROSWEYDI NOTATIO.

Ad hunc librum recensendum, cum in prima editione pauca Palladii Excerpta, partim ex Augustana Bibliotheca prompte submittente Davide Hœschelio, partim Venetiis a Gabriele archiepiscopo Philadelphensi Græce impetrassem, aliquam subinde in tenebris lucem ex iis tunc hausimus. Nunc postquam Græcolatina Palladii editio Parisiis ex Ms. Regio (quem B etiam cum Palatino a Meursio Lugduni edito contulit), curante Frontone nostro Ducæo, prodiit, majore luce illustrati sumus. Juverit quoque in dubiis recurrere ad veterem Palladii interpretationem, et Heraclidis Paradisum, quæ Palladianæ historiæ magna est pars. Utrumque habes. *Patrol.* lat. t. LXXIII.

(1) *Isidor.*] De hoc Socrates, l. IV, c. 18; Sozomenus, lib. VI, cap. XXIX ; Nicephorus, lib. XI, capite 34.

Baronius, tomo III, anno Christi 340. Quod autem, ait, pertinet ad Athanasii Romam adventum, reperimus duxisse secum inter alios Isidorum illum, de quo plura Palladius, qui eum mirifice commendat (*Pallad., in Lausiac., cap,* 1).

(2) *Extra vittam.*] Ita legendum liquet ex Heraclide, qui de capitis tegumento hic habet. Græce est in Ms. Veneto, ἐκτὸς φακιολίου, in Ms. Regio et Palatino, φακιαλίου.

(3) *Dorotheus.*] De hoc Sozomenus, lib. VI, cap. 29, et ex eo Cassiodorus, hist. Trip., lib. VIII, cap. 1, et C Nicephorus, lib. XI, cap. 35.

(4) *Et minutorum olerum fasciculum.*] Τὸ λεπτολαχανων δέμα. Hervetus legisse videtur λεπτολαχάνων δέκα ; vertit enim, *et minutorum olerum decem*, at Heraclidis interpres lectionem receptam tuetur; *unumque fasciculum oleris vilissimi*, et alius vetus interpres in appendice Vitarum Patrum, *et de minutis olerum condimentis fasciculum.* Sic apud Pollucem legimus φρυγάνων δεσμὸς et δέσμη. Nicephorus de hoc ipso Dorotheo, lib. XI, c. 35 : « Ἐξ ὁ' οὐγκίαι ἄρτου ἦν αὐτῷ τροφή, καὶ ἀπόδεσμος λαχάνων λεπτῶν. « Cibus ei erat panis sex unciæ, et tenuium olerum fasciculus. » FRONTO.

(5) *Funem ex ramis.*] Hoc maluimus, quam quod interpres, *catenam ex ramis.* σειρὰ enim non catenam solum, sed et funem sonat. Eustathio, πλέγματά τινα ἀπὸ σχοινίων, ἢ σπάρτων, ἢ καννάβεως, Heraclidæ, *funem quemdam ex arbore dactylorum.* Synesius in Dione, de Vita Monachorum, pag. 46 : Ἢ τί αὐτοῖς οἱ κάλαθοι βούλονται, καὶ τὰ πλεγμάτια ἅττα μεταχειρίζονται ; « Quid sibi calathi volunt, textaque quæ tractare solent? » FRONTO.

(6) *Panis quoque.*] Ψωμὸς hic *vanem*, non *frustum* significat, ut verterat Hervetus.

(7) *Ubi crux adest.*] Quasi legisset σωτὴρ, non σταυρὸς, vertit Hervetus, *Quo venit Servator;* at felicius Heraclides : *Ubi crux adest, ibi nihil Satanæ malignitas.* Et alter vetus interpres : *Ubi crux Christi superducitur, non prævalebit malitia diaboli.* Hieronymus, in Vita Hilarionis : *Christi crucem signavit in fronte.* Prudentius in Hymno ante somnum :

> Crux pellit omne crimen,
> Fugiunt crucem tenebræ,
> Tali dicata signo
> Mens fluctuare nescit.

Ita Fronto.

(8) *Potamiœna.*] Baronius, tomo III, anno Christi 310, Eusebii papæ 2, Constantini imp. 5. Hæc, si nomen, sique ultimi supplicii genus spectes, una eademque videri posset cum ea quæ ponitur ab Eusebio lib. VI, cap. 4. Porro diversam hanc esse ab illa, differentiæ plures constituunt, nimirum diversus personarum status (nam illa ingenua, hæc serva), diversumque supplicii tempus plane declarat. Passa hæc sub Maximiano, sed sub Severo illa. Quæ non Potamenia, sed Potamœna dicta haberetur ; verum non in lebetem immissa, sed tantum pice perfusa. Cæterum et ejusdem quoque nominis fuisse diversis temporibus plures virgines, iisdemque pœnis affectas, in amplissima civitate quis neget facile potuisse contingere? Hactenus Baronius.

Quod autem ait Baronius hanc Palladio dictam *Potameniam*, alteram illam Eusebio dictam *Potamiœnam*, potius tribuendum corruptio textui Palladii, quo Baronius usus est. Nam ita habet Paradisus Heraclidis, quem Palladii nomi e edidit Lipomanus, sed prima Hervetidi editio *Potamianam.* In Græco textu est Ποταμίαινα. In Palladii vetere interprete nomen hoc deest. *Potamiœna* facile in *Potomeniam* transire potuit.

Potamiœnæ sub Severo martyrio affectæ celebris memoria agitur in Martyrologio Rom., 28 Junii, de qua Eusebius lib. VI, cap. 4, quam Laurentius *de la Barre* in sua Palladii editione eamdem cum hac nostra existimavit.

Palladii editio omnis ex interpretatione Herveti loco *Maximiani* habet *Maximini;* ita quoque Græca Parisiensis editio. Vereor ut erronee. Nam in aliis Græcis est Μαξιμιανοῦ. Et ita quoque legit vetus Heraclidis et Palladii interpres.

(9) *Præfecto Alexandrino.*] Græce est, ἐπάρχῳ Ἀλεξανδρίνῳ. Non recte Hervetus verterat, *præsidi.* Bene vetus Palladii et Heraclidis interpres, *præfecto.*

(10) *Per caput imperatoris.*] Solemne fuit olim jurare per caput imperatoris.

(11) *Didymi.*] De hoc Hieronymus in catalogo illustr. Ecclesiæ Scriptorum, cap. 109 ; Sozomenus libro VI, cap. 2 et ex eo Cassiodorus, Tripart. hist. lib. VIII, cap. 8 ; Nicephorus, lib. IX, cap. 17, et lib. X, cap. 35.

Frater Joannes Maria Brasichellensis, magister sacri Palatii, in indice librorum expurgandorum, ita loco hoc ascribit : Hic Didymus tametsi et sanctitate et doctrina vir magnus ab initio fuerit, ut plura de eo Patrum elogia testantur : et tandem in Origenis errorem præcipitatus, et præcipuus Origenista habitus, tanquam hæreticus condemnatus est, una cum Origene et Evagrio Pontico, in synodo V generali, ut auctores sunt sanctus Tarasius episcopus Constantinopolitanus in confessione fidei quæ habetur in synodo VII, actione 3. Nicephorus, lib. XVII histor., capite 27 ; Cedrenus in Annalibus. Eumdem cum iisdem damnavit quoque sanctus Martinus papa et martyr, in concilio Lateranensi, secretario V, can. 18.

(12) *Orbus.*] Carens oculis. Græce est, ὁ ἀπὸ ὀμμάτων γενόμενος. Phrasis ea Græcis usitata.

Digitized by Google

(15) *Dominus illuminat cæcos.*] Editio Lugdunensis mendose σοφοτιζει. Communis editio Psalmorum, psal. CXLV, 8, σοφοῖ τυφλούς. Augustinus et vetus Psalterium, *sapientificat*; et Heraclidis interpres hoc loco, *Dominus sapientes facit cæcos*. At Chrysostomus admonet alium Græcum interpretem edidisse, κύριος φωτίζει: unde Romanum Psalterium, et vulgata Latina: *Dominus illuminat*. FRONTO.

(14) *Ut obruatur præ cura cognatorum.*] Vide egregiam Collationem super hac re sancti Antonii apud Cassianum, collat. XXIV, cap. 11.

(15) *Macarius.*] Heraclides hæc tribuit Isidoro. Et ne error sit in ambiguo vocabulo μακάριος, quod nunc appellative *beatus*, nunc proprie *Macarius* vertitur, exprimit nomen Isidori.

(16) *Lapidarius.*] Meursius in Lexico Græco barbaro notat hic in Græco esse καβιδάριος. Certe Hervetus recens Palladii, et vetus Heraclidis interpres, uterque vertit *lapidarius*. In Græco textu, qui nunc prodiit est: Λιθουργὸς, ἐν λίγουσι καβιδάριον.

(17) *Arsisii.*] Ita caput hoc inscripsi, quia hic post in textu vocatur *Arsisius*. In editionibus Palladii per Hervetum caput hoc hactenus inscriptum fuit, *Arsacii*.

Fuit quidem *Arsacius* aliquis genere Persa, ex milite, et regiorum leonum custode, confessor tempore Licinii, post monachus in arce Nicomediæ, ubi et obiit. De quo Sozomenus, lib. IV, cap. XV; Nicephorus, lib. IX, cap. 38.

Sed alius hic videtur *Arsisius*, apud quem Palladius habitasse se dicit. De quo Sozomenus, libro VI, cap. 30, et Nicephorus, lib. XI, cap. 37.

Meursius hic, in præfatione regulæ Pachomii, *Arsesii* pro *Orsiesii* substituit, minus recte. Orsiesius vixit cum Pachomio, et ei post Petronium successit, ut habetur in ejus Vita, cap. 53. Arsisius obiter dicit se eum vidisse.

(18) *Quinque millia virorum.*] Sic hodie in Atho monte XXII insignia sunt monasteria Græcorum monachorum ordinis sancti Basilii, quæ tributi nomine Turcarum tyranno quotannis ex vinetis et olivetis suis pendunt 6000 obolorum Turcicorum. Mons is a Christianis ἅγιον ὄρος, hoc est, *sanctus mons* dicitur, a Ruthenis *Suvata hora*. Ita notavit Joan. Langus ad lib. XI; Niceph., c. 38.

(19) *Hagionem.*] Apud Sozomenum, libro VI, cap. 30, et Nicephorum, lib. XI, cap. 37, Arsisio seu Arsesio jungitur *Arsion*. Heraclides hic *Agionem* habet. Fors *Arsion* ex *Agione* depravatum, vel contra.

(20) *Flagellum.*] Ecce vetustam disciplinarum, ut vocant, memoriam, de quibus vide Gretzerum nostrum accurate disserentem, peculiari ea de re libro.

(21) *Amon.*] De hoc Socrates, lib. IV, cap. 18; Sozomenus, lib. I, cap. 14; et ex eo Cassiodorus, histor. Tripar. lib. I, cap. 11; Nicephorus, libro VIII, cap. 41.

(22) *Et corona redimiri.*] Et sponsus et sponsa olim corona redimiri soliti.

(23) *Domina et soror.*] Qui continenter in matrimonio vivebant, uxores suas vocabant sorores.

(24) *Or.*] De eo Nicephorus, lib. XI, cap. 34.

Hic est ille Or hæreticus Origenista, quem Evagrius Ponticus (imo Ruffinus, ut prolego meno 4 docui) inter sanctos alios, suo de Vitis Patrum libro (supra hic, lib. II, cap. 2) immerito inseruit, ut auctor est sanctus Hieronymus, epist. ad Ctesiphontem. En quales sanctos nobis obtrudit Palladius. Vide Scholium nostrum, tom. V (Bibliothecæ Patrum) ad initium Operis Evagrii, ubi quoque observavimus, ex decreto sancti Gelasii I, idem esse judicium Romanæ Ecclesiæ de ejusmodi hominibus, et sancti Hieronymi. Ita magister sacri palatii supra citatus.

(25) *Pambo.*] De hoc Socrates, lib. IV, cap. 18; Nicephorus, lib. IX, cap. 14.

(26) *Ammonii et Eusebii, et Euthymii fratrum, et* A *Origenis filii.*] Ita suppletum ex Græco Codice Parisiensi editionis, cum ante esset, *Ammonis et Joannis filii*. Bene Heraclides.

(27) *Qui ne duos quidem obolos.*] Qui hic oboli, Marci XII, 42, dicuntur λεπτά.

(28) *Curassem.*] Latinis *curare*, quod Græcis ἐνταφιάζειν. Hervetus hic *sepelire* verterat, non recte.

(29) *Origene presbytero ac œconomo.*] Ita est in Græco Parisiensi. In aliis: Μακαρίῳ τῷ πρεσβυτέρῳ, quod hic proprium videtur esse nomen, non appellativum, ut cepit Hervetus, qui vertit, *beato presbytero*. Apud Heraclidem, c. 2, est, *Paulo presbytero*. Nisi forte per *beatum presbyterum* intelligatur Isidorus.

(30) *Pior.*] De hoc infra hic, cap. 87.

(31) *Ammonii.*] De hoc Sozomenus, libro VI, cap. 30; et ex eo Cassiodor., lib. X hist. Trip., capite 7; Nicephorus, lib. XI, cap. 32.

B Baronius, tomo III, anno Christi 340, Julii papæ 4, Constantini, Constantii, et Constantis imperatorum 4. Quod pertinet, ait, ad Athanasii Romam adventum, reperimus duxisse secum inter alios Ammonium admirandæ sanctitatis virum (alius hic ab illo, quem tempore Constantini in Domino quievisse diximus; nam hic longe post Antonii obitum defunctus est), comitem habuit. De quo sic Socrates, lib. IV, cap. 18: « Alius quidam monachus erat vir plane admirabilis, qui Ammonius vocabatur. Iste ideo parum curiosus fuit, ut cum Romæ una cum Athanasio forte versaretur, nihil ex magnificis urbis operibus, præter templum Petro et Paulo dicatum videre omnino desideraret. » Pervenit iste usque ad Theophili Alexandrini episcopi tempora, a quo creandus episcopus cum Evagrio, auriculam sibi præcidit, ne (quod sibi videbatur) eligeretur indignus.

Magister sacri Palatii, supra citatus, hic notat: Hic Ammonius fratresque ejus fuere palam hæretici C Origenistæ, qui ex Ægypto Constantinopolim fugientes, magnarum turbarum in ecclesia causa fuere. Quos nimium exsecrati sunt Hieronymus epistola ad Ctesiphontem, et Theophilus Alexandrinus epistola ad sanctum Epiphanium, quæ 67 apud sanctum Hieronymum. Horum res nefarie gestas et turbines ab ipsis excitatos, ex certissimis auctoribus et monumentis exactissime exponit tom. V Annalium Ecclesiast. Ita ille.

(32) *Memoriter.*] Græce, ἀποστηθίζειν. Eo fere verbo in hac re utuntur Græci, quod et infra, capite 21, in Marco, et cap. 39, in Aphthonio occurrit.

(33) *Impatibilis.*] Miser Palladius præceptoris sui Evagrii dogma de impassibilitate Stoica hic obtrudere conatur. Vide Divum Hieronymum epist. ad Ctesiphontem. Ita magister sacri palatii hic annotat.

Heraclides hic immediate ante Benjamin quædam interserit de Evagrio et Ammonio, et ecclesia Ruffiniana. Videtur Evagrio tribuere quod Ruffinum e D fonte susceperit, et sic citat et intelligit Baronius tomo IV, anno Christi 394.

(34) *Benjamin.*] De hoc Sozomenus, lib. VI, capite 29; et ex eo Cassiodorus, hist. Trip. lib. VIII, capite 10; Nicephorus, lib. XI, cap. 35.

(35) *Sella latissima.*] Διφρος πλατύτατος. Hervetо fuit *currus latissimus*. Nos *sellam* maluimus vertere cum Heraclide; cui suffragatur et Nicephori Callisti interpres lib. XI, cap. 35: δίφρῳ πλατυτέρῳ ἐκάθητο, *latiore sella consedit*. FRONTO.

(36) *Apollonii.*] Hujus etiam meminit Sozomenus, lib. VI, cap. 29; et ex eo Cassiodorus, lib. VIII, cap. 1; Nicephorus, lib. IX, cap. 14, et lib. XI, c. 35.

(37) *Vasa medica omne genus.*] Παντοῖα ἰατρικά, καὶ κελλαρικά. Heraclides: *omnem remediorum speciem atque cellaria comparans*. Meursius in Glossario τὰ κελλαρικὰ exponit res quæ in cellario et penuario recondi solent, et citat Harmenopulum, l. II, tit. 10.

Digitized by Google

Quæ in fine dicuntur *frivola*, Græce est γρυτάρια.

(38) *Pæsii et Isaiæ.*] De his Nicephorus, l. IX, c. 14

(39) *Mercatore Hispanico.*] Græce, ἐμπόρου Σπανοδρόμου. Heraclidis vetus interpres vertit : *usque ad Hispaniam semper negotiando pergebat.* Vidi Excerpta, in quibus erat Πανεδρόμου. An a civitate *Panos* in Ægypto? Hic, infra, cap. 39 : Εἰς Πανὼς τὴν πόλιν. *In Panos civitatem. Patrol. Gr.*, t. LXXXVIII, in Vita S. Joannis Eleemosynarii, c. 36, occurrit *Gallodromus.*

(40) *Nobis pedes tuos attingentibus.*] Ita restitutum ex Græco, cum ante nullo sensu esset in Herveto, *ex tuis pedibus.* Obsecrationis species est, *pedes attingere, pedibus advolvi.*

(41) *Deum.*] Græca sonant, ut vertit Heraclides, *Ante Deum vobis loquor, utrosque in paradiso simul stare comperi.* Ita Paulus, II Corinth. XII, 19 : Κατενώπιον τοῦ Θεοῦ ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν. *Coram Deo in Christo loquimur*, et ad Gal. I, 20 : Ἰδοὺ ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, οὐ ψεύδομαι. *Ecce coram Deo, quia non mentior;* ut intelligatur esse quædam species jurisjurandi III Tim. II, 14 : Διαμαρτυρόμενος ἐνώπιον τοῦ Κυρίου. *Testificans coram Domino.* Simile illud infra, cap. 113 : Ὡς ἐπὶ Θεοῦ ἡμᾶς ἔπεισεν, *Ut coram Deo loquens nobis persuadebat.* FRONTO.

(42) *Macarii junioris.*] Sozomenus, libro VI, cap. 29 : et ex eo Cassiodorus, hist. Trip. lib. VIII, cap. 1; Nicephorus, lib. XI, cap. 35.

(43) *Solitudine.*] Interpres ediderat, *ut despueret dæmones solitudini insultantes*, quasi esset ἐντρυφῶντας. At Heraclides tuetur receptam lectionem capite 4 : *Ut exsultans solitaria vita illuderet dæmones atque despiceret.* FRONTO.

(44) *Et taurea.*] Non, *taurina pelle indutus*, ut Herveto scripserat.

(45) *Macarii Ægypti et Alexandrini.*] De his Sozomenus, libro VI, cap. 29; Socrates, lib. IV, cap. 18; et ex eo Cassiodorus, hist. Tripart. lib. VIII, cap. 7; Nicephorus, lib. IX, cap. 14; et lib. XI, cap. 42, 43.

De pœna culicum a se exacta Petrus Damianus, lib. V, epist. 8 : « Nunquid et beatus ille Macarius digne ridebitur, qui dum se inimicum quid admisisse pœnituit, acutissimis culicum rostris, quæ videlicet apros transfigerent, per sex menses membra sua nudus exposuit? »

(46) *Cum Deo versari quam hujus mundi rebus occupari.*] Interpres Hervetus aliter : *et majori tempore vel cum Deo, vel in rebus versari cœlestibus.* Ἢ ὑπ' οὐρανὸν, *orbis terrarum.*

(47) *Erga conjugem suam virginitatis.*] Edidimus, cum antea legeretur *erga suum maritum Parthenicum*, quasi nimirum Parthenicus proprium esset mariti nomen; imo παρθενικὸς ἀνὴρ in Scriptura dicitur, qui apud Plutarchum in Pompeio dicitur πυρθένιος ἀνήρ. Πόπλα (sic) τὸν παρθένιον ἄνδρα κείμενον. *Publium qui me virginem adhuc duxit.* Joel. I, 8 : Θρήνησον ὑπὲρ νύμφην περιζωσμένην σάκκον ἐπὶ τὸν ἄνδρα τὸν παρθένιον. *Plange magis quam virgo cilicio præcincta propter virum suum virgineum.* Vulgata lat., *Super virum pubertatis suæ.* Poetis est κουρίδιος πόσις, ὁ ἐκ παρθενίας γεγαμηκὼς γυναῖκα. Sic Ἰλιάδ. Ε'. Κουριδίων ποθέουσα πόσιν τὸν ἄριστον Ἀχαιῶν. FRONTO.

(48) *Amphoræ unius Cilicensis.*] Græce Ἀμφορία κιλικίστου ὕδατος.

(49) *Spiritus fornicationis.*] Videtur Hervetus alio Græco textu usus, ut et vetus Palladii interpres. Plenius et alio sensu in Græco.

(50) *Ex lapidibus quadratis.*] Ἐκ τετροπέδων λίθων. Hervetus verterat, *quatuor pedum magnitudine.*

(51) *Locus humidus.*] Græce ὕπικμος, ex Ms., non ut est in excuso Lugdunensi ὕπεγμος, *locus humidus.* Hervetus, *locus qui cedit facile*, quasi esset εἰκτικὸς vel ἐπικτικὸς, vel εὔικτος, παρὰ τὸ εἴκειν. Heraclides suffragatur nostræ correctioni : « Puteum quoque fecerunt, eo quod sine aliquo videretur humore idem locus esse. » Alter vetus interp., *Humectus est enim locus.* Ratio enim redditur, cur maximum puteum effoderint. FRONTO.

(52) *Narravit autem nobis.*] Hoc loco Heraclides interserit narrationem Macarii de Marco, quæ habetur et sequitur hic, cap. 21. Inde sequitur hic narratio Paphnutii etiam de Marco. Et dicitur Marcus dedisse Athanasio pellem, et Athanasius Melaniæ. Forte *Marcus* positus pro *Macarius*, ex compendio litterarum. Tamen quod de ætate narratur, sexaginta videlicet annorum fuisse post baptismum, et quadraginta ante baptismum, ut habet Heraclides, convenit Marco, quem dicit centum annos vixisse. Ruffinus vero, libro II Histor., c. 4, Macario tribuit historiam de lœna, uti et Græcus textus hic.

Similem historiam habes *Patrol. Lat.*, t. LXXIII, lib. IV, cap. 8, ex Severi Sulpicii dialogo I, cap. 9, de anachoreta anonymo circa Memphim, et quinque cæcis lœnæ catulis ab eo illuminatis.

(53) *Marci.*] Sozomenus, lib. VI, cap. 29; et ex eo Cassiodorus, lib. VIII, cap. 1; et Nicephorus, lib. XI, cap. 35.

(54) *Moysis.*] Sozomenus, lib. VI, cap. 29; et ex eo Cassiodorus, Histor. Tripart. lib. VIII, capite 1; Nicephorus, lib. XI, cap. 36 et 46. De eo etiam Theodoretus, lib. IV Hist. cap. 21.

(55) *Cum salem Italicorum circiter octodecim.*] Græce, σαΐτην ὡς Ἰταλικῶν δικαοκτώ.

(56) *Communica sacramentis.*] Magna olim sacræ communionis reverentia fuit, ut quicunque somniis voluptuosis fuissent inquietati, ii communione eo die abstinerent.

(57) *Pauli.*] De hoc Sozomenus, lib. VI, cap. 29; et ex eo Cassiodorus, lib. VIII, cap. 1; Nicephorus, lib. XI, cap. 36; Cassianus, collat. VII, cap. 26 de Paulo apud Panephysin.

(58) *Calculum.*] Vel hinc probatur vetus usus calculorum rosarii; ut frustranei sint hæretici, qui vel recentem inventionem vel superstitiosam calumniantur.

(59) *Cronio.*] Nicephorus, lib. XI, cap. 37.

(60) *Inter Babylonem.*] Hervetus, *inter Babylonem et Herculeas.* Heraclides, *inter loca quæ Babylonis et Herculis habent nomen.* Alius vetus interp., *Inter medium Babylonis et Heracliæ.* Capite 72 fit mentio Ἡρακλείους Θηβαΐδος; apud Ruffinum, *in regionibus Heracleos.*

(61) *Eulogio.*] Nicephorus, lib. XI, cap. 23, de alio Eulogio agit.

(62) *Abi hinc, scelerate fugitive.*] Græce, σχάτα, γλουττων, φυγοκύρι. Meursius in Glossario pro σχάτα, γλούττων, legendum hic censet σκατογλούττων : quod idem est quod apud Aristophanem in Pluto σκατοφάγος, id est, *stercorivorus.* Idem pro φυγοκύρι scriptum reperit φαγοκύρι, quod exponit *dominus helluo*, quasi φάγων κυρίως, idque dictum fuisse vult in convicio. Apud Vitas Patrum, lib. VII, interprete Paschasio, legimus, « Fugitive, qui propriam domum devorasti »; et apud veterem interpretem Palladii : Multa mala commisisti, fugitive, forsitan domini tui alienas pecunias furatus es. » Itaque Paschasius, cum vertit, *qui propriam domum devorasti*, legisse videtur φαγοκύρι, quasi κυρίων φάγος : sed idem tamen habet vocem *fugitive*, quemadmodum et Hervetus, et interpres vetus Palladii; proinde verior lectio φυγοκύρι; quasi φυγὰς κυρίου, *qui dominum fugis*, ut φυγοδέμνιος, φυγοπόλεμος, et φυγαργός. Sic Plautus in Pseudolo :

Fur, fugitive, fraus populi, fraudulente.

FRONTO

(63) *Mutilate, maculate.*] Græce est, λελωβημένε, πεπηλωμένε. Apud Paschasium, sup., lib. VII, cap. 19, n. 3 : *Elephantiose, cœno et luto horride.* Vetus Palla-

Digitized by Google

dii interpres : *Leprose, inveterate dierum malorum.* Quia Paschasius vertit : *cœno et luto horride*, videtur legisse πεπηλωμένε, a πηλὸς *lutum*, vel simile quid. Certe πηλούμενος est *lutosus, lutum contrahens.* Ms. Venetus λελωβημένον καὶ πεπηρωμένον, *mutilatum et truncatum;* quem initio hujus capitis vocat λελωβημένον, ὃς οὔτε χεῖρας εἶχεν, οὔτε πόδας, *mutilatum, qui nec manus habebat, nec pedes.* Talis apud Suidam κυλλὸς dicitur. Suidas : κυλλὸς, ὁ πεπηρωμένος, οὐ μόνον πόδα, ἀλλὰ καὶ χεῖρα. *Cyllus, mutilatus non solum pede, sed etiam manu.* Πεπηρωμένε, ait Fronto, ut in Epigrammate, ὁ μὲν γυίοις πηρὸς, *captus et truncatus membris* dicitur, apud Herodotum dicitur quis ἑαυτὸν λωβᾶσθαι λώβην ἀνάκιστον, *qui mutilat sibi faciem ut eam deformet;* ut necesse non sit hic elephantiasin suspicari, tametsi Heraclides, c. 32, Λελωβημένοις vertat, *elephantioso laborantibus morbo.*

(64) *Charitate.*] Agapas Latini Patres convivia quædam Christianorum appellant, quibus pauperes excipiebant, ut annotarat hic interpres Hervetus, ideoque hic interpretatus erat, *et venerunt in cellam suam in fine agapes.* Sed charitatem hic potius indicari vidit Heraclides, cum vertit, cap. IX, *redintegrata pace;* nec aliter Paschasius, cap. 19. Ita dixit paulo ante Antonius : Καὶ μετὰ καθαρᾶς ἀγάπης ὑποστρέψατε, *et cum bona dilectione revertimini;* ut I Joan. IV, 18 : Ἡ τελεία ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον. *Perfecta charitas foras mittit timorem.* Fronto.

(65) *Pauli Simplicis.*] De hoc Sozomenus, libro I, cap. 13; et ex eo Cassiodorus, lib. I Trip. Hist., c. 11; Nicephorus, lib. VIII, cap. 40.

(66) *Pertransit octo mansiones.*] Ὀκτὼ μονάς. Ita hoc loco vertendum erat, non ut Hervetus, *octo monasteria.*

67) *Hqbens principalem sævissimum dæmonem.*] Vide Serrarium nostrum in Tobiæ capite III, part. I; q. 5, quomodo aliqui dicantur principales dæmones.

(68) *Helluo senex.*] In Græco Parisiensi est φαγόγηρε, *helluo senex.* At in meis Græcis κακόγηρε, *improbe senex.* Sic et supra, cap. 21.

(69) *Helluones isti in senectute.*] Græce : πολιοφάγοι οὗτοι.

(70) *Pachon.*] De hoc Sozomenus, lib. VI, cap. 29; et ex eo Cassiodorus, lib. VIII Trip. Hist., c. 1 Nicephorus, lib. XI, cap. 36. Vincent., Spec. hist., lib. XVII, capite 79; Antonius, parte II, tit. 15, cap. 11. Dicitur hic Cassiodoro, Heraclidi, Vincentio, Antonino *Pachomius*, sed legendum *Pachonius*, a *Pachon*, quod imposuit P. Maturio nostro ad Antoninum, ubi Cassiodori locum citat pro Pachomio Tabennensi, de quo hic, infra, cap. 38 agit Palladius.

(71) *Stephani.*] De eo Sozomenus lib. VI, c. 29; et ex eo Cassiodorus, lib. VIII Trip., cap. 1; Nicephorus, l.b. XI, cap. 36

(72) *Ex latere.*] Hervetus : ex transverso. Scribendum potius, *a latere Marmarico*, vel, *non longe a Marmarica.* Sozomenus, l.b. VI, cap. 22, περὶ τὸν Μαρεώτην οὐκ ἄποθεν τῆς Μαρμαρικῆς, *circiter Mareoten, non longe a Marmarica.* Nicephorus, libro XI, c. 36, περὶ τὸν Μαρεώτην οὐ πολλῷ τῆς Μαρμαρικῆς ἄποθεν, *circa Mareoten non longe a Marmarica.* Sic Deut. XXXI, 26 : Θέσετε αὐτὸ ἐκ πλαγίων τῆς κιβωτοῦ. Vulgata : *Ponite eum in latere arcæ Domini.* Et I Reg. XX, 24 : Ἐκάθισεν Ἀβεννὴρ ἐκ πλαγίων Σαοὺλ. *Sedit Abenner a latere Saul.* Ita postea, cap. 35, Ἐκ πλαγίων τοῦ μοναστηρίου, *ad latus monasterii.* Fronto.

(73) *Valente.*] De hoc nihil nunc occurrit.

(74) *Erone.*] Cassianus, collat. V, cap. 2, meminit Heronis senis, qui se in puteum præcipitavit, diversus videtur ab hoc Erone.

(75) *Ad eorum culturam instrumenta.*] Κήπους, καὶ τὰ τούτων χρηστήρια. Hervetus verterat, *hortos et eorum oracula;* at qui non solum oracula μαντεῖα dicuntur τὰ χρηστήρια vel loca in quibus ea redduntur, sed et τὰ χρηστήρια σκεύη sunt utensilia, apud Pollucem τὰ ἔκπλα; itaque Heraclides hic edidit, *hortulos quoque et instrumenta diversæ supellectilis necessaria.* Fronto.

(76) *Pachomii.*] Vide de hoc Auctores citatos I. I, ad ejus Vitam. *Patrol.* lat. t. LXXIII.

(77) *Tabennesis.*] Græce Ταβεννήσιος, a Tabenna.

(78) *Sine villis.*] Græce, in Parisiensi editione, ἄμαλλα, et sic etiam legit Heraclidis interpres, qui vertit, *sine villo.* Hervetus verterat *molles*, quasi legisset ἁμαλὰ, quod est in Excerptis Græcis Codicis Augustani; et Hesychius ἁμαλὸν exponit ἁπαλὸν, *molle.* In Veneto erat, ἀμαλλαιῶς; sed lege, ἄμαλλα ὡς.

(79) *Et cum ad vespertinum lumen.*] Græce est, ἐν τῷ λυχνικῷ, id est, *vespertino lumine, ut habet Heraclidis interpres.*

(80) *Aphthonii.*] Sic et Græce Ἀφθόνιος. In Heraclide *Antonius* ante erat in prima editione. Nunc ex variis Mss. *Aphthonius* restitui.

(81) *Panis civitatem.*] Græce, εἰς Πανὸς τὴν πόλιν. Atque ita interpres Heraclidis, cap. 19, legit. In Hervetо erat, *in Spaniam quidem.* Vide supra, cap. 16.

(82) *Ædificant.*] Videtur Hervetus legisse οἰκοδομοῦντες. Sed Mss. August. Ven. et Paris. habent, οἰκονομοῦντες, *distribuentes*, recte. Nempe per monasteria et carceres distribuunt ea quæ manibus lucrati sunt. Heraclides, cap. 19 : « Et ex his quæ quotidiano victui superesse poterant, etiam monasteriis feminarum, carceribusque victus necessaria quæque præbentes. »

(83) *In arte fullonia, alius in parandis coriis.*] Græce, ἄλλος γναφείου, ἄλλος βυρσείου. Hæc non exhibebat textus Latinus Herveti, tantum habebat, *in consuendis calceis.* Forte id in suo Græco textu habuit, vel ita βυρσείου extulit. Heraclides, capite 19, postquam de fullone egit, addit : « Alter pellium, alter coriorum confectione sudabat. » Quare ejus interpres auctus Græcum exemplar habuit. Excerpta Augustana post βυρσείων habent συντοτομείων. Lege σκυτοτομείων, et hoc forte Hervetus vertit, *in consuendis calceis.*

(84) *Virgine.*] Quod hic habes *oblationem* pro desperata non oblatam, vide simile exemplum apud Cassianum, collat. II, cap, 5.

(85) *Et hoc scelus.*] Hervetus scripserat, *et fraternitati tantum attulisset dolorem;* videtur legisse ἄγος, non ἄγος, ut habet excusus : et Heraclides vertit, *non ferens tanti sceleris atrocitatem.* Sed quod addit Palladius ἀδελφότητος, suadet ut ἄλγος potius amplectamur; nisi malis casum mutare, ut sit εἰργάσατο τὸ ἄλγος τῇ ἀδελφότητι. Fronto.

(86) *Virgine.*] Non fuit hæc dicta *Amma* proprio nomine, ut quidem putarunt, sed appellativo, ex virtute, quod ita matres spirituales vocarentur, ut hic sequitur.

(87) *Redimiculum.*] Τὸ διάδημα. Hervetus Latine extulerat, *diadema in capite;* at Heraclides : « Hæc igitur involutum pannis habebat caput. » Pelagius, l. VI, libello XVIII, *coronam* vertit; sed postea : « cum vidisset frontem ipsius panno involutam; » quod hic Græce est, καὶ τὸ ῥάκος ἐπὶ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς καὶ τοῦ μετώπου. Cæteræ nimirum religiosæ virgines cuculiis coopertum habebant caput, hæc redimiculo vel tænia simplici, vel panno. Fronto.

(88) *Salem.*] Quid Sale sit, sequitur : « Sic enim vocant illic eas, quæ non sunt sanæ mentis. »

(89) *Joanne.*] Vide de eo citatos auctores supra, ad lib. II, cap. 1. *Patrol.* lat. t. LXXIII.

(90) *Tyrannorum.*] Græcus Codex exprimit nomina, Μαξίμου καὶ Εὐγενίου : *Maximi et Eugenii.* Ita et Heraclides.

(91) *Tempus ascensus.*] Græce, καιρὸς ἀναβάσεως. Puto intelligi ascensum Nili. Sic supra, cap. 51, *cum Nilus ascenderet.*

(92) *Venerabilem senem.*] Græce, καλόγηρον.

(93) *Morbus enim.*] Hervetus, *timens ne fierem hydropicus.* Heraclides, *atque illic hydropem meditans.* Μελετᾷν hic idem valet, quod *studere, cogitare, vergere,*

Digitized by Google

ut qui meditatur defectionem, ad eam tendit. Sic Jonas I, 4 : *Et navis putavit conteri*, ut ex Hebræo Vatablus ; vulgata, *periclitabatur conteri*. FRONTO.

94) *An divina voluntate.*] Interpres ediderat *an potentiori voluntate*. Rectius Heraclides, *utrum studio hominum, an voluntate divina, ἐξ εὐδοκίας τοῦ Κρειττονος*, quæ vox Numen divinum etiam apud profanos significat. Plutarchus, in Pyrrho : Ὡς τινα τῶν κρειττόνων θαυμάσαντες, *tanquam aliquem ex diis admirantes*. Socrates, lib. I, cap. 4, Histor. Ὁμολογῆσαι χάριν τῷ Κρείττονι, τοῦ Κρείττονος ἐπινεύοντος. *Deo opitulante*, Nicephorus, lib. XVI, cap. 29. Ita hujus Lausiacæ historiæ cap. 52, Τὴν εὐδοκίμησιν οὕτω σχεῖν παρὰ τῷ Κρείττονι, quod perperam interpres, *digna laboribus consequatur a potentiori*. FRONTO.

(95) *Nuntiata est.*] Retinuerat vocem Græcam interpres : « Hodie, aiebat, venerunt Alexandriam epinicia maxime pii Theodosii. » Prosper in Chronico, ad annum Christi 495, meminit hujus Prophetiæ Joannis : « Joannes anachoreta, clarus habetur ; qui ornatus prophetiæ gratia Theodosium consulentem, de eventu belli, quod adversus Eugenium movebat, victorem futurum prædixit. » FRONTO.

(96) *Ammonæ.*] De hoc [vide dicta ad Ruffinum lib. II, cap. 3. [*Patrol. Lat.*, tom, XXI.]

(97) *Be.*] *Benus* hic dicitur Ruffino lib. II, capite 4. [Ibid]

(98) *Theonæ.*] *Theon* hic dicitur Ruffino lib. II, cap. 6. [Ibid.]

(99) *Elia.*] Vide citatos de hoc auctores ad librum II Ruffini cap. 12. [Ibid.]

(100) *Apollo.*] De eo citatos auctores vide ad dictum librum Ruffini cap. 7. [Ibid.]

(101) *Et nicolaos maximos, et panes mundos et calidos.*] Græcus Ms. Venetus : καὶ νικολάους παμμεγίθεις, ἄρτους δὲ καθαροὺς καὶ θερμούς. Parisiensis editio Græca loco δὲ habet δέκα, *decem*. Deceptus Hervetus, qui verterat : *Et nicolaos panes maximos, et puros lupinos*. Nempe θέρμους legit, id est, *lupinos*. pro θερμούς, *calidos*.

(102) *Copræ.*] Sozomenus, lib. VI, cap. 28; Cassiodorus, lib. VIII, cap. 50; Nicephorus, l. II, c. 34.

(103) *Anuph.*] Nicephorus, lib. XI, cap. 14.

(104) *Hellenis.*] Sozomenus, lib. VI, cap. 28; Cassiodorus, lib. VIII, cap. 50; Nicephorus, lib. XI, c. 34.

(105) *Apelle.*] Sozomenus, Cassiodorus, Nicephorus, ibidem.

(106) *Joannis.*] Nicephorus lib. XI, cap. 30.

(107) *Mittebat eulogias.*] Hervetus interpres verterat, *mandabat benedictiones*. Vide Onomast.

(108) *Paphnutio.*] De variis Paphnutiis vide dicta ad lib. II Ruffini, cap. 16. [Ibid.]

(109) *Mercatore.*] Sozomenus, lib. VI, c. 31. Nicephorus lib. XI, cap. 38.

(110) *Apollonii.*] Dubito an de hoc Sozomenus lib. VI, cap. 29; et ex eo Cassiodorus, lib. VIII Tripart., cap. 3; Nicephorus, lib. IX, cap. 14. Vide notata ad Ruffinum, supra, lib. II, cap. 19 *Patrol.* t. XXI.

(111) *Philemone.*] Vide dicta ad Ruffinum eodem libro et capite.

(112) *Martyrio.*] Id est, templo martyrum. Vide Onomasticon.

(113) *Tabernacula.*] Græce σκηνώματα. P. Fronto noster hic substituit *corpora*. Pro utroque σκήνωμα capitur, uti et *tabernaculum*.

(114) Dioscuri.] Dicitur hic presbyter. Quare distinctus videtur a Dioscoro episcopo, cujus mentio supra, cap. 10. Nisi idem ante presbyter, post episcopus factus sit. Vide dicta, ad Ruffini lib. II, cap. 20, ubi alios auctores de hoc Dioscoro nostro citavimus.

(115) *Nitrienses.*] Vide notata ad Ruffinum lib. II, cap. 21. [*Patrol. Lat.*, t. LXXIII.]

(116) *Ammonio.*] De hoc non memini legere præterea quæ habes, apud Ruffinum, lib II, cap. 23.

(117) *Isidori.*] Vide Notationem ad lib. II Ruffini cap. 17. [*Patrol. Lat.*, tom. XXI.]

(118) *Ammona.*] Dicitur hic supra Ruffino, lib. II, cap. 32, *Piammon*.

(119) *Sacrificium.*] Προσφέρων λατρείας. Quæ vox licet proprie cultum vel obsequium sonet, tamen et pro sacrificio usurpatur; et suffragatur nobis Ruffinus, quem comperimus, cap. 32, scripsisse, Piamonem hæc vidisse, cum Domino sacrificium offerret (sic enim appellat quem hic Palladius Ammonam) et σημειούμενον Hervetus *signantem*, clarius *notantem*, in charta scilicet scribentem eorum nomina, ut exponit idem Ruffinus, accedentium ad altare scribentem nomina ; et Sozomenus uberius cap. 29 lib. VI Histor. Τὸν Πιάμμονα ἱερωμένον θεάσασθαι περὶ τὴν ἱερὰν τράπεζαν θεῖον ἄγγελον ἑστῶτα, καὶ τῶν μοναχῶν τοὺς παρόντας ἐγγράφειν βίβλῳ, τοὺς δὲ ἀπόντας ἀπαλείφειν. « Piammonem cum sacrum faciebat, vidisse circa sacram mensam stantem angelum Dei, et monachos præsentes in libro quodam scripsisse, absentes vero delevisse. » Nicephorus, lib. XI, cap. 35. FRONTO.

(120) *Joanne.*] Consule notata ad lib. II Ruffini, cap. 33. [*Patrol. Lat.*, t. XXI.]

(121) *Pityrionis.* Meminit Nicephorus, l. IX, cap. 14, Pithyrionis, qui apud Athenas asceterium habuit.

(122) *Parvam pultem ex farina.*] Græce ζωμὸν ἀλεύρου. Hervetus verterat, *parvum farinæ jusculum*. Credo intelligi, quæ hic alibi dicuntur *sippulæ*. Vide Onomasticon.

(123) *Eulogii.*] De hoc vide citatos auctores ad lib. II Ruffini, cap. 4. [*Patrol. Lat.*, t. XXI.]

(124) *Serapionis.* Vide de duobus Serapionibus notata ad Ruffinum, lib. II, cap. 18. [Ibid.]

(125) *Artabas.*] Ægyptiaca hæc mensura, faciens modios *tres cum triente*.

(126) *Pæmenium.*] Locus in Palæstina, a pastoribus ita dictus Ποιμένιον.

(127) *Hieronymi.*] Notat hic magister sacri Palatii libro supra citato, ad verba Posidonii de Hieronymo; vel Posidonius iste vaticinans adversus sanctum Hieronymum fuit impostor, vel Palladius odio in sanctum Hieronymum (quod est propensius) aperte mentitur, et rabie in eumdem furit. Sed haud crede, lector, impudenti Origenistæ et Pelagiano Palladio, dum maledicentiæ frena effundit in sanctissimum virum angelis venerandum.

789 (128) *Paula.*] Notissima nobilissimaque femina, cujus Vitam habes apud sanctum Hieronymum.

(129) *Serapionis Sindonitæ.*] In Menæis, 21 Maii, vocatur ὁ ἀπὸ Σειδόνος. Si idem cum nostro, legendum ὁ ἀπὸ Σίνδονος. Nam Palladius clare Sindonitam ait dictum, quod sola sindone uteretur.

(130) *Viginti solidis.*] Interpres, *viginti nummis*. Vide Onomasticon.

(131) *Qui erant in dignitate.*] Hervetus legisse videtur οἱ ἐντελεῖς, non οἱ ἐν τέλει, vertit enim, *qui erant viles et abjecti*. Heraclidis autem interpres lectioni Regii Codicis et Excusi astipulatur : « stetit supra quemdam colliculum civitatis, ubi primates ejusdem oppidi concilium habere consueverant. FRONTO.

(132) *Pallium gestabant et byrrum.*] Græce, τριβωνοφόροι τε καὶ βυρροφόροι.

(133) *Evagrio.*] Dignum patella operculum. Palladius Origenista celebrat suum præceptorem Evagrium hæreticum pariter Origenistam, ab Ecclesia sæpius condemnatum. Sed qualis fuerit Evagrius, vide supra (lib. II, not. 45, ad cap. 27), ut hinc cernas hæretico de hæretico et ejusdem hæresis mysta prodenti quænam sit deferenda fides. Ita magister sacri palatii sæpe jam citatus.

(134) *Civitatis Iberorum.*] Heraclides : *Hiberorum*. Græc. Venet. Ἰβόρων. Paris. Ἰβήρων. Hervetus impresserat *Liberorum*. Est quidem alibi *Liberorum*, Ἐλευθερίων civitas ; sed quia Ponticus Gothus Evagrius, investiganda civitas *Hiberorum* in Ponto. Divus Hieronymus, epistola ad Ctesiphontem contra

Digitized by Google

Pelagium, vocat *Hyperboritam*, ubi Græv ius restituit *Iberitam*. In concilio Constantinopolitano primo, quod fuit secundum generale, in subscriptionibus episcoporum, habes duplicem Pontum, videlicet Amasiæ, ubi ponitur Pantophilus Iberorum episcopus: et Polemoniaci, ubi ponitur Atarbius episcopus. Quare *Ponticum* et *Iberitam* Evagrium capio ex Ponto *Amasiæ*, qui fuit dictus *Helenopontum*, ut alter *Polemoniacus*. Est autem Ἰβωρὰ, *Ibora* civitas Helenoponti in Authenticis, collat. IV, tit. 7, novell. 28, apud Porphyrogennetam Cappadociæ. Unde apud Hieronymum lego *Iboritam*. Sozomenus, Socrates, Nicephorus, locis mox citandis, Evagrium *ex Iberibus* faciunt, qui Pontum Euxinum accolunt.

(135) *Episcopo ecclesiæ Cæsareæ ad Argeum.*] Hoc cum sequenti, *Post decessum autem sancti Basilii episcopi*, deest in Græco Veneto. Est in Paris.

(136) *Nyssenus.*] Ita Græcus Paris. Heraclides, et Græcus textus Venetus, *Nazianzenus*, et iis deest *frater episcopi*, *cui datur honos inter apostolos*. Jure dubites, an *Nyssenus*, an vero *Nazianzenus* hic intelligendus sit. Pro *Nysseno* facit, quod hic dicitur Gregorius veniens ad concilium reliquisse Evagrium Nectario. Nam constat Nyssenum ad concilium Constantinopolitanum venisse, Nazianzenum vero jam tum Constantinopoli aliquot annis habitasse. Si fidus Nicephori catalogus, duodecim annis dicitur habitasse Constantinopoli. Et ipse Nazianzenus oratione valedictoria, quam ipse Συντακτήριον λόγον inscribit, nomine ct. episcoporum sic dicit: Τοσοῦτος χρόνος, φασὶν, ἐξ οὗ τὴν ἐκκλησίαν ἄγεις μετὰ τῆς τοῦ καιροῦ ῥοπῆς: « Tanto jam tempore, inquiunt, ecclesiæ præes, temporis ope et auxilio fretus. »

Pro *Nazianzeno* adduci posset quod in testamento ejus fiat mentio Evagrii diaconi, cui quædam legat. Quo loco hunc nostrum Evagrium intelligit Baronius, tomo IV, anno Christi 589, qui etiam anno Christi 379 et 381, Evagrium hunc nostrum a Nazianzeno diaconum ordinatum asserit. Certe et Socrates, lib. IV, cap. 23, Græcæ edit., seu cap. 18 Latinæ, Evagrium a Nazianzeno diaconum ordinatum scribit, quem exscribit Suidas in Μακάριος. Ita igitur de Evagrio Socrates: Τούτων Εὐάγριος γενόμενος μαθητὴς, τὴν δι' ἔργων φιλοσοφίαν ἐκτήσατο, πρότερον λόγῳ μόνῳ φιλόσοφος ὤν, ὃς ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει ὑπὸ Γρηγορίου τοῦ Ναζιανζηνοῦ, εἰς τὴν τοῦ διακόνου προχειρισθεὶς τάξιν, εἶτα ἅμα αὐτῷ εἰς τὴν Αἴγυπτον κατελθὼν, καὶ τοῖς προλεχθεῖσιν ἐντυχὼν ἀνδράσι τὸν ἐκείνων βίον ἐζήλωσε. Καὶ τοσαῦτα τεράστια ἐν ταῖς χερσὶν αὐτοῦ γέγονεν ὅσα καὶ ἐν τοῖς τῶν οὐτοῦ καθηγητῶν: « Istorum (duorum Macariorum) discipulus fuit Evagrius; qui studium sapientiæ in initio quidem verbis duntaxat, postea autem factis diligentissime excoluit. Hic primum Constantinopoli a Gregorio Nazianzeno est ordinem diaconi consecutus; deinde una cum illo in Ægyptum profectus, ibique cum illis piis viris, quos supra dixi, collocutus, illorum vivendi genus ardenti studio imitari cœpit, totque miracula ab eo edita quot a Macariis præceptoribus suis. » Similia habet Sozomenus, lib. VI, cap. 30; Nicephorus, lib. XI, cap. 42. Suggessi aliquas utrinque rationes dubitandi. Certius decidi poterit si plures manuscripti Græci in alterutrum conspirent.

(137) *Ricinis scateret.*] Græce est: Ὡς καὶ τὸ σῶμα κρότωνας ἐκβράσαι, quod Heraclides vertit, *ut per corpus ipsius totum quædam papulæ exirent*. Vide ad veterem Palladii Lausiacam;

(138) *Pior.*] Mentio ejus supra, cap. 11. De hoc quoque Sozomenus, lib. VI, cap. 29. Cassiodorus lib. VIII, cap. 1, Nicephorus lib. XI, cap. 37.

(139) *Contentus inventis amaritudinibus aquæ.*] Ita verterat Heraclides. Hervetus: *se aquæ concludens amaritudine*; quasi nimirum legisset, τειχίσας ἑαυτὸν, pro στοιχήσας. Ruffinus, lib. III, cap. 31, hunc ipsum Pior apud semetipsum ait cogitasse: « Quoniam qualemcunque aquam invenero, oportet me ipsa contentum esse. » Fronto.

(140) *Moysis.*] Nicephorus, lib. XI, cap. 37.

(141) *Propter quod missus sum* δι' ὃ ἀπεστάλην.] Hæc contraxerat interpres Hervetus hoc modo, *dicens: Non ideo missus sum.* Sed ampliorem sententiam in Græcis tuentur Heraclides, cap. 27: « Propter quod sum, inquit, missus, hoc factum est, nam ut cibum caperem, nemo me misit. » Sozomenus, lib. VI, cap. 29: Οὐκ ἠνέσχετο, φήσας, μὴ ἐπὶ τούτῳ ἀπεστάλθαι, ἠνύσθαι δὲ ἐφ' ᾧ ἦλθεν: « Noluit, dicens, se non ea de causa ad eos missum, atque rem, ob quam ipse venerat, jam esse confectam: » Nicephorus, lib. XI, cap. 32: Οὐκ ἠνέσχετο, εἰπὼν, μὴ ἐπὶ τούτῳ ἥκειν, ἠνύσθαι δὲ αὐτῷ, δι' ὃ παραγέγονε. « Morem illis non gessit, non ea de causa se venisse dicens, effectum autem esse id, cujus causa venerat. » Fronto.

(142) *Chronii.*] De alio *Cronio* supra, cap. 25.

(143) *Paphnutii Cephala.*] De variis Paphnutiis vide dicta ad l. II, c. 16. n. 32. [*Patrol. Lat*, t. XXI.]

(144) *Stephano.*] Alius hic ab eo, de quo supra, cap. 30.

(145) *Hoc est non ad utilitatem.*] Restitutus est hic locus, quem mutilum sic exhibuerat interpres: « In verbis inanibus, non impletis verborum testimonio. Ex derelictionibus ergo una quidem est. » Locus autem Jobi est prior c. VI, 6, posterior autem c. XL, 3, nonnihil diversus. Ἡ ἀποποιή μου τὸ κρῖμα; οὐκ ἔστι δέ με ἄλλως σοὶ κεχρηματικέναι ἢ ἵνα ἀναγνῶς δίκαιος; *nunquid* **790** *repelles judicium meum? Putas autem me aliter respondisse tibi, quam ut appareas justus?* In quibusdam tamen libris editis legitur, ut hic a Palladio citatur, μὴ ἀποποιοῦ. *Ne repellas.* Fronto.

(146) *Necessario.*] Hic mutilata interpretatio Herveti ex auctoris et veteris interpretis verbis restituta est. Sic apud Platonem ψυχῆς κίνησιν Cicero interpretatur *animi commotionem*, qui et Tusculana 4 iram definit: Πάθος ἐστὶν ἄλογος καὶ παρὰ φύσιν ψυχῆς κίνησις, *Perturbatio aversa a recta ratione contra naturam animi commotio.* Ὀργὴ ἐπιθυμία τιμωρίας τοῦ δοκοῦντος ἠδικηκέναι οὐ προσηκόντως. *Ira est libido puniendi ejus qui videatur læsisse injuria.* Aristoteles, in Rhetoric., cap. 2: Ὀργὴ, ὄρεξις μετὰ λύπης τιμωρίας φαινομένης διὰ φαινομένην ὀλιγωρίαν μὴ προσηκόντως. *Appetitio cum dolore conjuncta ejus quæ apparet ultionis propter eam quæ apparet despicientiam, non convenienter.* Fronto.

(147) *Ventos pascens.*] Omiserat interpres, *et umbras persequens*, non Heraclides: « et pastor quodammodo insipiens videbatur esse ventorum, atque persecutor umbrarum, » cap. 47. Locus est Eccles. XXXIV, 2: Ὡς δρασσόμενος σκιᾶς, καὶ διώκων ἄνεμον, οὕτως ὁ ἐπέχων ἐν ὕπνοις. *Quasi qui apprehendit umbras, et persequitur ventum, sic qui attendit somniis.* Legimus quidem in Vulgata Latina, Oseæ XII, 1. *Ephraim pascit ventum*, sed Græce est, ὁ δὲ Ἐφραὶμ ποιμὴν πνεῦμα. *Ephraim autem pessimus spiritus.* Est et Proverb. X. 4 in Latina Vulgata, cui Græca minime respondent, *Qui nititur mendaciis, hic pascit ventos. idem autem ipse sequitur aves volantes.* Fronto.

(148) *Ephræm.*] Vide dicta ad vitam ejus. [*Patrol. Lat.*, t. LXXIII, col. 325 seq.]

(149) *Omnes enim res cauponantur.*] Καπηλεύουσι τὰ πράγματα, ut dixit Poeta vetus apud Ciceronem de Offic.: « Non cauponantes bellum, sed belligerantes. » Ignatius, epist. ad Trallianos. Περιφέροντες τὸ ὄνομα Χριστοῦ, καὶ καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Εὐαγγελίου. « Circumferentes nomen Christi, et Evangelii sermonem nundinantes. » Basilius Seleuciensis, orat. 8: Οἱ μὲν οὖν τὴν φύσιν καπηλεύοντες νενοθευμένον δουλείᾳ τὸν παῖδα καταδικάζουσι. « Illi naturam cauponati abjectum pro notho puerum damnant servitute. » Apostolus ipse, II Cor. II, 17: Καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ. *Adulterantes verbum Dei.* Apud Herodotum, κεκαπηλεύεν πόντα τὰ πράγματα, est, *res omnes quæstui habere*, ut apud Philostratum, τὴν σοφίαν καπηλεύειν, est Budæo, *philosophiam lucro post-*

Digitized by Google

habere. Sozomenus de hoc ipso Ephraim, lib. III, cap. 15 : Σχεδὸν πάντων πρὸς κέρδος κεχηνότων, καὶ καπηλείαν τὸ πρᾶγμα ποιουμένων. « Cum omnes fere lucri cupiditate ardeant, et hanc rem velut mercaturam ad quæstum faciant. » Nicephorus, lib. IX, cap. 16 : Πάντες γὰρ πρὸς κέρδος κεχηνότες εἰσὶ τὰ τοιαῦτα αἰσχρῶς καπηλεύοντες. « Omnes enim lucro inhiare, et talia fœde in suum quæstum vertere. » FRONTO.

(150) *Sub imperatore Constantio.*] Heraclides interpres. « Sub imperatore Constantio in principiis ejus imperii in magnorum virorum ordine militasset. » Alter vetus interpres Palladii : « In initio imperii Constantini abrenuntiavit sæculo. » Hervetus verterat, *inter magistratus.* Τὰς ἀρχάς igitur hic non magistratus intelligas, sed initia imperii, ut in Prato spirituali, cap. 112 : Ἐν ταῖς ἀρχαῖς Τιβερίου τοῦ βασιλέως. *Initio imperii Tiberii imperatoris*; et cap. 155 : Εἰς τὰς ἀρχὰς τοῦ πιστοτάτου ἡμῶν βασιλέως Μαυρικίου : *Initio imperii fidelissimi imperatoris Mauritii.* I Esdræ, IV, 6 : Ἐν ἀρχῇ βασιλείας αὐτοῦ. *In principio regni ejus.* FRONTO.

(151) *Qui inter domesticos militabat.*] Δομεστικῶν στατευόμενον. Hervetus verterat, *domesticum qui militabat.* Dicebantur *domestici* peculiari appellatione, qui in aula imperatoris militabant tam equites quam pedites (quos alii etiam οἰκείους vocant) destinati custodiæ Imperatoris : de quibus pluribus agit Meursius in Glossario. FRONTO.

152) *Viam minime tritam.*] Interpres, *valde immutabilem*, quasi legisset ἄτρεπτον, non, ἄτριπτον, quod Heraclides vertit, *a nullo pene detritam ingressus est viam.* Ita Lucretius, lib. IV :

> Avia Pieridii peragro loca, nullius ante
> Trita solo.

Ambros. sermone 74, de Natali martyris : « Via vitæ ubi Dominus resurrexit nota facta, solo attrita est plurimorum. » FRONTO.

(153) *Abramio.*] Cassianus, collat. XV, cap. 4 et 5, de alio Abraham abbate.

(154) *Frustum sarmenti.*] Κόμμα κλήματος. Hervetus *frustum scalarum* scripsit, quasi legisset, κλίμακος. Heraclides, *cum exiguam partem sarmenti ex arida vite teneret.*

(155) *Eustathii.*] Sozomenus, lib. III, cap. 13, de alio Eustathio Sebastiæ episcopo.

(156) *Ut tota ejus.*] Vitiosa lectio peperit ineptam interpretationem, *ut sol ejus ossium fabrica perspicue ostenderet.* Ita nimirum Lugdunobatava, p. 131 : Ὡς ἥλιον διαφαίνειν αὐτοῦ τῶν ὀστέων τὸ πῆγμα. Neque emendatiorem Codicem nactus est Heraclides, apud quem lego, cap. 37 : *Ut solis instar ossium ejus juncturæ luceret :* at regius Ms. ὡς ὅλον διαφαίνεσθαι αὐτοῦ. FRONTO.

(157) *Gaddanæ.*] Sozomenus, lib. VI, cap. 34.

(158) *Huic monachorum exceptori.*] Τούτῳ δὲ τῷ δεξιωτῇ τῶν μοναχῶν. Nempe Sabbatius duplex officium monachis præstitit; et eos transeuntes hospitio excepit, et iisdem necessaria ad cellas tulit. Hervetus verterat *dextero mensæ structori*, cui rei sufficit una vox εὐτράπεζος, quæ sequitur.

(159) *Philoromo.*] Alius Philoromus martyr cum Philæa tempore Diocletiani, de quo Eusebius libro VIII, cap. 10, et Nicephorus, lib. VII, cap. 9. Hic noster sub Juliano passus est. Non recte Meursius hunc cum altero confundit.

(160) *Validissime verberari.*] Secuti sumus interpretem Heraclidis, cap. 32 Paradisi : « Calvitie ei prius facta jussit a pueris verberari, qui supplicium plagarum patientissime ferens. » Ferri tamen potest Herveti interpretatio, *et a pueris ei stanti alapas impingi*, quod Græce est κοσσισθῆναι. Suidas : Κόσσος, τὸ ῥάπισμα, *alapa* seu *plaga.* Ita supra, cap. 29 : Ἀπομανεὶς οὖν ἐγὼ ἔδωκα κόσσον. *Furore ergo percitus impegi ei colaphum.* Heraclides, cap. 40, *percussi cum dextera mea.* Tertull., de Spectaculis, cap. 30, *Colaphis diverberatur.* Et solebant aliquando martyres ita colaphis et alapis cædi. FRONTO.

(161) *Quem morbum tyrannidem.*] Τυραννῆσαν τὸ πάθος, ex ms. scripsimus ; interpres πλῆθος legisse videtur, non πάθος, nam vertit : *quod tyrannidem exercens exagitat multitudinem.* Heraclides dixit : « quos ille animi et corporis morbos ita superavit, veluti si quis immensum incendium validissimis aquis exstinguat. » FRONTO.

(162) *Coram Deo loquens.*] Ὡς ἐπὶ Θεοῦ ἡμᾶς ἔπεισεν. Quæ Heraclidis interpres obscure vertit : *sicut persuadere ante Deum nobis solebat.* Obscurius Hervetus, *sed eum qui ex propriis ad nos venit divinitus.* Idem valet ὡς ἐπὶ Θεοῦ, quod, *coram Deo loquor*, ut supra, cap. 16, ὡς ἐπὶ Θεοῦ ἀμφοτέρους εἶδον, quod Heraclides, *ante Deum vobis loquor.* Et cap. 30, de Adolio : *vere enim sub Deo loquor.* Et cap. 2 hujus

Lausiacæ : ἐπὶ Θεοῦ μάρτυρος οὐκ ἔγνων τοῦτον. *Deum testor me nunquam eum cognovisse.* » FRONTO.

(163) *Severiani.*] Quod hic est, *in Ancyra Galatiæ*, in Græc. Venet. est, τῇ Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας : *In Cæsarea Cappadociæ.*

(164) *Nullam possessionem.*] Οὐδὲν κτῆμα dixit, non οὐδὲ κλῆμα, ut excusum fuit in editione Lugdunensi. Et interpres extudit minus aptam versionem ex manuscripto libro nihilo castigatiore, *quibus ne vitis quidem sarmentum dederunt*, at Regius, κτῆμα, *possessionem*; quemadmodum et paulo post ait Palladius, τοὺς καρποὺς κτημάτων ἡμεῖς κομισόμεθα, *fructus possessionum nostrarum colligemus.* Heraclides vero, c. 54 Paradisi : *quibus ne unam quidem unciam tradiderunt.* FRONTO.

(165) *Bisarionis.*] Varia Bisarionis apophthegmata passim in Vitis Patrum occurrunt. Quod hic de vendito libro sequitur, refert Nicephorus lib. XI, c. 45, ex Evagrio, suppresso nomine.

(166) *Irenarcha.*] Id est, tranquillitatis publicæ et securitatis studiosus latrunculator.

(167) *Melaniæ.* Vide præludia ad lib. II *De Vitis Patrum* [*Patrol. Lat.*, t. LXXIII. col. 707], ubi de ejus Vita et Peregrinatione ratione Ruffini comitis, ut Baronius existimat.

(168) *Romana.*] Græce est, Σπάνη ἦν τὸ γένος ἦγουν Ῥωμαίη. Quod videtur Heraclidis interpres vertere voluisse, *beata Melania de Hispano vel urbico genere descendens.* Nam et apud Paulum legimus, Rom. XV, 24 : ἐὰν πορεύσωμαι εἰς τὴν Σπανίαν ; *cum in Hispaniam proficisci cœpero;* et apud Gellium, l. IX, c. 13, pro *Hispanico gladio*, reponunt, *spanico gladio*, et apud Hieronymum, in LXIV Isaiæ, *Spaniarum et Lusitaniæ.* Sic et antea, c. 16, Σπανοδρόμος, Heraclidi *mercator Hispanicus.* FRONTO.

(169) *Marcelli consularis.*] Μαρκελλίνου τοῦ ἀπὸ ὑπάτων. Heraclidis interpres vertit : *filia Marcellini cujusdam exconsulis*, aptius quam Hervetus, *Marcelli consularis.*

(170) *Vigesimum secundum.*] Ita et Heraclides, et textus Græcus. Hervetus, *vigesimum* tantum habebat.

(171) *Arsisium.*] Græce, Ἀρσίσιον. Hervetus habebat *Orsisium.*

(172) *Pissimium et Adelphium.*] Græce Πισσίμιον et Ἀδέλφιον. Hervetus habebat, *Pitinium* et *Adelum.*

(173) *Servili caracalla.*] Græc. Aug. et Parisiensis, παιδαρίου καρακάλλιον. Græc. Venet. καρακάλλιον δούλου. Heraclides, *tunica puerili.* Vide Onomasticon.

(174) *Ut eam terreret.*] Προσεδόκησε ταύτην καπνίσαι. Hoc Ms. ita exhibuit, ταύτην κατακονῆσαι, *labore conficere, fatigare.* Sed in altero loco idem Codex habuit καπνίσαι, nec aliter legisse videtur interpres Heraclidis : *Credens quod sinus suos possit fumo quodam atque terrore ex pecunia ejus implere.* Ac deinde in altero loco : *Nec terrere igitur me in aliquo vales.* Hervetus, *speravit fore, ut ei fumo oculos perstringeret;* sed metaphorice καπνίζειν hic idem valet quod *fatigare*, vel *perterrefaccre.* Similem habes conatum

Digitized by Google

alterius præsidis provinciæ, Act. XXIV, 27, *et sperans* A *quod pecunia ei daretur a Paulo.* FRONTO.

(175) *Ruffini.*] Palladius Origenista, et Gennadius et Cassianus Pelagianis faventes, multis laudibus Rufinum extulerunt. At sanctus Hieronymus Rufinum tanquam hæreticum perpetuo insectatus est, cujus judicium cum ipsa Romana Ecclesia nos etiam probare par est. Sic enim inquit sanctus Gelasius I, in Romano concilio LXX episcoporum : « Sed quoniam beatus Hieronymus in aliquibus Rufinum de arbitrii libertate notavit, illa sentimus, quæ beatum Hieronymum sentire cognoscimus. Et non solum de Ruffino, sed etiam de universis, quos vir sæpius memoratus zelo Dei et fidei religione reprehendit. » Hæc sanctus Gelasius. Ruffini res sincerissime ex probatis auctoribus excerptas exhibent tibi tomus IV et V Annalium Ecclesiasticorum. Hactenus magister sacri palatii sæpe jam citatus.

(176) *Schisma.*] Ita restituendus hic locus mire deformatus, quod legisse videretur interpres σχῆμα, B non σχίσμα. Vertit enim : *Juverunt quoque habitum, qui est secundum Paulinum.* Vide et Sozomenum, lib. IV, cap. 26.

(177) *Unigeniti.*] Græce μονογενοῦς. Sed tamen dicendum et vertendum *unici.* Ita recte apud veterem Heraclidis interpretem, nam et duos alios habuit liberos.

(178) *Qui duos quoque habuit filios.*] Editio Meursii ἔσχε δὲ τέκνων δύο δικαίωμα. Unde in notis annotatur scribendum, τέκνων τριῶν δικαίωμα. Notum enim esse in re Romana jus trium liberorum, et ortum esse mendum e confusione 6 καὶ γ. At Regius Codex veram lectionem exhibuit τέκνων δυάδα, cui astipulatur Heraclides, *matrimonium ex quo et filios suscepit duos;* accedit et liber, quo usus interpres Hervetus. FRONTO.

(179) *Apronianum.*] Græc. Aug. Venet. et Paris., Ἀπρονιανόν. Hervetus ediderat *Aprianum.*

(180) *Piniano.*] Πινιανῷ. Male in Herveto erat *Apriano.*

(181) *Filii.*] Græcus Venet. ἀδελφοῦ.

(182) *Liberasset.*] Supplevi hic quædam ex Græco. In Veneto Codice erat : Ἤγαγεν ἐπὶ τὸν μονήρη βίον καὶ τὸν Πουπλίκου δὲ υἱὸν τὸν νεώτερον κατήχησε : » Duxit ad vitam solitariam, et Publici juniorem filium catechesi instituit. » Atque ita etiam Heraclides, ubi tamen deest nomen Publici. Gr. Codex Augustanus habet Ποπληκόλα. Parisiensis, Ποπλίκολα, loco Πουπλίκου.

(183) *Parvæ Melaniæ.*] Hujus Peregrinationem legere est *Patrol. Lat.*, [t. LXXIII, p. 708-735.]

(184) *Piniano.*] Græc. Aug., Πινιανῷ. Græc. Paris., Πινιανῷ. Græc. Venetus, Ἀπρινιάνῳ, vel Ἀσπρινιάνῳ. Hervetus habebat *Pipiano.*

(185) *Filio Severi.*] In Vita sanctæ Melaniæ apud Metaphrastem, 31 Decemb., *fratri Severi.*

(186) *Superhumeralia.*] Græc., ἡμιφόρια.

(187) *Presbytero.*] Græc. Venet. addit : καὶ μοναχῷ Δερματησίῳ. Paris., Δαλματησίῳ. Heraclidis interpres, D *monacho Dalmata.* Et sic in textu addidi.

(188) *Ex ore leonis.*] Alludit (ait Fronto), de Alarico loquens, ad illud Apostoli, II Tim. IV, 17 : Ἐρρύσθην ἐκ στόματος λέοντος. *Et liberatus sum de ore leonis.* Eusebius, in Chronicis, anno Abrahami 2427, circa an. Christi 413 : « Roma orbis quondam victrix a Gothis Alarico duce capta. »

(189) *Fratre.*] Id est, Piniano marito. Alibi, *nunc usu fratre*, nisi et verum fratrem habuerit, de quo hoc intelligi possit.

(190) *Albina.*] De ea divus Hieronymus in variis epistolis.

(191) *Piniano.*] Græcus Ms. Venetus, Ἀπρινιανός, *Aprinianus.* Aug., Πινιανος, *Pinnianus.* Paris., Πινιανός.

(192) *Pammachio.*] Græc. Ms. Venet., Μάλχιος vel Μαλάχιος, *Malchius* vel *Malachius.*

(193) *Macario.*] Græc. Ms. Ven., Ἀγάθων, *Agathon.*

(194) *Ex Vicaria.*] Græc. Ms. Venet. ἀπὸ βρικίων. Paris., ἀπὸ βικαρίας. Heraclides, *ex vicariis.*

(195) *Constantio.*] Quod hic *assessor* dicitur Constantius, Græce est συγκάθεδρος. Heraclidis interpres habet, *consiliarius.* Vide Jacobum Sirmondum nostrum, ad Sidonium, lib. I, epist. 3.

(196) *Paula.*] Quid furens odio Origenista Palladius **792** in sanctum Hieronymum et sanctam Paulam ineptissime garrit? quorum sanctitas tanto clarior, quanto Palladii nequitia detestabilior. Ita Joannes Maria magister sacri palatii hic ascribendum monet.

(197) *Theodora.*] Nicephorus, l. XVII, c. 5, de alia Theodora sub virili habitu monasticen professa.

(198) *Usia.*] Aliter vertit Heraclides in *Paradiso.* [*Patrol. Lat.*, t. LXXIV.]

(199) *Avita.*] Quod hic est, maritum ejus dictum *Apronianum*, ita restitutum ex Græco textu. Hervetus impresserat, *Primiano.*

(200) *Magna.*] Quod hic hæc dicitur vixisse *in civitate Ancyra*, in Græc. Ms. Venet. est τῇ Καισαρείᾳ τῆς Καππαδοκίας, *in Cæsarea Cappadociæ.*

(201) *Virgine.*] Totam hanc narrationem de virgine Athanasium sex annos occultante, fide nutare, magnis ostenditur argumentis tomo III Annal. Ecclesiasticorum, anno Christi 356. Ita Joan. Maria magister sacri palatii hic annotat.

(202) *Stichario et birro.*] Heraclides, *tunica et byrrho.* Metaphrastes, in Vita sancti Athanasii, Τὸ στιχάριον καὶ τὸ βίρριν. Legerit Hervetus κηρόν, pro βίρρον, vel βίρριν, qui hic *cereum* posuerat.

(203) *Coluthus.*] Sic olim sanctus Basilius martyr sancto Joanni Chrysostomo apparuit, et obitum prædixit. «

(204) *Abduci et colligi.*] Græce hic συνάγεσθαι. Sic Num. XXXI, *colligeris ad populum tuum.*

(205) *Silvaniæ.*] De ea Georgius Alexandrinus in C Vita sancti Chrysostomi. In Græco Σάλβια dicitur.

(206) *Jubino.*) Heraclides, *Jovinus.*

(207) *Præter extrema manuum.*] Additur causa ob quam manuum extrema lavaret, quod nimirum sanctissimum Christi corpus illis daretur manibus excipiendum.

(208) *Pierii.*] Græc. Ms. Venet., Πέτρου, *Petri.*

(209) *Olympiade.*] De ea Sozomenus, lib. VIII, cap. 24 ; Nicephorus, lib. XIII, cap. 24 ; Georgius Alexandrinus, in Vita sancti Chrysostomi.

Olympiadis celebris memoria in Menol. Græcorum, 28 Julii : « Sanctæ Olympiadis, quæ fuit sub imperatore Theodosio, Arcadio, et Honorio filiis, Anysii Secundi comitis filia, neptis Ablavii præfecti, sponsa paulisper Nebridii, qui fuit ex numero præfectorum. Cum autem adhuc esset virgo, ejus viro ante copulam sublato, et virgo simul et vidua remansit, omne tempus transigens in jejuniis et orationibus, et pauperum beneficentia. Itaque omnes opes suas in curam Christi sacerdotum exhausit, præsertim in sanctum Joannem Chrysostomum, quem præcipue honorabat. » Martyrol. Romanum, 17 Decembris : « Constantinopoli sanctæ Olympiadis viduæ. »

Quod hic in Menologio dicitur mansisse virgo, idem testatur Nicephorus, l. XIII, c. 24 : « Et collocata quidem illa viro in matrimonio, non tamen prorsus virginitatis cælibatu orbata. Viginti namque mensibus in conjugio cum illo exactis, postquam illum ei mors ademit, quanquam ea esset ætate, ut secundas non dehonestaret nuptias, pudicitiam tamen complecti atque in ea per vitam omnem acquiescere maluit. » Virginem quoque mansisse testatur hic Palladius, hoc cap. 144, et Heraclides, c. 45. Georgius Vitæ Chrysostomi c. 50 : Αὕτη ὀρφανὴ οὖσα ἀνδρὶ συνήφθη μέν, οὐ διεφθάρη δὲ τὴν παρθενίαν, ὡς φήμη περὶ αὐτῆς ἐδίδαξε· βιώσασα δὲ μετὰ τοῦ αὐτῆς ἀνδρὸς περὶ που εἴκοσι μῆνας, συντόμως τὸ τῆς φύσεως χρεὼς

Digitized by Google

ἀπαιτηθεὶς τίλει τοῦ βίου ἐχρήσατο: « Parentibus orbata hæc viro quidem copulata est, neque pudorem alioqui virginalis sanctimoniæ eam corrupisse celebris fama edocuit. Hæc cum convixisset viro mensibus circiter viginti, ille repetitus ut naturæ debitum solveret, hoc temporis compendio finem accepit vitæ. » Quæ desumpta sunt ex Palladii dialogo de rebus Chrysostomi. Quare συνουσία ἀνδρὸς, in epistola 2 Chrysostomi ad Olympiadem, intelligendum de *familiari cum viro conversatione*, non de *virili concubitu*.

(210) *Filia Seleuci.*] Menologium jam citatum, *Anisii Secundi*.

(211) *Sponsa.*] Heraclidis interpres, *nurus*. In Græco est νύμφη, quod utrumque significat. Baronius, t. IV, anno Christi 388. Quod vero Græci habeant in Menologio hanc Nebridio nuptui traditam, Palladius vero (imo Heraclides, quem Palladii nomine semper citat Baronius; nam hic Palladius *sponsam* vocat) dicat *nurum* fuisse Nebridii, conciliari eo modo inter se possunt auctores ut filio illius Nebridii clarissimi viri sub Constantio imp. præfectura prætorii insigniti, cujus meminit Ammianus lib. XXVII; Nebridio item dicto conjuncta fuerit matrimonio Olympias, de qua agimus. Hactenus Baronius. Ego existimo varietatem inter auctores natam ob diversam interpretationem, dum νύμφην unus *nurum*, alter *sponsam* vertit.

(212) *Oxycrato.*] Græce, ὀξυκράματι. Heraclides, c. 44, *posca*, uti ibi restitui.

(213) *Gelasia.*] Ad hanc exstat divi Hieronymi epistola, notat marginator Parisiensis Palladii. Sed vereor ne labatur, et memoriæ ejus observata fuerit *Algasia*, ad quam Hieronymi epistola 151 habetur.

(214) *Juliana.*] Baronius, tomo II, an. Christi 205, postquam ex Eusebii lib. VI, c. 3, recitavit quomodo Origenes Alexandriæ exagitatus, coactus fuerit subinde mutare domicilium, quarum latebrarum hic ipse Origenes apud Palladium meminit, subdit: Quæ certe non ad alia tempora, quam ad Severi persecutionis sunt referenda; nam longe ante Maximini vel Decii persecutionem libri illi Symmachi reperti erant. Sed de acceptis a Juliana Symmachi interpretatione ejusdem Origenis quoque testificatione idem tradit Eusebius, lib. VI, cap. 12. Hactenus Baronius.

(215) *Qui et ipse.*] Nunc sensus clarus est ex Græco Codice, quod Origenes occultus fuerit, non liber, uti verterat Hervetus. Bene Heraclides: *cum apud ipsam laterem*.

(216) *Femina.*] Nicephorus, l. VII, c. 12 et 13 de Virginibus mira arte pudicitiam tuentibus.

(217) *Magistriano.*] De hoc nomine dixi quædam ad lib. V Pelagii, libello VI, n. 2. [*Patrol. Lat.*, tom. LXXIII.]

(218) *Camisia.*] Græce est: Τοῖς τε καμισίοις, καὶ τῇ χλαμύδι. Hervetus, *tunica*, *camisia*, *et chlamyde*. Videtur auctius exemplar habuisse; nisi quia in Græco est καμισίοις plurali numero, id per *tunicam* et *camisiam* expresserit.

(219) *Uxore.*] Quod hic *accepto ense* dicitur se occidisse, de ea re vide Augustinum, lib. I de Civit. Dei, a cap. 17 ad 28, et aliorum Patrum sententias apud Leonardum Lessium nostrum, lib. II de Justitia et Jure, cap. 9, dubit. 6.

(220) *Fratris.*] Quis hic fuerit, nullibi exprimit. An fuit Heraclides, qui eadem Paradisi nomine edidit?

Digitized by Google

INDICES ANALYTICI

IN SS. MACARIUM ÆGYPTIUM ET MACARIUM ALEXANDRINUM.

I.

INDEX RERUM MEMORABILIUM

QUÆ IN SS. MACARIORUM ÆGYPTII ET ALEXANDRINI VITIS, ACTIS, APOPHTHEGMATIBUS, EPISTOLIS, NEC NON ET IN PRECIBUS CONTINENTUR.

Revocatur lector ad paginas editionis nostræ. Litteræ a, b, c, d *inchoantem, mediam ac desinentem paginam signant.*

A

Abraham abbas ; fabula de Macario ab illo narrata, 123 b, c, d.
Abulpharagius Artemonium laudat, 90 b
Ælurion anachoreta, 150 b.
Agathon abbas ; illius responsa, 142, 143.
Aio abbas ; in Thebaide habitavit, 135 a.
Amatas simul cum Macario S. Antonii discipulus, 102 b ; 119 a ; 120 b.
Ammon abbas, 4 c ; 96 b ; 128 c. Nitriæ montium monasteria fundavit, 4 c.
Ammonius episcopus, in monte Nitriæ anachoretas de gentes invisit, 156 c.
Ammonius monachus ; illius abstinentia, 87 a.
Amor proximi, cæteræque virtutes quantopere cum amore Dei cohæreant, 426, 427.
Anachoretæ longe ab eremitis differunt ; illorum vivendi modus, 6 *et seqq.* ; 147 b, c.
Angeli custodes, 222 a, b ; ad illos oratio, 447 b.
Anima, filia regis, scilicet Dei, 414 c ; 418 a. Anima sponsa Dei, 415 b, c ; templum Spiritus sancti, *ibid.* Anima, regina Deo copulata, 418 a.
Anthemius imperator ; illius filia sub Dorothei nomine fit eremita, 157 *et seqq.*
Antichristus ; scilicet diabolus, 104 a ; 203 c.
Antonimus Ephesi episcopus, 80 c.
Antonius abbas, 6 c ; 41 a ; 54 b ; 56 b ; 87 c ; 91 c, 94 a ; 95 b ; 98 c ; 102 d, 105, 106, 118 a, 119 a, 141 c, 152 b ; 163 b, 173 b.
Aphraates monachus, equum imperatoris sanat, 47 a.
Apollinaris virgo, habitu virili assumpto et nomine, vitam ducit eremiticam, 151 a, b, 157 *et seqq.*
Apollo abbas, illius abstinentia laudatur, 87 c, 88 a.
Apollonius abbas futura prædicit, 22 a.
Apophthegmata Patrum a Cotelerio edita, 56 c, 150 b, a Possino 38 a, 149 c.
Aqua benedicta dæmoniaci curantur, 40 c, d ; 46 a, 70 c.
Arsenius e palatio egressus, fit monachus, 8 b ; una somnii hora illi sufficiebat, 88 c, laudatur, 118 c.
Arsenoita regio, 50 b, 95 c, 146 c ; 210 c.
Aspuna urbs, 81 a.
Athanasius (S.) citatur, 55 b, 127 b, 160 a.
Athenagoras, scholæ Alexandrinæ præpositus, Hadriani et Antonini temporibus florebat, 175 a.
Augustinus (S.) de Ægyptii monasteriis devastatis loquitur, 144 a, b.

B

Beduini, incertis semper sedibus, huc illuc per solitudines ad prædandum vagantur, 129 a.
Benedictus (S.), vita monastica inclytus, 10 c.
Benjamin, Nitriæ abbas, 165 b.
Besarion abbas, in Scete habitans, 145 a.
Blemmyes, populi nomades, finium Ægypti accolæ, 80 a, 81 b, 97 a, b.
Bubuli lacte Macarium nutriunt, 67 a, b, 92 b, 190 a
Buccellatum quid, 65 a, 87 b.

C

Cassianus, illius scripta, 34, 35, 121, 122.
Cassiodorus, illius Historia de Macariis tripartita, 167 a.
Cellia vel Cellulæ sanctorum Patrum eremitaria, 4 a, 109 d, 112 a, 154 c.
Centuriatores Magdeburgenses, 119 b.
Chrysostomus (S.), 78, 79, 164 d ; quis auctor Dialogi de ejus Vita, 78, 79.
Collecta Græce σύναξις, quid sit, 112 a.
Columbanus abbas, quid de potu et cibo præscripsit monachis, 114 c.
Cronius Macarium invisit, 102, 148 c.

D

Dæmones, illorum varia genera, 41 b, 56 b ; varias induunt formas, 66 c, 94 b, 103 c, 111 a, b, 125 c, 142 c, 203 a, b. Pacta cum dæmonibus inita, 45 d, 92 a. Illorum conatus ad ejiciendum e cordibus nostris Dei amorem et timorem, 430 b, c.
Deus qui essentia unus est, multa nomina accepit propter dispensationem salutis hominum, 418 a.
Despectio vel abnegatio sui quid sit, 422 d.

E

Elephantine insula, 131 c.
Encomium Macarii Ægyptii ineditum, 167 b.
Epiphanius Hagiopolita, 168 b.
Erasmus, illius sententia de exemplariis vitæ S. Pauli, 119 a, b.
Eremitæ et illorum vivendi modus, 5 *et seqq.*
Eucharistia illusiones dæmonum arcentur et destruuntur, 47 b.
Eugenia virgo, habitu virili assumpto, in eremo sancte vixit, 131 b.
Eugenius tyrannus, 21.
Eulogius presbyter, 102 a ; 202 b. Accedentium ad sacramenta mentem perspiciebat, 96b.
Eunomius hæreticus, 48 a, b.
Eusebius Historiæ ecclesiasticæ auctor, 27 c ; 107 a.
Eustathius lector Cæsareæ urbis in Palæstina, 131 c.
Euzoius Antiochiæ præsul, 160 b.
Evagrius et illius scripta, 9 b ; 33 a ; 87, 88 ; 106 c, 103 a.

F

Faustus magus, 45 a ; 55 a.
Fidei expositio antiqua, 51 c, d ; 211 c, d.
Fiducia omnium passionum genitrix, 145 a.

G

Glycas Michael, 134 a.
Gratiæ Dei homini datæ, 405, 406 *et seqq.*

H

Helias abbas in Apeliote, 165 b
Heliodorus frater, 116 b.
Heliopolis in Phœnicia, 160 b.
Heraclides, 29 a ; 108 a ; 160 d, 163 a ; ejus Paradisus, 14 a ; 15, 16 c ; forte Lauso dedicatus, 28 d.
Hieracitæ, qui resurrectionem mortuorum negabant, 48 a ; 50 b ; 54 a ; 210 d.
Hieronymus (S.), 33 b ; 95 b ; 115 d. Quando obierit, 24 c.
Hilarion abbas, et ejus miracula, 11 a ; 45 b ; 47 a ; 118 a ; 128 c.
Humandi corpora quando et a quo mos obtinuit, 49, 50.

I

Inhabitatio Dei cum sanctis, 410 c.
Isidorus monachus, 16 c ; 96 a ; 108 a ; 117 b, c ; 156 c ; 160 d ; 163 c ; 165 b.

Digitized by Google

J

Joannes et Mambres Magi, 65 d; 85 b; 89 c; 90 d.
Joannes sancti Antonii discipulus et minister, 39 c; 42 a.
Joannes S. Macarii minister, 179 b.
Joannes Hagiopolita, 134 b; 167 a, b.
Joannes in Lyco eremita, 21, 22; 79, 80; 98 a.
Joannes subdiaconus, libri sexti Vitarum Patrum interpres, 148 b.
Joseph abbas, 152 b; 165 b.
Julianus monachus, 118 a.
Justus episcopus Lugdunensis, 156 d.

L

Latrones in Ægypto creberrimi, 128, 129.
Leo Allatius, 167, 168.
Leo abbas in parva palude Arsinoitis habitabat, 142 c; 143 b.
Lucius Arianus, Alexandriæ episcopus, 16 b, c; 144 a; 160 a.

M

Macarius Ægyptius; ejus vitæ chronologia, 57, 58. De eo Palladius, 58 *et seqq.* De eo Rufinus, 104 *et seqq.* De eo Evagrius, 113 *et seqq.* Illius Apophthegmata a Cotelerio et Possino edita, 149 *et seqq.* Macarius Ægyptius feminam, quæ instigante juvene libidinoso in equam fuerat mutata, sanat, 40 a, b, c; 106 a; 179 d; 182 a, b. Cuniculum subterraneum sibi effodit Macarius, 40 d; 47 c; 182 c. Mortuum resuscitat ad refellendum Hieracitam, 41 a; 47 c; 106 c; 155 a; 166 c; 182 c. Adolescentem, qui a dæmone vexabatur, sanat, 41 a, b; 56 b; 182 c, d. Puellam ante januam a parentibus projectam sanitati restituit, 59 b, c; 106 a. Macarii exhortatio ad humilitatem ac patientiam, 60 a, b. Alia ejusdem ad fratres admonitio, 62, 63. Ejusdem admonitio de eo quod iracundia commotus in aliis increpandis sibi ipsi noceat, 64 a, b; 125 a; 138 d; 149 d. Macarius ad vitam revocat occisum hominem, ut liberet eum cui cædes falso impingebatur, 105 b, c; 124 d. Macarii expositio cur acceptarum ab hominibus injuriarum reminiscendo vim memoriæ lædamus, malorum vero a dæmonibus inflictorum recordatione non lædamus, 114 a; 139 a; 148, 149. Ejusdem verbum Evagrio dictum: *Umbra contentus esto*, 114 b; 144 c. Ejusdem affirmatio se viginti annis aqua, pane et somno ad satietatem usque usum non esse, 114 b, c, 144 c. Ejusdem expositio de dæmonibus, qui sanctas Scripturas legentibus somnum immittunt, 115 a. Ejusdem exhortatio ad jejunia et continentiam, 121 c, d. Macarius exponit in quo utilis sit cenodoxia, 122 a. Moyses abbas ob Macarii reprehensionem dæmoni traditus, ab eo statim sanatur, 122 c, d. Ejusdem Macarii responsum Moysi abbati quiete vivere cupienti, 123 a. Macarii fabula de tonsore, 123 b, c. Macarius quotiescunque cum fratribus vinum bibebat, postea pro quovis calice diem integrum etiam aqua abstinebat, 125 a, b; 138 c. In cella sua furem deprehendit, 127 c; 139 a; 148 c. Illi revelatur a Deo, eum virtutem duarum mulierum nondum attigisse, 129 a; 144 c. Macarius accusatur a puella gravida se corruptam esse ab illo mentiente, 130, 131, 139 a. A Macario sola humilitate se vinci fatetur diabolus, 131 c, d; 132 a; 139 a; 148 c. Macarii lenitate sacerdos ethnicus ad fidem convertitur, 132, 133. Macarius caput aridum sacerdotis gentilis de pœnis inferorum interrogat, 133 b, c; 144 c; 167, 168. Doctrina Macarii de recuperanda salute, 134, 135; de modo orandi, 137, a, b; 139 a; de opere monachi, 139 b. Macarius fatigatus, postquam oravisset, elevatur et trans flumen demittitur, 137 c; 144 b. Macarii expositio de sui corporis ariditate, 139 c. Ejusdem verba Nitriæ monachos ultimum visitantis, 140 a, b. Ejusdem ad monachos ut multiloquium fugiant exhortatio, 140 b, c. Ejusdem cum sancto Antonio congressus, 141 b, c. In monumento Terenuthim dormit Macarius, 142 a. Ejusdem cum Agathone colloquium de periculis fiduciæ, 142, 143. Ejusdem vaticinium de Scetis vastatione, 143 c. Filium paralyticum ad ostium a patre projectum, sanat Macarius, 143 a. Evocat a sepulcro mortuum qui depositum quoddam ubi posuerit revelat, 145, 146. Ejusdem enarratio de duobus monachis quos in insula eremi nudos invenerat, 147 a, b. Macarii doctrina, perfectum monachum non posse in passionem cadere immundam, 149 a. Macarius velut Deus terrenus in fratribus eminebat, 149 b. Macarii simplicitas, 151 a. Macarii dictum de nostro amore in diaboli pauperis impuritatem, et de Dei divitis lege repudiata, 152 a. Macarii querimonia, quanta difficultate suæ ætatis monachi salutem recuperaturi sint, 151 a, b. Præceptum Macarii Paphnutio datum, ne quem lædat neve condemnet, ut nauciscatur salutem, 152 c, d. Macarius prohibet ne quis dormiat in cella fratris male audientis, 153 a. Macarii responsum datum fratribus, qui adhortabantur ut in pagum ascenderet ad refectionem, 153 a, b. Macarii lacrymæ de ficu, quam puer cum aliis buculas pascens sublatam comederat, 153 b, c. Macarii responsum abbati Theodoro datum de paupertate pulchris actibus præferenda, 141 a, b. Ejusdem perpulchra exhortatio, 155 a, b, 207 d, 210 a. Macarius puerum utilitatis causa interrogat, 156 a, 210 c. Cum Apollinari virgine confabulatur, 157 b, c.

Ma carius Alexandrinus somnum superare studet, 65 b, c; 88, b; 186 a. Ob culicem, qui ipsum pupugerat, occisum sex menses in palude Scetis sedet, 65 c, 86 a; 89 a, 186 b. Cenotaphium Janne et Mambre magorum invisit, 65 d; 85 b; 86 b; 89 c. 109 b. Aspidem quæ illum momorderat, a faucibus apprehensum discerpit, 67 a; 92 c; 190 a. Virginem paralyticam sanat, 67 d; 190 b, c. Pachomii monasterium visitat, 68 a; 190 c, d. Ejusdem propositum quinque diebus mentem in solo Deo defigendi, tertio die irritum a dæmone factum, 69 c, d; 94 b; 194 a b. Sacerdotem fornicatorem funestissimo cancri morbo laborantem sanitati reddit, 69 d; 94 c; 194 b, c. Puerum a dæmone vexatum pariter sanat, 70 c; 195 a. Catuli hyænæ oculos restituit, 72 c; 198 b, c. Ejusdem Macarii narratio de Marco abbate qui ab angelo oblationem de altari accipiebat, 71, 72; 96 a; 166 d; 195 d. Uva Macario Alexandrino missa, 99 c; 125 a. Illum Valens monachus contumelia afficit, 103 b, c, d; 203 a, b.

Macarius Ægyptius et Alexandrinus. De Macariis Hieronymus, 115, 1116; Cassianus, 121 122; Liber III de Vitis Patrum 124 d; liber V, 138 c. liber VI, 144 b; liber VII, 148 b. Sententiæ Patrum Ægyptiorum de iisdem, 149 b, c. De iisdem Socrates, Sozomenus, Suidas, Nicephorus, Callistus, 165 c. Dies quibus memoria eorum agatur, 171 b.

Macarius S. Antonii discipulus et minister, 99 d; 102 a, b; 104 c; 119 a; 120 c; 172 a.
Macarius Hierosolymorum episcopus, 175 a.
Macarius junior, 100, c; 149 a; 174 d.
Macarius πολιτικός scholæ Alexandrinæ antistes, 175 a.
Macarius ptochotrophii Alexandrini præfectus, 100 c, 121 b; 174 d.
Macarius Rufini discipulus, Origenista, 118 d.
Macedonius (S.), et illius miracula, 47 a; 56 b.
Magi et illorum incantationes, 40 a, b; 42, c; 43, 44.
Makrisi de Macariis, 84 c; 107 b; 169 a.
Malchus (S.); vita ejus a S. Hieronymo conscripta, 129 a.
Mameluci, a scorpione puncti, super recens vulnus conterunt ipsum scorpionem, ut vulneri medeantur, 93, a.
Marcella vidua; ejus epitaphium a S. Hieronymo, 118, c.
Marcus abbas, 71 b, c, 96 a; 195 c, d. Cum Macario Alexandrino confunditur, 73, 74
Marina virgo, quæ habitu sub virili, sancte in eremo vixit, 131 b.
Martyrologia vetera, 171 b.
Mazicum gens crudelissima, 144 a.
Melania virgo, 17 a; 29 a.
Melotes quid, 6 b; 144 a.
Menæa Græcorum, 134 a; 171 b.
Mennas sancta, et illius sepulcrum, 157 b, c; 168 b.
Menologium quid, 171 b.
Metalla Phennensia et Proconensia, 160 c.
Minutoli, 89 b.
Monachi Ægyptii; eorum severitas, 5, 6; eorum numerus, 8, 9; eorum prodigia quomodo intelligenda, 12, 13. Mos monachorum, messis tempore, ad metendum se conducendi, 146 b, c.
Monasteria Macariana; eorum status hodiernus, 1, b; antiquus, 3, 4, 5; illorum numerus, 3, c, d.
Moyses abbas, ex latrone monachus, 87 c; 122 c; 141 a; 165 b.

N

Necromantia apud veteres, 54, 55.
Neocæsarea urbs, a Judæis inhabitata, 160 c.
Nesteros anachoreta, 48 a.
Nicephorus Blemida, 134 a.
Nicephorus Callistus, 167 a.
Nilus flumen, 99 a; 137 c.
Nitria regio, 1; 2; 107 b; 108 a; 109 c; 116; 117; 140, a; 147 a.
Numenius Pythagoreus, 90 a.

O

Oleo sancto infirmi curantur, 46 a; 69 b, c; 57 d; 190 c; pariter et dæmoniaci, 46 a; 70 c; 183 a. Varius olei usus, 87 b, c.
Or abbas, 19, 20; 29 b, c.
Oratio Macarii, 446, 447. Quomodo sit orandum, 137 a, b. Oratio vera quænam, 433 a, b; illius fructus, *ibid.*
Origenes, 90 a.

Digitized by Google

Origenistæ, 19 b ; 29 a ; 54 b ; 134 b.
Oxyrinchus, civitas in Thebaide, 8 c.

P

Pachomius abbas, qui pergrandem fratrum copiam tenuit regula, 8 c ; 68 b, c ; 93 c ; 95 d ; 154 b ; 191 a.
Palæmon monachus, 94 a ; 95 d.
Palladius Asponensis episcopus, 81 a.
Palladius Helenopolitanus episcopus. 9 b ; 77 *et seqq.* Fides ejus, 13 a. Historiæ Lausiacæ ab eo conscriptæ editiones et versiones, 13, 14 *et seqq.* Genuinus Historiæ Lausiacæ textus, 14 b, c. Historia Lausiaca quando prodierit, 24 b, c. Palladii Hierosolyma itinera, 22 b, c ; 82, 83. Alexandriam, Nitriam et in Cellulas venit, 81, 82. Quando episcopus ordinatus sit, 82 a.
Pambus, S. Antonii discipulus, 16 c ; 108 a ; 117 b ; 147 a ; 148 a ; 160 d ; 163 a ; 165 b.
Paphnutius Macarii abbatis discipulus, 72 c ; 97 b ; 152 c ; 155 b ; 157 b ; 198 b.
Paschasius diaconus, libri VII Vitarum Patrum interpres, 149 a.
Passiones non naturales, neque a Deo nobis inditæ, sed adventitiæ et a natura nostra alienæ, a potestatibus nobis oppositis ortæ sunt, 411 *et seqq.* Passionibus non corpus tantum sed anima quoque purganda, 414 a, b. Passiones pravæ, cruci affigendæ, 418 c.
Patricius, Hiberniæ apostolus, 55 c, d.
Patrum vitæ a Rosweido collectæ, 16 *et seqq.*, 24 *et seqq.* Patrum Ægyptiorum sententiæ, 55 b.
Paula et illius pia itinera, 118 b.
Paulus eremita in Apeliote, 165 b.
Paulus monachus in Focis, 165 b.
Paulus monachus in Scetis solitudine, in monte qui Pherme vocatur, vivebat, 100 d ; 199 b.
Paulus Thebæus, 118 a ; illius vita, 119, 120.
Paupertas principalis monachorum virtus, 153 a, b.
Pelagius, libri quinti Vitarum Patrum interpres, sæculo sexto vivebat, 144 b.
Petrus abbas, discipulus Lot, 142 c ; 143 b ; 150 c.
Petrus Alexandriæ episcopus, 160 a.
Pherme mons in solitudine Scetis, 100 d ; 199 b.
Philippus Sidensis, 175 a.
Philoromus presbyter, coctis cibis per duodeviginti annos se abstinuit, 88 b.
Photius, 144 b ; 148 b.
Pinianus Melaniæ junioris maritus, 79 b.
Pispir monasterium, 102 a, d ; 121 a ; 142 a ; 152 b ; 165 b ; 175 a.
Pœmen abbas, 152 b ; 165 b.
Pœnitentiales libri, 94 c.
Posthumius monachus ; illum Macarius successorem designat, 173, 174.
Præfecti monachorum quomodo se gerere debeant, 423 b, c.
Proprii quid habeat monachus, 425 a.
Prosper Aquitanus, 164 d.
Putei in Ægyptiorum sepulcris usitati, 91 a.

R

Rhodon, scholæ Alexandriæ præpositus, 175 a.
Rufinus, 16 b ; 29 a ; 104 d ; 116 b ; 160 d ; 166 a. Quando et quoties Alexandriæ fuerit, 19 a. Quando mortuus sit, 24 c. Libri secundi Vitarum Patrum non est scriptor, 21 a ; 26 a. Sed interpres, 27 a. Libri tertii nec scriptor nec interpres, 158 b, c.

S

Santaharenus monachus, 55 a.
Sarmata, S. Antonii discipulus, 120 c.
Scete eremus, 2 b ; 59 b ; 100 d ; 109 c ; 144 c. In ejus monasteriis vitæ severitas, 59 d ; 179 c.
Scorpiones in Ægypto creberrimi, 95 a.
Scyrion monachus in Apeliote, 165 b.
Serapion monachus in regione Arsinoite, 95 c. Illius discipuli, 146 c.
Serapion scholæ Alexandrinæ præpositus, 175 a.
Serapion Sindonita ; illius frugalitas, 88 a.
Serenus abbas, 122 c.
Servitia quomodo sint exhibenda, 423 a. b, c
Simeon Logotheta, 150 b.
Simeo Stylites, 10 a.
Sisois abbas, 145 b.
Siwah Oasis, 46 a ; 91 c.
Socrates historiographus, 58 b ; 106 c ; 114 c. ; 162 b ; 165, 166.
Sozomenus, Historiæ ecclesiasticæ scriptor, 58 b ; 76 c, d ; 96 b, c ; 99 d ; 101 c ; 109 b ; 118 a ; 150 c ; 162 d ; Spiridion, Cypri episcopus, 146 c.
Stephanus, Libys genere. 95 a.
Stigmata Christi in corpora feramus oportet, 419 b.
Sulpitius Severus, 36 a ; 97 a.
Suidas, 167 a.
Syene, urbs in Ægypto sita, 80 a.

T

Tabennesiotæ monachi, 68 a ; 87 a ; 154 b ; 190 c.
Taciturnitas monachorum Ægypti, 140 c.
Terenuthim, sepulcrum paganorum, 142 b.
Terraneh, urbs prope Nitriam sita, 94 a.
Theodora (S.) quæ mutato nomine dicebatur Theodorus, 168 b.
Theodosius imperator ; de ejus morte vaticinium, 21 a, b.
Theopemptus monachus, 126 a, b.
Theosebius Comestor Antiochenus, 71 a ; 95 d ; 195 c.
Timotheus episcopus, 109 b.

V

Valens imperator, 33 a ; 164 b.
Valens monachus, 103, 104.
Vindemius abbas, 137 a.
Virtus Christi data ad obsistendum diabolis, 419 a. b. Virtutes inter se cohærent, 431 b, c. Virtutes monachorum quæ sint, 443 b *et seqq.*

Z

Zacharias abbas, 139 a, b, c.

II.

INDEX ANALYTICUS

IN HOMILIAS ET OPUSCULA ASCETICA S. MACARII.

Revocatur Lector ad numeros crassiores textui Latino intermistos.

A

Abbas et præpositus duæ personæ in monasteriis, 241. Abbas cujusmodi vir esset, 243. Nemo sine ejus præcepto poterat psalmum imponere, *ibid.* Infirmitatem aut valetudinem monachorum recognoscebat, 244. Non licebat sibi quidquam proprie vindicare, cum omnia in illius manerent potestate, 247.
Abnegare seipsum, quid sit, 171, 186.
Abyssus vere inscrutabilis, cor, 196.
Accedentes ad Deum quæ facere debeant, 167.
Adam. Cum Deus Adamum conderet, non præparavit ei corporeas alas ut volatilibus, quippe Spiritus sancti alas ei apparans, hoc est, quas largiturus ei esset in resurrectione, ut ipsum elevarent et abriperent, quorsum Spiritui placeret, 26. Adamo peccante et capto, capta est et omnis creatura quæ ei serviebat ; ut rege quopiam, comprehenso et captivo adducto, utique oportet servos et ministros a tergo illum sequi, 39, 40. Adam transgressus mandatum, duobus modis periit : quod perdidit possessionem puram naturæ suæ, speciosam, et secundum imaginem ac similitudinem Dei conditam ; altero vero, quod perdidit ipsam imaginem, in qua reposita ei erat tota hæreditas cœlestis, 45 ; non tamen dicimus quod totus perierit et exstinctus ac mortuus sit ; a conspectu Dei quidem mortuus est, sua autem natura vivit, 44. Adam si particeps fuit cœlestis imaginis, igitur habuit Spiritum sanctum ; sensum et participationem Spiritus sancti ; etiamtea loco indumenti indutus gloria, 45. Ex quo transgressus est Adam, accessit serpens, dominusque factus est domus, et velut altera anima cum anima, 62. Adamo priore corpore animaque immortali, qua ratione Christiani, qui tamen moriuntur, superiores evadant, 65, 95. Lata in eum sententia mortis primum exsecutioni mandata est in ejus anima, 218.
Æternitati comparati mille anni hujus ævi, ea proportione respondent, ut si quis ex universa arena unum granum accipiat, 221.
Amare. Quam quisque rem amat, ea gravat illius mentem ac quasi deorsum trahit, vertereque sursum oculos non sinit, 187.
Angelus, corpus est sui generis, 191.
Anima pulchritudine gloriæ luminis faciei Christi perfecte illustrata, et Spiritus sancti perfecte particeps facta, tota oculus, tota lumen, tota facies, tota gloria, tota

Digitized by Google

spiritus fit, 4. Ezechieli visa animalia, typus præcipuarum animæ partium, dico autem voluntatem, conscientiam, mentem, et diligendi vim, 4. Justorum animæ in cœleste lumen evadunt, *ibid.* Anima quo pacto corpus tenebrarum, 6. Neque naturæ divinæ est anima, neque naturæ tenebrarum malitiæ, sed est quid creatum, intellectuale, pulchrum, insigne et admirandum, atque elegans similitudo et imago Dei, *ibid.* Mori animam Deo, quid, *ibid.* Væ animæ, si in sua ipsius natura consistat, et suis operibus solum fidat, 8. Qui condidit corpus, idem ipse condidit quoque animam, 21. Animam suam utrum quis per lumen, cognitionem vel sensum conspicere possit, 30. Habet anima formam et imaginem similem angelo, 31. Mens et anima, unum; unica enim est anima, interior homo, 31. Possessionem animæ suæ quomodo quempiam invenire contingat, 35. Anima erga sponsum Christum quomodo se gerere debeat, 52. Animarum corpore solutarum duplex status, 87. Anima equo similis. 88. Dignitas, præstantia et facultates immortalis animæ, 94. Homo duplici persona in anima præditus, peccati videlicet et gratiæ, si transferatur ex hoc mundo, illuc pergit, ubi intentionem suam habet animus, et ubi diligit, illuc tendit, 99. Describitur et deploratur calamitas animæ in qua non habitat Christus, 110. Profunda valde sunt penetralia animæ, quæ paulatim incrementa gratiæ aut vitiorum accipit, 135. Quæ facile incuria capitur anima facile monstrat incredulitate se fuisse captam, 184. Anima est imago Dei, ut puer imago patris, 184. Anima corpus est sui generis, 191.

Animalia ratione destituta quomodo sint longe intelligentiora quam nos, 145.

Apostoli radiorum solarium similes, 51. Ego vero tibi dico, quod ipsos quoque apostolos vel consummatos in gratia, non prohibuit gratia, quominus quæ vellent, perficerent, etiamsi voluissent ipsi ea, quæ displicebant gratiæ, peragere, 105; non tamen dicimus imbecillem in iis fuisse gratiam, sed dicimus gratiam permittere vel ipsis spiritualibus perfectis, ut habeant suas voluntates, et potestatem faciendi quæcunque libuerit, et inclinandi quo voluerint, 106. Audeo dicere apostolis sancto Paracleto repletis, contigisse ut liberi prorsus a curis essent: sed ineffabile eorum gaudium timor aliquis consequebatur ex ipsa gratia, ne forte pejoris partis tentarentur occasionibus, 195. Quando die Pentecostes virtus boni Spiritus animabus apostolorum insedit, velamen illud quo innata homini pravitas mentem obumbrat, plane ab illis ablatum est, 201.

Aprilis, cur primus mensis veris Christianis sit, 25.

